est cognitio animali ⁊ cognitio cadens super cōmune diffusum ⁊ confusum in supposito prius cadit super indiuiduum generis ꝙ̄ super indiuiduum speciei: hoc autem Auicēna egregie probat per eum quem videmus de longe. De hoc enim primo perpendimus ꝙ substantia est ⁊ s̄m ꝙ deprehendimus motum eius cognoscimus ꝙ aial est: ⁊ tūc post hoc per rectitudinē stature cognoscimus ꝙ est homo aliquis: ⁊ tādem per collationem idiuiduātium que impossibile est in aliquo inuenire accipimus ꝙ est sortes vel plato. Sicut autem in eo quē videmus longe distincta est cognitio semper sub confusa: ita est in eo qd̄ cognoscimus sensibiliter s̄z nām talis cognitiōis sensibilis l̄z non pcipiamus. ¶ Qd̄ autem nunc dictum est in exemplo de eo quem eminus aspicimus cōgrue supra manifestatum est in priorum infantium cognitione: hij enī q̄diu ꝓpter fluxum cerebri cognitionē non habent adunatam non percipiunt differentias sensibilium ⁊ stat ideo eorum cognitio in cōmuni idistincta. Cum autē paulatim siccat̄ cerebrum adunat̄ cognitio ⁊ remanēt in eis sensibilia ꝓpria per que distinguūtur cognita per sensum: ⁊ tunc determinant̄ cognitiones eorum. ¶ Ex istis est aduertere quoddā valde notabile: quoniā l̄z ꝓximum apud distinctam cognitionem idiuidui sit spēs ⁊ post hoc genus: ⁊ tandem vltimo occurrit generalissimū: tamē apud cōfusaz sensus cognitionem indistictam: p̄mum est natura generalissimi: ⁊ post hoc subalternū genus: ⁊ post hoc genus: ⁊ tūc specialissimi nā ⁊ sub illius natura distincte accipit̄ idiuidui cognitio. Et p̄ma qdem cognitio deseruit itellectui res soluēti ⁊ in illa nihil est in sensu nisi p̄mum. ⁊ qcqd resolutione accipit̄ ab illo est in itellectu. Sed itellectuum siue itelligibiliū illorum vnum est ꝓximius sensui ꝙ̄ aliud per modum qui dictus est. Scd̄s autē modus cognitionis totus est in sensu ⁊ est per viam cōpositionis vbi procedit̄ a simpliciori indistincto ad compositius distictum. Et ille processus est scientie naturalis proprius ⁊ nullius alterius scie. quia nulla alia hoc modo accipit vniuersale pro cōfuso s̄m esse in particulari nisi ipsa. Et ideo vniuersale s̄m solam ipsam est in sensu notius. In alijs autem que resolutorie sunt: vniuersale est simplex natura que a sensu est separata. ¶ Et id̄ vniuersale in ipsis nequaq̄ est in sensu sed in itellectu. Ex his satis patet qualr̄ vniuersale notius est i sensu quo ad nos: ⁊ occultius in natura. ⁊ particulare manifestius in natura ⁊ occultius in sensu quo ad nos. ¶ Sed oportet scire ꝙ particulare dupl̄r cōsideratur s̄m duo que sunt in ipso. Est enī in particulari perfecto esse s̄m naturā: ⁊ hec est natura que vocatur esse speciei in idiuiduo s̄z qd̄ dicit Boetius ꝙ species est totum esse idiuiduorum ⁊ est in particulari suppositum ꝙ substat huic nature que est esse eiusdē suppositi. Est autem perfectum s̄m naturam est itentum a natura producente res per se. Sed qa hoc esse nō potest subsistere nisi in supposito: ideo per accidēs hoc est ꝓpter illud producit nā etiam suppositum. ⁊ hoc est qd̄ supra diximus: ꝙ natura per accidens operatur idiuiduum s̄m ꝙ est idiuiduum. sed per se intendit esse perfectum. ⁊ hoc est qd̄ dicit Ph̄s egregius Aristo. ꝙ natura itendit esse diuinum: ⁊ ꝓpter illud agit qc qd agit. ¶ Ex his patet qualiter itelligi debet dem̄ Auer. s. ꝙ opus nature est species ⁊ nō hoc particulare neq̄ eē in genere: quoniam si particulare intenderet: tunc destrueretur opus eius. Et si itenderet vniuersale in genere: tunc sufficeret ei qualecūq̄ esse in genere ⁊ vtrūq̄ istorum est falsum. Intendit ergo esse in specie vt ipse dicit. q̄ hoc eē est perfectum ⁊ diuinum ⁊ perpetuū. Et nisi predicto modo itelligatur nō erit verum dictū Cōmētatoris. qa si vere sufficeret eē i specie tm̄: tūc pro nihilo eēt multitudo indiuiduorū. ⁊ ideo eisdem rōnibus dicit Auicēna ꝙ intendit indiuiduū vagum: qd̄ est spēi indiuiduum sicut est aliqs homo ⁊ aliqs bos. qa hoc indiuiduū est perpetuum ⁊ in esse perfectum. ¶ Et ego dico ꝙ oportet addere his dictis: quoniā natura generās ⁊ producens res est duplex. s. que est sicut causa generationis vniuersalis rerū: ⁊ ea que est sicut causa particularis. Est enim celū cū partibus suis ⁊ imaginibus ⁊ motibus generās vniuersalr̄ hoiem ⁊ plantam ⁊ cetera omnia. particulare autem generans est sicut hic homo. Est autem verū ꝙ natura vniuersalis mouet in particulari: ⁊ est intentio particularis nature ꝓducere hūc. ⁊ ideo termini generatiōis particularis sūt ꝙ hoc ꝓcedit ab hoc. ⁊ hoc patet qa actus pticularis nature quiescit hoc producto. finis aūt est quo habito quiescit agēs: ⁊ ideo finis particularis nature est in hoc signato quē finem per vnū generationis actū attingit ⁊ est destructibilis hic finis. Finis aūt nature vniu̇salis est esse diuinū perfectum quem finem in omnib⁹ particularib⁹ per successionem attingit. ⁊ ideo est perpetuus suus finis s̄m nām: ⁊ hec natura nūq̄ producit suppositum signatum nisi per accidēs. s. vt ipsum substet esse diuino: hoc igit̄ est nature. Et p̄z ex his sī quide qualiter vniuersale notius est in sensu in solis physicis: ⁊ ꝙ magis vniu̇se magis notū est in sensu. ⁊ ꝙ ecōuerso est in eo qd̄ notū est apud nām operantem ⁊ ꝓducentem res naturales. ¶ Sed qa nos supra diximus ꝙ eūdem modum sustinent nomina diffinitorū ad diffinitionem eorū quā habēt vniuersalia ad particularia sua in physicis: oportet nos explanare id qa cum diffinitum sit minus cōmune ꝙ̄ diffiniens ⁊ diffinitū magis notum sit sensu: ⁊ occultius in natura ꝙ̄ diffiniens: videbit̄ minus cōmune notius esse in sensu ⁊ occultius in natura ꝙ̄ magis vniu̇se: ⁊ hoc est contra predicta. ¶ Sed sciendū est ꝙ vniu̇se accipitur vt simplex natura separata. ⁊ accipit̄ vt totum confusum in particulari. Cum enim vniuersale sit vnū in multis ⁊ de multis: vt dicit Aristoteles potest accipi s̄m ꝙ in multis nō diuisum ab eis. ⁊ sic est per modum totius mixti in eis ⁊ cōfusi. Si autem accipitur vt est de multis predicatum de ipsis: tunc ipm̄ est natura simplex: que quidem accepta vt de multis est ⁊ non est in eis: sed separata est ab ipsis: ⁊ est vbiq̄ ⁊ semper omni eodem modo se habet diffinitum ad diffinientia. possunt enī diffinientia accipi: vt nature simplices constituentes diffinitum sine esse diffiniti. Et hoc modo cū natura constituat esse diffiniti oportet ꝙ elementa ex quibus constituit illud esse sint notiora ⁊ certiora apud ipsam ꝙ̄ diffinitum constitutum. ⁊ hoc est qd̄ diximus supra. ¶ Alio autem modo accipiuntur diffinientia non vt nature constituentes esse diffiniti: sed potius vt confusa quedam ⁊ vnita in esse diffiniti. ⁊ hoc modo diffinitum in sensu notius est per rationem cōtra inductam: qa quicquid distinguit acceptio sensus: oportet ꝙ sub aliquo cōmuni distinguat qd̄ prius est acceptum in sensus acceptione. vnde diffinientia que acceptio sensibilis distinguit: oportet ꝙ sub vnione eorum quā habent in diffinito distinguat. sicut distinguit partes sub forma totius. et hoc modo acceptio diffiniti per sensus est similis acceptioni vniuersalis per sensus. Et acceptio diffinientium prout sunt partes diffiniti similis est acceptioni particularis sub vniuersali. Et hoc iterum est in solis acceptionibus physicis: quia in alijs opposito modo se hēt vt dictum est. ¶ Ad hoc autem intelligendum dicit satis bene Auer. triplicem eē compositionem in rebus naturalibus. Est enim compositio vniuersalis ex particulari sicut cōpositio generis ex speciebus. ⁊ est compositio diffiniti ex partibus diffinientib⁹: ⁊ est compositio indiuidui: ⁊ quia compositio idiuidui est: necessarium est ꝙ due alie sint compositiones. ⁊ dicit ꝙ cōpositio indiuidui notior est s̄m sensum ꝙ̄ partes eius. alie autem due notiores s̄m intellectum ꝙ̄ partes ipsarū: ⁊ hoc verum s̄m intellectum nostrum quem diximus esse in physicis s̄m viam sensus acceptum: ⁊ ideo dicit ꝙ propter tertiam compositionem que est in sensu due alie sunt apud intellectum. ¶ Et hoc ego sic intelligo: quoniam indiuiduum habet esse speciei in supposito vt dictum est. potest ergo accipi comparatio esse speciei ad suppositum. Et hec comparatio necessario facit in indiuiduo compositionem vnam que respondet compositioni vniuersalis ad particulare in intellectu procedente eadem via: quia quantum ad continentiam omni eodem modo stat species sub assignato genere sicut particulare siue suppositum stat sub esse spēi que est in ipso: potest etiam accipi esse speciei vt componitur ex causis suis que sunt potentia ⁊ actus: ⁊ hoc necessario secūdam compositionem facit in esse indiuidui cui respondet apud intellectum diffiniti compositio ex diffinientibus que sunt per modum potentie ⁊ actus in ipso: ⁊ hac via apud intellectum physicum qui procedit in via sensus diffinitum notius est ꝙ̄ diffinientia. Hec igitur qa sufficiunt ad explanationem dictorum de prohemijs istius libri dicta sufficiant.

¶ Sequitur Tractatus Secūdus p̄mi phisicorum.

¶ Tractatus

Marginalia (left):

Documētū.

Nota q̄d in cogne vniuersalis scia nālis distiguat̄ ab alijs sciētijs.

Modo intelligitur dem̄ ph̄i l. 2. de aia. t. c. 34. sed cogita q̄ ista expō vt pari istātiam ex cō. 59. 2. de gnōne. vbi dicit ꝙ eius verum s̄z idiuiduum est melius ꝙ̄ eius verū s̄m spēm. idem. 12. meta. c. 27. ⁊ 28.

Marginalia (right):

Nota

Auē. i cō. 5. p̄mus tractatus.

Modo intelligitur dem̄ Cōmētatoris ꝙ q̄ totū idiuiduū s̄m sensum ē noti⁹ apud sensum suis partibus: tñ alia to'a sūt notiora itellui.

¶ Tractatus Secundus primi Libri Physicorum.

¶ Capitulum primum. Que inquirenda sunt de principijs problemata tum ex eo q quedam sunt physica et quedam nō physica licet sint de physicis.

DE pricipijs igitur corporis mobilis in vniuersali et simpliciter determinare intēdentes et volētes sequi Aristo. in quibus conuenienter possumus prius oportet nos tāgere ea que antiqui de principijs inquisiuerūt et determinauerūt. et postea resumētes determinabimus de eis secundum nostrā scientiaz. Ostēdamus autem primo quecūque problemata de principijs habent inquiri secundum dubitatiōes que possunt fieri de ipsis. ¶ Est autē sciēdum q problemata que quidam antiquorum mouerūt de principijs: alij mouerūt de ente cuius causa fuit: quoniam sicut in primo metaphysice cōtinetur. primi philosophātes nullaz cognouerunt causaz vel principiuz nisi materiam. formam enim et efficiētem et finem nō cognouerunt. Et ideo nō dixerunt esse ens vere nisi solā substātiā quā materiā esse crediderunt: et hāc etiam principium esse oīum crediderūt. Et ideo idē fuit eis querere de principijs rerū qd̄ fuit querere de ente: qd̄ prestat rebus esse secundum eos. et hoc erat materia sicut nuper diximus. Videamus ergo quecūque querere necesse est de principijs. ¶ Est autē necessariū si ponatur esse principiū q questio prima sit de ipso verū sit vnum vel plura: quia nos nō querimus an sit principium eo q supponimus illud esse: quia primus philosophus hoc probauit: et nos in particulari scientia hoc probare non possemus. Secūda autē quādo est: que est super alterū membrorum habite diuisionis. s. q si detur q principium sit vnum: sicut cōiter crediderunt Melissus et Parmenides. tūc queratur verū sit imobile sicut dicūt idem philosophi: aut sit mobile sicut cōcorditer dicūt physici: naturaliter de principijs loquentes: quia quidam illorum omnia dicūt vnum habere principiuz: qd̄ est aer. et dicunt aerem eē mobilem. Et alij dixerūt aquā esse primū principium naturale et mobile. Si autem non sit vnū principium naturale: tūc sumpserūt alteram partē superioris diuisionis. s. q sint plura. et tūc fecerant questionē tertiam. s. verū sint finita vel infinita numero: et si sint finita vel plura numero q̄ vnum. tunc aut sunt duo aut tria aut quatuor: aut in alio numero finito: quoniā quidam duo dixerunt eē materialia principia: et quidam tria: et quidaz quatuor: semper aliqua elemēta principia materialia. oīum esse dicētes: quia omnia elementa singulariter ab aliquo philosopho principia eē dicta sunt preter terrā quā singulariter nullus principium eē dixit. Sed cum alijs tribus dixit Empedocles terram eē principium materiale. Quidā autem plura esse dixerunt sic q̄tuor materialia et litem et amicitiā. Et quidam decem secundum numerum sperarū orbis. et quidam dixerūt esse decē in ordine boni: et decem in ordine mali: sicut Pithagoras secundum q ostendit habet in prima philosophia: et hec fuit questio quarta. ¶ Si autē non sint finita sed tamē plura tunc questio quinta eorum est. aut illa finita vnum in genere substātie: sed figura sint differētia: aut sint genere vnū sed formis contraria: sicut dicebāt Democritus et Leucippus: oīa principia materialia que infinita sunt numero: eē vnum: quia oīa sunt athomi et diuisibiles differentes figuris: quia quidam sunt rotūdi: et quidam quadrati: et quidam trigoni: et sic de alijs. Quidaz autē dicebāt oēs quidē esse idem genere qd̄ est homogeniū: sed formis contraria: quia vnum est aqua: et alteruz est ignis: et tertium sanguis: et aliud caro: et sic de alijs que cōtrariantur in qualitatibus sicut dixit Anaxagoras. Nullus enim istorum potuit inuenire formam substantialem licet concesserint formā accidētalem esse sicut figuras esse cōcesserūt Democritus et Leucippus: et qualitates sensibiles cōcessit esse Anaxagoras in homogenijs: et Empedocles in elemētis: et omnes isti dixerūt cōgregationem et segregationē fieri generationē: sicut nos ostēdemus in primo libro de generatione et corruptiōe. ¶ Omni eodem modo querūt physici quādo querunt de ente problemata sicut diximus: quia querūt primo ista. s. vtruz ens sit vnum vel multa. et si vnū: vtrum sit mobile vel imobile. et si plura: vtrū sint finita vel infinita: et alia que supra de principio q̄siuimus. ¶ Sed tamen si multa supponātur esse principia vel entia: nullus quesiuit vtrum essent mobilia vel imobilia: sed oēs supponebant esse mobilia: quia licet vnum non habeat quo moueatur secundum ipsos plura tamē mouentur semper adinuicem que sunt materialia: sicut elemēta vel homogenea vel athomi. Cōstat ergo ex prehabitis q hac via procedūt qui querunt de principijs et elemētis querendo verū sint vnū vel plura. ¶ Sed inter ista problemata oportet scire q itēdere disputare verū ens vel principium sit imobile: est intēdere disputare non de naturalibus: quia omnis naturalis supponit principium materiale et ens esse mobile. et hoc relinquit probatum tanq̄ principium vnum: sicut ratio disputatiua geometrie nō est amplius contra destruentem et negantem principia sua. Sed aut est alterius scientie: aut scientie omnibus cōmunis. alterius quidem scientie dico que logica est: que est altera a parte philosophie essentiali: quia logica potius docet modū sciendi q̄ scientiaz que sit pars essentialis philosophie. Dico autem omnibus cōmunem primam philosophiam que est de ente qd̄ oibus cōmune est. Hec enim due scientie viam habēt ad principia sciētiarum particulariū: sicut supra determinauimus. et in prima philosophia expresse habetur. Sicut autē geometrie nō est ratiocinatio cōtra destruentez pricipia. sic neqz alicuius scientie particularis disputatio est ad negantem principia sua. nullo enim modo potest eē principiū physicum si est vnū tm̄: et sic vnum qd̄ dicatur eē imobile. Si enim vnum est tūc nō potest esse principiū. et si imobile est tunc nō potest eē physicum. principium enim cū sit a quo sunt alia quedam vel aliqd̄ qd̄dam: semper est alicuius vel aliquorum principium. et sic nō potest esse vnicum. Si enim principium materiale sit vnius potētie tm̄. s. q habeat potentiam ad susceptibilitatem forme nō situs tūc est alicuius: quia generabilis et corruptibilis quocūque modo fiat generatio. Si autē duas habeat potētias. s. ad vbi et ad formam sicut dixerūt qui ponebant materiam mobilē esse secundum locum tūc est principium aliquorum: quia mobilia secundum locū nō necessario sunt etiā mobilia secundum formā licet ecōuerso sit. quia quicquid est mobile secundum formā necessario est mobile secundum locū. licet nō necessario secundum locū moueatur. Si autem sit imobile nō erit physicū: quia omnia physica et precipue materialia motui sūt subiecta. ¶ Intēdere igitur disputare vtrum principium materiale sit vnuz et imobile. simile est sicut si quis disputet ad aliquā positionē que non est de proposito. verbi gratia que tm̄ dicta est et nihil est nisi verba: sicut fuit positio Heracliti qui oīa dixit adeo esse mobilia q de ipsis nihil sciri posset: cū tamē oīa vnum esse dixit: qd̄ est medium inter aerem et aquā et hoc est vapor. et hoc est simile quātū ad principij destructionē: vt si ipse dixisset oīa esse vnum hoiez quia ad vtrūque equaliter sequitur principium nō esse si vnicum est: siue sit vapor: siue homo: siue aliud aliqd vnum. ¶ Si igitur intēdamus cōtra sic dicentes disputare trāsferemus propositum aut soluemus rōnem eorum sophysticam et litigiosaz. vtreque enim rōnes. s. Melissi et Parmenidis expressum habēt litigium. tum ex peccato qd̄ est in materia syllogismi. tum ex peccato qd̄ est in forma eiusdem. quia in suis syllogismis quibus intendūt probare propositum suū et falsas propositiones recipiunt: et etiā nō syllogizantes sunt. Sed tamē syllogismus Melissi cuilibet sapiēti magis est onerosus et tediosus: quia nō habet causam defectus et dubitationis: et ideo vanus est: quia nec veras assumit propositiōes ex quibus procedat. nec forma arguēdi valet nec propositum cōcludit. sed potius vno incōuenienti dato tanq̄ supposito alia cōtingunt sibi ex illo. et hoc nihil difficile est soluere. hoc autem sequēs sermo declarabit: vbi ponemus syllogismū eius et ea que intulit et probare voluit ex illo. ¶ In ista autē scientia oportet q supponamus q ea que naturaliter sunt mouentur: aut oīa: aut quedam: oīa enim mouentur aliquo motu celestiuz preter terrā: et precipue partes que sunt circa centrum. cum et ille virtutibus celestium mouentur motu alterationis: quia cum celestia moueant inferiora per radios ibi maxima apparet radiorum virtus vbi maxime coniunguntur. hoc autem est in centro et circa centrum tota terra: quia tota est loco cētri: maxime mouetur viribus celestiuz et hec est ratio Ptolomei in quadripartito suo. Sunt autē quedam naturalia que motui non subijciūtur tamē ad motum referuntur vt anima et motores corporum celestiū que etiam sunt aliquo modo naturalia. q autem quedā dictis modis moueantur: manifestum est ex inductiōe quia motus qui dictus est inuenitur in omnibus: simul autē cū dictis in-

Primo metaphysice post textū. c. 9. et est textus nō habens cōmētum.

Tex. t. cō. 6.

Quomodo sola terra a nullo physico posita fuit principium. vide pro hoc ĉi. 2 ph. cō. 4. 3.

Text. t. c. 7.

Tex. t. cō. 8.

Quomodo logica alia sciētia dicatur ab alijs philosophie partibus.

Tex. t. cō. 9.

Tex. t. cō. 10.

Tex. t. cō. 11.

Nota quare partes centrales terre mouentur maxime motu alteratiōis. 3.

telligere oportet quoniã in naturali sciã non omnia conuenit soluere. sed tamẽ illa oportet soluere naturalem que cũ aliqs mentitur ꝛ mẽdaciter infert cõclusionẽ ꝓcedẽs ex ꝓn cipijs naturalibus suppositis. Quecũqз aũt non concluduntur ex principijs naturalibus suppositis non oportet soluere. Quicũqз enim dicit ens esse vnũ ꝛ imobile ipse negat ꝓn cipium esse rerum naturalium. ꝛ negat principium cognitionis ꝛ esse oium rerum naturalium. principia enim que sunt plura esse efficientia ꝛ materialia ꝛ formalia sunt principia esse rerum naturalium ꝛ motus earum. Entia autem naturalia esse plura ꝛ habere principia que sunt cause motus et quietis: in eis est principiũ cognitionis in phicis sine quo nihil scit de natura physicorum. Et ideo cum eo qui negat hec non est habendus sermo in naturis. quoniam neganti principia non fit conclusio. eo ꝙ quando ipse deductus ẽ ad metã incõuenientis non videtur ei esse incõueniens. Huiꝰ probatio est per simile in geometria: qa etiam geometre nõ est disputatio cum eo qui negat principia. Est autem principium in geometria quoniam linea quelibet: siue sit circularis: siue recta est diuisibilis in infinitum: ex quo principio sequitur ꝙ si figura multiangula in circulo describatur ꝛ eiꝰ anguli in punctis infinitis circuli circũferentiã signẽt. tamẽ capacitatem circuli non perueniet. qa inter quoslibet duos angulos est linea que est chorda alicuius partitionis que chorda subtendit arcui qui maioris est quantitatis ꝙ ipa. qui autem negat principium ꝓmuз qð est lineam per infinitum diuidi: negat ꝛ cõsequẽs ex ipso ꝛ cum illo non hз disputare vir geometricus sicut pз in quadratura circuli. Est circulũ quadrare: equale quadratum circulo inuenire. quadratum aũt vocatur figura quadrilatera oia latera ꝛ oẽs angulos habens equales. ⁋ Fuerũt autem duo male quadrantes circulũ quoꝝ vnus fuit Brisso qui q̃drauit ex pricipijs geometrie: incidẽdo circũferentiam in quatuor portiones equales. ꝛ inueniens quadratum equale illis portionibus ꝛ putabat sequi ꝙ illud quadratum equale eẽt circulo. Decisiones circuli vocauit lunulas eo ꝙ sunt similes lune semiplene. Non sequit autem qð brisso dixit qa portiones nõ cõsumant totum circulum зз consumant totam circũferentiã. ꝛ ideo non sequitur si quadratum est equale portionibus ꝙ sit equale circulo. Figura autem hec sit quadratũ. a. b. c. d. ꝛ circuli portiones equales sunt portio. a. ꝛ. bc. ꝛ. cd. ꝛ. da. Est autem artificium Brissonis ꝙ ipse conuertit chordas portionum in arcus: ꝛ postea accepit lineas equales arcubus: ꝛ ex illis composuit quadratũ ꝛ putauit esse probatum ꝙ ex quo latera illius quadrati sunt equalia circũferentie ꝙ totum quadratuз eẽt equale circulo toti: ꝛ hoc nihil sequitur ꝓpter diuersam ꝓportionem chorde ad arcum ꝛ quadrati ad circulum: tamẽ nullum negauit brisso ꝓnᵐ geometricuз: ꝛ ideo falsigr aphũ eius habet dissoluere geometra. Et fuit Brisso subtilis sicut patuit ex sua probatiõe: quoniã valde est latentis deceptionis. Qualr autem chorda cõuertat in arcũ: ita ꝙ linea postea equalis arcũ accipiatur: lõguз esset demõstrare: sed in geometria hoc docebit: ꝛ in astronomia domino cõcedente. ⁋ Antiphon autẽ rudis fuit valde ꝛ q̃drare voluit circulũ ꝛ negauit principium geometricum qð est cõtinuum diuidi in infinitum. Descripsit enim circuluз ꝛ in ipso descripsit tetragonũ laterum ꝛ anguloꝝ equalium: postea super qðlibet latus descripsit trianguluз duoꝝ equalium laterum: arcũ cui subtensuз fuit latus tetragoni diuidens in duo equalia ꝛ facta fuit figura octogona ꝛ octilatera. postea super latera octogoni iterum descripsit triangulos duoꝝ equalium laterum que iterum diuidebant arcus quibus latera octogoni subtendebant in duo equalia ꝛ facta fuit figura sexdecim anguloꝝ ꝛ sexdecim laterum: ꝛ sup latera illius iteruз descripsit triangulos sicut prius. Et hoc fecit sepius ꝛ semper anguli ꝛ latera figure duplicabant. Uidit autem ꝙ quanto figura erat plurium anguloꝝ ꝛ laterũ: tanto maioris fiebat capacitatis: ꝛ circulo circũferẽtie plus vicinabant latera. ꝛ cum putaret tãdem stare diuisionẽ circũferentie ad puncta triangulorum: putauit ꝙ vltima multiangula figura in qua stetit circũferentie diuisio eẽt equalis circulo. huic autem multiangule inuenit equale quadratum qð qdem erat equale vt putauit: multiangule erat etiã equale circulo: qa quecũqз vni ꝛ eidẽ sunt equalia: ipsa sunt equalia. Et hoc nihil valet qa principiuз geometrie est per triangulos tales lineam circũferentie per infinita secari: et semper esse arcũ maiorem ꝙ sit latus trianguli qð subtẽdit ei. ⁋ Huiusmodi autẽ figura nõ vndiqз litteris sed in scemate taliter est disposita sicut hic vides. Dispositio ḡ geometrie nõ est habenda cum ipso: qa cum negat principium nesciret vir geometricus ex quo contra ipз ꝓcederet. ⁋ Lз ergo contra tales negantes principia naturalis phie disputare nõ habeamus inquantum naturales sumus: qa eoꝝ dubitationes ꝛ defectus sunt nõ naturales: tamẽ qa sunt de naturis fortassis ꝓpter faciliorem doctrinaз bene se habet aliquantuluз disputare cõtra ipsos: qa respectus hic habet phiam primam: ꝛ ideo induentes phm primum disputabimus contra eos: qa aliter forte in doctrina phicoꝝ generaretur obscuritas: зз scie ꝓpter hoc nihil deesset si disputationem omitteremus. hic autem error accidit Antiphõti eo ꝙ putauit ꝙ cõtinuum non diuideretur ad infinita per lineas vel quanta sed per puncta: hoc autez nõ est verũ: qi per pũcta non diuidit nec ad finita nec ad infinita: sз potius per lineas ꝛ quãtas partes diuisio eius nõ stat in infinituз: putabat tñ Antiphon ꝙ ad aliquot latera alicuius multiangule figure staret diuisio circuli in pũctis signatis circũferẽtie.

Tex. cõ. 12.

⁋ Capitulum 2ᵐ. De ostensione inconuenientium que sequunt dicta Melissi ꝛ Parmenidis.

Quia autem disputatio quã habemus facere ꝯtra Melissum ꝛ Parmenidẽ respicit philosophiam primã ꝛ est de principio: oportet nos incipere ab ente qð est subiectum prime philosophie. hoc enim maxime ꝓpriũ est inter omnia quando de principijs volumus disputare: qa nõ possumus procedere nisi ex diuisionibus entis eo ꝙ ipsum diuidit in vnum ꝛ multa: ex quo nos querere debemus vtrum ipsum sit vnum vel multa. ⁋ Dicamus ergo quoniaз ens dicitur multipliciter de substãtia ꝛ accidẽte ꝛ de vniuersali ꝛ particulari: ꝛ de vno ꝛ multo. Sed qa nos inquirimus hic verũ ens sit vnũ vel multa. iõ ex ista vltima diuisiõe nõ procedemus: qa hoc eẽt petere id qð est in ꝓncipio: sed ꝓcedemus ex alijs duabꝰ diuisiõibꝰ quas ꝓmisimus. Queramus ergo q̃ño isti qui dicunt ens esse vnuз: dicunt ꝙ omnia sunt vnũ: vtrum sint omnia substantia aut accidẽs: ꝛ si accidẽs vtruз quantitates aut qualitates vel aliqð aliud predicamentuз sint omnia. Et cum ens diuidatur in vniuersale ꝛ particulare queramus: vtruз oia sint in genere suba: aut quãtitas aut qualitas aut in nũero suba vna: ꝛ hõ vnus aut equus vnus: aut aia vna: aut qualitas vna: quasi dicantur oia esse hoc album vel hoc calidum vel aliud aliqð tale accñs. Oia eniз hec multũ differunt: ꝛ impossibile est dicere oia eẽ vnũ aliquo istorum modoꝝ. ⁋ Magna eni dña est inter dicere oia esse subam ꝛ dicere oia esse accñs ꝯm aliqð predicatum accidentalium. Multũ iterũ est differẽtie iter dicere oia eẽ subam vnã numero vel accidẽs vnũ numero. ꝛ inter dicere oia esse genere subam vnam: vel genere esse vnũ accidens: ꝛ nõ dicimus albedinem hanc vel calorem illum: sed album hoc vel calidum illud significamus vnũ accidens in nũero: qa accñtis eẽ est inesse: ꝛ potius accidẽs est eẽ ꝙ essentia absoluta maxime quãdo physice accipit. ꝛ iõ per modũ abstractionis ipm in reali scia significari non conuenit nec indiuiduat nisi per subiectũ in quo est. Quocũqз autẽ predictoꝝ modoꝝ dicatur ipossibile est dicere. ⁋ Si eni def ꝙ omnia sunt suba ꝛ quale ꝛ quantum sicut ea esse videmus: siue demus ea esse separata abinuicẽ: ita ꝙ accidẽtia sint separata a subo ꝯm esse ꝛ abinuicẽ: siue nõ demus ea eẽ separata abinuicem per esse зз essentie eorum diuerse sint: sequit ꝙ multa sunt que sunt: ꝛ hoc est contra positionẽ hoꝝ viroꝝ. ⁋ Si autem demus ꝙ entia sint quale ꝛ quantum separata a subiecto: siue dicamus subaз eẽ: siue dicamus ipsam nõ eẽ. sequitur inconueniens si liceat nobis dicere ꝙ impossibile in rerum natura sit iconueniens. hoc autẽ iõ dicimus ꝙ isti viri multa ipossibilia in nã nõ habebãt ꝓ icõuenientibꝰ. Sequitur eni ꝙ accñs sit separatũ a subo cũ nullũ genꝰ sepabile sit nisi sola suba: eo ꝙ oia denoiatiue de suba dicant ꝛ sunt in suba. ⁋ Melissus aũt solus dicit ens qð est principiũ oium ꝛ substãtia esse infinitum. ꝛ ꝯm hoc qð dicit sequitur ꝙ entia

Tex. cõ. 13.

Nota cãз q̃re a diuisiõe entis ẽ sũpsit exordiũ i disputatiõe ista ꝯtra antiquos.

Tex. ꝛ. cõ. 14.

Accñs physice ꝯsideratũ potiꝰ ẽ eẽ ꝙз eẽntia absoluta: ꝛ vt sic nõ indiuiduat nisi p sbm ł q̃ ẽ: зз cogita qz sbm ẽ extrinsecuз ab accñte: q̃ nõ igit f ꝛ eẽ eiꝰ ed pꝰ quãtuз ad indiuiduatiõẽ suam.

Tex. ꝛ. cõ. 15.

entia sunt plura: q² suba erit ⁊ quātitas eo ꝙ īfinitū p se est in quātitate. Nō.n. dicimus subam infinitā nisi p accidēs.s. si mēsuref infinita quātitate: ⁊ q̄litatez dicimus infinitā per accńs si sit dispositio quāti infiniti. Subam ḡ infinitam aut q̄litatē aut passionē infinitā esse nō ꝯuenit nisi p accńs.s. si simul cū ipsis sint quātitates discrete vel ꝯtinue infinite. Infiniti.n. diffinitio q̄titati ꝯgruit ⁊ nō sube neq₃ qualitati: sicut nos in sequētibus ostēdemus in 3° huius scie libro. Si ergo suba est ⁊ quātū: op₃ ꝙ ens sit duo ⁊ non vnū: si aūt dicat ꝙ ens vnū est solū qd est suba: tūc illud ens nō pōt dici infinitū: neq₃ magnitudine neq₃ paruitate: q² iam habitū est ꝙ si suba est infinita: op₃ ꝙ sit quāta: ⁊ hoc nō pōt esse si sola ponaf esse suba. ⸿ Sicut aūt ꝯ istos viros obiecim⁹ p ꝯditiones ⁊ modos entis: ita pcedemus ꝯ eos ex intētione vnius: hoc.n. dr̄ multiplr̄ sicut ⁊ ens. Videamus ḡ ꝑm quā intētionē vnius dicūt ꝙ ens est vnū: l₃.n. dicaf vnū p se ⁊ p accńs: ⁊ vnū p se dicaf vlē ⁊ particulare: ⁊ vnū forma ⁊ vnū ꝯtinuū p se: ⁊ vnū indiuisibile: tū in hac intentione in qua mō sumus nō loq̄mur de vno p accńs: q² hoc essentiaꝝ multitudinem nō excludit: vnū etiā vlē nō ptinet ad nos hic: q² volumus loqui de vno ꝑm esse: vlē aūt abstractū est ab vno ꝑm esse ac cepto: vnū aūt forma est eoꝝ quoꝝ rō est vna. Dicamus ḡ ꝙ ꝑm ꝙ hoc nobis sufficit vnū triplr̄.s. ꝯtinuū ⁊ indiuisibile aut quoꝝ rō diffinitiua que dicit qd est esse eoꝝ est vna: quēadmodū vappa que est tenue vinū ⁊ vinū spissuz qd vere est vinū.

Tex.c.16.

⸿ Si aūt oē qd est: est vnū ꝯtinuū: tūc ens est mlta potētia ad minus: q² ꝯtinuū est diuisibile in infinitū: sicut mā ḡnabiliū diuidef in multa ḡnata p actionē generantis: hoc aūt ꝑm istos viros est incōueniens: q² dicebāt oia esse vnuz qd in multitudine non pōt deduci. ⸿ L₃ aūt dubiū sit de toto ⁊ parte Utrū sint multa vel vnū: nō tū est hoc dubiuz ad hāc dubitationē Melissi ⁊ Parmenidis: q² bene ꝯtio habita est ꝯtra eos: q² ipsi ens dicūt vnū qd est simpler omnez multitudinē actualē ⁊ potētialē excludens: sed dubitatio de parte ⁊ de toto est ꝑm seipsam. ⸿ Dubitari.n. pōt Utrū partes ⁊ totū sint vnū vel plura: ⁊ si quodāmodo sint vnū ⁊ quodāmodo plura: q̄ūo sunt vnuz ⁊ plura: ⁊ si sint plura q̄ūo sint plura: ⁊ hee dubitationes sūt etiā de partibus non cōtinuis que sunt sub forma vna totius: sicut ossa ⁊ nerui ⁊ vene ⁊ caro ⁊ huiusmodi in hoīe. Et iteꝝ dubiū est si vnaqueq₃ ptiū vnū est cū toto: sicut id qd separaf ⁊ diuidif ab ipso: q̄m q̄cūq₃ sunt eadē eisdē sunt eadē: cū idē sit relatiuū. Est āt totū idē partibus simul sumptis: q² partes simul sumpte nihil aliud sunt q̄₃ totū: ⁊ ideo locū h₃ dubitatio ista. Sed qd nūc ad rē ptinet est: q̄m falsum est ꝙ oia entia sunt vnū ꝯtinuū: cū vnū ꝯtinuū nō excludat pluralitatē ⁊ multitudinez. Sed vnū qd ipsi dicunt pluralitatē ⁊ multitudinē excludit.

Tex.c.17.

Unitas huiꝯ pti posita ab antiquis oēz multitudinez excludebat ⁊ pōtē ⁊ etiam actualem.

⸿ Si milr̄ nō pōt dici ꝙ entia sint eadē idiuisibilitate.s.n. ens oē taliter sit vnū: tūc nō pōt dici ꝙ aliquid sit quātū vel aliquid sit quale: q² quātū ponit diuisibilitatē in quāta: ⁊ q̄le est diuisum p essentias diuersoꝝ pdicamētoꝝ. Si aūt nihil est quātū tūc nec est finitū: sicut dicit Parmenides: neq₃ infinituz sicut dicit Melissus: q² indiuisibile est in quātitate sicut finis: qui nec finitus est p aliū finē: neq₃ est infinitus sicut carens fine quem natum sit habere: sicut punctus finis est linee: ⁊ neq₃ est finitus neq₃ infinitus: ⁊ similiter est vnitas in numeris ⁊ forma in mā: q² forma finit materie infinitatem que est in potentia eius quā habet ad formam suscipiendā.

Tex.c.18.

Forᵃ est finis mãe. idē Cōmē. p° cap. de suba orbis.

⸿ Si aūt dicatur ꝙ oia sunt vnum sicut quoꝝ diffinitio est vna sicut vna est ꝑm nomen generis diffinitio tunice ⁊ indumenti: tunc op₃ ꝙ dicat rōnem ⁊ positionē Heracliti esse verā.s. ꝙ vna est diffinitio indicans esse bono ⁊ malo que sunt ꝯtraria. Et similiter erit vna diffinitio ⁊ vnū esse ꝯtradictorioꝝ sicut boni ⁊ nō boni: ḡ idem ꝑm formā a qua sumif diffinitio erit bonum ⁊ nō bonum: ⁊ homo ⁊ equus: ⁊ tunc hec rō non tm̄ inducit ad hoc ꝙ ea que sunt sint vnum siue sint ꝯtraria: sicut bonum ⁊ malum: siue disperata: sicut homo ⁊ equus: sed inducit ad hoc ꝙ nihil ⁊ aliquid sint vnū in forma: q² alterum ꝯtradictoriorum nihil est: ⁊ tamen habituz est ꝙ ꝯtradictorioꝝ est diffinitio vna: ⁊ vlterius oportet ꝙ idem esse ꝑm diffinitiuam rōnem habeant ⁊ tale ⁊ tm̄: ⁊ sic de alijs ꝑm numerum predicatorum.

Tex.c.19.

⸿ Cap. 3ᵐ. Et est dis. de. qualr̄ vnū omnia dicūt Melissus ⁊ Parmenides: ⁊ qualr̄ totū ⁊ ptes sint vnū: ⁊ qualr̄ diuersa.

Attendendū autē est ad faciliorez intellectuz eoꝝ que sūt dicēda: qualr̄ isti duo viri.s. Melissus ⁊ Parmenides oia que sunt dixerūt vnū esse: ⁊ qualr̄ Heraclitus vnuz que sunt dixit esse: q² tunc intelligemus melius rōnes inductas ⁊ inducendas contra istas opiniones. Et op₃ hic tangere diuersitatem ⁊ identitatem que est inter partes ⁊ totum. ⸿ Ad primū aūt hoꝝ sciēdū ꝙ sicut supra diximus primi philosophantes de ente nō viderūt nisi māz: ⁊ omnia alia dixerūt esse accńtia ⁊ vere nō esse: sed potius esse extra ens veꝝ. ⸿ Materiā eni viderūt neq₃ ḡnari neq₃ corrumpi sicut infra ostēdef: ⁊ ideo putabant ipsam esse principiū necessariū ⁊ eternū ⁊ diuinū: qd essentialr̄ est qcq̄d est. Nec.n. diuidif ꝑ₃ istos in essentias plures: ⁊ ideo remanet idiuisa. Et pluralitas est ⁊ dr̄ia ⁊ distātia entiū nō p se: sed p accńs: viderūt eni quicquid ḡnaf ex aliquo qd ꝑm totuz esse suum fuit in ipso: ⁊ essentiā aliam non habet nisi quā ex ipso accipit: ⁊ cū nihil det nisi id qd habet op₃ ꝙ generatum accipiat essentiam eius ex quo est generatum: ⁊ sic generatuz ⁊ id ex quo est ḡnatio sunt eiusdem essentie. Eadē autē rō est de oibus ḡnatis: ergo oē ḡnatū est idē in essentia cū mā: sed quecūq₃ sunt eadē eisdē: sunt etiā eadē inter se: cū ergo oē ḡnatum sit idem cum mā que est vna ⁊ eadē eo ꝙ nihil habeat de esse nisi qd accipit ex seipsa: oia ḡnata eadē sunt inter se: ⁊ hoc modo putabāt isti viri ꝙ omnia essent vnū: ⁊ ꝑm eos hō ⁊ equus sūt eadē p essentiā ⁊ differūt in esse accńtis: ⁊ sic ꝯtraria hoc mō sunt vnū. ⸿ Sed de ꝯtradictorijs non hoc ꝯcedebant nisi esset negatio aliquid relinquens que est negatio in ḡne. Si aūt negatio nihil relinqueret: tūc ꝑm suas positiones nō oportuit eos ꝯcedē ꝙ idē essent ꝯtradictoria. ⸿ Est aūt deceptio in hoc ꝙ forma est que diuidit māꝫ: ⁊ ideo entia differūt suis formis ⁊ suis materijs diuisis ab inuicē: qd p₃ q² nullo mō pōt vnū esse qd diuidif forma ḡnis ⁊ spēi ⁊ indiuidui. Ens aūt diuidif oibus his formis in ḡne ⁊ in spēs ⁊ in indiuidua. Cōstat ḡ ꝙ nullo mō est vnū.

Error antiquoꝝ.

⸿ Et si obijciaf ꝙ ens ⁊ vnū ꝯuertunf: ⁊ ideo qd est extra vnū est etiā extra ens: dicēdū ꝙ ens ⁊ vnū ꝑm supposita cōuertunf: tū alia est intentio in vno ⁊ alia in ente: ppter qd non sequif ꝙ si oia sunt ens: ꝙ omnia sint vnum: huiusmodi aūt plana scientia breuibus explicari non pōt: ⁊ ideo vsq₃ ad primam phiam differaf. ⸿ Heraclitus aūt dicebat oia esse vnū hñs in se oia ppter suā mutabilitatez. Et q² forme oium sunt in ipso: ideo ois diffinitio ꝯuenit ei: ⁊ etiā ꝯtradictorioꝝ. quia Heraclitus dixit simul esse vera ꝯdictoria. Et hec sint dicta ad intelligentiā istaꝝ opinionum.

Ens ⁊ vnum ꝯuertūf quātū ad supposita: nō tū quātū ad itētiōes vide pro hoc 4° meta cōᵗᵒ 3°. ⁊ 10° meta. cōmēto. 6.

⸿ De partis aūt ⁊ totius vnitate ⁊ diuersitate sciendū ꝙ totum in forma totius vnit partes siue forma illa sit ꝯtinuitas: siue alia forma sicut est forma corporis cōpositi ex partibus dissimilib⁹ nō ꝯtinuis: ⁊ ideo relate partes ad vnā formā vnientē eas sunt vnuz in forma illa: siue sint ꝯtinue siue nō ꝯtinue. Si autē accipiātur ꝑm se. diuisit vō sunt p sitū tm̄: vel p situm ⁊ formā partis: in eo ꝙ pars est nō ꝯtinua p sitū solū sicut partes ꝯtinui que nō eūdē sitū habēt sub forma ꝯtinuitatis: p sitū aūt ⁊ formam partis sicut partes nō ꝯtinue: vt caro ⁊ os ⁊ huiusmodi: ⁊ sic p₃ qualr̄ partes totius cōpositi sunt vnū ⁊ qualiter diuersa: nec sequif si sunt illo modo vnū ꝙ sint idē: q² idem dicit vnitatē absolutā: vnū aūt qd vnit ptes est in alio quodā vnum qd est forma totius vniens. Nec sequif iteꝝ si sunt diuersa ꝙ sint diuisa: q² in alio quodam sunt vnita: l₃ distent p situz ⁊ formam vel per situm solum. ⸿ De modo autez quo partes sunt idem toti dicit Auer. ꝙ totum est partes simul sumptee: ⁊ hoc est verum de toto per compositionem partium facto: q² de hoc solo loquuntur viri prius habiti. Posset tamen dici ꝙ totum est vnum cum partibus: quia vniens partes: ⁊ partes vnum cū toto: q² in vnitate sunt totius: diuersa tamen sunt ꝑm rōnem totius vt totum est: ⁊ ꝑm rationez partium prout pars est: q² sic relatiuā habent comparationē adinuicem. De modo autem quo quelibet pars stat sub forma totius perficiente ⁊ vniente partes dicendum erit in fine quarti methaurorum.

Quō itelligitur dcm̄ auer. toto p° phys. cop comē. 17

⸿ Caplm 4ᵐ. Et est disgressio declarans Utrum suba ꝑm se sit diuisibilis sicut presuppositum est in disputatione ꝯtra Melissum ⁊ Parmenidem.

Est autē Dubiū Utrū sola exīte suba ipsa sit diuisibilis vel nō: quod eni h3 ptes diuisibile esse videtur. Suba aūt sola exīte ipsa pōt esse cōposita ex mā ⁊ forma: ģ nō remouef ab ea diuisio etiā si sola sit absq3 qītitate. ℂ Si aūt dicaf φ nos loquimur hic de diuisione que est in infinitū vel de diuisione partiū eiusdē gnīs: sicut sunt ptes ꝯtinui: adhuc videf esse falsum: qō dictū est. Qō eni est cā qītis: videf etiam esse cā ꝯtitis: eēntia aūt qītitatis causaf a suba: sicut eēntia cuiuslibet alterius pdicamēti: videf ģ φ passio ꝯñs qītitatē causef etiā a suba que est diuidi in infinitū: ģ pmo accidit sube: vt videf. ℂ Adhuc ꝯstat φ mā nō tota est in vno: sed in mltis est ptita: ģ h3 ptē. Sed qō h3 ptē ⁊ partē est diuisibile: videtur ģ suba mãe diuisibilis esse. ℂ Adhuc ꝯstat φ sub3 nihil h3 ab accnte de essentialibus sibi. Est aūt essentiale mãe qō est de ipsa in vno: ⁊ qō est de ipsa in alio: ⁊ sic de alijs in qua est diuisa. ģ ptes illas a qītitate nō h3: ģ nec diuisibilitatē: vt eni aliter nō posse euitari gnātio in infinitū nisi mā prima diuisibilis sit in infinitū p hoc φ est mā. ℂ Sunt aūt qdā theologizantiū qui oīa hec ꝯcedūt ⁊ qō Arist. dicit: dicunt dicere ipm sm sensum: cū tñ sm rōnē aliter sit: qꝛ diuisio sm rōnez vt dicūt primo est in suba p ea que dicta sūt. ℂ Sed hoc friuolum est: qꝛ tūc Phs falsum diceret: ⁊ videref verꝫ dicē: ⁊ hoc esset deceptoriū ⁊ nō philosophicū dictū. ℂ Cā aūt dicti istoꝝ est φ ipsi dicūt hoīes esse mltiplicatos ex vno mālī aliquo qō fuit in pmo hoīe ex quo3 sit paruū: nunq̄ deficiet generatio: qꝛ diuisibile est in infinitū: nec est diuisibile vt inquit sicut quātū: qꝛ quātū h3 partē iuxta partē distantē ab ea p sitū. Sed suba mãe nō h3 partes a se inuicē distātes p sitū: sed h3 ptē in pte: ⁊ nō iuxta ptē: ⁊ illa pars que est in pte: producif in gnōne sine diminutione ptis ex qua educif p multiplicationē mãe: ⁊ ptiū mãe in seipsis absq3 additione aliqua ⁊ hoc mō dicūt multiplicatū esse genus humanū: ⁊ oē qō est multiplicatū p gnōnē. ℂ Sed φ hoc absurdū sit: sic demonstraf. Mā absq3 qītitate accepta aut est simplex: aut est cōposita: si est simplex: tūc est indiuisibilis p oēm modū: si aūt est cōposita dicaf qua cōpōne. Est. n. cōpositio pma ⁊ cōpositio scda. Cōpositio pma a ex essentialibus est. Cōpositio scda ex accnte ⁊ subo: ⁊ sicut se h3 accns ad subam: ita se h3 cōpositio scda ad cōpositionē pmā: sed accns causaf a suba: ģ cōpositio accntalis causaf a cōpositiōe essentiali: ģ vbi nō erit cōpositio prima: ibi nulla erit cōpositio: s3 in mā pma nō est cōpositio prima: qꝛ prima cōpositio est ex potentia ⁊ actu: ģ in mā nulla est cōpositio: ergo simplr ⁊ absolute est indiuisibilis. ℂ Adhuc aūt sicut iuxta ⁊ citra ⁊ infra dicūt eni dñas positionis partiū in toto: ita dicūt dñas pōnis ⁊ situs intus ⁊ extra: ergo īpossibile est imaginari partē in parte nisi intra dicat aliquā pōnis dñam. ℂ Adhuc autē in oī qō h3 ptes in quas diuidif: necesse est φ partes inter se differant aliqua dñā: si enim nulla dñā differrent: tunc essent oēs eadē ⁊ vna. qꝛ idē est a quo nō differūt dñā: partes ģ in quas diuiditur mā differūt inter se: queraf ģ qualr differunt: aut dñā substātiali aut accidētali. Cōstat φ nō accidētali: qꝛ mā prima ponif esse sine accidēte sm seipsam. Similr p3 φ nō substātiali: qꝛ tūc differrent formis vel materijs: ⁊ ꝯstat φ non formis: qꝛ hypothesis est: φ sint sine formis. Materijs āt non differūt: qꝛ nō est idē in quo aliqua ꝯueniunt ⁊ in quo differunt. Cōueniūt aūt in pncipio mālī: ergo nō differūt in illo ⁊ tunc mirabile est qualr sint partes cū nihil sit rā pluralitatis nisi dñā sola diuidens. ℂ Adhuc etiā logica rōne cōstat idē qꝛ cui ꝯuenit passio ꝯuenit ⁊ subm: diuisio aūt passio est quātitatis: ģ tali mãe si diuidif cōuenit esse qītū. ℂ Adhuc passio diffinita p subiectū nō se extendit extra subm illud: sicut simmū nō extēdit se extra nasum. Sed diuisio passio est diffinita p subm: diuisio dico que est p ea que sunt eiusdem rōnis cū toto: sic eni diuisio nō diffinif nisi p ꝯtinuū: ģ nō inuenief vnq̄ extra illud: nō ģ ꝯuenit mãe que est ante ꝯtinuū p nām. ℂ Sed si forte aliquis dicat φ mā intelligif esse diuisibilis sicut intelligif separabilis a forma: non eni actu vnq̄ separaf ab oībus formis: ita φ sub nulla forma sit. Sed qꝛ successiue ab hac ⁊ illa separaf: ideo separabilis esse dicif: ita etiā diuisibilis esse p se dicif: nō qꝛ diuidaf qsi nuda ponif: sed qꝛ diuisa in entibus inuenif. ℂ Si ģ sic aliquis velit dicere: ꝯstat absurdū esse: φ eni mā nunq̄ separata est a formis oībus hoc est ꝓpter sui imꝑfectionē que ad esse non sufficit sine forma: ⁊ hec iperfectio nunq̄ mām derelinquit: ⁊ ideo cū forma semp erit sm actū. Sed diuisio non accidit mãe ꝓpter imꝑfectionē nec accidit ei ex alio aliquo sicut dictū est in hypothesi: ģ maxie ꝯueniet ei p seipsam. ℂ Adhuc aūt eadē rōne calor ⁊ albedo pñt dici diuisibilia per se: qꝛ in entibus quātis diuidi inueniunf: qō tñ est absurdū. ℂ Adhuc etiā sm hoc qualis mā p se diceref qꝛ inuenif qualitate aliqua disposita in entibus. ℂ Forte aūt aliqs dicet φ inuenif mā diuisa in entibus qbusdā absq3 qītitate sicut in intelligētijs ⁊ aīabus: ⁊ ita diuidi nō ꝯuenit ei rōne quantitatis. ℂ Sed ꝯ hoc ꝓcedif ex eo φ difficilius assumif: qꝛ nō est ꝓbatū intelligētias ⁊ aīas ex materijs ꝯstare. ℂ Adhuc aūt ⁊ si ꝯcedaf intelligētias ⁊ aīas habere mām: adhuc absurdū erit dicere vel ponere ptes materie que sunt in intelligētijs ⁊ aīabus diuisas ex mā vna esse cuius ille pticulares materie sunt ptes: sed potius vnaqueq3 erit ex mā sua tota que secū producta est in esse ⁊ nō reducunf iste pticulares mãe in vnū qō sit eis cōe re: sicut totū integrale cōe est ptibus: sed potius in vnū qō est cōe rōne. De tali aūt mãe diuisione nō loquimur: qꝛ bene scimus genus diuidi p dñas: ⁊ mā3 diuidi p formas: ⁊ hoc duplr. s. qā est cōe vnū diuidif p gnōnē: ⁊ qā aliter est nō diuidif: sed plures mãe talibus ꝯcreantur. ℂ Adhuc aūt mirꝫ videf si intelligibile est qō dicūt de multiplicatione mãe in seipsa sine additione. Multiplicatio eni nō causaf nisi diuisione ꝯtinui vel p dñam cāe ⁊ causati: vt docēt Phi. ℂ Nullo aūt istoꝝ modoꝝ fit ista multiplicatio. Si aūt multiplicationē rei in seipsam vocēt augmentū rei ⁊ incrementū. Hoc erit mirabilius si intelligere possunt aliquid augeri non rarefactū nec ꝓductum sine additione alicuius ad ipsum: qꝛ oē augmentū est preexistentis magnitudinis additamentū. ℂ Adhuc aūt queramus qua rōne ponūt hoc hic qō dicūt de tali multiplicatione: Phi enī3 nō est ponere aliquid nisi p rōnē certā. Hāc aūt rōnē nō videmus aliā nisi qꝛ sic placet dicere gratia ꝯtentionis. ℂ Adhuc Aristo. ꝓbauit in libro de gnōne ⁊ corruptione: φ gnō nō est infinita ꝓpter mãe infinitatē: sed potius ꝓpter gnōnis reciprocationē. Gnātio. n. vnius est corruptio alterius: ⁊ corruptio vnius gnātio alterius in simplicib⁹: ģ positio ista que ponit sic mām diuisibilē in infinitū: nō est de pōne peripateticoꝝ. ℂ Adhuc aūt totū opus nature p hūc modū esset per multiplicationē mãe in seipsam: ⁊ diuisibilitatē: qraramus ģ quid ad actū ducat illā potētialē multiplicationem que est in mā: aut. n. hoc facit nā: aut deus. Si nā: hoc est absurdū: qꝛ nā expedit se paucioribus q̄ potest: ģ nā non adhibet materiā p cibum vel aliunde: vt ex illa operef in hoībus ⁊ plantis ⁊ aīalibus: qō videmus esse falsum. Si aūt deus sic opaf: tūc ea que videmus non erunt opa nature sed dei. ℂ Adhuc āt deus magis ordinatus est in ope suo q̄ nā: ģ suū opus minus abundat supfluis q̄ nature: quare ergo adhibet ⁊ ipse fomenta aliena ciboꝝ vt suum opus multiplicef. Si dicat φ cibi impediunt ne ꝯsumanf ea que sunt materie pme partes: hoc erit mirabile. Si enim ꝯsumptibilis est mā: tūc est corruptibilis: ergo habet ꝯriū: qō est absurdū. ℂ Adhuc aūt si ꝯsumptibilis est: impossibile est impediri φ aliqd nō ꝯsumatur ex ꝯtinua calidi actione quantūcūq3 fomentetur ⁊ impediatur per cibū. Si ergo cōsumif aut ꝯsumptum restauratur aut non: si non ergo diu est consumpta a principio mundi. Si restauratur aut accipit in se restaurationez: aut a cibo: si in se ģ cibo nō indigent ea que cibanf: si aūt accipit ex cibo: tunc necessario aliqd ꝯuertif in ipsa3: nō ģ multiplicaf in seipsa. ℂ Hāc igif positionē tāq̄ absurdā ⁊ mēdacijs plenā relinquētes dicimus ad pmo obiecta: φ cōpositio que est ex mā ⁊ forma non est cōpositio dans materie partes ⁊ faciens eam compositam: ⁊ ideo de tali compositione non est nobis hic sermo. ℂ Quod autez obijcitur de diuisione que est per modum continui dicendum φ quādo ꝯsequens est passio alicuius: ⁊ antecedens est subiectum: tunc non oportet φ idem sit causa antecedentis ⁊ ꝯsequentis: quia consequens fluit: tunc ex essentialibus antecedentis: ⁊ antecedēs non fluit ex essentialibus sube: sed potius suba est causa accidētiū sicut subm ⁊ nō sicut essentiale ipsis. ℂ Si vō demus etiā φ ꝯñs causaf a suba sicut ⁊ ꝯñs: adhuc nō valebit rō: qꝛ

Marginalia (left): R s° aliorū quāvf doctor subtilis imitari 2° sniaꝫ dist. 12°. qōne 2°. aliq̄ ex pte · Impugnatio · Compositio duplex. · 2° ratio · 3° ratio · 4° ratio · 5° ratio · Euasio ad instantias · Impugnatio

Marginalia (right): triplex euasio nō inducte. · Alia euasio · Impugnatio eiusdem. · 6° rō pncipalis ꝯtra opinionē pncipalē. · 7° ratio · 8° ratio · p° de gnōne. t.c. 15. 16. ⁊ 17 · 9° ratio · Solo doctoris ad obiecta positionis aduerse. · Uide quomō suba est cā ac

[margin: Vide in 4° me ta. cōmē. 2.]

nō est necesse q̄ eā disponat dispositione effectus sui nisi sit eā p se ꝛ vniuocē: sicut fit ab hoīe hō: ꝛ calidū a calido: talis aūt causalitas nō est inter subām ꝛ accidēs. ¶ Adhuc aūt si ꝯcedamus tenere arg^m nō pōt ꝓbari q̄ subā diuidaē nisi sicut est quāta. Est aūt potētia quāta nō actu: ideo potētia nō actu est diuisibilis. Qđ aūt mā nō tota est in quolibet māto: sed p ptes ꝯuenit: iō q2 nō ingredit mā sua nisi sub pma forma sua que est corporeitas: ꝛ p illā efficiē diuisibilis. ¶ Nec dicimus hoc q̄ subm nihil habeat ab accidēte: albū enim dicit disgregare hʒ visum ab accidēte. Simil'r subā diuisibilitatē hʒ ab accidēte: q2 diuidi accidit substātie. Sed verū est q̄ essentialiū nil hʒ subm ab accnte: q2 si aliqd essentialiuz subā acciperet ab accidēte ꝯtingeret q̄ accns esset eā sube: qđ nō pōt esse: q2 ecōuerso est: subā enim est eā accntis. Hec ꝗ hic dicta sufficiāt: qm̄ que restāt de nutrimēto ꝛ augmento rez partim in libro de gnōne ꝛ corruptione: tractatū de augmēto: partim aūt in libro de nutrimēto habent determinari.

[margin: Non intelligitur subʒ nihil hēre ab accnte]

¶ Cap. 5^m. De turbatione antiquoꝝ ꝓpter vbū substātiuuz qm̄ est tertiū adiacēs iter subiectū ꝛ esse nāle predicatum.

[margin: Tex. c. 20.]

REdeamus Ergo nūc ad improbatio nez positionum Melissi ꝛ Parmenidis. Fuerūt.n. quidā sequētes eos adeo ꝯturbati ꝛ īpediti dictis ꝛ rōnibus eoꝝ: q̄ putabāt q̄ ens nō esset nisi vnū qđ est subā vna in gn̄e vel numero: ꝛ accidēs dicebāt esse extra ens: ꝛ iō nō debere p̄dicari de subā p verbū substātiuū notās cōpōnē accntis cū subā. Qm̄ enī hoc verbū est tertiū adiacēs fuit in ꝓpōne ꝛ subā fuit ī subiecto ꝛ accns in p̄dicato: sicut qm̄ dicebaē hō est albus: cōturbanē eo q̄ putabāt verbū substātiuū essentialē notare cōpōnez: ꝛ sic id qđ erat vnū fieri multa: q2 putabāt idē significari ꝑ accns qđ erat subā: nescientes q̄ ens qđ importaē in verbo substātiuo multipl'r dī de subā ꝛ accnte: ꝛ iō qdam eoꝝ dicebāt hoc verbū est: esse auferēdū de talibus ꝓpōnibus: sicut Lycophron. Alij aūt emēdabāt dictionē dicētes ipʒ debere īplicite significari: dicētes q̄ nō opʒ dici: hō est albus: sʒ hō albaē: neqʒ opʒ dici hō est ambulās: sed hō ambulat: ne forte si ponerēt verbū est pro nota cōpōnis: significarent subāz esse accns: ꝛ ita vnū significareē esse multa: q2 subā est subā ꝛ nō est accns: ꝛ accns est accns ꝛ nō subā: ꝛ iō hec sunt duo: vnde si vnū significaē esse alteꝝ: vnū significaē esse duo: qđ est incōueniēs. ¶ Causa aūt cōturbationis fuit vt diximus q̄ verbū substātiuū semp putabāt essentialē notare cōpōnez: ꝛ iō qm̄ iter subm ponit ꝛ p̄dicatū putabāt: q̄ p̄dicatū eēt sem per essentia subiecti: nescictes q̄ qm̄ tertiū fuit adiacēs: hoc vbū est qđ tūc significat quādā cōpōnē essentialē vel accntalē quā sine cōpositis nō est intelligere. ꝛ hec est qn̄qʒ essentialis: qn̄qʒ accntalis: q2 ens multipl'r dī de subiecto ꝛ accidēte.

[margin: Tex. c. 21.]

¶ Ipsi aūt ꝓcesserūt in dictis suis tanq̄ singul'r: hoc est vno mō diceret vnū ꝛ ens: ꝛ hoc falsum est: qm̄ entia multa sunt nō vnā rōnē hītia. Et vnū dī multipl'r: aliqm̄.n. plura sunt aliqua fm rōnē diffinitiuā. sicut aliud esse diffinitiue inest albo: ꝛ aliud musico. Sed tm̄ eadē sunt vtraqʒ p subm. Similiter ens dī potētia ꝛ actu: ꝛ simil'r vnū: sicut totū est vnū cuꝫ ptibus actu: ꝛ tm̄ multa est potētia diuisionis. ¶ Hec aūt in distinctione entis ꝛ vni⁹ deficiebāt antiqui ꝛ cōfitebanē seq ex nota cōpōnis importatā p vbū substātiuū: vnū esse multa tanq̄ magnū incōueniens esset vnū fm diuersas rōnes esse multa: cū tm̄ fm aliquē modū aliqua esse multa: ꝛ esse vnum fm aliū modū nō sint opposita. ¶ Dicit enī vnū multipl'r: potētia ꝛ endelechia: hoc est actu ꝛ alijs modis quos in p̄ma pōni habemus determinare. Modo igit̄ p̄habito p̄cedētibus non videt impossibile vnū esse multa.

¶ Capłm. 6^m. De solutione syllogismoꝝ Melissi.

[margin: Tex. c. 22.]

¶ Scias aũt ꝙ quidam ponũt motū in genere ꝓceſſionis vel exitus vel fluxus: dicentes motū eſſe exitū de potẽtia ad actum: vel fluxũ potẽtie ad actum: vel ꝓceſſionẽ: ſꝫ nullũ iſtorū generum cõuenit: quia oĩa iſta noiant ſpecies quorũdã motuũ: ⁊ idõ nõ ↄuenienter dicuntur eẽ genera motus. Si tamẽ nõ fieret vis in hoc: ⁊ diſtinctio fieret de exitu potẽtie ad actũ: eo ꝙ quedã exeunt ſubito ⁊ in inſtãti: q̃dam autem nõ ſubito ⁊ in tẽpore: ⁊ illa quidẽ que exeũt ſubito nõ moueñ: ſed illa que exeunt in tẽpore: tūc ſatis cõuenienter poſſet diffiniri motus: ſicut dicit Auic. ꝙ motus eſt exit⁹ de potẽtia ad actũ in tẽpore continuo nõ ſubito: niſi ꝙ tp̃s qđ

Impugnatio dictum motũ eẽ exitũ vel fluxũ de po^a ad actuꝫ: ⁊ quõ iſta opinio ↄſendi pt ſm Auic.

cadit in diffinitione motus potius terminus est eius motus. Et adhuc nō est habitus tractatus de ipso. Motus eni de numero cōtinuoꝝ est: ⁊ ideo in ꝯtinuo tēpore est mot⁹ vn⁹. Sed hoꝝ declaratio pendet ex posterius ingrendis: ⁊ ideo hec diffinitio hic poni nō debet. De tēpore habebit in fine quarti. ⁊ de vnitate motus in quinto. ⁊ de ꝯtinuitate in 6°. ⁊ ideo post sextū librū diffinitio illa perfecte intelligetur.

¶ Cap. 8m. In quo soluuntur dubitationes de motu ⁊ precipue illa qua queritur in quo sit motus vt in subiecto.

Te.c.cl.lo.

Dubia autē quedam de motu iam soluta sūt per dictas diffinitiōes: quorū vnū est verū in mouente vel in eo qđ mouet sit motus sicut in sbto. ¶ Cōstat eniꝫ ex physicis cū motus sit actus mobilis ꝙ in mobili est sicut in sbto: q2 in quo est mot⁹ sic in subiecto illud mouetur. constat autem ꝙ mobile mouet cum motus inest ei: non autem mouens mouetur sm ꝙ est mouens: ergo motus nō est in mouēte sed in mobili: est tamen motus huiusmodi actus qđ est mobile: ⁊ ab hoc mouente. vnde autē actus moti siue inducētis motū nihil aliđ est ꝗ motus: q2 motus est actus quē mouēs dat mobili qđ mouetur. Cum autē non det nisi id qđ habet aliquo modo opꝫ actum istū qui motus est aliquo mō inesse in vtrisq3. s. in mouente ⁊ in moto. Mobile eni dicit ⁊ est mobile in ipso posse moueri ⁊ recipere motuꝫ. Mouens autē dicit ⁊ ē mouens in ipso facere ⁊ agere motum in mobili: ergo sīr ⁊ eq̄liter est vnus vtriusq3 actus ipse motus: sed diuersimode: q2 est agentis siue mouētis actiue: ⁊ sicut cause que per motum cōparantur ad motum ⁊ patiens. Et est mobilis sicut subiecti qđ per motū receptum ⁊ in se fluentē ex mouēte cōparatur ad motum: ⁊ hec comparatio equalr est vna sicut omnis relatiua oppositio in eo qđ cōparatio media īter cōparata: sicut dicitur vna comparatio media duoꝝ ad vnuꝫ: ⁊ vnius ad duo: tamē si in extremis accipit cōparatio duoꝝ ad vnum est cōparatio ⁊ proportio dupli: ⁊ cōparatio vnius ad duo est ꝓportio subdupli: ⁊ ideo ꝓportiōes iste sunt due ⁊ composite ⁊ exterius ⁊ in medio est ꝓportio essentialr vna differens per terminos per quos diffinitur ꝓpter hoc etiā sua diffinitio non est vna. Eodē autē modo se habet hoc in rōne sicut in spatijs. Spatium eni vnū est inter duos terminos oppositos que sunt sursum ⁊ deorsum. Spatiū eniꝫ medium subiecto est vnū: sed tamē comparatiōe eius qđ ē sursum ad deorsum est descēsus: comparatione ꝟo eius qđ ad deorsum sursuꝫ est ascēsus: ⁊ diffinitio ascēsus ⁊ descensus motus cū penes terminos sumat nō est vna. ¶ Silis autē modus oppositionis ⁊ idētitatis est etiā in mouente ⁊ moto quo ad motū qui est in mouēte per rationem eius qđ est mouere in motu per rōnem eius qđ est moueri: ⁊ sunt rationes eoꝝ ⁊ potentie opposite: ꝫ essentia cōparationis videat esse vna: eo ꝙ est inter eadē extrema. ¶ Habet autē ista questio ad oēm partem rōnalem disputationē: ⁊ ideo ꝫ iā determinata sit. ꝓpter bonitatē tamē exercitij redibimus ad eaꝫ iteꝝ. Necesse est autē ex dictis forsitan ꝙ motus sit actus quidam ⁊ actiui ⁊ passiui: ⁊ videt ꝙ ille motus idē numero acceptus hic sit actio siue mouere. s. in actiuo ⁊ mouente. illic autē sit passio siue moueri in passiuo ⁊ mobili qđ mouet sm actum. ¶ Mouere autē ⁊ moueri penes effectus ⁊ opa videtur habere diuersitatē: q2 vnius opus ⁊ perfectio est actio ī actiuo: ⁊ alterius opus est passio in passiuo. Quia autē ⁊ mouere ⁊ moueri sunt actus: qui est actus ⁊ mouētis ⁊ moti sicut iam dem̄ est: si dicant ista duo. s. mouere ⁊ moueri qui sunt mot⁹ eē actus alteri ⁊ diuersi: tūc aut vtriq3 actus siue perfectiōes iste sunt in actiuo siue in mouēte: aut vtriq3 sunt ī patiēte siue in eo qđ mouet. aut actio est in agēte ⁊ mouente: ⁊ passio est in patiēte eo qđ mouet: non enim possumus accipere vlteriorē partē diuisionis. s. ꝙ passio sit in agēte ⁊ actio in patiente: quoniā si agens vocaretur noīe patientis: ⁊ patiens noiaretur nomine agentis tunc essent equoca. Et iterum alia causa est huius: q2 si agens eēt patiēs sm ꝙ agēs tūc opposita inessent eidē sm idē: ⁊ eadē rōe est q̄re actio non inest patienti per se sola. ¶ Accipiamus igit membra predicte diuisionis: ⁊ duo qdem simul iprobabūtur. Si eni mouē motoris: ⁊ moueri moti: siue agere ⁊ pati sūt diuersa: ⁊ ipsa sunt motus: ⁊ dicat ꝙ mouere ⁊ agere sunt in mouēte ⁊ agēte: tunc cum mouere ⁊ agere sunt motus: motus erit in agēte ⁊ mouente: ⁊ si hoc cōcedatur: tunc duoꝝ impossibiliuꝫ alterum sequtur: aut ꝙ omne mouēs mouetur: eo ꝙ cui inest motus necessario illud mouet: sicut necessario est albuꝫ cui inest albedo: aut ꝙ habēs motū non mouet: ⁊ hoc videt impossibile: q2 sicut dem̄ est cui inest motus illđ mouet: hoc autē sequtur illis duob⁹ que dicta sunt suppositis. s. ꝙ mouere ⁊ moueri cum diuersa sint: sint tū vnus motus ⁊ mouere sit in mouēte sicut in sbto: per eūdem autē modum disputationis supponit destructū esse mēbrum ꝓbabile diuisiōis. s. ꝙ ambo sint in mouente. s. mouere ⁊ moueri: ⁊ agere ⁊ pati. et sint ambo ꝫ diuersa in se motus vnus tunc iterum motus erit in mouente rōne duoꝝ actuum qui sunt mouere ⁊ moueri: ⁊ tunc si id non mouet cui inest motus: tūc habēs motum nō mouebitur. ¶ Si autē tertiū mēbruꝫ prehabite diuisionis accipiat. s. ꝙ vtraq3 pars sit in moto ⁊ in patiente: ita ꝙ duo actus. s. mouere ⁊ moueri: ⁊ agere ⁊ pati que sūt actiones actiui ⁊ passiui sunt in moto ⁊ in patiēte: ⁊ sunt diuersi: cum tū sit vnus motus sicut actio ⁊ passio: ⁊ doctio actiua ⁊ doctio passiua: cum duo sint ambo tū sint in patiente siue in addiscēte: ⁊ sint motus vnus in ipso sequunt duo ipossibilia: quorum primū est ꝙ actus ꝓprius vtriusq3 ipsoruꝫ duorum. s. actiui ⁊ passiui est in altero sicut in subiecto: cum tamē ipsa sint opposita: qđ est impossibile: q2 sicut agēs ⁊ patiens opponūtur ita actiones eoꝝ ⁊ perfectiōes eoꝝ opponūtur: ⁊ ita actus actiui non est in passiuo sicut in sbto. ¶ Illđ autē incōueniēs sequit ad mēbꝝ diuisiōis ꝓbice. s. si vtrūq3 dicatur inesse actiuo: ⁊ ideo illud mēbrū diuisionis destructum est in vtroq3 extremoruꝫ duoꝝ mēbrorum. ¶ Alterum autē incōueniens ꝙ vnum ⁊ idē duobus motib⁹ mouet sit ad eūdem ⁊ vnum finē: q2 vni⁹ sm spēm est moueri ad vnū ⁊ eūdem finem. Est autem patiens vnū sm speꝫ: ergo vnus erit finis: sed si moueri ⁊ mouere est in ipso tūc habet duos actus. s. actum actiui ⁊ passiui qui duo motus dicunt. eo ꝙ in duplici rōne ⁊ specie existētia dicitur eē motus vnus differens spē agentis ⁊ specie patientis: sm hoc eni due erunt alterationes: quedā vnius ⁊ eiusdem ⁊ in vnā spēm ducentes tanq3 in finem: q2 vnius ⁊ eiusdem patientis erit alteratio que est motus agentis qui est alterare: ⁊ alteratio que ē mot⁹ patiētis qui est alterari: ⁊ vtraq3 motū ducit ad vnā spēm: sicut ad albū vel musicum vel aliā huiusmodi qualitatem: sed hoc est ipossibile: ergo ⁊ illud ipossibile fuit qđ suppositū erat. s. ꝙ mouere ⁊ moueri sunt diuersa ⁊ mot⁹ vnus: ⁊ insint ambo actiuo ⁊ passiuo: vel diuisiꝫ insint: ita ꝙ actio passio: ⁊ passio actio. Si autē ꝓpter hoc dicat ꝙ ista nō sunt diuersa: sed sunt eadem in se. s. mouere ⁊ moueri: ⁊ agere ⁊ pati: ⁊ sint etiaꝫ motus vnus: iterū videt sequi ipossibile. s. ꝙ duoꝝ specie differentium: eo ꝙ actiuū ⁊ passiuuꝫ differāt speciebus oppositis sit idem actus ⁊ idem motus: eo ꝙ mouere est actus actiui: ⁊ moueri est actus passiui: ⁊ si eadē sūt tunc actiui ⁊ passiui est actus vnus: ⁊ sm hoc vlterius sequitur tūc ꝙ doctrina ⁊ doctio sint idem eēntialr: ⁊ actio ⁊ passio: ⁊ docere ⁊ addiscere: ⁊ agere ⁊ pati. q̄re docētē necesse est addiscere: ⁊ agēteꝫ pati. ¶ Sciendū autē est ꝙ omnis ista disputatio sequtur ex q̄tuor que cōsiderātur in motu: quoruꝫ vnum est ꝙ motus nihil aliud est nisi qđ fluit a motore. Est autē mouere qđ fluit a mouente: ⁊ sic motus ⁊ mouere videtur esse idē formalr ⁊ essentialiter ꝫ differant sm esse ⁊ rationeꝫ. Scđm autē est ꝙ motus nihil aliud est nisi ꝙ recipit id qđ mouetur a mouente. nihil autē recipit motū nisi qđ dat mouens: dat autē quādo mouet: ergo moueri qđ datur moto: ⁊ mouere qđ dat mouens sunt eiusdē essentie: ⁊ motus videt esse idem vtriq3 ipsoꝝ. Tertium autē ꝙ mouens ⁊ motuꝫ differant ⁊ opponūtur precipue si sint mouentia ⁊ mota physica: q2 illa mouent ⁊ mouentur formis cōtrarijs. Quartū autem est ꝙ differentium specie videntur esse diuerse perfectiones ⁊ actus: ⁊ ita videt alius esse motus siue actus mouentis: ⁊ alius moti qđ mouet. ¶ Ista autē disputatio de plano solui potest sic vt reuocemus imaginationem motus quaꝫ superius posuimus. s. ꝙ diximus motū eē sicut fluxum quēdam: sed qđ diximus supra fluxum esse a termino mot⁹: iterum hoc dicimus hic fluxum a mouente in id qđ mouetur: ⁊ imaginemur hunc fluxū: siue sit in quantitate: siue in vbi: siue in qualitate: nō eē interruptū neq3 abscisum: sed conti-

Tex.c.a.lo.

Documentū

Solo scdi dubitatiōis.

nus quem motor causat: & sicut a causa egredit ab ipso & mobile suscipit sic ipm: & cum inter mouēs & motū nihil sit medium: vt pbatur in .7. tunc motus est cōtinuus fluxus non hñs distātiaz inter mouens & motū semper a motore i mobile fluens. Sm eni hāc imaginationē sīgdē mouere: qd ē fluxus motus a motore: & moueri qd est susceptio eiusdē fluxus a moto idem est in essentia sicut spatiū qd est inter duos terminos. sed tamen q: mouere non tm nominat motū illū fluxū: sed cū fluxu nominat esse fluxum a motore: & moueri non tm dicit fluxū sed cū fluxu conceptionē eius in subiecto: motus aūt nō dicit nisi motū qui est ab vno in aliud: ideo mouere nō est moueri: & tñ motus est vnus fluxus eius qui est eius qd est mouere: & eius qd est moueri: sic spatiū ab Athenis ad Thebas: & a Thebis ad Athenas. vnde et idē est in essentia: sed sm tamē q terminatū est ad Athenas nō est spatium terminatū ad Thebas: & melius exēplum fuisset si placuisset Aristo. radius inter solē & coloratū corpus: hic eni vnus & idē est: sz tñ terminus eius sz q est a sole fundente ipm nō est receptio eius in colorato. & idō esse ipsius in fonte radij: & aliud est ab ipso esse eius in sbto recipiente ipz qd est corpus coloratū: & hoc exemplū cōius est valde: quia sol nō est in quo radius sed est cā fundens ipz coloratū: aut non est cā eius sed sbm solū in quo est radius sm esse pprīū sbe & nō sm nām radij quā hz in sole a quo principiatur. Ita eni motus est vnus in eo qd est mouēs & motū principiat a mouēte per id qd est mouere: & receptus i eo qd moueť per esse motus: & cum motus est vnus: & mouere non est moueri: & motus quidem est in eo qd moueť: sicut in sbto recipiēte. In eo aūt qd mouet est sicut in causa motus a qua fluit: & nō sicut in sbto. Hec aūt vt magis intelligantur opz scire q omne mouens mouet aut essentialiter aut per accñs: & mouēs quidē per essentiā nō nisi primū mouens est: & eius mouere nihil aliud est nisi ab ipso fluere motū preter id qd motui subijciť: & illud mouens est imobile dans cūcta moueri. Si aūt mouet per accñs tunc nō mouet per essentiaz que sit causa motus sed per formā aliquā que sit causa mot' i ipso: sicut ignis mouet per calorem qui est in ipso: & tunc illō mouens moueť: sed nō sm q est mouens: vt prius dcm est: & idō iterum in illo nō est motus: sicut in sbto inquātum est mouens: sed motū esse in ipso est motū esse ab ipso & nō subijciť motui: ita q motus essentialr sit in ipso: sed subijciť causalitati motus: & hanc causalitatē motus noiat agēs & mouēs: ideo nō sequiť q ipm moueat si motus per eēntiam sit in eo qd moueť: & ideo illud moueť. ¶ Cū ergo queriť in quo sit motus dicimus q sicut in causa motus est in mouente: & sicut in subiecto motus est in eo qd moueť. Et cum queritur vtrum mouere & moueri sint actus diuersi: dicemus q sm q significant nomina sunt diuersi: q: mouere non solū dicit motū: sed dicit motū sm q est causa motus que subijciť cālitatis rationi motus a qua fluit motus. Moueri aūt nō dicitur solū motū sed dicit esse motus sm q est in subiecto recipiente ipsuz a mouente. Si vo queritur vtruz mouere & moueri sint motus vnus: dicemus q fluxus essentialr vnus est differens tamen penes eē & eē. Aliud est enim esse suum sm q est a mouente: & aliud sm q est in eo qd mouetur. ¶ His dictis de plano itelligiť q soluēdo hāc disputationē Arist. dicit. q nō est incōueniens vnius actū esse in altero. s. mouentis in eo qd mouetur: eo q doctio que est actus docentis est a docente in quo actu docens nō subest nisi intētioni cause pcessus doctrine ab ipso: & hic actus est in quodā sbto nō decisus neq; interruptus inter cām eius & sbm suscipiēs ipm qd sbm est discipulus: & idō est actus huius agentis in hoc sbiecto suscipiente. Simili mō predicto nec pbibet vnū motū qui essentialr est ptinuus fluxus ab vno in aliud eūdem numero in duobus esse: nō idez in esse vno sed sicut illud qd ē essentia vnū: & sm esse duo & hoc mō cōparatur potentia suscipiens actum illuz qui est motus ad agens qd influit actū illum qui est motus. ¶ Secūdū autē hanc solutionē nihil sequitur inconueniens: neq; eniz sequitur docentem addiscere cūiuis agere & pati idem motus in essentia sit: q: non sunt sic idem q habeāt rōnem vnā. ¶ Diximus eniz q agere et pati nō solum dicunt simplicem fluxuz qui est motus qui fluxus est inter mouens & mobile a mouente imobile. Sz agere nominat fluxū illuz sm eē quo est a mouente: & pati nominat eū sm q est receptus i mobili qd mouetur: & ideo lz ipse sit fluxus vnius: non tamen habet vnam rationem que dicit quid est esse: & est rei quiditas: sicut habent rationē vnā indumentum & tunica sm q est indumētuz: q: lz actio & passio dicāt fluxum: vnaz tamē n dicunt ipsuz sm diuersum esse & esse vt diximus: sed dicūt fluxū vnum sicut spatium vnū dicit viam que est a Thebis ad Athenas & ecōuerso: differētem solū per terminos: sicut prius dcm est. ¶ Similr nō sequitur incōueniens: quoniam que sunt eadem insunt eidē. hoc eniz non seqtur nisi de illis quoz quiditas est vna: hoc aūt non sic est hic. hoc enim nō est nisi fluxus vnus & quiditas est diuersa: q: quiditas eoz est penes eē & esse: & eē eius sz qd est a mouente aliud est ab esse eius sm q est in eo qd mouetur: & ideo pter idētitatem fluxus non seqtur q mouens sit motū: & ideo etiā neq; doctio est doctrina: neq; addiscere est docere: sicut lz duoz distantiū spatiū idē sit in substantia: nō tñ idē est pp hoc distare hinc & inde: & huc & illuc: q: distare inde huc & illuc forte est ascēsus: & distare hinc illuc forte est descēsus: sicut se hz distantia que est inter celum & terrā: cuius lz idē sit spatium: tamē termini neq; sunt idē: neq; motus: neq; potētia: neq; nā. ¶ Uniuersalr aūt dicendo sm hāc solōnez: neq; doctio est doctrina: neq; actio idez passioni pprie loquendo sed fluxus cui hec insunt sm diuersos terminos erit motus: & ille est idē. motus eniz quidam est vnus & idez fluxus qui est huius in hoc. hoc autez vnum & idez huius esse actuz est alterū sm esse & rationez. est enim huius vt cause: & est huius vt subiecti suscipiētis. ¶ Dictuz est ergo quid sit motus & vnialr & sm partes. dico autez sm partes: q: data diffinitione vnialī motus non inde manifestata est diffinitio partiū eo modo quo supra differuimus inducendo de singulis vnāquāq; speciem mot': sicut diximus q alteratio est endelechia alterabilis sm q alterabile: cum autē dicimus sic de motu q est actus mobilis sm q est mobile: & q est actus mouentis sm q est mouens certissimuz qd potest accipi de motu est q dicatur q est vtriusq; act' & perfectio & vnialr & simpliciter sm q sunt huiusmodi: hoc eniz dicit totaz substantiaz motus sm q est fluxus a mouente in illud qd mouetur: & hoc cōperit vniciuiq; speciei motus: sicut medicationi que est perfectio medicantis & sanati: & edificationi que est perfectio edificatoris & edificij: codē autez modo de vnoquoq; alioz motuuz. ¶ Cum ergo tres diffōnes date sint de motu vna quidē est magis dicens formam & substantiam motus que est q est endelechia existentis in potentia sm q est in potētia: q: endelechiā esse cōuenit motui sm suā formaz que cadit in predicamento: & hec est certa satis. alia est que est endelechia mobilis sm q est mobile: & est sm pprium sbm motus data: que certior est quo ad nos: q: motus cū inde habeat esse deficiens magis certificatur nobis ex mobili q ex seipso. Tertia est q est endelechia & mouētis & mobilis que dicit totū qd est motus sz q est fluxus a mouēte i mobile: & certissima est ista: q: in ea certificatur nobis motus tā ex mouente q ex mobili. In quibus autē generibus sit motus: & qualr de spēbus motus & de cōtinuitate: & an factus est aliquādo motus: & alijs quibusdam in posterius cōsiderandis dici habet q: illa sciri nō possunt nisi prius alia consequentia motum interponantur.

¶ Incipit Tractatus Scōs Libri Tertij Physicorum.

¶ Cap. pm. De infinito de probatione per dicta physicorū q vniuersalis sciētie est tractare de infinito.

Cum autē sciētia naturalis sit circa magnitudines sm q sunt termini physicoz corpoz: & circa ipm tempus & motuz: quoz vnūquodq; necesse est esse finitū aut infinitum: cūius nō oia naturalia que sunt in naturalib' corporib' sint finita vel infinita: sicut pūctus & passio: qm nullum tale necesse est esse in aliquo istorum generum: que sunt finitū vel infinitū. Cōueniēs vtiq; erit q ille qui de nā negociaľ cōsideret de infinito an est: & si est qd ē. ¶ Dico autē pūctū & passiōes nō eē in altero istoz generū finiti vel infiniti: q: opposita que hñt potētiā ztioz nō diuidunť sm vez vel falsum: nisi inata sint recipere genera ztioz. pūctus au-

Ex^m doctoris magi accommodatū exēplo Ar.

Mouēs duplex.

Tex. c. c. 20.

T. c. c. 21.

T. c. cō. 22.

T. c. cō. 23.

Tex. c. c. 24.

tem que finis est indiuisibilis est. et ideo neq finitus: neq infinitus: neq per se: neq per accns: passiões vo que sũt indiuisibiles sunt per se: diuisibiles aũt per accns finite vel infinite possunt esse per accns hoc est per sbm in quo sunt: sed nõ p se: q vo infinitũ multotiẽs accipit in diuisiõne continui: ideo primo loquẽdũ est de infinito. et pcipue ppter hoc q multi diffiniunt motũ per infinitũ: et nõ sine rõne vt diximus eo q est indeterminatus in eẽ.

E.t.cõ. 15.

¶ Qd aũt physice sit cõsiderare de infinito pptie signũ est q omnes qui rõnabiliter vident aliqd tetigisse de phis nũlli fecerunt verbũ de infinito: et hi oẽs conuenisẽt in hoc q dixerũt ipm esse pnm eor que sunt: et id etiã nobis tractandũ est inter pncipia de ipso. ¶ Differũt autez abinuicẽ: q quidã antiquor qui ponebant reb' nãlibus pncipia esse nõ naturalia: dixerũt infinitũ esse subaz et nõ dixerunt esse de numero accitiuz: alij in hoc ꝯuenerũt sicut Pithagorici et Platonici: et cã q dixerunt subam eẽ fuit: q dixerunt ipsuz esse pnm: q pnm subarum esse non posset nisi eẽt suba: et ideo iz videaẽ esse in magnitudine tñ sm istos nõ est accns vel passio magnitudinis: sed est differẽtia subalis ei' cui accidit magnitudo vel quãtitas. ¶ Sz differũt Pithagorici a Platonicis in hoc q infinitũ dicunt esse pnm sensibilium et sensibile: q ipsi dicebãt numeros sensibiles infinitos esse cãm infinitatuz reruz nãlium et illos nõ dixerũt hẽr eẽ separatum: sed potius habere eẽ in rebus sensibilibus. Dixerunt ẽt q extra celuz est sensibile infinitũ qd est locus vel spatiuz. Plato aũt nõ dixit extra celuz aliqd esse: et ideo nec corpus ibi posuit: nec ideas: et tamẽ nõ negauit id eẽ ideas nec esse extra celũ: q reqrerent locũ: q dixit q idee reruz nusq sunt: q idee ad suũ esse nõ reqrunt locũ. Ideas eniz dixit formas esse hñtes esse separatũ: que ad suum esse nõ requirũt sensibilia. et dixit infinitũ esse in vtrisq. s. in sensibilib' et idealis. ponit eniz infinitũ ex mã: quaz dicit esse paruũ et magnuz eo q putauit magnũ crescere in infinitũ: et paruũ in infinitũ decrescere.

E.t.cõ.16.

¶ Differũt ergo Pithagorici a Platonicis: q Pithagorici cãz infinitatis dicũt numerũ parez: sed Platonici cãz infinitatis dicũt in crescẽdo et decrescẽdo magnum et paruũ. Dixerũt eni Pithagorici sicut in primo arithmetice cõtinet diffinientes numerũ parẽ: q numerus par est q sub eadẽ diuisione potest in maxia paruissimaq diuidi. maxima quidez spatio partiuz. paruissima vo partiuz multitudine: q nihil spatio maiores partes habet q duas: eo q ille sunt medietates. Medietas autem maxima partiuz est quãtitate spatij: q medietas maior est tertia et quarta: et sic de alijs partib'. pars autẽ in mathematicis vocaẽ: et que aliquotiens sumpta reddit suuz totũ. He autẽ partes que sũt medietates due paruissime. i. paucissime sunt multitudie: plures eni sunt tertie et quarte: et sic deinceps partes. Numerus autẽ impar nequaq ita diuidi põt: et ideo cũ oĩs res sit diuisibilis vt par numerus: hoc est in duo media quãtitate continua maxima: et iteruz in duo diuisibilia et paucitate minima: et ideo per diuisionez de facili acceptabilis dixit Pithagoras q cõprehensus sub impari: et cõclusus eo q ipar: primus vincit eaz vnitate que principiuz est multiplicitatẽ: hoc est binariuz adhibet omnibus rebus ex modo sue diuisiõis infinitatez: nec finitur diuisio paris numeri in duo media: nisi ad imparẽ: et ideo pariter paris nũeri diuisio nõ finitur nisi ad vnuz. Impariter autẽ paris diuisio finitur ad imparez: sicut cũz diuidiẽ denarius in duos quinarios qui sunt medietates denarij: nõ potest quinarius in duos medios nũeros diuidi: q ipse impar finiens est diuisionez paris: et ideo dixit Pithagoras numerũ parez finiri ad imparem et excludi sub ipso. ¶ Q: autẽ par sit principiuz infinitatis pbat Pithagoras ex signo qd accidit in numeris figuralibus. si eniz accipiatur primus potentia ipar qui est vnitas: et circũponatur ei primus actu impar: generabitur quadratus primus qui est quaternarius: et si huic quadrato iterum circũponatur secũdus impar qui est quinarius: generabitur secũdus quadratus qui est nouenarius: et si nouenario circũponatur tertius in ordie impar qui est septenari': generabitur tertius quadratus qui est decimussextus: et sic in ordine multiplicationis in infinitum si semper proximus impar sequenti quadrato circũponatur: semper generabiẽ numerus quadratus: nec vnq hec forma numeri variaẽ. Ordinantur autez numeri quadrati ordine suaruz radicũ;

Nota d ordinatiõe numeri quadrati.

que sunt vnus duo tres quatuor rc. q vnitas est primus potentia quadratus. pmus autez quadratus actu est cuius radix est duo: cũz dicitur bis duo: et secundus est cuius radix est tria: cum dicitur ter tria: et sic in ordine quater quatuor: et quinquies quinque: et hoc modo in infinitum: sicut autez totus numerus in se multiplicatus dicitur hoc modo quadratus: eo q latera habet equalia et angulos: ita impar pprie dicitur gnomo grece: qd arabice vocatur elo ale et sumptuz est de secũdo geometrie vbi dicitur q quadratum qd in paralellegramate diametrus secat circa diametrum dicitur consistere. paralellegramamũ autẽ est quadrangulũ sub duabus equalibus lineis contentuz. Im paralellegramate quadratuz qd diametrus secat cuz supplementis duobus gnomo vocatur: paralellegrama autem iz quatuor lineas habeat: tamẽ opposite linee in ipso sunt equales: et qs equales linee in potentia sunt vt vna: ideo sub duabus dicitur contineri que inequales aliquando sunt. eorum autez oium sensibilis figura hec est. ¶ Pithagoras autem ad similitudinem figuraruz formans figuras numerorum dixit imparem esse gnomonem: quia sicut gnomo circũponiẽ quadrato in paralellegramate: ita impar circũpositus quadrato priori pximo perficit quadratum scdm. Est ergo sensus Pithagore q nũerus impar principium est finitatis eo q circũpositus quadrato non perficit nisi numeros vnius figure: hoc est quadratos: et ideo etiam ipse posuit numeruz entis principiorum quadratum qd est per modũ habitus. Si autem par quadrato proximo circũponatur: multiplicatio generat infinitas figuras. Si autez primum parem qui est duo primo potentia quadrato circũponas qui est vnitas: generabitur trigonus numerus qui est ternarius: et si sequentẽ parem qui est quaternarius circũponas huic numero constituto: generabitur eptogonus hoc est. 7. et si huic sequentem parem addamus hoc est. 6. ad. 7. generabitur figura quater decagona. et sic in infinitum variantẽ figure. ¶ Cũ ergo sm Pithagoraz cõpositio numerorũ sit cã multiplicationis oium erit par principiuz infinitatis. Impar aũt erit principiũ finitatis. Scdm hoc aũt intẽdit dicere Arist. truncatis verbis que sic sunt pũctanda. ¶ Signũ q ipar est pncipiũ finitatis q gnomonibus circũpositis circa suprẽmuz quadratuz numeri ibi gñabitur vnũ in figura et extra: si apponantur pares circa quadratos vel trigonos aliqñ gñaẽ eadẽ figura qualis fuerat figura numeri cui circũponebaẽ. aliquãdo autẽ gñatur spẽs alia in infinitũ. hec est ergo dñia qua differũt Pithagorici et Plato in cã infiniti. Pithagoras dixit numeros eẽ formales subas rerũ: et sic in infinituz in nũeris formalis sm ipz fuit rerũ suba. ¶ Sed Plato posuit ipsuz esse subaz materialez quẽadmoduz diximus: cuz tñ ambo isti rebus naturalibus non naturalia posuerũt pncipia esse. ¶ Sed hi naturalius locuti sunt in eo q posuerunt naturalia principia rebus naturalibus: illi nõ dixerũt q infinituz sit substantia formalis vel naturalis reruz: sed dixerunt q ipsum est passio quanti continui vel discreti: et ideo quia passio querit esse in subiecto aliquo dixerunt q habet aliam quandam naturaz que subiectuz est eius que est aliqua substantia sensibilis et ideo infinitum. Alia est rõ ab elementis que tamen substant infinito: et ideo quidã dixerunt infinitum esse in magnitudine illius rei que est elementuz reruz siue multitudine illorũ que dicuntur esse elementa: sicut aerez infinite esse magnitudinis vel aquaz vel mediuz inter elementa vel etiã infinita numero elementa sunt infinita sm multitudinẽ: et ideo quicunq dixit finita eẽ elementa rerũ et magnitudine et multitudine ille dixit infinitum nihil eẽ actu: q ille negauit in elemẽtis infinituz: ideo oportuit q negaret ipsuz in elemẽtis: q ex finitis numero et magnitudine nõ constituitur nisi finituz. Sed dixerunt infinituz esse physici quicunq posuerunt infinita elemẽta: sicut Anaxa. et Democritus. Anaxagoras enim dixit infinitũ cõponi ex infinitis numero et multitudine similibus partib' et homogeneis: quia talia homogenia dixit rerum omnium esse elementa. Democritus vo athomos infinitos multitudine esse elementa rerum et illorum figuram et ordinez eẽ semen oium figuraruz que sunt in corporibus naturalib': sicut alibi dictum est: et opinio eius magis in libro perigeneos explanabitur: hic autez athomalia corpora dixit discur

E.t.cõ.26.

E.t.cõ.27.

rere in

vere in vacuo qđ est magnitudis infinite. Si ergo ambo cō uenitāt in hoc ꝙ infinitū sit ꝯstitutū ex īfinitis nūero se ꝯtin gentib⁹: ⁊ per cōtactū suū ꝯtinuū corpus constituentibus.

T.c. cō.28. Nota hic de opione Anaxagore ⁊ de motuo opionis.

¶ Differūt aūt in hoc qđ Anaxa. dixit. ꝙ quelibet pars ho mogenia sm verā sīlitudinē mixta est vniuersitati rerū: et cuilibet parti vniuersitatis ⁊ cā hui⁹ dicti fuit sicut sepe di ximus: q̄a vidit ꝙ quelibet res fiebat ex q̄libet in tota vni uersitate rerū: ⁊ ex hoc voluit ꝙ affirmaret ꝙ aliqñ omnes si mul fuissent permixte que nūc diuidit ex aliquo nisi ꝙ fuit in ipso sicut si partes hui⁹ ossis aut carnis que diuise sūt ac cipiamus ex vna massa carnis aut ossis: necesse est vt aliqñ simul fuissent in vno ita dixit ꝙ oēs sanguines ⁊ ossa diuisa in rebus aliquando fuerūt in vno toto: q: est infiniti sangui nis ⁊ ossis: ⁊ sic de alijs: opꝫ igitur ꝙ aliquando omnia fue rūt in vno toto. Id eni qđ est principiū segregationis ⁊ disti ctionis rerum qđ vocat intellectū nō solum segregat parti cularitur vnū ab alio: sicut conuenit in generatiōe particu lari: sed etiā idem pn^m fuit tam distinctionis a principio tē poris in vniuerso cū ex vna massa infinita oia que nūc vide mus diffiniri ⁊ segregari ceperūt. ¶ Omne eni qđ fit ex tali corruptione qđ in se hꝫ vel cōtinet omnia ⁊ infinitū est mul titudine partiū ⁊ magnitudis dicitur fieri ab Anaxa. sed nō dicit omnia fieri simul: non eni simul ⁊ semel segregat ab eo totus sanguis vel totū os qđ est in ipo: sed successiue: ⁊ ideo q: talis distinctio ⁊ segregatio fit in ipso opꝫ ponere aliquod principiū agēs illā distinctiōis segregationē. hoc aūt princi piū in toto vniuerso ⁊ in partibus segregās est vnum qđ il le vocat intellectū agētem. Intellectus aūt ille operat a quo dam principio temporis determinato: q: intelligere ē opus eius ⁊ a quodā tempore intelligere cepit sm Anaxa. cū aūt hoc non intellexerit tunc mūdus idem incepit quādo intel lectus redeūdo super res discretionem ex vno mixto fecit: cognoscēdo eas luce intellectus operatiui: sicut artifex cogno scit artificiata: ergo sm Anaxa. necesse est aliquando oia si mul fuisse: ⁊ intelligere hoc per sīlitudinem intellectus ope rantis ad operata: ⁊ adde ꝙ pmus intellectus quē Anaxa. dixit esse deū in hoc potentior est intellectu artificis: q: non indiget instrumēto ad pductionem rerum: nec motib⁹ sed sua voluntas sufficit ad fieri ⁊ rerū pductionem: sed tamē iꝫ Anaxa. sm verba ista posuerit mūdum incepisse a principio quodam quo incepit intelligētia luce sua discernere segre ganda: tñ ipse intelligentie subiecit pro materia infinitū il lud ex quo discernit res: ⁊ hoc dixit esse eternū quia fere oēs pħici cōueniunt in hoc ꝙ materia esset eterna. Errabat ēt Anaxa. in hoc qđ dixit intelligentiā primā aliquando itelli gere: aliquando non: ⁊ hanc dixit deū: q: intellect⁹ suus vno modo se habet ad res: iꝫ res non vno mō se habeant ad ipꝫ sed creant ab ipso sub ordine tēporis: ⁊ de hoc ꝯsiderandū erit sufficientius in .11. pme pħie.

T.t.cō.29.

¶ Democritus aūt differt ab Anaxa. non solū in hoc ꝙ alia posuerit principia: sed etiā in hoc ꝙ nihil primorum dicit fieri ex altero: eo ꝙ vn⁹ athomus nō fit ex altero: ⁊ hoc nō dixit Anaxa. sed potius ꝙ vnū priorum fit ex altero: sicut sanguis ex carne ⁊ ecōuerso. Sed dixit Democritus corpus cōe qđ contactu athomoꝝ consti tuitur oium esse principium: ⁊ differt magnitudine sm diffe rentiam partium ⁊ differētiam figuraꝝ que sunt in partib⁹ athomalibus ex quibus congregatur ⁊ in quas segregatur. Manifestum est igitur ex predictis ꝙ speculatio de infini to conuenit speculationi phẏsice.

¶ Cap. 2^m. De eo ꝙ rationabiliter ab antiquis infinitū est positum principium esse ⁊ incorruptibile ⁊ ingenitum.

T.t.cō.30.

Considerando ergo d̄ īfinito opꝫ scire ꝙ illi qui po suerūt esse infinitū rōnabiliter dixerunt ipsum principium esse co rum que sunt: cum eniꝫ nihil frustra sit in natu ra non potest poni frustra infinitū a ponenti bus ipsum: ⁊ cum frustra nō sit īpossibile est ꝙ detur ei act⁹ principij: q: principia maxia ⁊ infinita sunt virtute. Oia eni que sunt aut sunt ex principio: aut principium. Infinitū au tem nō habet principiū: qđ probatur ex hoc ꝙ omne qđ ha bet principium habet finem aliquem: quia qđ habet princi pium extra finitur ad aliqđ extra: ⁊ qđ finit ad aliqđ extra finitum est: sed qđ est finitum non est infinitum: ergo si infi nitum est finitum nō est infinitum: qđ est incōueniens: ergo infinitum nō habet principium: ergo ipsum est pn^m. ¶ Am plius si est infinitū necesse ē eē ingenitum ⁊ incorruptibile: omne enim qđ generatur necesse est ꝙ generet in magnitu dine determinata quā complere potest forma generātis: sꝫ infinitum nō est determinate magnitudinis: ergo est inge nitum: hoc etiam mō non est corruptibile. ¶ Sicut eniꝫ ge neratū necesse est accipere finē in quo completur generatio: ita corruptionē necesse est esse a quodā principio qđ vltimū fuit generationis. Finalitas autē illa ex qua cōplet genera tio est ex qua est motus corruptionis: ⁊ cum isti motus sint finiti necesse est ꝙ omne generatum ⁊ corruptum sit finitū. ¶ Cum ergo nihil hoꝝ cōueniat infinito nō potest eē prin cipium aliqđ infiniti: imo potius ecōuerso infinitum princi pium aliorum eē videtur: ⁊ oia cōtinere ⁊ claudere in seipo: ⁊ gubernare omnia: sicut dicunt illi omnes qui nullā causā nisi agentem ponūt preter infinitum: sicut Anaxa. qui ponit preter infinitum cām intellectum agētem. Et Empedocles cām agentē dicit esse concordiā ⁊ discordiā. ¶ Qui autem in finitū dicunt q. s. nō est causa pter hoc ꝙ sit aliqua cā agēs: dicūt ꝙ infinitū diuinū qđdā principiū est ⁊ de⁹ ipse eo ꝙ sit imortale ⁊ icorruptibile: affirmat Anaximandros ⁊ phẏsico rum plurimi. ¶ Attēdendum aūt ꝙ qui dicit infinitum eē a principio: opꝫ ꝙ illud principium etiā sit infinitū: ergo sm il lum duo erūt infinita. s. quecūqꝫ discreta sunt nūero discreta sunt alietate formarū: ⁊ illa finita sunt suis formis: ḡ quecū qꝫ sūt discreta nūero finita sūt suis formis: ḡ hec duo īfinita sūt finita suis formis: igit̄ īfinita sꝫ finita: pp qđ īfi^m a pn^o eē non pōt. ¶ Est ēt attēdēdū ꝙ Anaximādros q īfinitū hoc mō posuit esse: nō posuit esse diuinū sicut causam efficiētē: sed potius sicut cām materialem: q: infinitū magnitudine sua dicebat oia continere sicut partes ⁊ gubernare omnia p hoc ꝙ dat vnicuiqꝫ eē ⁊ essentiā ⁊ virtutē naturalē: eo ꝙ nō posuit ipse nisi cām mālem esse. Si enim hoc in numero cā rum efficientiū esse dixisset: tūc sine dubio verū est ꝙ ipsa cā est infinita: sed nō dicit priuatiue infinita: ita ꝙ sit apta na ta habere finem: ⁊ nō hās: q: sic esset quātitas: sed dicit infi nita negatiue: ita ꝙ neget potētiam ⁊ actum finitatis in cā prima: qđ enim simplex est: neqꝫ finitū: neqꝫ infinitum pprie est: sed est īfinitum per negationē infinitatis ab ipso: eo ꝙ nec loco nec tempore nec itellectu eius aliqđ finiri pōt ⁊ gu bernat oia per prouidentiā: ⁊ continet oia per hoc ꝙ omnia ambit potētia cōtinēte ⁊ claudēte oia inferiora: hoc aūt infi nitū sic acceptū finis est oium: nō intrinsecus: ⁊ essentialis: sꝫ ad quem esse vniuersoꝝ tendit ⁊ nālis appetitus: hoc tñ mō antiquissimi pħorum nihil locuti sunt de infinito.

Nota d̄ opione Anaximādri.

¶ Cap. 3^m. Q: ex quinque aliquid probat̄ esse infinitum.

Volentes nunc disputare q̄ōnē an est infinitum: ponamus pmo ad hoc rōnes ꝙ ipm sit: ⁊ postea quasdam in oppositum adiiciemus probātes ꝙ non sit aliquid infinitum. ¶ Dicimus autē ꝙ ex quinque maxime videt̄ posse pbari aliqđ esse infinitum: quoꝝ primum est ex tēpore: tps infinitū est: ⁊ hoc qdem in .8. huius scīētie libro cōsiderabit̄: quoniam si de tēpore nihil est accipere nisi nūc presens instans: aūt qđli bet instans est accipere futurū: ⁊ necessariū est tēpus: nec aūt nec post fieri: ergo ipm infinitū necesse est eē. ¶ Adhuc aūt cuiuslibet gñari gñatio ⁊ cuiuslibet corrupti corruptio clau ditur tēpore. Si ergo dicat̄ generari tps vel instās: oportet ꝙ eius generatio ⁊ corruptio tpe claudantur ⁊ sic ante tem pus erit tps: ⁊ post tps erit tempus: hoc aūt est īpossibile: er go tps nec generatū est nec corruptū: ergo est infinitū. Et he sunt rōnes pꝑter quas omnes pħi dixerunt nō incepisse tē pus: pter Platonē qui dixit ⁊ ipm genitū incepisse cū celo. Hec autē infinitas accidit tēpori: vt in quarto huius scīe li bro ostendet̄ ex eo ꝙ est mensura circulatiōis: ex hoc eni cō stat ꝙ ante qđlibet instans est tēpus ⁊ post qđlibet sicut an te quēlibet punctum in circulatione signatū est motus circu li ⁊ circulus ⁊ post quēlibet. quilibet eni pūctus est in ratiōe principij ⁊ finis: ⁊ q: finis est: ideo añ ipm est tempus pteri tum: ⁊ q: principium necessario est post ipm futurū. Si aūt tēpus adiaceret motui recto sicut pmo situ ⁊ cause tūc absqꝫ dubio finē haberet ⁊ pn^m: q: in linea recta est accipere pū

Tex. t. cō. 31.

Tex. t. c. 32.

Nota duas rōnes omniū pħorū ad pbādū tps esse eternū pter Plonē q iē pus gñat locus.

Si tps adia ceret motui recto tūc sine dubio habe ret pncipiū:

ctum per quẽ est tota dimẽsio linee ⁊ motus recti nihil ante. Et ita accipere punctuz añ quez est tota dimẽsio linee: ⁊ nihil post ⁊ cũ mensura ⁊ mensuratũ sicut ꝓportionabilia oporteret: si motui tali tp̃s adiaceret qđ in tp̃e esset nunc a q̃ inciperet tẽpus ⁊ nihil esset añ ip̃m de tempore: ⁊ aliud nunc ante qđ esset tp̃s ⁊ nihil post ip̃m de eẽ tẽporis: ⁊ hoc modo dixit Plato: q̄a dixit ꝙ factio celi a prima cã ꝓcedit in esse ante eẽ per modũ motus recti ⁊ illi adiacet tp̃s cõcausatum illi. Et in hoc nõ male dixit Plato lȝ nõ nãliter loqueref: naturalis enĩ supponit motũ celi esse cãm gñationis ⁊ illi adiacere tp̃s: ⁊ in ip̃so primo tp̃s fuisse inuentaz s̃m ordinem nũc ⁊ esse passionez ei^9: q̄a s̃m eaz mẽsura ⁊ nũerus motuũ adiacet primo ⁊ regularissimo motui qui nũerus est ⁊ cã ois motus p̃ñci. Est autez tp̃s numerus ⁊ mensura ois motus: et motus regularissimus qui cã ⁊ numerus est ois motus est motus p̃mi mobilis in natura: ⁊ hoc est celum p̃mum qđ mouef motu diurno ab oriente in occidentẽ: ⁊ s̃m ꝙ tẽpus adiacet huic motui qui esse ponif a p̃ñco: vex est ꝙ s̃m naturã est infinituz sicut ⁊ circulatio ip̃sa que est motus circuli

Tex.t.cõ.31.

hoc aũt in scie huius .8. magis inq̄ref. ¶ Scõm aũt ex quo probaf esse infinituz est ex diuisiõe magnitudinum: mathematici enĩ vtunf huiusmodi diuisiõe in infinituz: hoc autem fundaf super hoc ꝙ magnitudo cõponif ex magnitudinibus ⁊ nõ ex punctis: ⁊ lȝ notuz sit ⁊ manifestuz magnitudinẽ in infinita diuidi: nõ tñ notum est oib^9 ip̃saz cõponi ex magnitudinib^9: sȝ hoc ꝓbat ⁊ eo ꝓbato vtif mathematicus eo ꝙ mathematicus nõ habet ꝯsiderare cõpõnes rex essentiales quas cõsiderat naturalis: ꝓbaf autem hoc in .6. huius scie ⁊ in libello paruo Aristo. qui de lineis idiuisibilib^9 appellaf quem nos iferius in .6. hui^9 scie adiungemus vt melior ⁊ ꝑfectio: sit doctrina.

T.z notuz sit magnitudinẽ diuidi i isi^m: nõ tñ ẽ notuz oib^9 cã ex magnitudib^9 eẽ cõposita: vñ Cõmẽtatorẽ hic.

¶ Amplius tertio mõ ꝓbaf esse infinituz q̄a nisi ifinitum aliquo mõ esse ponaf nõ p̃t dici qualr non deficiat: sed infinituz sic fieri per gñationem: ⁊ qualr in infinituz sit corruptio: hoc autez nõ iõ ꝙ infinita mã sit ex qua est gñatio ⁊ corruptio: sed potius est hoc ex gñatiõe vni^9 alterius esse corruptionez ⁊ ecõuerso. ¶ Quarto mõ ꝓbãt infinitũ falsum qđdaz supponentes. dicunt enĩ veritatem rerũ sequi modum imaginatiõis per phantasiam eox sicut dixit Heraclitus ꝙ hoc est vex qđ videf alicui per imaginationẽ s̃m imaginationẽ quolibet centro in plano dato possunt scribi ifinite circũferentie quax exterior maioris semp ẽ capacitatis: ⁊ iõ cõcludit ⁊ cõtinet in se iteriorem minorem sic habef ex p̃mo libro Euclidis ex scđa petitiõe quã in theorematibus p̃mittit. Sic ergo dicit ꝙ est in corporibus nãlib^9 que circularia sunt ⁊ vnuz cõcludit altex vsq̃ in ifinitũ sine termino: nullũ enĩ necesse erit eẽ terminuz loci si vnũ corp^9 alterũ icludere dicaf ⁊ qđlibet finiri ad aliqđ cõtinẽs ip̃m extrinsecus: hoc autez falsum est: q̄a hec imaginatio s̃m potẽtiam imaginantis est ⁊ nõ s̃m potentiam nature: tamen q̄a ip̃si mathematici ponunt p̃ncipia ex illo ꝓbant aliqđ esse infinitum hi qui ponunt ip̃m esse.

Tex.t.cõ.32.

¶ Quintum etiã super falsum fundaf ex quo ꝓbant infinitum hi qui aliqđ actu dicũt ip̃m esse ⁊ est illud qđ dicunt ꝙ veritas sequar estimatiõez: ⁊ ideo dicunt ꝙ illud qđ maxime oium ⁊ ꝓprie ⁊ cõiter ⁊ cõmunem facit rebus dubitationem est ꝓpter hoc ꝙ contingit in augendo res siue extendendo continue siue numerando nõ deficere intellectum: ⁊ hoc q̄dem etiã accepit occasionez ab eo qđ petif in p̃mo Euclidis petitione p̃ma q̄a lineã diffinitã lȝ in continuum rectãq̃ quãtũlibet ꝓducere: ⁊ ideo nulla quãtitas accepta est cui nõ sit possibilis additio per intellectum: ⁊ similr in numeris acceptis semper possibile est addere: ⁊ hoc mõ dicunt esse extra celum spatium vacuuz infinitum ex intẽtione loci. ⁊ infinitum in numero: q̄a infinita talia vacua ibi esse dixerunt: ⁊ cũ hoc modo infinituz spatiũ esse ponitur esse extra celum oportet ꝙ in ip̃so sit corpus infinitum: ⁊ q̄a vacua infinita ponuntur eẽ per numex oportet ꝙ in ip̃sis sint infiniti mundi per numex: eo ꝙ non est magis ratio quare locus intra celuz sit plenus ⁊ contineat corpus mundi q̃ locus qui est extra celum: ergo vel nullus continet aliqđ locus vel omnes continent: cõstat autem ꝙ non nullus cõtinet: q̄a iste qui est intra celum cõtinet mundum: ergo q̄libet aliox mundum similr cõtinebit: q̄a si vere aliq̄s locus singulariter cõtinet corpora mundi: tunc opꝫ ꝙ vbiq̃ contineat corpora habẽtia magnitudines. Similr si est vacuum ⁊ locus ifinitus qui aptus est continere corpora continentia mũdos oportet esse infinituz in vacuo ⁊ in loco cuiuslibet necessario: q̄a q̄cquid in rebus eternis possibile est esse necesse est esse: q̄a nõ differt ab eis contingere in actu ab eẽ: ⁊ ideo omne possibile in eis est necessarium: dico autez res eternas que sunt vniuersales in natura: sicut est ꝓportio loci ad locatum: hoc est nõ subiacent tempori: sed sicut eterna quo ad imutabilitatẽ sui: sȝ res particulares ex natura sunt mobiles tempori subijciuntur: ⁊ ideo nõ omne qđ est in eis possibile est necessariũ sed qđ cõuenit in eis eẽ: cõuenit etiaȝ nõ esse ⁊ subijciunf casui ⁊ fortune. ¶ Fundaf autem hec tota rõ super fundamẽtum falsũ: q̄a nõ sicut per intellectũ cõtingit in ifinitum ꝓcedere quãtitatẽ: sic ꝓcedif s̃m nãm: cuȝ oium natura ꝯstantium terminus q̄dam sit ⁊ rõ magnitudinis ⁊ augmenti.

Tex.t.cõ.33.

¶ Habet igif dubitationem multã consideratio de ifinito siue ponaf esse siue nõ: multa videnf accidere ipossibilia. Si enim ponaf nõ esse videnf accidere ipossibilia que dicta sunt. Si aũt esse ponaf tũc cõtingunt illa que dicemus in sequẽti capitulo: ⁊ iõ cõsiderãduz de ip̃so. ¶ Amplius si dicaf opꝫ querere qđ est: vtruz sit subã vel accidens per se: hoc est ꝓpria passio: aut neutrũ: ⁊ quocũq̃ horum modox dicaf nihil minus est infinitũ. Adhuc si infinita dicanf esse multitudine q̄dã ⁊ plura numero adhuc sunt infinita: sed tñ ifinitum sit in quantitate gñaliter.

T.t.cõ.34.

¶ Tamẽ physici est cõsiderare maxie si aliqua magnitudo sensibilis est infinita actu: sicut celũ vel aer vel aqua vel aliqđ tale.

¶ Cap. 4^m. De rationibus q̄bus ꝓbatur nõ aliqđ esse infinitum vniuersr ponendo infinitum in mathematicis.

ANteq̃ autẽ ponamus rõnes ꝓbantiuz nõ esse infinitũ actu: opꝫ nos distinguere quot modis dr̃ infinituz vt accipiatur modus quo a p̃ñcis dicitur esse infinitũ. ¶ Dicif autez infinituz quinque modis: quoruz primus modus est priuationis

Tex.t.c.34.

quo negaf genus priuationis ⁊ etiaz spẽs: sicut plãta vel lapis dicif esse nõ videns nõ tamẽ ꝓpter hoc ꝙ nõ hȝ oculos: sed etiam ideo q̄a nõ est animal aptũ natũ videre: ⁊ hoc consueuimus vocare priuationẽ priuãtem ⁊ actuz habit^9 ⁊ aptitudinem nãlem ad ip̃m sicut dr̃ vox inuisibilis: ⁊ hoc modo dr̃ infinitũ quasi negatiue plus q̃ priuatiue. s. ꝙ nõ transitur neq̃ aptum natũ est pertrãsiri: ⁊ hoc mõ dr̃ deus infinitus ⁊ incorporeus ⁊ imensus ⁊ in oibus nominib^9 priuatiuis hoc mõ dictis melius noiaf q̃ affirmatiuis ⁊ positiuis. ¶ Silr autẽ ⁊ scđo modo dr̃ infinitum: qđ habet quantitatẽ ex qua hȝ aptitudinẽ vt trãseaf tamẽ ꝓpter extẽsionẽ fine carẽtem pertrãsiri nõ p̃t sicut spatiũ infinitum: ⁊ hoc mõ a p̃ñcis dicentib^9 esse infinitum supponebaf infinitũ esse actu: sicut pȝ ex physicis: q̄a ip̃si dixerũt spatiũ vacui vel loci esse infinitũ: eo ꝙ quãtũcunq̃ trãseatur de ip̃so specialr remanet trãsit^9 eius imperfectus. ¶ Tertio mõ dr̃ metaphorice quo ad potẽtiã trãseuntis: ⁊ nõ quo ad potẽtiã eius qđ dꝫ pertrãsiri: sicut infinitũ dr̃ ꝙ vix trãsif sicut lõgitudo ab oriente in occidentem eẽ infinita dr̃ ambulãti vel testudini que plane serpit. ¶ Quarto etiã mõ dr̃ metaphorice infinitum: qđ quidẽ aptum natũ est pertrãsiri: sed ipedif eius trãsitus per accidẽs aliqđ extrinsecũ: sicut ꝓfundũ maris dr̃ infinituz: q̄a nõ impedit trãsitũ eius. ¶ Quinto ẽt mõ dr̃ ꝓprie infinituz cui^9 actus finitus semper icludit potẽtiã ad ifinitum: ⁊ hoc dupliciter: aut s̃m additionẽ ⁊ hic est nũerus: cui numero sit potẽtialis additio: aut s̃m diuisionẽ ⁊ hoc est in cõtinuo: q̄a cum diuidif cõtinuũ semper est diuisum diuisibile in min^9. ¶ Isto aũt mõ ⁊ scđo dr̃ infinitũ ꝓprie: sed secundo mõ dctm̃ infinitũ dicebaf a physicis esse: ⁊ hoc mõ querimus hoc de infinito an sit: an nõ sit. ¶ Resumanf ergo dicti modi: q̄a lȝ non esset sicut ꝓprium: tamen ꝓpter bonitatez exercitij ⁊ doctrine disputabimus de eis: ⁊ tãgemus infinitum p̃mo modo dctm̃.

Tex.t.cõ.35.

¶ Dicimus ergo ipossibile esse infinituz si dicatur per se separatum ens a sensibilibus: sicut si eẽt subã aliq̃ per se extrĩs separata a natura aliox p̃dicamentox. Si enĩ negef esse magnitudo ⁊ multitudo: ⁊ alia accñtia ⁊ sola subã eẽ dicaf: tunc erit subã que dr̃ infinitũ: ⁊ ip̃m infinitũ erit indiuisibile: qđ ꝓbatur ex hoc ꝙ omne qđ diuidif opꝫ ꝙ sit a natura magnitudo cõtinua aut multitudo discreta si per se diuidaf ⁊ si nõ diuidaf per se sed per accñs: tũc opꝫ ꝙ accidat

magnitudini

magnitudini vel multitudini: vt diuidat diuisione magnitudinis vel multitudinis. Sed illo mõ sola sub̃a dr̃ esse infinitum: sequitur ergo vt diximus ꝙ erit indiuisibile: ergo non dicetur infinitum nisi pmo mõ: dictuz eo mõ quo negat aptitudo trãseundi: ⁊ actus sicut dr̃ vox inuisibilis: eo ꝙ nec nata ẽ videri nec videt: sed illi qui affirmãt aliqd eẽ ifinitum: non hoc mõ dicunt eẽ infinitũ: neqꝫ nos querimus ħ hoc modo vtrum aliqd sit actu infinitum: sed potius querimus vtruz aliqd sit infinitũ qd aptum sit pertransiri ⁊ nõ habeat trãsitum ppter finis carẽtiam. ¶ Posset autem hic esse questio de diuisiõe vtruz cõueniret subiecte materie per se sumpte: ⁊ vtrum cõueniret subto gratia quãtitatis vel ecõuerso: sꝫ nos ista in primo libro discussimus: ⁊ ideo his omissis ceptũ

T.c.cõ.36.

insistamus. ¶ Si eni ppter precedens icõueniens aduersarius dicat ꝙ ifinituz est sub̃a que per aliqd qd accidit ei est infinita: ⁊ nõ per se sm ꝙ est separata ab oib^9 accñtib^9: tunc sequitur ꝙ infinitum sm ꝙ infinitũ nõ est elementũ vel pncipium rex nãlium: nec eni pⁿᵐ per id qd accidit ei: sed poti^9 per essentiã suam pⁿᵐ ⁊ elutuz est: ⁊ hoc pꝫ tali exemplo: vox enim est audibilis per se: ⁊ inuisibilis per accñs: sed tñ nõ ẽ elemẽtum locutionis ex quo essentialr̃ cõponit locutio: nisi per hoc ꝙ est per se audibilis: voci eni accidit inuisibilez esse: igitur sub̃a infinita nõ est elementum entiuz per hoc ꝙ ẽ infinita per accñs: sed per hoc ꝙ est substãtia per se exñs. ¶ Amplius pⁿᵐ est per seipm existẽs: illud autez qd accidit alij nõ est per seipsum existens: ergo illud qd accidit alij nõ est pⁿᵐ: sed infinitũ accidit alij: ergo nõ est pⁿᵐ. accidit eni numero ⁊ magnitudini: numerus autez ⁊ magnitudo accidunt substãtie: si igit accidit alij infinitũ qũo potest poni separatũ. ¶ Adhuc si subꝫ alicui^9 accidit alij ⁊ nõ separat per seipsum exñs: multo minus erit separata passio subiecti illius: sed subiectũ infinitũ qd est numerus ⁊ magnitudo nequaꝙ̃ hñt esse separatũ. ergo multo minus ponet separatuz

Tex.c.c.37.

infinitũ: ergo nõ põt esse pⁿᵐ. ¶ Manifestũ autẽ est ꝙ nõ cõtingit infinitũ esse sicut rem existez in actu: ⁊ sicut sub̃am denudatã ab accidentibus: ⁊ sicut pⁿᵐ: ⁊ lꝫ hoc idem ꝓbatum sit: tñ adhuc ostẽdit sic. ¶ Si eni sit sub̃a simplex que est pncipium: tunc opꝫ ꝙ sit homogeniũ: q2 etherogenium principiatur ab homogenio: g̃ cum diffinit infinitum eadem erit diffinitio eius qd est infinitũ sicut subm ifinitatis infiniti sꝫ ꝙ est in infinitũ. In homogeneis eni nõ sm diuersitatem est rõ formalis totius ⁊ partis sicut in linea ⁊ in aq̃ que sunt homogenia oĩno: qa nõ sunt mixta: in carne autẽ ⁊ hoĩe quorum vtrum mixtũ est ex ꝯrĳs ⁊ alterꝝ ex dissimilibus cõpositum: alia est rõ formalis sm se totius: alia que accipit sꝫ eẽ hoc vel illud: qa forme ille multam accipiunt variationem in partibus: ⁊ iõ nõ est idem caro sm formã ⁊ carnis eẽ. Si ergo infinitũ formale rex ⁊ sub̃ale pⁿᵐ est sm ꝙ est infinituz tunc vna erit rõ infiniti formalis sm se ⁊ sm eẽ cuiusqꝫ partis accepti: g̃ sicut totũ est infinitũ ita quelibet pars est ifinita: qa sm hoc infinitũ sm se ⁊ sm esse partiũ acceptũ idez est quo ad rõnẽ infiniti in sub̃a. ⁊ pⁿᵐ dicatur esse infinitũ ⁊ nõ dicat de numero coꝝ que denoiatiue dicunt de subto: sicut accñtia. Si autẽ sic idẽ est eẽ infiniti ⁊ infinitũ tunc oportet ꝙ aut totũ sit idiuisibile sicut pũctum: aut totũ diuisibile: sed de indiuisibili ifinito nõ querunt pħi: nec hic nos querim^9. Si ergo totũ indiuisibile ⁊ rõ totius nõ variat sm eẽ ptiuz: tunc infinitũ per idiuisibile opꝫ eẽ per multa ifinita: ⁊ ẽt opꝫ vt per finita diuidat in infinitũ: sed ipossibile est ꝙ multa infinita in partibus sint vnũ in toto cõposito: q2 ipossibile ẽ intelligere ꝙ multa infinita aliquo mõ vniant in vno aliqua vnitate: ergo cũ nec diuidat nisi in sua cõponentia ifinitum nõ põt diuidi per infinita: ergo nõ est sub̃a ⁊ pⁿᵐ. ¶ Exemplum aũt diuisionis homogenei cuius rõ nõ variat in partibus per eẽ partiũ est sicut aeris totius quelibet pars est aer: eo ꝙ idẽ est aer sm formã ⁊ eẽ cuiuslibet partis: eo ꝙ nec distat pars a forma totius quẽadmodũ faciũt partes mixti vl̃ cõpositi ex etherogeneis: partes eni mixti simplices sunt et nõ sequunt rõnem totius mixti: ⁊ partes toti^9 etherogenei per formas partiũ separant a toto etherogeneo: sꝫ in simplici quẽadmoduz ocñ est neutrũ est hoꝝ. Si ergo infinitũ calescit quelibet pars eius erit ifinita hñs rõnẽ totius. Si autem dicat ꝙ est mã subiecta que per se ⁊ nõ per accñs est aliqd principiũ iã ostẽdimus: q2 tũc erit impartibile. ergo erit etiã indiuisibile. Sed ipossibile est actu eẽ infinitũ ꝙ sic ponitur eẽ sub̃a sola. Si eni detur infinitũ eẽ sm actũ: tũc oportebit ipm ponere esse quãtitatẽ aliquã: qa rõ infiniti quãtitati cõgruit ⁊ extra quãtitatem nõ inuenit. ¶ Si aũt infini-

T.c.cõ.38.

V **T autem** loci diffōnē cōpleamus opȝ nos inuestigare adhuc vnā loci ꝓprietatē. Est aūt sicut dixim⁹ locus trāsmutabilis sicut vas: locus autē qui est sicut terminus est mobilis: ⁊ iō locus ē duplex: est. n. locus per se terminus siue supficies imobilis. ⁊ ille est locus simplicium corpoꝝ sicut elemētorum. Est aūt locus alius qui est sicut vas. ⁊ ille est imobilis: ⁊ est locus per aliud: vñ cū in tali loco moueat id qḋ mouetur et moueat motu locali locatū in ipso: sicut nauis in flumine mouet tūc magis mouet in eo sicut in vase q̄ sicut in loco continēti. Locus eni de rōne sua vult esse imobilis: ⁊ si dicat flumē esse locus nauis: cōuenientius dicet totum flumē loc⁹ qui est locus vt terminus q̄ superficies fluminis que ꝯtigit nauim: totū eni flumen est imobilis: ⁊ mouet fm ptes: ⁊ ideo partes sūt sicut vas ⁊ totū est sicut terminus imobil. ¶ Et vt hoc intelligat opȝ scire ꝗ loquēdo de loco elntoꝝ ⁊ elntatoꝝ duplr est res in loco. Est eni locus ꝓprie quādo vna numero superficies in qua est virtus celestis diffusa est continēs saluās ⁊ formās: ⁊ iste est locus ꝓprie ⁊ adeq̄tus locato eo ꝗ vna mēsura est mēsurās vtrūq;: q̄ loci superficies mēsurat superficiē locati: ⁊ hoc mō simplicia corpora motuȝ recta hñtia sunt in loco: ⁊ vnius simplicis est vnus locus simplex ad quē est motus eius cuius qdē loci virtus formās et cōtinens locatū diffundit in distātiā locati: sicut diximꝰ supra. Et hoc est qḋ dixit elegāter princeps Aboali: ꝗ si queramus q̄re ex hac pte materie gñata est terra: ⁊ ex alia aq̄: ⁊ ex alia aer: ⁊ ex quarta ignis nullā cām possumus reddere: nisi locū cum virtute celesti: q̄ eni tāta frigiditas quāta cāuat ex distātia ad orbē qui motu suo ⁊ lumine facit calorem inuenit hāc partem mām in loco terre que maxime distat a circūferentia: pp hoc inspissauit mām spissitudine exp̄mente ex ea humidū fecit siccū ⁊ frigidū elntuȝ qḋ est terra. Frigiditas autē illa causat in distātia que est vltra ꝓportionē ⁊ potētiā formandi aquā: ⁊ similr frigiditas inspissans non exprimēs humidum: sed faciēs fluere ad seipm est frigiditas que causat ex distantia ab orbe que est vltra potētiā ꝓportionate distantie ad gñanduȝ aerē. Caliditas aūt infrigidibilis que cōpatitur se cū humidū spirituale fluens causat ex distantia ab orbe elongata vltra virtutem formatiuā ignis. Ignis autē generat a prima virtute orbis lune caliditate ⁊ motu agitante: ⁊ disgregante ⁊ īflāmante mām nālē. ¶ Et si obijcit ꝗ locus ignis nō est imobilis: q̄ mouet circulariter: superficies eni cōcaua lune mouetur circulariter. Respōdet Aboali ꝗ cum dr ꝗ locus est imobilis intelligit terminus eē imobilis motu locali ⁊ nō simplr. Ex motu. n. circulari nō elōgatur vel vicinatur distantia superficiei ab orbe: ⁊ ex distantia sic vel aliter proportionata causat caliditas vel frigiditas ꝓportionata virtuti formanti hoc vel illud elntuȝ. ¶ Si quis autē obijciat contra ea que dicta sūt dicēs ꝗ vna ꝓprietatū loci est ꝗ locatū mouet ad ipsuȝ sicut ferrum ad magnetē. Nos aūt nō videmus ꝗ terra moueat ad superficiem ꝯcauā aque vbicūq; fuerit: sed potius ad ipsa mouet descendēdo. Et silr videmus ꝗ aqua mouetur nō ad superficiē aeris cōcauā: sed potius si terra remoueat descendit in locū terre. Et eodē modo est de motu aeris qui descendit ad locuȝ aque ⁊ terre si remoueant: ⁊ non ascendit ad locū ignis. ¶ Dicēdum ꝗ de hoc reddit rōnē Arist. in tertio de ce. ⁊ mun. q̄ causa huius nō pōt perfecte sciri nisi sciatur motus grauis ⁊ leuis: tñ quantū spectat ad hūc locū intelligendū est ꝗ motus simplicium corpoꝝ non est ad superficiem ꝓpter superficiē: q̄ si ita esset tūc mot⁹ ad locum eē esset mathematicoꝝ corpoꝝ que locari itelligunt in superficieb⁹: ⁊ hñt dr̄ias positionis ad nos dictas: ⁊ nō simpliciter sicut diximus supra: sed ꝗ mouent ad supficieȝ hoc est ꝓpter virtutē formantē ea ⁊ saluantē ⁊ ꝯtinentē: ⁊ cum illa nō stet tota in superficie sed diffundat in totū locati spatium vsq; ad centrū: iō est motus terre in centrū ⁊ itelligendū est hoc quadruplr. ¶ Cū enim virtus terminatiua ⁊ formatiua terre ⁊ ꝯtētiua sit frigiditas que cāuatur ex pfecta distantia ab orbe illa virtus est perfecta vbi maxima est distātia ⁊ hoc est in centro: ⁊ ideo sicut inchoās est in ꝯcauo aq̄: ⁊ sicut cōpleta est in centro: ⁊ ideo terra nō ascēdit ad aque cōcauum ⁊ nitit descendere vsq; in centrū: ⁊ hec est cā q̄re terra simpliciter est grauis: ⁊ simplr hȝ motum deorsum. E cōtrario aūt cū virtus formans ignē sit caliditas que est completa sicut in effectiuo vltimo mobilis circulariter: ⁊ debilior est in spatio qḋ distat ab vltimo orbis erit mot⁹ ignis nō solum sup cōuexū aeris tm̄: sed ad vltimū orbis lune qḋ est ꝯcauū ipsius: hoc est eni sibi cōnaturale formās ⁊ ꝯtinens: ⁊ hec est cā ꝗ ignis est simplr leuis: ⁊ ꝗ mot⁹ eius simplr ē sursum. Frigidū autē terminans aquā nō est extremū frigus: sed mediū: ⁊ ideo virtus formās cōpleta est in medio spatij aque: ⁊ iō descendit in aerē petēs directe id in quo est vtus cōplete formās ⁊ saluans: que qdem sicut inchoata est in cōcauo aeris: ⁊ sicut deficiēs in cōuexo terre est: ⁊ sic cōpleta in media distātia ipsius aque. Eodē aūt mō est de aere q formaf a tēperato calore ⁊ ille est sicut ichoans in ꝯcauo ignis ⁊ sicut cōpletus in media distātia aeris: ⁊ sicut deficiēs i cōuexo aque: ⁊ ideo ascēdit in duobus elementis que sunt aq̄ ⁊ terra ⁊ descēdit in vno qḋ est ignis. ¶ Qḋ autē obijcit ꝗ si remoueat terra ꝗ descēdit ad eā aqua: ⁊ similr aer descēdit ad locum terre ⁊ aque. Rñdet Alpharabius ⁊ dic ꝗ descensus iste est corruptiuus aeris: vñ cū ex descensu a loco ꝓprio fit trāsmutatio substātie eoꝝ q̄ statim incipit in aquā ⁊ terram mutari aer: ⁊ in terrā incipit mutari aq̄ cū descendit ad locū eius: cuius causa est ꝗ frigiditas loci terre amplius inspissatiua est q̄ forma aque vel aeris exigat ispissari: ⁊ ideo post inspissationē generaf in eis forma terre: ⁊ iō descensus nō est sicut ad locū ꝓpriū aque vel aeris: sȝ poti⁹ est motus gñantis qḋ generans est terre frigiditas intensa que vincit caliditatē ⁊ frigiditatē mediā aque: ⁊ cuȝ hoc ꝗ incipit dare formā generatis dare ēt incipit locuȝ eius: sicut etiā videmus ꝗ facit calor eleuans nubes: quantū enim in aq̄ generat de forma leuis rarificādo tātuȝ ēt dat ei de loco aeris eleuando vapores ad locuȝ eius: nisi autē ita dicatur de loco simplicium incidemus in errores maximos qui dicti sunt ante nos. ¶ Dixerunt eni quidam ꝗ aliter est in loco terra: ⁊ aliter ignis: ⁊ aliter aqua ꝓpter id qḋ dicit Arist. ꝗ terra est in loco deorsum: ⁊ ꝗ locus deorsuȝ est cētrū ⁊ medium ipm: dicunt ꝗ terra est aliquid sui loci: noluēt eni dicere ꝗ locus est distantia separata a corpoꝝ locatoꝝ distātia: ⁊ ideo ꝯcedūt ꝗ infra ꝯcauuȝ aque nō est distātia nisi terre: ⁊ cū viderēt terram moueri ad centrū ⁊ nō ad aque ꝯcauuȝ dicūt terram eē suum locū. Eodē aūt mō vident aquā moueri ad ꝯcauum: ⁊ audiunt dicere Arist. ꝗ amphytrites est loc⁹ ꝓprius aquarū: ⁊ vident ꝗ amphytrites est aq̄: ꝯcedūt ꝗ aque locus est aq̄: nō aūt cōcedunt hoc de igne: q̄ dicunt ꝯcauuȝ lune eē locū ignis: ⁊ isti sunt errores pessimi ⁊ cōtra phiam nālē: q̄ oēs Peripathetici dicūt nō eē ideȝ locuȝ ⁊

ignis i ꝓpria spera sua sit alius vt vioíēus. vide ꝑ hoc cōmētū. 20. tertij de ce.

Solo

Nota hic eēȝ pulchrum pp qḋ cū loc⁹ nālis terre sit cōcaue supficies aq̄ terra tñ nālr mouet i fra ipaȝ vsq; ad centruȝ.

Cōsidera circa istā solutionē Alpharabij diligēter qūo motus aq̄ ad locū terre est corruptiu⁹ aq̄ quia tūc vt ꝗ mot⁹ iste esset violēt⁹ q ē pp vacuū euitandum.

Qūo itelligitur locuȝ esse imobilē cōsiderā ō motu

locatuz: qa aliter cū locatū mouet ad locū moueretur ad se ipz. Et dicū: locū separi a locato: ꝛ locū eē imobilē ꝛ nō locatum: ꝛ alia multa que ostēdūt falsitatē dicti istius. ¶ Si aūt aliqs querat ꝛ dicat ꝙ cū virt⁹ formās ꝛ terminās ipaz virtus sit in centro ꝙ in ɔcauo aque circūferētie interioris: tūc illa virtus aut est in aliquo corpore: aut est in spatio illo separato: ꝛ si in corpore aliquo qrat qd sit illd nō videt esse in terra eo ꝙ vtus formās terrā est ante terrā. Si aūt ē in spatio separato: tūc erit ponere ꝙ spatium separatū sit locus: ꝛ hoc negatū est a Peripatheticis. ¶ Dicēdū ꝙ hec fuit rō absq dubio Joānis qui cognominat grāmaticus: ꝛ Alpharabius cōtradicit dicēs ꝙ virtus illa vt ic hoanis est in vltio fine: siue termio aque: perficiēs aūt ꝛ perfectū in ptib⁹ terre magis ꝛ minus a centro distātib⁹ ꝛ nō est in spatio separato qꝛ nō est ibi spatiū separatum aliqd sicut dixit Jo. grāmaticus. Et qd obijcit ꝙ terra nō est ante terrā: ꝛ virtus illa formatiua est terre. ꝛ ideo ante terrā: dicēdū ꝙ si loquamur de prima terre formatiōe: tūc terra sm rōnez format successiue lz sm tpa simul formata fuerit ꝛ incepit formatio eius a distātia ab orbe ꝛ inchoatio eius est a circūferentia aque: ꝛ in partib⁹ terre circulariter formatis: pfecit virtus ꝛ factā est fortior vsq ad cētrū diffusa in materia quā format in terre spēm. Et hoc nō dico ꝙ nā ita tēpore pcesserit: sed iste pcessus eius est sm rōnē qua comparat causa ad causatū: vñ etiā motus terre ad centrū velocior est equo: ꝛ vicinior ē cētro: eo ꝙ virtus formās terrā est fortior magis ꝛ magis: et imprimit terre nām grauis. Hec autem oia in libro de ce. ꝛ mun. dici habēt ꝛ que hic dicunt sunt ad faciliorē doctrinā. Sic igit intelligendū est de loco elītoꝝ hītiū motū rectuz. Locus aūt elītoꝝ minus est pprius eo ꝙ sc̄do ꝛ per nāz elemētoꝝ debet eis loc⁹: ꝛ cū ipsa sint cōia quasi elītis oibus ꝛ gn̄atio eoꝝ sit vbi cōcurrunt elīta opz ꝙ locus eoꝝ sit cōpetens cōpositioni eoꝝ. Sūt aūt hec in gn̄e duplicia. qdā eniz eoꝝ hñt virtutē terre magis sicut lapides ꝛ plāte ꝛ mineralia: ꝛ quedā hñt minus virtutē terre sicut aialia hñtia motū pcessiuū: ꝛ illa que hñt terre virtutē hñt locū sue ɔseruationis in terra: ita ꝙ multū deficit virtus eoꝝ si remouerētur a terra ꝛ idigeret multo tpe anq conualescerent in loco alio: ꝛ forte nunq ɔualescerent: ꝛ ideo hñt locū ppriū sue generatiōis vel illi silem ꝛ hñt vnū locum sicut elementa. Alia aūt hñt locū non multū dissilez loco gn̄ationis tñ nō vnum: sed si multū variet cōplexio loci habitatiōis eoꝝ a loco generationis eoꝝ corrūpunt ꝛ infirmant: nisi fiat maxima mutatio in ipsis ex victu ꝛ alijs que imatāt corpora animaliū. ¶ Sz intelligendū est ꝙ sicut totū ɔcauū lune ē locus ignis: ꝛ est locus vnus sm rōnem ꝛ multiplex sm spatiū ꝛ formam cōuexitatis: ita animaliū est vnus locus sm rōnē: ꝛ hec rō ē similitudo cōplexionis habitatiōis: ꝛ est hoc idē locus multiplex sm spatium qd spatium est tota distātia in qua est similis cōplexio habitationis: ꝛ ideo mouent aialia de loco ad locum sm spatiuz: ꝛ tamē manere dicunt in vno loco habitatiōis eoruz. Hec ḡ dicta sunt de nā loci elītoꝝ ꝛ elītatoꝝ. Sunt aūt ꝛ artificialia ꝛ abscissa ꝛ corrupta in loco p accidēs: ꝛ iō nō opz ꝙ ɔtinens ipsa sit vnigeniū cum illis.

¶ Cap. 12m. De hoc ꝙ loc⁹ ē imobilis: ꝛ de pfecta loci diffōne.

Per predicta Aūt qꝛ locus est imobilis videt oibus ꝙ infra circulationē circuli orbis duo sunt que precipue loca sunt ꝛ verā hñt loci rōnem: ꝛ hec duo sunt mediū celi qd est centrum: ꝛ vltimū in cōparatione ad nos qd est cōcauum lune: hoc eni est vltimū orbis: ꝙ vnus istoꝝ locoꝝ est sursum ꝛ alter deorsuz. Hec eni debent pprie ꝛ maxie habere rōnem loci: ꝛ ista sunt loca imobilia. Id eni qd est superius semper manet vno mō: manet eni vltimū circulorū orbis semper vno mō: lz eni circūuoluat tñ distātia ipsius que est sm remotionez a centro eodē mō manet ꝛ qescit quo ad hoc ꝙ imobilis est motu locali: ꝛ ideo qd est leue fert natura sursuz: ꝛ qd est graue fertur nā deorsum: qꝛ cum nā sit ad vnū si loca ista essent mobilia ꝛ essent mō sursum: mō deorsum: mō aliter ꝛ aliter nō posset eē vna natura mobilia inclinans mobilia ad ipsa: sed oporteret ꝙ mobilia ad loca illa essent multaꝝ naturaꝝ sm oēm loci variationē. Et ideo qa hoc est impossibile in mobilib⁹ eē nā ordinauit locū imobilez: vnde sicut vltimū orbis est imobile sic ꝛ locus deorsuz est imobilis: ꝛ ille locus est supficies ɔtinēs apud mediū ꝛ ipm mediū: ꝛ hoc est cōtentū sub cōcauo aque ꝛ cētrū ɔcauitatis illius: qd vere est apud vltimū orbis lune est sursuz qdem ꝛ ipm vltimū totū in circuitu. ¶ Propter hoc planū videt eē ex dictis quid sit locus per loci diffōnez perfectā. Est eni locus ɔtinens primū equale hñs positionis differētias ad qs sm naturā mouet mobile intrāsmutabile sm motū eius qd localr mouetur. Pz ergo ꝙ locatū cōtinet locū sicut vas est continēs id qd est in vase: ꝛ sicut vas separabile est ab eo qd est in vase: sic locus separabilis est a locato. Amplius sicut ea q hñt cōpositionē adinuicē simul eē volūt: ita locus vult eē simul cū re locata: finis eni ꝛ id cuius est finis simul: locus autē finis est quidā: ꝛ locatū finitur ad ipsum: ꝛ iō pz ꝙ nō est separatus in quo nihil sit sicut qdam arbitrant esse vacuuz.

¶ Cap. 13m. Qualiter spere sunt in loco: ꝛ qualiter mouetur localiter spera prima.

Ex his Autez etiā iam manifestatur que sint in loco ꝛ que non sint in loco: cuicunq eni corpoꝝ inest hoc qd hz extra se circūdans ꝛ cōtinēs corpus: hoc est in loco cōiter loquēdo de loco: cui vō nō inest habere extra se circūdans ꝛ cōtinens corp⁹ illud non est in loco: vnde si nos ponamus ꝙ celū sit aq ꝛ habeat partes mūdi sub se distinctas sicut celuz hz sub se speras iferiores ꝛ elīta: tūc partes aque que sunt ptes mundi ɔtente sub spera aq mouebunt in loco eo ꝙ cōtineant subinuicē sicut spere orbiuz sub orbe pmo: ꝛ spera elītoꝝ continet sub spera lune: totū autē qd est aq qd est ambiēs totū qdāmodo mouet: ꝛ quodāmō nō mouet: nō enim mouet ita ꝙ totus locus trāsmutet simul: qꝛ oporteret eē ꝙ totus mūdus ferret de loco ad locuz: circulariter aūt mouet sz qsdaz partes que sunt orbes: qꝛ mot⁹ circularis est mot⁹ illaꝝ partiū mūdi que sunt orbes: mouebit aūt sursuz ꝛ deorsuz rōne leuium ꝛ grauiuz partiū suaꝝ. Circulo ḡ sic qdē mouent quedā mūdi ptes: alie aūt qcunq hñt densitatē ꝛ raritatez ex frigido densante ꝛ calido rarefaciēte mouent sursuz ꝛ deorsum. ¶ Si autē querat de pmo orbe vtrū moueat ipe vel nō. sunt hic magne iter phos diuersitates. Si eni sm deā nō est in loco nisi corp⁹ qd circa se hz aliud corpus: ꝛ corpus pm nō hz circa se aliud corpus nō erit in loco corpus pmū: ꝛ qd nō est in loco: nō hz motū in loco. ḡ corpus primū nō hz motum localē pp istā rōnez: ꝛ pp superius positas. dixit Jo. grāmaticus locū nō eē superficiē que cōtinet corpus: sed spatiū qd est distātia inter superficien: ꝛ cū celū pmū sit in tali distātia dixit ipsuz eē in loco ꝛ moueri in loco. Cū aūt due fuerit secte eoꝝ qui dixerūt spatiū qd est inter mediū superficierū esse quaꝝ vna fuit eoꝝ qui dixerunt aliqū ipz separatū actu ab omni corpore: ꝛ hec fuit snia eoꝝ qui affirmabāt esse vacuum: sicut fuerūt Democrit⁹ ꝛ Leucippus. Alia aūt eoruz qui dixerunt nunq actu eē sine corpore: lz sm eē ipm non sit distantia corporis locati fuit Jo. de secunda secta: ꝛ dicebāt distantiā que est terminata ad exteriorē superficiē celi pmi esse locū ꝛ distātiam illā differre sm eē a distātia corpoꝝ que sunt in ipsa: sicut differt locans a locato in ipso. Sz nos hāc sniam supra iprobauimus: ꝛ partiz in tractatu de vacuo et improbauimus. Id aūt qd ex hoc dicere volumus ē eē qa ē celū sm dicta Jo. est in loco per se: ꝛ hoc nō dicit Aristo. q dicit celum ꝛ aiam eē in loco per accīs sicut iferius in hoc capitulo ostēdemus. ¶ Propter hoc dixit Themistius ꝙ orbis pmus nō ē in loco nisi per suas ptes: ꝛ vocauit ptes orbes iferiores qui mouent in ɔcauo orbis pmi ꝛ rōne illarū partiū dixit orbis pmus eē in loco: ꝛ moueri in loco: qꝛ mouet circa cōuexū illoꝝ orbiū: ꝛ ita dicit ꝙ orbis primus non mouet sm sbm: hoc ē sm totū: sz mouet sm ptes ɔtētas sb ipso. hoc aūt nō est sm Ar. dcit: qꝛ Ar. dicit in fine. 6. phy. ꝙ spa nō mouet sm sbm: sed mouet sz formā. ¶ Adhuc aūt nihil est dictu ꝙ mouet sm oēs ptes: ꝛ nō mouet sm totū: qa totū nō est extra ptes: ꝛ iō cū oēs ptes mouent: necesse est etiā totū moueri: lz eni totū ꝛ partes differāt rōne: tñ mot⁹ nō ē de numero eoꝝ que attribuunt toti inquātū separat a ptib⁹: sz poti⁹ est de hijs que attribuunt ei sz ꝙ ipz ē in suaꝝ ptiū collectiōe integra: ꝛ iō solo Themistij nō est ɔueniens. ¶ Jō post dictos phos veniens Auēpace dicit ꝙ sperica nō sunt in loco:

Dubita⁹ Joannis grāmatici.

Quare mot⁹ terre qto magis vicinatur cētro tāto est velocior.

Documentū

Ex. 4. cō. 41.

Que sit pfecta loci diffō.

Com. 43.

Cō. 43.

Op. Jo. grāmatici d loco pme spere.

Com. 43. Op. Themistij.

Impugnatio opinionis Themistij p q vide etiam Auer. hic.

Cō. 43.

in loco: ꝛ ratio sua fuit q: finitū in se nō indiget aliquo ex-
trinsecus finiēte. Linea aūt circularis ꝛ corpus sphericū fini
ta sunt in se ꝛ pfecta: ꝛ iō non indigent finiente extra: ꝛ ideo
sperica nō sunt in loco ʒ recta linea īfinita ꝛ corpus rectum
īperfectū ē: ꝛ desuētes hʒ ptes extrīsecus: ꝛ iō nō idigēt cō-
cinēte ipsa ꝛ finiēte extra: ꝑpter qḋ opʒ illud hr̄e locū. Lʒ āt
sphericū nō sit in loco tñ mouet: ꝛ hoc dixit non esse ipossibile
eo ꝙ motus nō depēdet ad locū: q: locus nō cadit in diffōne
motus: nec motus in diffōne loci: ꝛ iō dixit corpus primū in
loco nō esse: ꝛ tñ motū circularē qui est circulatio ꝛ nō ē mo-
tus fm̄ locū eo ꝙ motus fm̄ locū est de loco ad locū: ꝛ iō cir-
culatio nō est motus localis. ¶ Est āt hec eadem opinio Al
pharabij quā etiā Auēpace inducit pro testimonio dicti sui.

Opio Auē-pacis ꝛ Al-pharabij.

¶ Sed multiplr̄ videt esse falsa: vno .n. mō videt esse falsa:
q: motus localis primus motus est: qui cā est oīs motus: vt
ꝓbabilr̄ in 8° huius scīe ostēdet. Isti āt dicūt ꝙ primus mo
tus localis nō est. ¶ Adhuc āt cum oē qḋ est in gn̄e sit in aliq̄
spēe: ꝛ ꝯcedat ab istis primū mobile hr̄e motum: opʒ ꝙ ille
sit in aliqua specie motus: ꝯstat fm̄ ipsos ꝙ non est in specie
motus localis. ¶ Adhuc aūt Arist. dicit ꝙ celū est in loco p
accñs: ḡ dictum istoꝝ nō ꝯcordat dicto Arist. ¶ Propterea
hic Auicēna secutus Alexādrū dixit ꝙ in oī illo predicamē-
to est motus in quo est exitus de potētia ad actū in tempore
ꝯtinuo ꝛ nō subito. ¶ Cōuenit āt talē exitū esse in situ: sicut
pʒ in eo qui surgit: ille ꝯtinuo motu renouat situ: ꝛ sic motus
est in situ. ¶ Dicūt ergo Alexāder ꝛ Auicēna ꝙ primi orbis
motus est in situ: ꝛ nō in loco: eo ꝙ in ptibus eius remouet
situs ꝛ locū nō mutat totū celū. ¶ Cōtra hāc opinionē ē vi
det ꝙ locus cadit in diffinitione situs: ꝛ ideo mutatio situs
est cā motionis situs: ꝛ iō nisi prius celū moueat fm̄ locum
nō videt posse mutari fm̄ situ. ¶ Adhuc āt nō placuit Ari.
ꝙ motus sit in situ qui dixit motū tñ esse in q̄tuor ꝑdicamē-
tis: sed tñ de hoc in 5° determinabimus. ¶ Adhuc āt cōis
obiectio est: q: fm̄ Arist. corpus ꝑmū dī esse in loco p accñs:
ꝛ moueri in loco p se ꝛ ꝑmo motu: ꝛ huius hic iquirimus in
tellectū: ꝛ ita nō videt esse ꝯueniēs dictū viroꝝ istoꝝ in pte
ista.

Impugnatio

Opio Auic. ꝛ Alexādri.

Impugnatio ꝓ qua vide ē com. 85. sexti phy.

Cō. 41.

Opio Auer. in pria loco.

¶ Propterea qḋ dicit Auer. ꝙ primū celū est in loco p
accñs: ꝛ tñ mouet in loco p se: dī eni esse in loco: q: suū cētrū
est in loco p se: ꝛ ideo circūferētia orbis dī esse in loco p acci
dēs. Cū .n. declarauerit Arist. in li° de motibus localib⁹ aīa
lium, ꝙ oīs motus ꝓcedat ab imobili: opʒ ꝙ motus circūfe-
rētie ꝓcedat ab aliquo qḋ est imobile: ꝛ illud imobile erit in
loco p se: ꝛ iō circūferētia est in loco p accñs. Dictū āt Arist.
satis ꝓbat in mēbris aīaliū: q: si manus moueat motu ma-
n⁹ ꝛ nō motu bracchij: opʒ bracchiū qḋ assed vocat siue ar-
do esse imobile: ꝛ iō motus man⁹ est ab imobili qḋ est in re-
sta manus: ꝛ sic planū est in oibus motibus mēbroꝝ aīaliū:
ꝛ ideo etiā cū motus orbis primi sit motus totius mūdi: qui
diurnus vocat: ꝛ sit ab itelligētia: ꝛ nō a nā sicut motus aīa-
liū nō est a nā: sed ab aīa: opʒ ꝙ motus circūferētie prime sit
ab aliquo imobili fm̄ locū: ꝛ hoc est cētrum totius spere qḋ
est in loco p se. ¶ Dico āt ꝙ est motus ab intelligentia vel
ab aīa: q: in motu nāli nō est hoc necessariū. ¶ Motus enī
nālis nō est ab imobili aliquo: sed a generante ꝛ ad imobile
qḋ est locus eius qḋ mouet fm̄ locū sicut ꝓbabit in 8° hui⁹
scīe li°. tale āt qḋ est in loco p accñs mouet sicut dicit Auer.
fm̄ totū: fm̄ formā ꝛ nō fm̄ subm̄: vt dicit etiā Aristo. in fine
sexti huius scīe: est eni subm̄ semp id qḋ est spera: ꝛ hoc non
erit a loco.

Quid ē celū variari hʒ for mam.

¶ Forma aūt eius erit dispositio quā hʒ circa cō-
uexū cētri qḋ est terra: hec eni forma variat oī hora de ꝯue
xo rotūditatis vno ad aliud: q: ꝯuexū rotūditatis diuidit
in multa ꝯuexa: quoꝝ qḋlibet est pfecte rotunditatis: cuius
exēplum est: q: ꝯuexū vnū pfecte rotunditatis hʒ ad polū
aquilonis: ꝛ aliud ad polū austri: ꝛ aliud ad pūctū oriētis: ꝛ
aliud ad punctum occidētis: ꝛ sup hoc variat primus mot⁹
fm̄ diuersa terre cōuexa que sunt ꝯuexa rotūditatis centri.

Obiectio Cō mē. ꝯtra se.

¶ Obijcit āt sibi Auer. ꝙ fm̄ hunc modum si dicamus pri-
mū celū esse in loco p accñs: tūc videt ꝙ motus suus sit in
loco p accñs: sed ꝯstat ꝙ ipse est primus: ꝛ cā oium aliorum
motuū: ergo motus p accñs est primus: ꝛ cā oiū alioꝝ: ergo
id qḋ est p accñs est prius eo qḋ est p se ꝛ cā ipsius: ꝛ hoc est
falsum.

Solō eiusdē

¶ Soluit āt ad hoc dictus Phs: ꝙ id qḋ mouet ab
intelligētia vel ab aīa absq; dubio indiget imobili a quo sit
motus eius: ꝛ hoc est quiescēs in loco p se: quiescēs enim est
indigēs vt sit in loco p se ꝛ motū nō idiget ꝙ sit in loco nisi p
accñs. Et hui⁹ rō est: q: id qḋ qescit: qescit ꝑpter similitudi
nē ꝛ ꝯnālitatē ꝯtinētis se: qn̄ enim est in ꝯtinente ꝯnāli sibi ꝛ
simili sibi fm̄ nām: tunc quiescit ꝛ nō mouet: qn̄ aūt extra il-
lud est ꝛ nō est in cōnāli: nec in sibi simili ꝯtinēte: tūc mouet
ad ꝯtinēs sibi cōnāle ꝛ simile. Nota āt q̄ḋq; indigent motu
ad sui pfectionē ꝛ q̄ḋq; non indigēt: illa aūt que nō indigēt
sunt illa que sunt in ꝯtinente incōnaturali sibi ꝛ dissimili: ꝛ
illa mouent ad ꝯtinēs cōnāle sibi ꝛ simile: que aūt non indi-
gent motu ad suum esse non indigent continēte ꝯnāli: neq;
non ꝯnāli: ꝛ illa sunt corpora celestia que nō facit moueri ꝯti
nens ꝯnāle: sed facit ea moueri intelligentia per hoc qḋ in-
tendit assimilari prime cause inquantū potest. ideo illa mo-
uent per se lʒ non sint in ꝯtinente cōnaturali: vel nō ꝯnatura
li.

Obiectiões ꝯ eādē opionē.

¶ Sed fm̄ hanc solutionem adhuc duo querunt: vnū est
de inferioribus orbibus qui sunt in ꝯtinente: ꝛ ideo dubita
tum est a quo sit motus eoꝝ. ¶ Aliud est qualr̄ primus mo-
tus sit localis per se: cum ipsum mobile non sit in loco nisi p
accidens.

Cō. 43.

Solutio pme

¶ Ad primū hoꝝ respondet ipse Auer. dicens ꝙ
inferiores orbes sunt in loco eo ꝙ ꝯtinentur ab alijs hoc est
p accidens: ꝛ ꝑpter hoc ꝙ per se indigeant loco: q: sicut di-
cit Auēpace: talia ꝑpter sui pfectionem non indigent ꝯtinē
te formante ꝛ saluante ipsa in esse. Accidit aūt ꝑpter qḋ ꝯti-
nentur abinuicem est ordo eoꝝ ad vnam primam speram
que primo motu mouet omnes. Ex hoc pʒ ꝙ etiam spere
per eundēmodum nō sunt in loco sicut elementa: q: ꝯtinēs
ea non habet de rōne loci nisi qḋ circundat: ꝛ ideo vere in lo
co non sunt nisi elementa ꝛ elementata: alia fm̄ imperfecta
rōnem loci dicunt in loco.

Solutio scḋe

¶ Ad aliud aūt innuit solutionē
ꝙ primus motus est in loco: q: est circa locum hoc est circa
cōuexū centri sphere: q: sicut dicit Arist. in primo celi ꝛ mū
di. motus localis est triplex a medio ꝛ ad mediū: ꝛ circa me
dium. hanc solutionē dicit se inuenisse Auer. ꝛ est subtilis p
obscura verba ab ipso dicta: que intelligenda sunt vt hic ex
planant.

Obiectio de ctone ꝯ opio nē Cōmēta.

¶ Est autē in ea adhuc dubitatio. Si .n. mot⁹ cir-
cūferentie est ab immobilitate cētri: tunc videt ꝙ motus ce
li causet a quiete terre: ꝛ hoc est falsū: q: omne qḋ est in ter
ra causat a celo: ꝛ motus talis est causa omniū nāliū ꝛ est
tanq̄ vita existibus oibus: vt dicit Arist. in ꝑncipio octaui.

Solutio

¶ Et ad hoc sciēdū ꝙ motus circūferētie duplr̄ ꝯsiderat:
ꝯsiderat .n. vt mobilis primi ꝛ ꝯsiderat vt circulatio nō egre
diētis de loco suo. Si āt primō modo ꝯsiderat: tunc motus
est a primo motore qui presidet circūferentie ꝛ nō a centro.
¶ Si aūt ꝯsiderat scḋo mō tunc rotatio circūferentie est ab
imobilitate cētri sicut pʒ in libro de spera mota. Mot⁹ aūt
primo mō ꝯsideratus est cā oium: ꝛ scḋo mō non accipit fm̄
subaʒ: ʒ fm̄ quoddā accñs qḋ est nō egredi de loco sue rota
tionis: ꝛ hoc nō est icōueniēs ꝙ hēat a cētro.

Tex. c. 44.

¶ Sic ḡ habi-
tis his q̄ dicēda sūt de his q̄ sūt in loco: ꝛ nō sūt in loco: opʒ
scire ꝙ eoꝝ que sunt in loco quedā sunt in loco fm̄ potētiā:
quedam fm̄ actum: ꝛ quedā sunt in loco p se: quedam p ac-
cidens: cū enim sit aliqḋ ꝯtinuum qḋ est similiū partium il-
lud totū actu in loco est: ptes aūt ꝯtinue manētes in ipso sūt
in loco potētia. Si āt diuidant ptes a toto: tūc erūt actu in
loco.

Eq̄litas du-plex.

Est aūt hoc verꝝ de toto ꝛ ptibus silibus plusq̄ de diffi
milib⁹: q: dissimiles ptes ēt qn̄ sūt in toto quādā videntur hr̄e
diuisionē: ꝛ iō magis sūt in loco q̄ ptes silēs. Illḋ āt totū dī
eē in loco sibi eq̄li: nō ꝙ locus habeat oēs dimēsiōes corpis
locati: q: eq̄litas duplex est: vna qdē fm̄ ꝯtinētiā sicut dī cir
culus equalis figure angulose i geometria: ꝛ dī alia eq̄litas
qn̄ duo eq̄lia hn̄t vnā mēsurā cōem qua mēsurat: ꝛ hoc mō
locus nō est eq̄lis corpori locato nisi ꝯsideremus ꝙ distātia
esset locus: sed ꝑmo mō fm̄ ꝯtinētiā sunt eq̄lia locus ꝛ loca-
tū.

Tex. c. 45.

¶ Et aliq̄ sunt in loco ꝛ alicubi p se: vt oē corp⁹ qḋ mobi
le est fm̄ illā loci mutationē in qua vere loc⁹ mutat: ꝛ q̄ au-
gent ꝛ que diminuunt. ¶ Celū āt sic dictū est totū nō est i lo-
co p se: nec est in loco quodā eo ꝙ nullū corp⁹ ipm̄ circūdās
ꝯtinet ipm̄ sub quo moueat: ʒ ptib⁹ inest alicubi eē: sic in lo
co: ꝛ ptes voco orbes iferiores: eo ꝙ altera illaꝝ priū habi-
ta ꝛ disposita sit sub altera. Alia vō sūt ʒ accñs in loco sicut
aīa ꝛ celū: sed differēter: aīa eni est in loco: q: subm̄ ei⁹ est in
loco: celū āt submū est in loco: q: cētrū ei⁹ est in loco: ptes āt
celi i loco quodāmō sūt oēs: eo .n. ꝙ circulariter ordiate vna
ꝯtinet aliā vtiq;: ꝛ id qḋ est sursū circulariter mouet tñ cir

ea locū: oē āt siue totū qđ oīa circūdat non est alicubi p se: qr qđ alicubi est p seipsū est quodāmō in alio: ⁊ opꝫ φ aliđ ab ipso corpus sit extra ipm in quo ipm ɔtinet. Sed extra totū qđ vocat oē: ⁊ est mundus rōne vltime spere nihil est. Et ıđ planū est Porretanū mētiri dicentē φ vltima spera monet sub supficie sua ɔuexa ⁊ quo ad illā in loco est: qr sic eēt in loco extra qđ nō est corpus diuersū ab ipso ⁊ locus eēt supficies eius: qđ est in loco ⁊ nō supficies corpis esse ambientis: ⁊ ıđ qr celū ambit oīa. ¶ Propter hec oīa in celo esse dicūtur. Celū.n.est ⁊ dī oē qđ ambit oīa: ⁊ oīa ordinant ad ipm. Locus aūt pprie sumpt⁹ nō est celū: sed celi quoddā vltimū in descēdēdo ⁊ hoc est ɔcauū lune qđ ɔtingit corpus qđ hꝫ moueri motu recto: ⁊ est res ei⁹ quiescēs: ⁊ ıđ terra locat in ɔcauo aque: aqua aūt in ɔcauo aeris: aer v° in cōcauo etheris quē Pithagoras vocauit ignē: ether v° locat in ɔcauo orbis lune: qđ est eīm: eīz v° ḃz se totū nō ampli⁹ locat in alio: ⁊ sic pꝫ qualr diuersa diuet simode sunt in loco.

Error Gilberti porretani.

Tex. c. c. 46.

¶ Cap. 14^m. De solutione obiectoꝝ ɔtra locū.

Tex. c. c. 47.

MAnifestū Est aūt ex his que dicta sūt φ diffōne loci supius posita: ⁊ intellectis his ppietatib⁹ loci eo mō quo exposite sūt soluunt oēs dubitationes idncte supius. Locus.n. supficies est q est termin⁹ exterioris locati ⁊ est in gñe accidētis qđ est ɔ̄titas: ⁊ tñ nō denominat locatū: qr nō est in ipso sicut in subo: ⁊ ideo nō monet motu eius. Sic.n. vtiqꝫ dicto loco soluit φ dicebat locus esse corp⁹ eo φ auget cū locato: nihil videt augeri nisi corpus: loco.n. accidit augeri p accidēs: ⁊ nō p se: ⁊ ideo nō sequit φ locus sit corpus. ¶ Eodeꝫ aūt mō nō sequit pūcti esse locū vel linee: vel supficiei nisi ɔ̄stet locus esse corpus: nō āt est hoc verū: ⁊ ideo corpus est in loco p se. ¶ Dimēsiones āt corpis sūt in loco p accñs: cuius cā supius est assignata: vñ cū supra diximus locū eē vltimū corporis nō est locus nisi corporis p se: ⁊ dimēsionū corporis p accñs. ¶ Et hac eadē cā nō ɔtingit duo corpora esse in eodē loco: qr locus nō est corpus nec distātia trinā habens dimēsionē: vnde corpus ɔ̄tētū in loco ɔuenit vbiqꝫ mediū: mediū āt dico qđ est īter mediū finis q est loc⁹ ⁊ nō est loc⁹ spatiū īter mediū sicut diximus: slr qđ dī φ si locus aliqđ est φ est alicubi. Dico φ falsū ē: sꝫ est in aliquo: nō qdē sic i loco: sꝫ sic in subo: in subo est.n. qđ est corp⁹ locās: sꝫ est sic terminus in eo cuius est terminus: sine eius qđ finit loco: nō enīꝫ omne qđ est in loco est: sed mobile corpus motu recto per se est in loco: corpus autē separatum a motu nō est in loco: nisi imaginabilr: ⁊ nō oē corpus mobile circulariter est in loco. Hec igit dicta sunt de solutione obiectoꝝ.

¶ Cap. 15^m. De causa quare fertur in suum locū vnūquodqꝫ corpus ⁊ quiescit in eo.

Tex. c. c. 48.

EX dictis De loco etiā scit cā q̄re vnūquodqꝫ mobiliū rōnabilr fert in suū ppriū locū: locū aūt ppriū voco cui corpus est ita ɔ̄iūr φ īter ipsum ⁊ illud nō est aliqđ mediū: ita φ tāgit ipsū ⁊ est primū ei p nām ⁊ nō vi siue violētia. que enīꝫ apta nata sūt esse simul illa sunt īpossibilia adiuicē: ⁊ hec sūt que habēt ɔtinēs ɔtingēs vnigenū suū ɔnāle eis: esse.n. in tali ɔtinēte cā qetis est: ⁊ qñ est extra ipsū tūc est cā φ monet ad ipm: sicut pꝫ ex supius pbatis. Que v° se iuicē tāgūt ⁊ tāgūtur adiuicē violēter illa sūt actiua ⁊ passiua adiuicē ⁊ pugnātia: ⁊ ıđ recedūt a se iuicē: ⁊ nitit vnūqđqꝫ in suū ppriū locū: pꝫ ergo ex pdictis φ manet ⁊ quiescit vnūqđqꝫ in suo pprio loco rōnabilr: ⁊ qr locus ⁊ locatū nō sūt adiuicē pars ⁊ totū: tñ silitudinē hñt cū parte ⁊ toto: qr sicut pars quiescit in toto: qñ ɔiūgit ei: sicut cū aliqs ab aq̄ vel aere remouet ptē: hoc enī nō quiescit donec ɔiūgit toti: ita etiā est de pte locati ad totū locū: cū enī est extra locū monet ad ipꝫ. ⁊ cū venit ad locū tūc quiescit. ¶ Sicut aūt se hꝫ aer ad aquā: ita se hꝫ locus ad locatū: est enī aq̄ vt mā aeris ⁊ aer sicut spēs ⁊ forma aque: aq̄ enī est sicut potētia ⁊ mā aeris ⁊ corruptio ipsius: aer āt sicut actus ⁊ gñatio aque: sꝫ etiā aer potētia sit aq̄: hoc est p aliū modū potētie: hoc enī est p circularē gñationē eloꝝ. Sed sm cōparationē nobilitatis ⁊ formalitatis: tunc aer est actus aque: ⁊ aqua est potētia aeris: de hoc aūt in posterius demōstrādis habendus est sermo: hoc est in 4° ce. ⁊ mun. ⁊ in primo de gñatione ⁊ cor. Quod ergo nūc icerte dī ⁊ supponit ppter necessitatē doctrine tūc erit certius: sic igit idē est mā ⁊ actus: aqua enī vtraqꝫ est: sed mā est rōne potētie: actus v° rōne pfectionis: ⁊ eodē mō vtiqꝫ quodāmodo se hꝫ similr pars ad totū. hoc est locās ad locatū: qr locatum est sicut mā: ⁊ locus sicut actus: ⁊ forma sm φ format ⁊ cōtinet: ⁊ locās corpus est formale: ppter qđ talia corpora se ɔtigūt vt supra diximus: aptitudo āt ⁊ ɔtinuitas est īter ea cuꝫ vtraqꝫ vnū fiāt p trāsmutationē potētie ad actū: ⁊ hec eadē est pportio locati ad locuꝫ: vt diximus sepe: de loco igit qm est: ⁊ quid est: intm dictum sit a nobis.

Tex. c. c. 49.

¶ Tractatus scđs quarti libri physicoꝝ qui est de vacuo.

¶ Cap. p^m. Q: physici est tractare de vacuo ⁊ qbus rōnibus pbat vacuū esse: ⁊ qbus nō esse ab antiquis: ⁊ φ illi qui dicūt vacuū nō esse ɔ̄dicebant ad pbleumata.

QOdē āt mō accipiēduꝫ Tex. c. c. 50.

Est p itellectū φ physici est ɔsiderationem facere de vacuo: sicut suuꝫ est ɔsiderare de loco. Eadē pbleumata querēda sūt de vacuo que querunt de loco: que sunt tria. Si est. s. aut nō est: ⁊ si ponit esse: qūo est: ⁊ qđ est. Quecūqꝫ enī ex eisdē pncipijs ⁊ rōnibus ad vtrūqꝫ pteꝫ ɔ̄dictionis iducūt: similē hñt icredulitatē essendi: ⁊ fidē sine credulitatē eēndi. Hoꝝ ɔsideratio ptinet ad eādē sciaꝫ. ¶ Ex eisdē pncipijs aūt ⁊ rōnibus vacuū ⁊ locus accipiunt similitudinē icredulitatē ⁊ fidē essendi ⁊ nō essendi. Cum ergo locus sit de ɔsideratione physici: erit ⁊ vacuū de ɔsideratione physici. Hoc āt manifestū est ex hoc φ physici ponunt vacuū esse in gñe loci: qr ponūt esse vacuū sicut locū quendā ⁊ vas quoddā. Videt āt plenū ⁊ vacuū ⁊ locus idē eē subo: sed differūt sm esse ⁊ diffinitionē: qr antiqui dixerūt esse plenū id qđ est: vt locus ⁊ vas: cū hꝫ in se graue aliqđ ⁊ grossuꝫ: visibile ⁊ tāgibile: cuius ipm est susceptiuū. Cū āt puatuꝫ est illo tunc dicebāt idē receptaculū esse vacuꝫ. Locū āt dicebāt idē p rōnē qua susceptibilis est illius nō distinguētes inter locū ⁊ vas tanqꝫ idē sit vacuū ⁊ plenū: ⁊ locus sm subm: esse āt ipsoꝝ sm rōnē diffinitiuā nō idē esset. ¶ Tractantes aūt de vacuo opꝫ nos incipere ab illo qđ intendunt alij pbl assignare p nomē vacui: accipiendo quecūqꝫ dicunt illi qui asserūt esse. scđo qui asserūt nō esse vacuū. ⁊ tertio iteꝝ colligētes eas que cōmunes opiniones sunt de vacuo ⁊ nobis ⁊ antiqs: qr ille vident esse vere ⁊ cōmuniter cognite. ¶ Sūt igitur quidā qui volunt ostēdere vacuꝫ nihil esse: ⁊ nō probāt generalr vacuum nō esse: sicut intendunt vniuersalr affirmare vacuꝫ illi qui ponunt vacuum esse: sed potius ɔ̄dicunt particulariter: ⁊ ostēdunt quoddā vacuꝫ nō esse qđ illi dicebant esse vacuꝫ. Et ex hoc vniuersalr volūt affirmare φ nihil est vacuū: ⁊ ideo peccāt peccato Anaxa. qui cū deberet ostēdere nihil esse vacuum conatus est ostēdere mām nō esse vacuā: sed potius in se latente habere formā: ⁊ ideo nō eodē mō argumentant quo illi qui dicunt esse vacuum: sed ferunt ɔtra eos ɔ̄dictionē pticularē ostēdētes vasa esse plena: que vacua dicunt esse ab antiquis. ¶ Probāt enīꝫ φ aer aliqđ est ⁊ nō nihil itigētes suā mām sumētes p vtres: ⁊ mōstrātes φ aer fortis est in clepsydris que sunt instrumēta furātia aquas: qr cleps est verbū grecuꝫ: qđ idē est qđ furor: ⁊ ydros est aqua. Est aūt instrm supius strictū hñs collū cum ore paruo qđ digito obstrui possit: ⁊ iferius est latuꝫ hñs multa foramina in fundo qđ cuꝫ ifusum est aqua si obstruit supius foramen nō egredit aqua iferius: qđ illi dicebāt fieri ppter vim aeris aquā detinētis. Et erāt decepti: φ lꝫ verū dicāt aerem esse aliquid: non tñ ppter vim aeris aqua stat in vase: sed ideo qr nihil est vacuum: ⁊ ideo opꝫ supficies corpoꝝ esse ɔiunctas: ⁊ ideo aqua nullo mō separat ab aeris supficie: nisi aer ipsam de instrumēto cadētē sequi possit: ⁊ ali⁹ aer sequi possit ipsuꝫ: ⁊ hoc est qñ foramē superius aperit: ⁊ hoc est vnum principioꝝ quo vtunt qui faciunt ingenia: siunt enī multa vasa ⁊ syphones per illud principium. Et illi qui volunt leuare magna pondera paruo instrumento: faciunt primo insepatabiles supficies corporis qđ leuare volunt ⁊ instrumenti: ⁊ tunc leuant vnum per aliud. Sunt aūt ⁊ multe alie rationes quibus vtuntur negantes esse vacuū:

Tex. c. c. 51.

Nō de fub[illegible] vāuib⁹ magn[illegible] pondera p[illegible] instrumēto.

quas infra ponemus: hanc enim posuimus: vt ostendamus q illi qui pbāt nō esse vacuū: nō pbāt ipsū nō esse nisi pticulariter: qn dicūt q nō est vacuū: q vasa que vident eē vacua sūt aere plena: ideo necessarius est tractatus iste in quo pbabit vacuū vīr nō esse. ¶ Sūt aūt alij his oppositū dicētes in eo etiā q pticulariter vacuū esse affirmant: q dicūt q vacuū est spatiū in quo nullū corpus grossum sensibile est ad visū ad tactū. ¶ Opinant eni q oē qd est sit corpus grossum sensibile qd resistit actui terminat visū: dicūt q in quo nullū corpus tale est q hoc est vacuum. ¶ Cū aūt illi qui negāt esse vacuū volūt ɔdicere illis qui dicūt vacuū esse aliud: nō opꝫ pbare q aer sit aliud. Sed opꝫ adducere rōnes ad hoc q nullū spatiū vacuū separatū a corporib⁹: siue infra celū: siue extra: nec etiā q spatiū vacuū infra corpora sit qd actu: oporteret igit pbare eos q tale vacuū non sit qd capiat totū mundū: q nullū corpus sit vere ɔtinuū: sed interceptū multis vacuis: sicut dixit Democritus Leucippus alij philosophoꝝ: aut oporteret eos pbare ostēdere si vacuū sit aliud q sit extra oē corpus separatū extra celū: cū sit spatiū ɔtinuū infinitū extra celū existēs sicut dixit Pithagoras. ¶ Pꝫ igit q illi nō hꝫ hypothesē ad pblemata cōtradicunt: q particulariter demōstrāt nō esse vacuū: cum vniuersalr ɔtradicere deberent. ¶ Verūtamē illi qui affirmabāt esse vacuū dicūt vnū qd magis est verꝫ: inter alia cōuenientius esse videt: hoc est q motus sm locū nō erit: si vacuū nō esse ponat. Motus aūt sm locū qui destruit non posito vacuo est loci mutatio augmentū decrementū: q id qd augeꝫ imutat locū crescēdo in locū maiorē: id qd diminuit decrescit in locū minorē. Nō enim videbit loci mutatio esse quocūqꝫ mō fiat: nisi sit vacuū: id enim quod quocūqꝫ mō mutat locū aut mouet ad plenū: aut ad vacuum: sed ad plenum moueri nō pōt: q plenum nihil amplius recipere potest: si vō recipiat: tunc erunt duo corpora in eodē loco: qd esse nō pōt: q infra ostēdemus q si duo corpora sūt in eodē loco q ɔtinget etiā quelibet corpora esse in eodē loco: quelibet corpora erūt vnū corpus. Nō eniꝫ pōt aliquis dicere differentiā quare quelibet corpora nō possunt esse in eodē loco: si ɔcedat duo posse esse in eodē loco. si hoc ɔtingat: tūc sequerent multa incōuenientia: tūc eni corpus maximū pōt esse in paruissimo loco. Multa etiā parua possūt eē in loco paruo: multa parua sūt equalia magno: ergo maximū pōt esse in loco paruissimo: cōuenit etiā inequalia esse in eodē loco: qd est maximū impossibile q ɔuenit tria equalia esse in loco vno eodē: duo aūt equalia equant vni inequali: qd duplū est ad vnū: ergo illud pōt esse in loco subtripli sibi. ¶ Et hec oīa incōuenientia putabant sequi Melissus Parmenides si poneret ens moueri: ideo dixerūt ens eē vnū imobile. Si.n. moueat cū his rōnibus nō possit moueri ad plenū: necesse est esse vacuū vt dicūt: vacuū aūt non dicebat esse Melissus: ideo dixit ens imobile: pꝫ igit q quidā vacuū esse demōstrant ex dicta rōne de motu qui nō pōt esse ad plenū: sed ad vacuū. ¶ Alio vō modo pbāt esse vacuum quibusdā experimētis quoꝝ rōnē nō vere pspexerūt. Dicūt eni quidā q quedā res qn ex ipsis impleta sunt vasa vsqꝫ ad sūmū: adhuc vident esse cocuntia calcata in minora spatia vacua que intra se habēt sicut dicūt fieri de vino. Cū enim dolia plena sint adhuc recipiunt vtres paruos tenues pcipue recipiūt corpora tenuia paulatim imissa: sicut catenas vel nūmos: ita q expertū est q vas paruū plenū vino vsqꝫ ad sūmū: adhuc recipit nūmos parue pensure tenuis: cuius cāꝫ dixerūt illi esse q corpora illa intrāt in spatia vacua que sunt intra vinū postq̄ vinū fuerit impressū ɔdēsatum p corpora que imittent in ipsum. ¶ Amplius aūt oibus istius secte physicis videt augmētū nutrimētū fieri p vacuū qd est iter corpora que nutrīnt: que nos poros vocamus. Dicūt eni oēs phi huiusmodi q alimentū p qd nutrit aial vel corpus: ɔstat aūt q intrat in corpus aialis: cum ergo duo corpora nō sint in eodē loco: ɔstat q nō itrat in plenū: ergo mittet in vacuū: ergo vacuū est intra corpora nulla ad minus. ¶ Testimonia aūt ad hoc idē reducūt experimētū de vase cū cineribus: cinerib⁹ eni vas plenū tātū recipit aque q̄tū vas vacuū sine cineribus: cui⁹ cām dicūt esse vacuū qd separat inter particulas cineris: hoc quidē verꝫ est de cinere: melius inuenit in farina: quāto fuerit etiā farina subtilior: tāto plus recipit aque: ita q aliqn recipit plus aque q̄ vas vacuū capere posset. ¶ Cooperat aūt ad hoc siccitas farine cineris. Et huiusmodi cām sicut diximus dicūt esse vacuū multiplex qd determinat inter corpuscula paruula farine cineris. Pithagorici aūt dicūt īfinitū vacuum esse: extra celū mūdū esse: celū dixerūt magnū aial esse qd spiritu suo anhelādo respirādo in seipsum attrahit vacuū ex īfinito vacuo qd est extra celū: illud vacuū sic inspiratū separat nās reꝝ in mūdo distinctaꝝ abinuicē tanq̄ vacuū sit id qd separat ea que sunt adinuicē: que sunt ɔiter: dicūt hoc determinās qdē primū esse in numeris faciens discretionē: p numeros determinat alia: q numeri sꝫ eos pncipia erāt reꝝ sensibiliū. rōnē etiā habebāt: q id qd distinguit diuidit vacuo: aut diuidit vacuo: aut pleno. ɔstat āt q nō pleno: q hoc est ɔtinuū in oēꝫ loci sui dimēsionē: ergo discōtinuat vacuo distiguit. ¶ Est aūt deceptio in experimēto: q tres cause sunt q̄re cinis vel farina plus capit aque q̄ vas vacuū. Una qdē est cōmixtibilitas: q subtilis est cinis pcipue farina: cōmiscet aque terminat eā: aq̄ ɔtinuat farinā: efficit vtrūqꝫ retētiuū alteri⁹. Scda cā ē porositas cineris farine: q aq̄ retinet i poris cineris farine: plus in poris farine: q illa hꝫ poros obliquos ex qb⁹ nō pōt effluere aq̄: iō magis ɔtinuat p aquā: aq̄ euaporāte ɔtinua manet indurata. ¶ Cinis aūt magis hꝫ poros amplos rectos: ideo sorbet qdē aquā fortiter: sed nō bene retinet: iō aqua effluēte euaporāte discōtinuat cinis: hoꝝ aūt rōnē in 4° metheoroꝝ reddere habem⁹. Tertia cā est corruptio aque sm ptē a siccitate cineris: qn eni diuidit in ptibus cineris miscet: tūc i pte corrūpit: hoc ostēdit signū isallibile: qm qn postea exprimit nō tāta est quāta fuit qn infundebat: cinis est minus q̄ prius: hoc pcipue euenit in farina: q in illis poris trāssusis retinet ita q forte nulla aqua exprimi possit qn bene fuerit admixta farine. ¶ Hec igit sunt fere ex quibus Phi dixerūt esse vacuū: ex qbus alij negant ipm esse. Et reducit positio ponētiū esse vacuū ad tria. Quidā.n. dixerūt vacuū esse locū extra celū separatū a corpore: sicut Pithagoras. Quidā āt vacuū dixerūt locū ifra celū separatū a corpe: sic Democrit⁹ Leucipp⁹: hoꝝ sūt īducte rōnes de vacuo. Quidā āt dixerūt ipm esse sibiliū in corpibus nālibus porosis: p ipm fieri rarefactionē ɔdēsationē: sic dixit Xuthus. huiusmodi rōnes nō sunt habite supra. Et ppter istū dixim⁹ q fere tot huiusmodi rōnes sūt quot q̄les posite sūt: ex qb⁹ alij pbāt esse vacuū: alij iprobāt ipsum esse.

¶ Cap. 2m. De descriptionibus vacui iprobationibus eorū ex quibus intelligit vacuum nihil esse.

AD quale autē se hꝫ sm veritatē: veꝫ ad affirmatiuā ptē vel negatiuā nō pōt declarari nisi prius accipiat qd est qd significat p nomē vacui: cū eni id qd q̄rit p qōnē an res est an nō est debeat determinari: opꝫ q accipiat nois diffinitio: postea inquirat Utrū hoc sit genus ei⁹ qd ponit esse genus: hec differētia que dicit inesse vt differētia: qn hoc ita esse inuenit: tūc scit res esse: si aūt nō ita inuenit: nec inuenit in alio genere: tunc scitur qm res nō est. ¶ Describit aūt vacuum ab antiquis pluribus descriptionibus. Quidā eni dicunt q videt vacuū esse locus in quo nihil est: nō vocāt locū supficiem ɔtinētis vl spatiū qd est iter supficies ɔtinētis suppositū. Sed vocāt locū cuiuslibet rei capacitatē: quocūqꝫ mō dictā: ideo hec descriptio ē valde gnalis: nō ponēs vacuū aliquā esse nām determinatā. Cā āt huius est q opinant q omne ens sit corpus: q oē corpus sit in loco: vacuū dicunt esse in quo nullū corpus est: ideo vacuū est id in quo nihil est: sic vbi nō est corpus ibi nihil dicit esse. Adhuc āt cum oē qd est corpus dicat esse nō dicunt aliquid esse corpus nisi qd hꝫ grauitatē leuitatē ceteras differētias tāgibiliū q̄litatū. Sic ex syllogismo habet q id in quo nullum corpus tangibile est: vacuū sit. Hec igit sicut diximus ex syllogismo accidūt qn syllogizat aliqs ex rōne antiquoꝝ: de descriptiōe vacui. ¶ Anteq̄ āt ponamus alioꝝ aliā descriptionē vacui dicemus incōuenientia que huic accidūt pōni. Primū aūt qd accidit his qui nō ponūt vacuū aliquā nām determinatam. Sed negatione vsi diffiniūt ipsū dicētes hoc esse vacuū in quo nihil est: sequit sm eos q pūctus est vacuū: q pūct⁹ est i

Tex. t. c. 52.

Tex. t. c. 53.

Tex. t. c. 54

Tex. t. c. 55.

Tex. t. c. 56.

Nō tres causas p̄ q̄ vas plenū farina plus aq̄ recipit q̄ ip̄sum met vacuū existens.

Tex. t. c. 57.

Tex. t. c. 57.

quo nihil est. ¶ Est et hoc icōueniēs: cū vacuū sit quoddā spa-
tiū: et locus similr: spatiū aūt oē diuisibile sit. Si ergo pūctus
sit vacuū erit spatiū diuisibile in pūcto: et ita diuisibile in idi-
uisibili. qđ est incōueniēs: nō ergo locus et vacuū erāt ita de-
terminādā φ vacuū est in quo nihil est: et locus sit id qđ ca-

Tex.t.c.58.

par est alicuius quocūqz mō. ¶ Sic igit videt φ vacuū di-
cat vno mō alio a pdicto. s. spatiū nō plenū sensibili corpore
sm tactū. Sic eni diffinit vacuū a negatione in gñe spatij et
nō a negatione vñi simplr: corp⁹ aūt sensibile sm tactū est id
qđ hz grauitatē vel leuitatē. ¶ Unde etiā dubitare pōt ali-
quis in hac antiquoꝝ descriptione quid dici debeat tali hy-
pothesi facta φ spatiū sit plenū colore vel sono Utrū sit va-
cuū dicēdū aut nō. Manifestū est eni si dicat nihil esse plenū
nisi qđ graui vel leui corpore plenū est: φ spatiū illud est va-
cuū. Si aūt illud nō dicat tm plenū: sed et alia que plena sunt
quecūqz: tūc istud spatiū minime dicet eē vacuū. Et descri-
bētibus vacuū sicut nūc dictū est accidit φ celū totū est va-
cuū: qz nō est plenū corpore sensibili habēte grauitatē aut le-
uitatē: accidit etiā idē esse vacuū et plenū: qz multa sunt ple-

Tex.t.c.59.

na: que nūc corpore sensibili p totū sunt plena. ¶ Alio autē
mō et tertio dicit esse vacuum sm Platonē id in quo nō est
hoc aliquid qđ est subā corporea pfecta p formā subalē: in
qua rōne vacui dicūt quidā Platonicoꝝ corporis mām esse
vacuā anteq̄ habeat formā: et hoc innuit Plato in Timeo
vbi dicit φ mā est formaꝝ gremiū: hoc eni vacuū verissime
dixerūt esse locū eo φ locū et mā idem esse dixerūt: sicut dixi-
mus supra de Hesiodo. Nō bene aūt in hoc dixerunt. Mā
eni nō separabilis est vlr a rebus: ita φ ipsa sit per se sola ab
oī forma separata: et qñ dicit φ separat ab oi forma: intelli-
git φ successiue separat ab hac et ab illa. Uacuū aūt dicunt
antiqui pōi sicut vlr separabile: illi qui ponūt vacuū esse cor-

Tex.t.c.60.

pus separatū a corpore qđ aliqñ est in ipso. ¶ Contra aūt oēs
istas vacui descriptiones est id qđ diximus de loco: qm eni
de loco supra determinatū est: et vacuū locū necesse est eē: sed
priuatū corpore: et supra diximus qualr locus est: et qualr nō
est: manifestū est qm vacuū: et hoc mō nō est sicut dicūt ipsuz
esse spatiū extra corpus separatū ab ipsis: aut in ipsis corpo-
ribus ibibitū: sicut dicūt dicētes poros raroꝝ corpoꝝ esse va-
cuū et intra corpoꝝ nām ɔtētiuū. Ambe aūt iste secte volunt
φ vacuū sit nō corpus sz spatiū corporis: hoc est habēs dimē-
siones corporis in qbus recipit corpus tres corporis dimē-
siones: cū eni supra ostēderim⁹ φ locus est supficies ɔtinēs
et ɔtingēs corpus qđ nō est aliquid locati: et φ locus non est
ipse dimēsiones spatij que sunt intra supficies corporis ɔtē-
ti: et qđ est intra superficies corporis ɔtinētis: nō est spatiuz
aliquaꝝ dimensionū: nisi dimēsionū illaꝝ que sunt corporis
ɔtēti in loco: manifestū est tūc ex eisdē pbationib⁹ φ vacuū
nō est etiā dimensiones spatij separati: et φ nō sunt ibi aliq̄
dimēsiones separate a corpis in loco ɔtēti dimensionibus.

Tex.t.c.61.

¶ Unde et vacuū dicit aliquid eoꝝ quoꝝ est locus: qz ponit
locatoꝝ esse receptaculū: et ppter hāc causam acceptum est et
suppositū ab antiquis vacuū esse: et ideo vnā rōnē habēt di-
cētes esse vacuū: et illi qui dicūt locū eē spatiū quoddā sepa-
ratū: dicētibus eni esse loci mutationē aliqd: et aliqd eē locū
ɔuenit: etiā sm suā rōnē aliquid esse vacuū preter formam
corpoꝝ: et separatū a corporibus: que per motū icidūt in ipz:
hi eni dicūt φ vacuū est aliqd: et opinant φ vacuū est causa
motus localis hoc mō: sicut id dr esse causa in quo et in qđ
sit motus localis: hoc aūt est tale aliquid quale dicūt esse lo-
cū: erit enī receptaculi spatiū in quo locat sm eos corporis
moti dimēsio: hoc aūt etiā dicūt vacuū. Nō aūt eoꝝ supius
dicta est: et hoc est qz cū nō pōt motus corporis esse ad plenū
eo φ duo corpora nō possunt esse in eodē loco: opz vt eis vi-
det φ sit aliquid vacuum: qđ sm suas dimensiones est rece-
ptiuum dimensionum corporis moti.

¶ Cap. 3m. De hoc φ rōnes quibus antiqui vacuū esse pro-
babant nō probant esse vacuū que de facili soluuntur.

Tex.t.c.62.

Habitis aūt his que dicta sunt de descri-
ptionibus antiquoꝝ de vacuo:
ostēdemus rōnes quibus pbāt
esse vacuū nō esse efficaces ad pbandū esse va-
cuū: et rō pncipalis eoꝝ que est de motu ppter
quā ponūt esse vacuū: potius pbat aliqd non
esse vacuū: aut enim accipiunt φ motus in genere causatur

a vacuo aut in specie motus qui est sm locum. Si aūt acci-
piāt motū in gñe: ɔstat φ nulla necessitas est φ si motus est
esse vacuū: vlr eni nequaq̄ ois motus supponit esse vacuū:
vnde et hoc latuit Melissum: qui dixit vnū esse ens et imobi-
le ne cogeret dicere aliqd esse vacuū: est enim alteratio ali-
quis motus: et alterari ɔuenit plenū: et non vacuū. Si aūt di-
cūt φ motus in specie dr esse vacuum qui est loci mutatio in
his que ferunt de loco ad locū: vel de his que augent et di-
minuunt: pbamus φ nō est necesse esse vacuum ad hoc φ
motus sit sm locū gñaliter. Aliquis enim est motus rectus:
et ɔuenit vnū corpus subingredi in aliud corpus: p hoc φ il-
lud cedit sibi: lz nullū spatiū separatū et vacuū esse ponat qđ
sit separatū preter corpoꝝ motoꝝ spatia: et hoc manifestum
est etiā in his corporibus que ɔtinua sunt: et tñ resoluuntur
sm ptes: sicut aqua et aer que sūt de numero humidoꝝ: ho-
rū eni ptes mouent sup alias: et alie cedūt alijs: pter hoc φ
vacuū aliquid in eis esse ponat: qz humida corpora cū sint
male terminabilia nō possunt in se hēre huiusmodi spatia se-
parata: et sicut est de motu ptiū ipoꝝ: ita est de motu corpoꝝ
que mouent in ipsis. talia eni corpora cedūt sibi et cōprimun-
tur dēsata in minorē locū et ampliant rarefacta in maiorem:
pter hoc φ aliqd ipsis addat vel auferat sm mām sicut infra
ostēdemus: et sic dēsata recipiunt in se alia corpa et ampliata

Tex.t.c.63.

replēt loca corpoꝝ recedētiū ab ipsis. ¶ Cōtingit aūt et dēsa-
ri huiusmodi corpora nō in vacuū qđ extra se vel intra se ha-
beāt: sed ppter id φ ea que sunt in ipsis elapsa elabunt ab
ipsis et dissoluunt: sicut aer qui ɔtinet aliqñ retētis in aque
spatijs: et egredit ab ipsa: et tūc aqua vel alia corpora imissa
resident in locū aeris: sicut supra diximus de ūmis vel ca-
tenis imissis in dolio aque vel vini. Nō solū aūt fit hoc in-
grediēte alio in aquā et diuidēte ipsaz vel implēte: sed etiam
ex sola alteratiōe q̄litatū primaꝝ que trāsmutāt subaz aque:
sicut qñ ex aq̄ fit aer: tūc eni sine eo φ aliqd auferat subē aq̄:
quo ablato fiat spatiū in ipsa: sed in tota suba eius accipiūt
ptes ei⁹ quātitatē maiorē: et replēt maiorē locū q̄ prius: et ecō-
neri in indiuisibili tēporis: q̄a aliam cōparationem h̄nt ad suos motores q̄ʒ elmta habeāt ad suos motores. Silr p̄ʒ q̄ nō est ꝓportio cum eo q̄ secundario tn̄ in motu est cā velocitatis ⁊ tarditatis: q̄a lʒ scd̄arium sit tamē est signum p̄ncipale. ¶ Ad ea autē que vlterius inducta sunt dōm p̄mūʒ q̄dē q̄ nullūʒ mobile ſm nāʒ est mobile nisi aliquo motore nāli: ⁊ ille nō hʒ cōparationē ad spatium ſm q̄ est mathematicū spatiūʒ tn̄: nec ſm q̄ est inane: sed ſm q̄ est plenūʒ: ⁊ de illo verū est q̄ nō transit maius: nisi transeat minus vel eq̄le. Si autē esset inane ⁊ hoc inane poneref terminos hīc in q̄b⁹ cōtineref motor nō respiceret nisi terminos: q̄a nihil ēēt in medio per q̄d cōnaturale ēēt sibi mediūʒ: ⁊ ideo mot⁹ in talib⁹ esset in momēto de termino spatij ad alteꝝ terminum: cum in tali spatio inani nec est eq̄le mobili: nec minus: q̄a nihil est oīno: ⁊ ideo nec equale: nec minus est aliq̄d. Per idē p̄ʒ solutio ad scd̄m ⁊ tertiūʒ: q̄m in veritate ⁊ sicut Auicē. dīc in vacuo nō est aliq̄d q̄d sit linea: vel punctus: vel dimēsio: nec inferius: nec superius: nec an̄: nec post: q̄a iste dīīe sunt entꝭ. vacuum autē ponebaf nō ens: sed priuatio entis ab oīb⁹ antiq̄s. hoc autēʒ infra melius explanabif q̄n ostendef q̄ duo corpora nō p̄nt esse in loco pleno vel vacuo. ¶ Q̄d autē q̄rif tur de lapide descēdente per vacuū opʒ dici ſm p̄dicta q̄ motor lapidis nihil respicit de medio: ⁊ ideo per vices nō ē in medio: q̄a nihil est medium: ⁊ ideo nō ꝓpter illud lapis est in diuersis locis: sed lapis erit in vno momēto superius in loco a quo descendit: ⁊ inferius ad q̄d descendit: non tn̄ ſm idē: sed erit superius in instāti ſm q̄ est finis p̄teriti ⁊ inferius ſm q̄ est p̄n̄ⁱᵘ futuri: talis autē motus qui fingitur esse in vacuo nō est motus in rei veritate: sed est finis cuiusdaʒ mutatiōis que est in instāti. Sicut. n. illuminatio occidētis statim est in instāti orientis eo q̄ nō est motus: sed est finis q̄uidā motus vel effectus mot⁹. Cum. n. sol accipif vt mot⁹ ad punctuʒ oriētis: tunc ex fine motus ad punctuʒ oriētis cātat gn̄atuʒ esse lumen in omni diaphano illi puncto opposito in vno momēto t̄pis: ita est etiā q̄ motore perfecte h̄nte potestatem super mobile: seq̄tur ipsum mobile perfecte eē mutatum ad formā motoris ⁊ sic nō mutaf: sed est imutatū esse: ⁊ hic est finis mutatiōis eius: ⁊ illius finis est effect⁹ eē in loco corporis generātis ip̄m: etsi nō sit medium ipediēs: ⁊ ideo cum vacuum nihil faciat ipedimenti seq̄if illud q̄d mouef statim esse in fine mot⁹ in indiuisibili t̄pis. Et q̄ hoc facit ad imaginādūʒ difficile est hoc q̄ vacuūʒ imaginaf p modūʒ distātie h̄ntis dimēsiones: cuʒ sine dubio nullas habeat distātias: sicut in primo post illud capl'ʒ declarabim⁹: ⁊ ideo sicut Aristo. determinās de tēpore: q̄ si quis copulat p̄cedens nunc seq̄nti nunc nō percipit tempus: ita directe est de vacuo q̄ ibi motor mobilis non attingit nisi terminos spatij ⁊ non medium: quia medium nullum est: ⁊ ideo non est ibi motus habens prius ⁊ posterius: nec fieri aliq̄d sed potius esse hic ⁊ ibi sine eo q̄d attingit medium. ¶ Q̄d autem queritur de separatione duorum corporum que habent superficies planas: dicēdum q̄ separatio eorum nō est subito: sed tamen aer efficitur subito in omni spatio intermedio propter causam que dicta est vt dicunt quidam: ⁊ in veritate nō est verum q̄d dicunt q̄ absq̄ dubio nūq̄ corpus separatur a corpore: sed nec superficies corporis a corpore: nisi sit alia superficies corporis cui coniungatur: ⁊ ideo talia corpora nunq̄ a se separarētur nisi prius ingressus aeris continuaretur superficiebus eorum: q̄d patet in clepsydris in quibus superficies aque ab aeris superficiebus non volunt separari: quoniam necesse esset vacuum intercidere inter superficiem clepsydre ⁊ aque: ⁊ ideo prius opʒ imittere aerē ad minus quo ad cām imissionis: ⁊ si forte tēpore simul ingrediaf imissus aer ⁊ egrediatur aqua: ⁊ tunc dico ego q̄ nō est separabilis sup̄ficies vnius p̄dictoꝝ corpoꝝ ab alia: nisi intātuʒ inq̄ntuʒ imittif aer: vel aliq̄d aliud inter superficies eoꝝ: ⁊ super istud p̄n̄ⁱᵘ multa pulchra construxerant fabricatores ingeniosorum. De his autēʒ forte tractatus habebitur in alijs locis. ¶ Patet autem ex dictis vt mihi videf solutio oīum predubitatorūʒ. Reuertamur igitur nunc ad propositum q̄ vacuum non esse ostendamus.

Solo ad instātias adductas a doctore.

Nota solonē de lapide descendēte per vacuum.

Cōsidera q̄ ista solone vt doctor admittere casum q̄ vł nō debere admitti ex sētētia ph̄i in. 2. de aīa. t. c. 83.

¶ Cap. 8ᵐ. In quo declaratur non esse vacuum in ꝓpria natura vacui: in quo est digressio declarās q̄ duo corpora nō possunt esse in eodem loco.

Volumus autē nunc ostendere nō eē vacuum ex natura ipsi⁹ vacui: eo q̄ sufficienter ex rōnibus supradictis ex motu ostēdimus ip̄m non eē: oēs enīʒ rōnes que ex motu sumi poterant pp̄ q̄d ponebaf vacuūʒ idurimus: q̄ꝛ vacuum ponebatur ꝓpter motum rectuʒ nālem vel violentum: ⁊ nō ꝓpter circularē: q̄a ille nō indiget medio: sicut preostēsuʒ ē: ⁊ ideo cum ex nā vacui ip̄m nō esse ostenderimus: tunc perfecte destructum erit vacuūʒ. ¶ Dicimus ḡ vere ɔsiderātib⁹ nām vacui: videbif optime dcm̄ vacuum: sicut id q̄d abesse vere est vacuūʒ: ⁊ omni eēntia priuatuʒ. Si. n. in pleno q̄d ē aqua iponatur cubus: siue aliud corpus cubicuʒ: hoc est ad oēm partē quadruʒ siue alterius figure: oportet q̄ intrāte in aquā cubo cedat aqua ad tātā quantitatē q̄ntuʒ est cub⁹. Et hoc iō fit: q̄a aqua nō ibibif in cubo: sed potius aq̄ expellif a loco in quē cubus intrauit: ⁊ tunc aqua cedit in alium locum: aut inspissaf vt partes eius efficiānf in loco minori q̄ʒ prius fuerant q̄ādo nō fuit in aquā missus cubus. Eodeʒ autē mō cedit aer q̄n cubus ponif in aerē: sed non sentif: q̄ꝛ aer est inuisibilis. Sēper enī cubo imisso in aliq̄d corp⁹ simplicissimuʒ necesse est ip̄m trāsmutari in locuʒ alium in quē aptuʒ natum est ex nā trāsmutari: nisi coeat per densatiōeʒ. Dico autē q̄ mutaf in locum sibi debitum ex nā: sicut terra deorsuʒ ⁊ ignis sursuʒ ⁊ aq̄ descēdit in terra ⁊ descēdit in aere ⁊ igne: aer autē descendit in igne: ⁊ ascēdit in aq̄ ⁊ terra: ⁊ ad hec loca mutanf elmta ſm tātū spatiuʒ q̄ntum est cubus vel opʒ q̄ coeant per cōdēsationē. Moueref ḡ sursum sicut ignis: aut deorsuʒ vt terra: aut in vtraq̄ sicut aq̄ ⁊ aer: q̄ndocunq̄ quale ⁊ q̄ntuʒ aliq̄d ipositum fuerit in ipsa cedentia illi q̄d iponif. Sed in vacuo ipossibile est fieri talē cessionē: q̄a cum vacuūʒ nō dicaf esse nisi dimensiones mathematice: cōstat q̄ ip̄m nulluʒ est corpus nāle: ḡ nec sursuʒ vt ignis nec deorsum vt terra: nec in vtraq̄ vt aq̄ ⁊ aer cedere poterit. Mathematica enim nō h̄nt loci differētias nisi quo ad nos: vt in p̄habitis est ostēsuʒ: ⁊ cuius nullus est locus naturalis: illius ēt nullus est mot⁹ nālis: ɔstat ergo q̄ intrāte cubo in locuʒ vacuuʒ nō cedit spatiū vacui sed manet vt fuit. Et videf per ip̄m spatiuʒ vacuuʒ trāsire eq̄le spatiuʒ cubo imisso in ip̄m: eo q̄ locus ⁊ locatuʒ sunt eq̄lia: q̄a etiā prius erat in vacuo. Et hoc est sile illi: sicut si diceremus q̄ aer nō cederet cubo ligneo imisso in eum: sed spatia aeris eēnt in spatijs cubi: ⁊ ecōuerso q̄ cubus ēt nō cederet aeri: sed oīa ad dimēsiōes istoꝝ duoꝝ pertinētia trāsirēt per se inuicem. At vō ēt cubus tātā hʒ magnitudinē q̄ntam hʒ vacuū q̄d est locus cubi: q̄ꝛ locus ⁊ locatum sunt eq̄lia. ¶ Et q̄a forte aliq̄s posset dicere q̄ nō est inconueniens duo spatia esse sil' in se inuicē: quoꝝ vnuʒ est mathematicuʒ ⁊ alteꝝ nāle: ideo videamus an hoc sit possibile. Spatiuʒ. n. cubi in quo sunt dimēsiōes eius lʒ sit calidūʒ vel frigidum: aut leue vel graue: vel alijs passiōib⁹ nālibus dispositūʒ: nihil minus tn̄ alteruʒ est ſm eē diffinitiuum ab oibus passiōib⁹ ⁊ formis nālibus: nō enī ɔ̄hit esse vel essentia ab aliqua formaꝝ nālium neq̄ a plurib⁹ eaꝝ: neq̄ ab oīb⁹ simul. Dico autē spatium illud q̄d diuersuʒ est a passiōib⁹ corpus lignei cubi q̄d habet tres dimēsiōes dimēsionib⁹ vacui equales: ergo si separaf ab oibus alijs passiōibus nālibus: ⁊ itellr nō eē graue neq̄ leue cuʒ per nullā formaꝝ nāliuʒ sit in loco: sed tn̄ per dimēsiōes corporeitatis sue: tunc ɔtinebit occupādo eq̄le vacuū: sicut q̄n intellr cuʒ oib⁹ formis nālibus: q̄a sicut diximus occupare locuʒ in formis nālibus nō hʒ sed ex dimēsiōibus: lʒ ex formis nālibus ad locuʒ hēat nāleʒ iclinationē: ⁊ erit in eadem parte ɔtentuʒ que est pars loci ⁊ vacui: ⁊ hec est pars vacui eq̄lis sibiipsi. Sic ḡ sunt in vno ⁊ codē spatio dimensiones vacui ⁊ dimēsiōes cubi: q̄a spatiuʒ vacui supponaf habere tres dimēsiones: ip̄m necessario erit corpus ⁊ ēt cubus erit corpus h̄ns tres dimensiōes illis per oīa equales. Queraf igif quid distant dimēsiōes corporis cubi a dimensionibus vacui sibi equalis. Si enī lōgitudo sit in lōgitudine ⁊ latitudo in latitudie: ⁊ ꝓfundum in ꝓfunditate: erit quelibet trium diametroꝝ intersecātiuʒ se ad rectos angulos in cubo ⁊ spatio in alio: linea autē nō pōt imaginari esse in linea: nisi sit eadem puncta terminata: ⁊ sic linea in linea imaginata est indifferens ab ea ſm esse ⁊ essentiā: ergo nulla differētia est

Tex. c. c. 76.

tia est inter corporeitatem cubi ꝛ corporeitatem spatij: quia duo corpora facta sunt vnuz corp⁹: ꝗuis duo sint ſm diuersum esse nāle ꝛ mathematicum. Si autem hoc mō duo corpora sunt in vno spatio per eādem rōnem: qōlibet ꝛ quelibet ifinita possunt esse in vno loco: qa oīa efficient vnuz corpus: hic igiꝰ est vnuz icōueniens qō seqtur ex hoc ꝙ ponitꝰ aliqd esse vacuuz. ¶ Nos autē adhuc melius volumus declarare ꝛ adducere demōstratiōes super illō: dicamus ꝙ si vacuuz est separatuz vt dicunt: ꝛ ꝙ est hñs tres dimēsiōes in qbus recipiꝰ corpus: tunc sine dubio vacuuz est corpus: ꝛ si recipit corpus in se: tūc apparet ꝙ duo corpora sint in eodē loco vt diximus. Si autē vacuuz nō est separatuz: sed locus est superficies in qua recipiꝰ corpus: sicut determinauim⁹ in tractatu de loco: ꝛ locus ille recipit duo corpora simul: tunc eedē demōstratiōes que adducunt ꝙ in vacuo nō possūt eē duo corpora simul ēt demōstrabunt ꝙ duo corpora nō possunt eē in eodē loco. Sint. n. duo corpora i eodē loco: siue id sit vacuuz: siue suꝑficies ambiens ea que sunt. a. ꝛ. b. ꝛ locus sit cuiuscunqꝫ figure: volumus. d. e. f. g. ꝛ sit punctum in medio illoꝝ corpoꝝ ꝛ loci sumptum qō sit punctū. b. sicut vides in hac figura: ista autē corpora. a. ꝛ. b. sint equalia: ꝛ locus sit equalis vtriqꝫ: aut ꝗ sunt in vno loco simul ita ꝙ dimensiones vnius supposite sunt dimēsiōib⁹ alterius: aut ita ꝙ dimensiōes vnius sint in dimensionib⁹ alterius: ꝛ pmo qdem modo nō possunt eē simul in eodē loco: qa eq̄lia sibi applicata: siue nālia: siue mathematica: siue vnuz sit nāle ꝛ alterum mathematicuz crescunt in dupluz: ꝛ tunc oporteret ēt crescē locum. Nos autē posuimus ꝙ idē locus remaneat. ¶ Preterea sic nō esset idē locus vtriusqꝫ: sed superficies vni⁹ corporis efficeret aliqd loci alterius inq̄tuz terminaꝰ vnuz ad alteꝝ. ¶ Si autē sicut ponere opꝫ vnum est ibibitum in alterum ꝛ dimēsiōes vnius sunt in dimensiōib⁹ alterius: tunc a centro vtriusqꝫ qō est. b. educā diametruz signātem lōgitudinē vnius eoꝝ que sit. e. f. ꝛ ducā etiā in vtrāqꝫ partem diametruz signātem latitudinē vnius eoꝝ que est. a. que sit. d. g. ꝛ intelligā diametruz mēsurātem pfunditatē secare istas duas diametros in puncto. b. qa id qō corp⁹ est hꝫ tres diametros se ad rectos angulos secātes. aut ꝗ iste eedem diametri sunt ꝛ dimēsiōes alterius corporis qō est. b. aut non. Si sunt eedē ſm esse ꝛ essentiā: tunc ista duo erit vnum: qa quoꝝ corpoꝝ dimensiōes corporeitatis sunt eedē ꝛ ipa sunt eadē: eo ꝙ dimensiōes faciunt ꝛ ꝯstituūt corpus. Si autem sunt alie: ꝗ termini eoꝝ sunt alij. Si ꝗ semidiameter corporis. a. est. d. b. ꝯstituēs super lineā. e. f. duos angulos rectos: eo ꝙ diameter lōgitudinis secat diametruz latitudis in oī corpore ad angulos rectos: opꝫ ꝙ diameter corpis. b. signās latitudinē terminetꝰ aut supra punctuz. d. aut īfra ipm: terminetꝰ ergo in puncto. k. supra punctuz. d. qa idē sequeretꝰ si terminetꝰ supra: siue īfra: pducaꝫ ergo lineā. k. b. que erit semidiameter corporis. b. cuꝫ ꝗ sit semidiameter corporis necessario faciet supra diametruz lōgitudis duos angulos rectos: ergo angulus. e. b. k. est rect⁹: ꝯstat autē ꝙ angulus. e. b. d. est rectus. Cuꝫ ꝗ oēs anguli recti sint eq̄les: erit angulus. e. b. k. equalis angulo. e. b. d. sed angulus. e. b. k. ps ē anguli. e. b. d. ꝗ pars est eq̄lis toti: qō est ipossibile: ꝗ ipossibile fuit ꝙ corpus. a. ꝛ corpus. b. duas habeāt semidiametros latitudinē eoꝝ designantes. ¶ Amplius linea. e. f. diameter est signās lōgitudinē vnius illoꝝ corpoꝝ qō est. a. aut ꝗ illa eadē erit diameter lōgitudinis corporis. b. aut alia. Si est eadeꝫ tunc opꝫ ꝙ vna numero longitudo sit corporis. a. ꝛ corporis b. sed eadē sunt corpora: quoꝝ vna est numero lōgitudo: ꝗ corpus. a. ꝛ corpus. b. sunt vnū nūero corpora. Si aūt sūt diuerse diametri lōgitudinis sit ergo lōgitudo corporis. b. linea. p. c. si hoc est possibile: illa autē linea est exiens vtrunqꝫ a puncto. b. qō est centrū vtriusqꝫ corporis: egredietꝰ ꝗ a termino linee. d. b. cum auteꝫ illa sit diameter latitudis opꝫ ꝙ lineā. p. c. que est diameter lōgitudis faciat circa se duos angulos rectos: ergo angulus. p. b. d. est rect⁹: ꝛ iteꝝ angulus e. b. d. est rectus: ergo illi duo anguli sunt eq̄les ꝛ cū vnus sit pars alterius erit tunc ps eq̄lis toti: qō falsuz est. ¶ Adhuc autē linea. b. f. erit a termīo linee. d. b. faciēs rectuz angulū cum ipso: ꝛ ēt linea. p. b. erit ab eadē ad rectum angulum in oppositū. Si linea. p. b. ponatꝰ esse semidiameter lōgitudis corporis: ergo duo anguli. p. b. d. ꝛ. f. b. d. circa lineā. d. b. cōsistentes sunt recti: ꝗ linea. p. b. ꝛ linea. p. f. in puncto. b. directe ꝯiūcte sunt: ꝛ linea vna sic dicit. 14. theorema Euclidis in primo geometrie: que oīa falsissima sunt: ꝗ ipossibile est diametros lōgitudis ꝛ latitudinis ꝛ pfunditatis duoꝝ vel pluriuꝫ corpoꝝ in eodē loco existiuꝫ esse diuersas: ꝛ corpora eē diuersa. Sūt autē qui ꝯcedunt hoc de corporibus mathematicis: ꝛ nō de physicis: qō miꝝ est cū corpora pħica mag sint replentia locuꝫ q̄ȝ mathematica: quoꝝ error ꝯuincitꝰ ex hoc ꝙ corpora pħica pter formas nāles hñt dimensiōes facientes corporeitatē in ipsis. Qō ergo sequiꝰ de mathematicis pp nām corporeitatis: sequtur etiā de pħicis. Nō aduertunt ēt illi ꝙ Aristo. posuit suā demōstratiōnē de ligneo cubo qui est corpus physicū. ¶ Ideo veniunt alij volētes hūc errorē cauere: ꝛ dicunt ꝙ corpus dī dupl'r. s. a corpulētia ꝛ a corporeitate: corpus autē dctū a corpulentia est grossum: et hoc cuꝫ alio corpore nō pōt esse in eodē loco. Corpus aūt dictum a corporeitate est spūale corpus: ꝛ illud cū alio pōt esse in eodē loco: sed fatuitas est: qa demōstratiōes oēs fundātur super corporeitatē: ꝛ nō super corpulentiā. Si ꝗ demonstratꝰ ꝙ corpus solū hñs corporeitateꝫ nō pōt esse cuꝫ alio in eodē loco: tunc distictio eoꝝ ad nihil vtilis est. ¶ Adhuc autē nullū corpus adeo est spūale sicut mathematicū: sed duo corpora mathematica nō possunt esse in eodem: ergo nulla alia duo possunt eē in eodē loco. ¶ Sunt iteꝝ qui dicūt ꝙ icōuenientia dicta tenent de essentia corpoꝝ: ꝛ nō de eē: ꝛ iō dicunt ꝙ mathematica cū sint essentie corporales: pħica autē distiguantꝰ penes esse: ꝙ tūc nō seqtur ꝙ duo corpora physica efficiantꝰ vnuz corpus: sed duo mathematica: qa forme physicoꝝ corpoꝝ distinguunt ea. ¶ Hoc autē ꝙ error pessimus sit de facili pbatꝰ: qa forme pħice sunt in mā quāta. pbatur autē ꝙ quātitates duoꝝ corpoꝝ physicoꝝ si sunt in eodem loco necessario sunt eedē: ꝛ quoꝝ q̄titates sunt eedeꝫ illa quāta sunt eadē: ergo duo corpora efficiuntꝰ vnum corpus quātum. Sed forme pħice numerantꝰ per sbm: ergo informantꝰ formis pħicis: ergo nō erit nisi idem ꝛ vnū. Sꝫ qa hoc dictum est oīum Peripatheticoꝝ nō sunt audiēde nuge quorūdam in ꝯtrariuꝫ dicentium ꝛ afferentium instātiā de luce quā dicunt esse corpus qō est cuꝫ quolibet alio in eodem loco: qa nec lux ſm Peripatheticos est corpus: ꝛ si eēt corpus nō esset cum alio in eodē loco. ¶ Redeamus ad ppositum ostēdentes nō est vacuum per ipsius vacui naturā. Manifestuꝫ est enim ꝙ cubus de quo supra fecimus mentionē: hoc habet ꝙ omnia corpora habent: hoc est tres dimēsiones que intellecte absqꝫ formis naturalibus: ꝛ separate ab eis per itellectum in nullo differunt a dimēsionib⁹ que supponuntꝰ esse in vacuo: ergo nō est magis ratio ꝙ corpus recipiatur in loco per dimensiones vacuas: q̄ȝ per dimēsiones pprias. Qō ergo opꝫ facere locuꝫ extra corpus locatuꝫ: non enim indiget loco extra se cuꝫ habeat dimensiōes ipassibiles: hoc est sine passionibus ꝯsideratas que sunt spatiuꝫ eius. Nihil enim vtilitatis confert ei ꝙ dicatur alteruꝫ spatium esse dimēsionum circa ipsum que sunt equales suis dimēsionibus. Fuit tamē hec causa positionis vacui q' locus ꝛ locatum sunt equalia: ꝛ ideo putabatꝰ locus equari locato ſm mēsuraꝫ earūdem dimensionum. Et istius erroris causa fuit equocatio in nomine equalitatis: q2 locus nō dicitur equalis locato: eo ꝙ vnius dimensiōis sunt causate sicut alterius. Sed potius dicuntꝰ equalia ppter equalitateꝫ capacitatis vt diximus in pmissis. ¶ Adhuc autē si in nullo differunt dimensiones vacui a dimensiōibus corporis qō est in vacuo: sicut iam probatum ꝛ demōstratum est: tūc eadeꝫ ratione dimensiones corporis sunt locus vacui sicut ecōuerso: ꝛ ita locus est in locato sicut locatū in loco: qō absurduꝫ est. ¶ Amplius si vacuuꝫ est in mūdo: ꝛ est sicut locus per se existens separatus oporteret ipsum iudicio sensus aliq̄ manifestari. Nihil particularium est in mundo qō non aliquo mō manifestetur: oporteret autem ꝙ manifestaretur in his que mouētur ꝛ hoc nō fit: ergo vacuum nō est. ¶ Et si dicatꝰ ꝙ illud est vacuum vbi nihil deprehenditur esse per visuꝫ: hoc constat esse falsum: qa aer est aliquid: ꝛ tamē per visuꝫ non sentitur: eo ꝙ nō est coloratus. nihil autem sentitur per visum nisi coloratum eo modo quo color generaliter est forma terminati ꝛ perspicui corporis: sic enim lux est color solis ꝛ aliorum lucentium. Similiter autem si pisces qui sunt

Error grādā circa pducta.

Nulla corp⁹ ē adeo spāle sicut mathematicū: ꝗ corgsta qz ipe hꝫ insitā cum ponat corpus metaphicum vltra nāle et mathēaticum.

Tex. c. 77.

Tex. c. 78.

in aqua essent ferrei cõstat φ non viderentur: qa profundarentur in aqua: ⁊ nõ propter hoc nihil essent. Tactu eni posset fieri discretio eorum: sicut tactu discernitur qđ tangit: et hoc est verius sensibile qđ habet differentias tactus: aer ꝗ est aliquid qa tactu sentitur. ¶ Patet ergo φ vacuum separatum extra corpora existens sicut locus nullo mõ esse põt. Siue enim dicat vacuū in quo nihil est: siue dicatur eẽ vacuum in quo sola est materia receptibilis dimẽsionum: siue dicatur vacuum locus habens dimensiones separatas ab omni corpore improbatum est eẽ vacuum: ⁊ ita constat oĩno vacuum nihil esse. Iste enim tres sententie fuerunt de vacuo: sicut supra patuit ex diffinitionibus vacui ex rationib᷒ philosophorum antiquorum inductis.

¶ Cap. 9m. De rationibus eorum qui vacuū ponũt phicis corporibus imbibitum: ⁊ de contradictione eorum.

Tex. c. 79.

Sunt autẽ quidã (vt supra diximus) qui non dixerunt vacuum eẽ separatum locũ a corporibus infra celũ vel extra existentem: sed dixerunt corporib᷒ porosis vacuum eẽ imbibitũ: opinantes ꝓbationẽ eẽ manifestam vacui per raritatem ⁊ densitatẽ quorum susceptibilia sunt corpora phica. Dicunt eniȝ φ ⁊ si nõ sit rarum ⁊ densum φ nihil in partibus suis potest coire et calcari in minorem quãtitatem ⁊ locum: eo φ sentẽtia eorũ fuit φ omne densum ex raro factum ꝯstringitur in sua vacua que infra se habet rarefactum ex denso egreditur de suis vacuis: ita φ partes que fuerũt in vacuis egrediuntur ⁊ reducuntur de ipsis ⁊ disponuntur iuxta partes que in vacuis non fuerunt. Si autem vacuũ hoc modo non dicat esse: dixit auctor secte illius cuius nomen Xutos fuit φ necessario accidit vnum triũ inconuenientiuȝ. s. aut φ motus nullus est omnino: eo φ tunc forent mobilia in eodeȝ loco: s. s. id quod mouet in vacua que sunt intra corpus in quo sunt motus non reciperetur sicut in vacuum aeris quãdo mot᷒ est in aere. Aut moto vno mobili quocunqȝ oporteret φ totum vniuersuȝ moueret: qa si totum esset plenuȝ tũc primũ corpus cedet ei qđ mouetur: ⁊ illi cedit aliud illi primum: ⁊ sic vnum expellit reliquuȝ de loco suo: ita φ necesse est etiaȝ celũ impelli: aut necesse est φ in omni generatiõe quãdo rarum fit ex denso ⁊ ecõuerso: equalis fiat diuersoꝝ trãsmutatio. vbi gratia. si ex aqua fiet aer: ⁊ sic rarũ ex denso φ etiam ex aere fiat aqua in tanta quãtitate: qa aliter oporteret locũ crescere vel decrescere ꝯtinue vsqȝ ad celũ: ⁊ illud ẽt opȝ extendi ⁊ cõprimi ẽm modum quo fit descensuȝ ⁊ rarũ. Cũ autem qđlibet istoꝝ sit falsum dicebat Xutos φ necesse est eẽ vacuuȝ intra corpora phẏsica: qꝛ aliter nõ cõtingeret conculcari densata: ⁊ extendi rarefacta. ¶ Obijciendo aũt contra hanc positionem opȝ nos distinguere qualiter intelligit dictum eoꝝ. vacuuȝ enim corporibus intrinsecũ ⁊ imbibitum dupl'r esse potest: aut enim ita est φ sit distinctum a pleno in corpore: ita φ vacuuȝ in qbusdam suis extrinsecus sit separatum a pleno: ⁊ hoc intrinsecus in alijs ipse sit corpus plenum. aut ita est φ toti corpori est immixtum in partib᷒ eius ⁊ a pleno nõ distinctum: sed vbiqȝ sibi immixtum. ¶ Siquideȝ igit' rarum dicunt multa vacua sepata hñs ⁊ distincta a partibus plenis: tunc per eadem destruitur positio eoꝝ per que destructa est positio ponentium vacuũ locũ esse separatum: qꝛ tunc hec positio nõ differt ab illa: nisi qꝛ illa in diuersis ponit vacuum. s. extra celum: vel infra mũdum: vel in qbusdã partibus corporis phici: semper aũt ponit actu existens ⁊ distinctum a pleno. Manifestũ est igitur φ si neqȝ vacuuȝ contingit esse separabile: sicut ꝓbatum est φ locum non ꝯtingit esse separatũ hñtem spatium superius: sicut qdam dixerũt φ locus suipsius spatiũ hȝ separatũ: sic etiam non conuenit rarum intra se habere spatia talia separata. ¶ Si autẽ non est separatum sed immixtuȝ est vacuũ pleno nõ distictuȝ ab eo nisi ẽm potẽtiam qua plenũ põt esse vacuũ: ⁊ ecõuerso quando de denso fit rarum: ⁊ ecõuerso: ⁊ ita ponit aliquid eẽ vacuum: tunc minus est impossibile ponere ipsum ꝙ primuȝ: eo φ posito primo vacuo sequitur motum localem nõ eẽ vt patet ex prehabitis: non autem sequitur hoc posito isto vacuo. ¶ Sed tamẽ impossibilia ꝯtingunt huic positiõi: ⁊ primum qdem qđ cõtingit isti positioni est φ est iperfecta: cuȝ enim vacuum ponatur ꝑpter motum a phis antiquis: conuenit ẽm istam positionem φ vacuum nõ est causa oĩs motus: sed motus qui sursum causatũ: vacuum autẽ ẽm actuȝ non efficitur nisi in raro: ⁊ raꝝ est leue: ꝑpter qđ ignẽ raruȝ esse dicunt eo φ leuis est ⁊ ascendit sursuȝ. ¶ Scdm aũt qđ contingit isti positioni est φ vacuum hoc mõ non est cã motus vt dixerunt antiqui: non enim est causa motus sicut ad qđ vel ex quo est motus: qa tunc oporteret φ esset extra corpora distinctum. Sed cõuenit ipsum esse causam motus sicut dispositio mobilis que est mouens: siue adiuuans id qđ mouet. Est enim causa sicut vtres pleni vento sunt causa φ sursum ferantur alligata sibi ⁊ continuata in eo φ ipsi enatant ⁊ sursum feruntur: sic vacuum in raro enatatiuum est: ⁊ ideo corpus ascendit φ talia habet in se vacua colligata ⁊ continuata partibus suis. ¶ Et etiaȝ ẽm istos queremus ab eis qualiter potuit esse φ vnum ⁊ idẽ sit motus ⁊ motuȝ ⁊ locus ad quem mouet: vacuum enim vt iam dictũ est est mouens: ⁊ qa est intrinsecuȝ corpori: oportet etiã φ sit motum: ⁊ opȝ iteꝝ esse receptum a vacuo: qa aliter duo corpora erunt in eodem loco: ⁊ hoc quomõ potest esse: qa tũc vacuum erit vacui: ⁊ hoc ibit in infinitũ. ¶ Amplius autem si

Tex. c. cõ. 82.

vacuum est causa motus vniuersal'r: vt dicunt isti quã causam poterunt assignare in graui: ꝑpter quam feratur deorsum. Manifestũ est φ si quanto rarius est sic magis vacuũ: tunc etiam quanto magis est vacuum: tanto fit leuius ⁊ magis sursum fertur: ꝗ vacuuȝ nõ est causa grauis: sed potius plenũ: non ergo vacuum est causa quare aliquid ferat' deorsum. ¶ Adhuc autem ẽm hoc si aliquid esset oĩno vacuum idem velocissime fertur sursum: sed hoc est falsum: qa forte est impossibile φ vacuum moueatur oĩno: ratio eniȝ vna ⁊ re alis est que dicta est de vacuo separato. Sicut enim non dicit' motus esse in vacuo: sine motu eni sunt omnia ⁊ imobilia sunt: eo φ necesse est fore motum in instãti: ⁊ ꝓportionem esse inter motum in pleno ⁊ motum in vacuo: ita etiaȝ erit vacuum sine motu: qa si causaret motum vacuuȝ oporteret φ oĩno vacuum causaret motum in instãti: eo φ incõparabiles sunt velocitates pleni ⁊ vacui: ⁊ ideo si aliqđ plenum rarum causabit velocem motum: ⁊ rarius illo causabit velociorem: ⁊ sic oportet φ id qđ omnino est vacuum: et ipsa vacuitas causet motum in instanti: ⁊ hoc est impossibile: ergo etiam impossibile est φ vacuum sit causa motus.

¶ Cap. 10m. De epilogo rationum Xutos philosophi: ⁊ de solutione earum.

Tex. c. cõ. 83.

Quoniam autem nos non dicimus eẽ vacuum aliquid in natura: sicut patet ex prehabitis: opȝ autem nos dicere φ ea que inducta sunt de raro ⁊ denso sunt bene dubitatione digna: ⁊ ideo vere dubitata sunt. Sunt autẽ ista φ nisi ponãtur esse densum ⁊ rarum ex vacuo ⁊ pleno turbatur celum. Item aut non est motus oĩno: aut oportet generatione eoꝝ que ex densis fiunt rara ⁊ ecõuerso semper fieri equalem in eadem hora: vt quantum de aere fit ex aqua: tãtum in eadẽ hora de aqua fiat ex aere. Et manifestũ est ex predictis dubitabilibus Xutos phi φ si plus aeris ex aqua fieret ⁊ nõ poneretur esse vacuum: tũc oporteret φ continue depellerent' vltime superficies corpoꝝ semper in maiorem locum donec tumultuaret etiam expulsum celum in maioreȝ locuȝ. ¶ Et econuerso est quãdo plus est de aqua fit ex aere: qa tunc necesse videtur φ constringantur vltima corpoꝝ in locum minorem: ita φ tãdeȝ cõtraheretur celum qđ est vltimũ oĩuȝ. Aut oportet φ supponamus alicubi equal'r fieri mutationẽ vnius ex alio in eadem hora ⁊ ecõuerso: ita φ omne corpus vniuersũ sit semper equale. Aut oportet φ nihil oĩno moueatur: in omni eni eo qđ mouet' accidit talis tumultuatio vltimoꝝ: ⁊ expulsio sicut diximus: nisi in motu circulatiõis. Non autem ꝑpter motum circulationis positum est esse vacuum: qa circulatio non recedit de loco suo: sed potius propter motum rectũ positum est esse vacuum: non semper eni in circulum est loci mutatio: sed etiam aliquãdo fit in rectũ. ¶ Hi igit' qui nominati sunt ꝑpter hoc qđ dictuȝ est: aliqđ vacuum esse dicunt. Et redit dictum eoruȝ ad hoc φ vacuũ sit rarum: eo φ partes naturales implentes foramina quãdo res est densa euacuantur ab ea intus: ⁊ addũtur ei extra: ⁊ ideo crescit in maiorem quantitateȝ ex interpositiõe vacui

inter

inter partes suas. Quādo autē fit densum ex raro: tūc partes materie adduntur rei intus ⁊ implent foramina: vacuo interposito partibus rari: ⁊ sic nunꝗ̄ fit rarum ⁊ densū: nisi additione ⁊ subtractione partiū naturaliū: ⁊ nos non loquimur de augmento animatoꝝ: qꝛ illud fit per additionē: sꝫ loquimur de incremento rei: ⁊ de incremento facto per rarefactionem ⁊ condēsationem. ¶ Hoc autē modo Xutos etiaꝫ ꝑsbus dixit fieri intēsionem quando .s. de calido fiebat magis calidum: ⁊ hoc dixit fieri per subtractionem partiuꝫ materialium frigidaꝝ ⁊ appositionem calidaꝝ: ⁊ hoc modo dixit de frigido fieri calidū: qꝛ non videbat qualiter vna potentia contrariorum esset. Hoc etiam dixit fieri in figuris: qꝛ quando de arcu maioris incuruationis fiebat curuatio minor .i. remissior arcus: vel econuerso de remissiori intensior ⁊ magis curuatus: dicebat autē qꝛ recte partes que sūt in maiori arcu interposite curuis partibus contrahuntur ⁊ incuruantur: ⁊ tūc fit arcus contractior. Hec autē tria adaptabat in elemētoꝝ generatione: qꝛ cū elemētū fit ex elemēto ⁊ paruū fit maius: ⁊ ecōuerso: ⁊ calidū fit calidius vel frigidum frigidius: ⁊ sic de ceteris qualitatibus elemētoꝝ habentium symbolū: ⁊ si non habent symbolū: tunc fit contrariū ex contrario. Et qꝛ elementa rotūda sunt fit minor arcus ex maiori vel econuerso: ⁊ hec omnia vt dictum est appositione ⁊ subtractione partiū fieri dicebat Xutos. Est autem aduertendum ꝙ hanc additionem ⁊ subtractionē non dicebat fieri in corporalibus tm̄: sed etiaꝫ tā in materialibꝰ ꝙ̄ in formalibus simul. ¶ Nos autem hec omnia soluētes dicimus procedētes ex subiectis que determinata sunt in primo huius sciētie lib. ⁊ supponemus ꝗ̄tuor ꝑpositiones ex quibus omnia superius dubitata soluere possumus: quarum vna est ꝙ vna est materia contrariorum ⁊ calidi ⁊ frigidi: ⁊ aliaꝝ oīum physicarum contrarietatum: sicut sunt raruꝫ et densum: ⁊ graue ⁊ leue. Secūda est ꝙ cum aliquid generaẗ ꝙ illud generaẗ existens in actu ex eo qđ est in potentia preter alicuius extrinseci additionem: actus enim totus est in potētia in materia sicut ostēdimus in primo libro. Et si dicaẗ agens dare formam patienti: hoc nō est aliter nisi quia sua actio in passiuo est educens de potentia ad actuꝫ id qđ est in mā: ⁊ hec omnia manifesta sunt si ea que in fine ꝑmi libri diximus ad memoriam reuoceñ. Tertia autem ꝑpositio est ꝙ materia non est separata a cōtrarijs ⁊ formis: sed semper cōiuncta alicui contrariorum ⁊ alicui formarū: ⁊ ꝑcipue materia simplex que est materia elemētorum. Quarta vō est ꝙ ipsa est numero ⁊ subiecto vna: sed esse eius est alterum ⁊ alterum quādo coniūgitur vni vel alteri contrariorum: sicut quando contingit ꝙ est sub calore vel frigore. Igitur ex dictis dico ꝙ corporis est eadem materia magni ⁊ parui quando fiūt ista ex raro ⁊ denso: ⁊ nō ita ꝙ alia materia addatur paruo ex quo fit magnuꝫ vel aliqua materia subtrahatur magno ex cuius subtractione fiat paruuꝫ: hoc autē manifestum est: cū eniꝫ ex aqua fit aer ⁊ dicamus ꝙ ex essentia aque fiat aer. tūc materia est trāsmutata in maiorē quātitatē nō accipiens additiones aliqđ in partibꝰ mālibꝰ sed id qđ in materia erat potētia hoc factū est actu: ⁊ tamē ecōuerso fit iterū aqua ex aere mā facta minoris quātitatis preter alicuius appositionē vel subtractionē: ⁊ sic aliquādo trāsmutatur ex paruitate in magnitudinē: aliquādo ex magnitudine in paruitatem ⁊ huiusmodi cā agens nō est qdē nisi frigus: aut calor: vel qꝛ substantialis forma aque in densiori ⁊ habēte magis partes cōstātes vult esse ꝙ̄ substantialis forma aeris que hꝫ partes que sunt extēsioris ꝗ̄titatis: ⁊ ideo maiorem requirunt locum ꝑter vacui interpositionē: ⁊ materia aque hꝫ partes minoris quātitatis: ⁊ ideo compressioris ⁊ minoris loci ꝑter alicuius partis materie subtractionem: pōt enim vna numero materia susceptibilis eē maioris ⁊ minoris quātitatis preter appōnē vel subtractionē vt diximus. Silr̄ ēt cum multus aer aliqñ fit in minori corpore cōpressus: ⁊ aliqñ ēt in maiori ⁊ fit ex minori maior: ⁊ ecōuerso: qꝛ cum mā istoꝝ vtroruꝫ potētia est .s. maius ⁊ minus ipsa fit vtraqꝫ agētibus in se ꝯrijs que sunt calidū ⁊ frigidū. Sicut eni eadē est mā cū ex calido fit frigidū: eo ꝙ vna susceptibilis ꝯrioꝝ sine acceptiōe vel abiectiōe aliquarū partium. Et sicut vna est cū ecōuerso ex calido fit frigidū: vel ex frigido fit calidū sic ⁊ vna est cū ex calido fit magis calidum nulla parte facta calida que nō sit in mā prius calida: ⁊ ei apposita vt fieret magis calida. Sed oīs pars māe que prius fuit calida mutata est per intensionem caloris: et facta est magis calida: ⁊ hoc est sicut circulatiōe maioris vel amplioris circuli ⁊ ambitu eius quando fit per maiorē incuruationem minoris circuli: siue dicatur circulatio eē eadem numero cum priori vel etiam alia: qꝛ de hoc modo nō est questio: semper enim ille due circulationes fiunt in eadē materia: ⁊ in nullo alio factus est ambitus minoris circuli qđ non esset subiectuꝫ maioris circulationis prius: sed eē rectum: sicut dixit Xutos ꝙ rectum qđ fuit interpositū curuis: ⁊ fecit maiorem ambitum eē incuruatū in minori circulo ⁊ ideo esset circulus minor maioris curuitatis: qꝛ plures haberet partes curuas: non enim maius vel minus in deficiendo aliquo vel apponendo: sed potius vt diximus transmutatione totius materie de potentia ad actum. Nō eniꝫ potest accipi fm̄ magnitudinē scintilla vel flāma ignis que non sit calida aut lucens: siue alba: ⁊ ideo cum incenditur scintilla non est hec: qꝛ partes frigide que sunt in ipsa igniantur: ⁊ ita efficiatur calidior eo ꝙ plures ꝙ̄ prius habeat partes calidas: sed potius qꝛ tota materia ex minori calido qđ potentia calidius est trāsmutatur in caliditatē maiorem. Sic igitur prior inest calor posteriori vt potentia est in actu: quare etiam magnitudo ⁊ paruitas corporis sensibilis fiunt circa materiam eādem: ⁊ extenditur mā in quantitatem maiorem non accipienteꝫ aliqđ additionis in partibus mālibus: sed qꝛ materia potentia est vtraqꝫ istarum quātitatum ⁊ potentia est densum ⁊ rarū. Sicut enim diximus vna est istaruꝫ materia sicut ⁊ aliarum ꝑbabitarū contrarietatum. ¶ Est autem vt semper ⁊ absolute densum quidem graue eo ꝙ partes eius stant simul compresse in parua quantitate ⁊ loco. Raꝝ autē semper est leue quādo simplr̄ ⁊ absolute est rarum: eo ꝙ partes eius sunt remote adinuicem: eo ꝙ sunt magne quātitatis ⁊ magni loci. ¶ Amplius sicut circuli circulatio quādo cōducta ⁊ curuata est in minus nullum accipit aliud cōcauuꝫ quātuꝫ ad partes materie de nouo sibi additas ab extrinseco: vel in quibus noua generata sit curuitas cum prius essent recte in maiori circulo existētes. Sed cōcauuꝫ ⁊ curuum qđ immixtum erat sibi in oibꝰ partibus: hic amplius incuruaẗ: sic ⁊ ignis qꝛ quicqđ est de igne est calidum: ⁊ sic magis calidum oibus partibus mālibꝰ intēsis in calido: sic etiā est in circulo: qꝛ omnis cōgregatio in minorem vel correctio sua in maiorē est ipsius materiei: qꝛ vna ⁊ eadem subijcitur incuruatiōi ⁊ directiōi. Et si in mūdo toto fiat cōgregatiōe generatio opꝫ ꝙ ista fiant circa eādem materiam numero per esse alterum ⁊ alteruꝫ numero differētem. Sunt eniꝫ duo cōsequentia tam rarū ꝙ̄ densuꝫ: graue eni durum ⁊ densum sequunẗ: ⁊ leue ⁊ molle raruꝫ sequuntur: huiusmodi autē oppositum deberet eē si verū eēt qđ dixit Xutos. Cum enim rarum maioris sit quātitatis ꝙ̄ densum: ⁊ qđ maioris est quātitatis ei plus additū est in partibus māe: sicut dixit Xutos deberet rarū esse ⁊ duruꝫ ⁊ graue: qꝛ qđ habet plus de materie partibus hoc hꝫ easdē magis cōfectas ⁊ ita duras: ⁊ ita grauius per oppositam autem causaꝫ densum deberet eē molle ⁊ leue. Accipiamus autem hic molle ⁊ durū in ꝗ̄alibus significationibus eoꝝ: ꝑut durum est omne id qđ non cedit tangenti: ⁊ molle qđ cedit quocunqꝫ modo cedat: subtiles autem distinctiōes istorum in quarto metheoroꝝ determinari habēt. Quādo autem durum ⁊ molle non accipiūtur pro his que absolute dura ⁊ mollia sunt: ⁊ densum ⁊ rarum non accipiuntur ꝑ his que absolute ⁊ simpliciter sunt densa ⁊ rara: sed etiaꝫ ꝑ his que sunt quodāmodo ⁊ respectiue densa ⁊ rara: tūc aliquādo dissonantea que sequuntur ipsa. Non enim semper illud qđ durius ⁊ densius est etiam grauius est: qꝛ plūbum grauius est ferro: ⁊ tamen ferruꝫ durius est plumbo ⁊ densius. Ex dictis etiam patet ꝙ falsum est qđ dixit Xutos densum ⁊ rarum eē quantitates materie: cum ex quantitate non sequantur qualitates cōtrarie causate ab ipsa. Ex denso autē ⁊ raro sicut ex causis contrarijs que dicta sunt sequuntur. ¶ Ex predictis ergo manifestum est ꝙ nec aliquid discretum: neqꝫ separatum est vacuꝫ: neqꝫ simpliciter est vacuū: neqꝫ cōmixtum in raro ⁊ denso: neqꝫ est etiaꝫ in potētia hoc modo quo dixit Xutos ꝙ esset in potentia: ⁊ non actu: quia

Tex. c. 84.

Tex. c. 85.

Nō semp id qđ densius ⁊ durius est etiam grauiꝰ ē.

T. c. cō. 86.

semper esset imixtum: ꝛ non sic actu separatum vacuū. Dico autem ipsum nō esse in potentia nisi aliqs vocet vacuū ipsam mām que est aliqua causa illius qḋ fertur: ꝛ loci mutationis: sicut subiectū dicitur esse causa: ſm hoc eni materia vna que subiectū grauitatis est ꝛ leuitatis diceṫ vacuū: sed tunc non debuit poni vacuū causa motus sicut densū ꝛ rarum: qa illa sunt actiua ꝛ factiua motus: mā autem nō. Sꝫ potius debuit dici ꝙ vacuum eēt causa motus: ex eo ꝙ corpora susceptiua motus localis recti inquātum sunt susceptibilia rari ꝛ densi: ꝛ cū rarum ꝛ densum ſm suam contrarietatem sint actiua motus. durum ꝛ molle que sequuntur de ipsa nō se habēt ad motum localē vt actiua: sed potiꝰ vt passiua facientia ad motus facilitatē vel difficultatē: qꝛ motus rectus facilis est per molle qḋ cedit: ꝛ difficilis vel impossibilis per durum. Et vt generalr̄ dicatur magis sunt durū ꝛ molle ſm suam cōtrarietatem causa alterationis ꝙ̄ loci mutationis. Sic igiṫ ex syllogismo patet ꝙ materia est vna contrariorum: ꝛ cū rarū ꝛ densum sint contraria ꝙ vna est materia eoꝝ que est causa istoꝝ cōtrariorum: pꝫ etiam hoc ex signo infallibili ꝙ causantur ex vna materia sine additione ꝛ subtractione: eo ꝙ in omnibus partibus eiusdē materie inueniantur: sicut ostensum est. Qꝫ autem nō sint quātitates addite: sed qualitates ex situ partiū materie causate: ex hoc pbabitur ꝙ causantur ab ipsis qualitates cōtrarie que sunt duꝝ ꝛ molle ꝛ graue ꝛ leue. De vacuo igiṫ quō est: ꝛ put ipm dī materia: ꝛ quomodo nō est: put ipsum dicitur esse separatum extra celum vel infra ipsum existēs: sit hoc modo quo diximus determinatum.

¶ Tractatus Tertius Quarti Libri Physicorum.

¶ Cap. pᵐ. De tempore an sit tempus: ꝛ probatio ꝙ non sit aliquid per extraneas rationes.

Onueniens autē est ꝙ

Post predicta aggrediamur ad loquendum de tēpore: eo ꝙ ipsum est vnū de his que sequūtur motū: in eo ꝙ motus est in cōi: de quibus in hoc quarto libro pmisimus mentionem facere ꝛ tractatum. ¶ Lꝫ autē per seipsum manifestū sit esse tēpus: eo ꝙ ipsū percipiṫ cum motu qui manifestus est ad sensum: tamē per extraneas rōnes qdā sophiste arguūt ipm non esse: ꝓmū ergo bene se hꝫ opponere de ipso per rōnes extraneas: vtꝝ sit de numero eoꝝ que sunt: aut sit de numero eoꝝ que non sunt. ¶ Rōnes autē extraneas vocamus illas que sunt ex cōibus que in multis inueniunṫ: ꝛ nulli sunt ꝓpria quales sūt rōnes logice. Nā logica propter eādem cām pbla extranea vocaṫ: postea vō ex nālibus ꝛ ꝓprijs tēpori perscrutabimur que sit nā ipsius. ¶ Qḋ igiṫ oīno non sit tps: aut sit vix ꝛ obscure ex dicendis aliqs cōcipere poterit. Qḋ eni vere est cū sit cōpositum ex partibus cōtinuis hꝫ partes existētes ex qbus est sua continuitas: sed tps non hꝫ partes existētes: ergo tēpus non videṫ esse: partium eni temporis due sunt. s. preteritū ꝛ futurum: preteritū aūt non est: sed factū est ꝛ transiit: futurū aūt nondū est: ꝑsens autē cum sit indiuisibile nō est pars cōtinui tēporis. ergo infinitū tēpus qḋ semper accipiṫ sine fine componiṫ ex his que nō sunt. Ex his autē que non sunt cōpositū non videṫ participare aliquādo sbam quā sit. ergo tps oīno nihil est: aut si est vix est sicut sunt ea quorum eē est permixtū priuationi: ꝛ cū hoc obscure est: qa ſm potētiam est. Et forte apud intellectū est actus eius vt qdā dixit: sed nos de hoc inferius queremus. ¶ Adhuc autem ois diuisibilis qḋ est: aut necesse est oēs partes: aut qsdam eē: tēporis autē due partes nō sunt: qa sicut dcm̄ est: ꝑteritū factum est ꝛ nō est. Futurū aūt nondū est: ꝛ si est in potentia est solū: cum ergo tps diuisibile sit qodam videṫ tēpus nihil esse. Si qs autē dicat ꝙ ipm ꝑsens nunc quedā pars tēporis est: cōstat falsum eē: qa omnis pars que est vere pars aliquota totius: mēsurata ꝛ nūerata aliquādo reddit totū qḋ cōponiṫ ex partibus aliquotis: sed nūc cū sit indiuisibile nō reddit totū tps: ergo tēpus ex nūc nō cōponiṫ. Si aūt dicatur ꝙ est pars nō aliquota: sicut binarius est pars quarij adhuc constat eē falsum: qa pars talis componit totū cum alia parte: ꝛ est quātitatis alicuius in toto: nūc autē nō cōponit tēpus: nec est alicuius quātitatis in tēpore: ergo nūc nō est pars tēporis nec pūctus est pars linee: sed terminus eius: ita etiaꝫ nūc non est pars tēporis: sed terminus eius. ¶ Amplius si tēpus continuū est: vt dicunt affirmantes tēpus: tūc opꝫ ꝙ distinguanṫ partes i diuisibili nūc qḋ est terminus tēporis sicut pūctus linee. ¶ Querimus ergo de ipso nunc qḋ determinat ꝛ distinguit inter ꝑteritū ꝛ futuꝝ: vtrū sit vnum ꝛ idem permanēs semꝑ: aut sit aliud ꝛ aliud: hoc enim nō facile est scire: ꝛ hoc est querere vtrū sit vnū ꝛ idem permanēs nūc in toto tēpore: aut plura sibi succedētia: plura enim simul eē nō possunt: qa si essent simul. tūc oporteret ꝙ tempus esset de permanentibus ꝛ stantibus ꝛ hoc nō est verum. Si autē sunt plura nūc sibi succedentia: ita ꝙ semꝑ alteꝝ ꝛ alterum est eo ꝙ nulla pars eoꝝ que sunt in tēpore simul esse cum alia nisi contineret ab ipsa sicut pars a toto: sicut mēsis contineṫ sub anno: ꝛ septimana sub mense: ꝛ dies sub septimana: ꝛ hora sub die: ꝛ pars hore sub hora: ꝛ hoc modo curritur necessario vsqꝫ ad indiuisibile nūc qḋ solum est de tēpore accipere. Minus eni tēpus qḋ est pars pluris semper continetur sub illo: si inqꝫ sic est: tunc plura nūc non sunt simul: nisi vnū contineat ꝛ reliquum contineaṫ: sed indiuisibile nihil continet: ergo vnū nunc non ꝯtinet aliḋ vel alia nunc. ergo si sunt plura nūc illa sunt succedentia: vt dcm̄ est: ergo illud nūc qḋ est ꝑteritū ꝛ fuit prius necessario modo est corruptū ac omnia nūc vt dictum est nō erunt simul: sed semper id qḋ est prius necesse est corrūpi: aut ergo corrūpitur in eodē nunc qḋ est ipsum: ita ꝙ corruptū sit in seipso: aut corrūpitur vel est corruptū in alio nunc ab ipso: non autē corrumpitur in eodem hoc est in se: qa nihil simul est in aliquo ꝛ corruptum est in illo: sed nunc est in seipso: ergo non corrūpiṫ in seipso. Si aūt corrumpitur in alio nūc: aut illud aliud nūc est imediatū ꝯñs ad ipsum: aut non est imediatū. Sed inter nūc qḋ corrumpiṫ: ꝛ nunc in quo corrūpiṫ cadit tēpus medium. Nō autē cōuenit corrumpi prius nunc in ꝓximo ꝯsequente nunc: qa nunc nō ita se hñt adinuicē: sicut nec in linea imediate pūctus cōsequitur pūctū: hoc aūt manifestabiṫ in. 6. huius scie. Si aūt dicaṫ corrūpi in nunc non ꝓximo cōsequēte: sed in eo inter qḋ ꝛ ipm tps est mediū: ergo prius nūc qḋ est in ꝑterito manet in eē saluatū in infinitis nūc que sunt in tēpore itermedio: ꝛ simul erit cū oibꝰ illis: hoc aūt est ipossibile qa ex hoc seqtur ꝙ id nūc qḋ prius erat in ꝑterito sit manēs in ꝑsenti ꝛ futuro qḋ non patiṫ nā successionis. Seqtur ēt ex illo ꝙ nunc qḋ prius erat sit cum presenti ꝛ futuro: ergo ꝑteritū ꝑsens ꝛ futurū simul erunt: qḋ est impossibile qa īdiuisibile nō pōt habere rōnē cōtinētis. ¶ Sunt autē qdam qui dicūt ideo nūc ꝑsens nō corrūpi in nūc posteriori imediato: vel ēt in seipso: qa omnis corruptio est in tempore ꝛ in nūc indiuisibili nihil corrūpitur: sed est corruptū ad ipsum: cū corruptio sit motus qdam qui nō pōt esse in indiuisibili sicut pbabitur īfra in. 6. Sed hoc nihil est qa corruptio nūc nō est simplr̄ corruptio: sed ſꝫ qd. Si nihil enim corrumpi nūc est nisi desinere esse: ꝛ talis desitio bene est in indiuisibili: sicut motus in indiuisibili desinit hoc mō desitionis: qa nihil inueniṫ de ipso vltra ipsum: ꝛ hoc mō linea desinit in pūcto. Sed si fiat vis in vbo desitionis: tunc ponam finiri tēpus in nunc: ꝛ motū in momento: ꝛ lineam in puncto. ¶ Sed si ꝓpter istas rōnes dicat aliquis semper manere idē ꝛ vnū numero nunc ostēdemus ēt hoc esse impossibile. Nullius enim continui diuisibilis finiti est terminus vnicus: siue in vno indiuisibili sit ꝯtinuū: siue contineaṫ ad plura: siue in pluribus sicut linea cōtinuatur in vno indiuisibili ſm rōnem qḋ est pūctus: ꝛ habet necessario duos termios quādo finita accipiṫ linea: qa illa nō est circularis. In plura autē continuatur superficies. s. in quatuor terminos qa hꝫ lineas ꝛ puncta. Corpus aūt ꝯtinuaṫ in terminos. 6. ꝓpter tres diametros se in eodē ad rectos angulos intersecantes. Cū ergo nūc ꝓpter hoc qḋ est indiuisibile necessario sit terminus ꝛ finis. Finis autem alicuꝰ finiti finis est: oportet tēpus accipere finitū cuius instans siue nunc dicitur esse finis: sed nihil continuū est finituꝫ vno tm̄ fine: ergo tēpus necesse est habere plures fines ꝛ terminos: non ergo nunc est tm̄ vnū sed sunt plura nunc. Hec autem ratio fortior est omnibus illis quas induxerūt illi qui negāt tēpus esse aliquid. ¶ Amplius si simul eē aliqua ſm tēpus est

Tex. t. c. 87.

Tex. t. cō. 87.

Tex. t. cō. 88.

Tex. t. c. 89.

Tex. t. c. 90.

Tex. t. cō. 91.

Tex. t. c. 92.

pus est esse ea neq; prius neq; posterius: sed in eodē & ipso nunc esse si dicaf vnicum esse nūc in toto tēpore: tunc ea que fuerunt prius & sunt nūc & erunt postea sunt in vnico & eodē nunc: ergo simul erunt omnia sm tēpus que sunt & fuerūt et que erunt: ergo que facta sunt in annū millesimum in p̄teri to sil sūt cū his q̄ sūt hodie: & nihil altero ē prius vel posteri⁹ qd falsuz est. tot g̃ opposita sūt p plītaz eī nūc accepta ex his que isūt tēpori que sūt p̄teritū & futurū: & nūc q̄ sūt i tpe. Nos autē hoz solōnes in fine ponem⁹: qm̄ sine his que determinanda sunt determinari ista non satis manifeste possunt.

¶ Cap. 2m. De opinionibus antiquorum de natura temporis & de improbationibus eorum.

T. c. cō. 93.

QUid autē sit tempus & que sit natura tēporis: non satis manifestum est ex iā dictis: & non possumus scire qdditatem eius ex his sermonibus antiquoz de quibus attingimus eos. Quidam enim antiquorum dicunt ꝙ tempus est motus totius: hoc est motus diurnus qui est prime spere motus qui etiaz motus vocatur motus vniuersi: siue motus totius: & in hac sententia fuit Plato. Et fuit sufficientius dictū qd dixerunt antiqui de tempore. ¶ Alij autē dixerunt ꝙ est spera ipsa. Sed deceptio est in dicto primoz: qa si motus totius esset: tūc esset circulatio circuli: & hoc eē nō potest eo ꝙ pars circularis circulatio nō est: sed pars tēporis est tēpus. ¶ Amplius autem si tempus esset circulatio circuli: tūc si plures essent celi primi: sic dixerūt illi qui dixerunt mundos eē plures: tūc etiam essent plures circulatiōes: ergo etiā essent plura tempora: qa tempus esset motus cuiuslibet eoz: ergo plura tēpora essent tēpora simul: & hoc incōueniens est. ¶ Si autez forte aliquis dicat ꝙ ista cōclusio p̄cedit impossibili quod ā supposito tali posito ꝙ accidat falsum & impossibile esse nihil p̄hibet. Dicendum ꝙ conclusio bene deducit ad inconueniens sm sniam aduersarij qui tenet ꝙ tēpus est motus circuli: qa multiplicato subiecto primo & p̄prio multiplicabitur accidēs qd est in subiecto quādo subiectum imediate subijcitur accidēti. Motus autem tale accidens est qd est in mobili: & ideo multiplicatis mobilibus necesse est multiplicari motus: sed tēpus non est tale accidens qd per se statim sit in mobili vt mobile est: qa tunc tempus esset aliud motum. Sed sicut infra docebimus tēpus est in mobili per motum vt numerus motus existēs: & ideo si duo vel tres essent eque p̄mi motus nō multiplicaretur per hoc tempus: quia nec numerus multiplicaref: & ideo incōueniēs est dicere ꝙ tempus est motus. ¶ Vlterius autē patet falsuz dicere eos qui dicunt sentire Aristo. ꝙ si prima mobilia essent duo ꝙ essent duo tēpora: positis enim primis mobilibus esse pluribus deducit ad istam p̄clusionem videlicet ꝙ sint plura tēpora tanq̄ ad aliquid incōueniens. Sequeretur aūt ex hoc vlterius vt videtur esse infinita tempora: qa si duo tempora sunt simul: constat autem ꝙ nō sunt simul nisi in tempore: hoc autem tempus in quo sunt simul nō esset aliqd ipsorum: ergo iam esset tertium tempus & illa tria iterum essent simul in quarto: & sic de alijs. Nisi forte aliqs dicat ad hoc ꝙ sicē duo corpora sunt simul non in vltimis alterius corporis: sed in vltimis suis: ita etiam duo vel plura tempora si eēnt essent simul eo ꝙ essent in nūc alicuius ipsoz vel plurium: hoc autem inferius melius est expressuz. ¶ Totius aūt mundi spera que est spera prima visa est esse tempus quibusdam dicentibus eam esse tempus: hac rōne qa sicut in spera prima sunt omnia: ita etiam in tempore sunt oīa. Est autez stultius hoc qd dictū est hac ratione. s. primā sperā eē tēpus q̄ ꝙ de hoc aliqua ipossibilia cōsiderent per que ipossibilis esse dicaf ista opinio. ¶ Si quis eniz hoc sic syllogizet. In tempore sunt omnia: & in prima spera sunt oīa. ergo tempus est spera prima: & syllogizet ex affirmatiuis in secūda figura & equiuocat in p̄positionē notantē p̄tinentiā: qa aliter sunt res in prima spera qm̄ sunt in ea sicē in loco & aliter sunt in tēpore: quoniā sicut in nūero sunt in tēpore. Et falsas assumit p̄pōnes: quoniā falsuz est omnia esse in tempore: & falsum est etiā omnia esse in totius spera: hoc autem sequens sermo declarabit: vbi ostēdetur que sunt in tempore & que non. ¶ Qm̄ autem maxime & probabilissime videtur tēpus esse motus & mutatio quedam: redibimus super hanc opinionem & considerabimus de ipsa an sit vera an falsa. Ostēditur autē esse falsa ex hoc ꝙ vniuscuiusq; mutatio vel motus solūmodo est in eo qd mutatur vel qd mouetur motu illo: aut vbi est illud qd mouetur vel transmutatur: tēpus autem similr est & apud omnia tēporalia vbiq;: omnia eni temporalia que vbiq; sunt in vno & eodem sunt tempore nūc presenti. ¶ Amplius autē omnis mutatio vel motus velocior vel tardior est eo ꝙ passiones motus sunt velox & tardum: nullum autē tempus est velox vel tardum: ergo nullum tēpus est motus vel mutatio. Q: autem velox & tardum non sint tēpus probatur per hoc: ꝙ tam velox q̄ tardū diffiniuntur tempore: tēpus autem tēpore non diffinitur: velox enim est qd in paruo tēpore mouef per multum spatium. Tardū autem est qd in multo tēpore mouef per paruum spatiū: tēpus autē tēpore nō diffinif: neq; in eo ꝙ quale sit: neq; in eo ꝙ quantum: sicut iam diximus ꝙ qualitas mot⁹ est velocitas & tarditas que tēpore diffiniunf: q̄titas etiā motus diffinitur tēpore: qa magnus est motus qui est magni temporis & paruus qui est parui. ¶ Manifestum est igif ex dictis ꝙ tēpus non est motus: & nō facimus hic differentiā aliquā inter motum & mutationē: eo ꝙ nō differunt in mensura tēporis: s; alias differentias habent quas in quito dicemus.

Si duo vel tres eēnt p̄mi mot⁹ nō multiplicaret p̄p h' tpo. q: tp̄s nō est mot⁹ s; numerus mot⁹.

T. c. cō. 94.

Tex. c. c. 95.

Tex. c. c. 96.

Tex. c. c. 97.

¶ Cap. 3m. Hic est digressio declarans sententiam eorū qui dicunt tempus non esse nisi in anima.

¶ Amplius āt alia est ꝓprietas temporis que ꝯsequit̄ ipsum inquantū est numerus circulationis ⁊ nō cuiuslibet motus primo. Sicut eni ꝯtingit motū ipsum qui circulariter est esse motū ⁊ vnū: per hoc ꝙ semper reuoluit̄ in seipsum iteꝝ ⁊ iteꝝ: sic ꝯuenit etiā tēpori ipsum esse vnum: per hoc ꝙ reuoluit̄ in seipsum: hoc aūt ostendunt qualitates tēporis que semp reueniunt eedē: sicut hyemps ⁊ ver: autūnus ⁊ estas: que quolibet anno reiterant̄: ⁊ in ista ꝓprietate differt etiā tēpus a numero formali qui est quo numeramus tm̄: q₂ ille numerus nō reuoluit̄ in seipsum: sed ꝓcedit in infinitū.

Tex. c. c. 111.

¶ Sed adhuc habet etiā aliā ꝓprietatē in qua ꝯuenit cū numero formali: ⁊ hoc est q₂ nō solū motum metimur tēpore: sed etiā tēpus mensuramus aliqū motu. Hoc aūt probat̄ ex hoc ꝙ quecūq₃ eisdē ꝓprietatibus determinant̄ ⁊ certificant̄ abinuicē quātū ad suā quātitatē: ita mensurant̄ abinuicē: sed motus ⁊ tempus mutua vice sic terminant̄ abinuicē cū dicit̄ tēpus magnum: q₂ motus magnus: ⁊ econuerso motus magnus: q₂ tempus magnū: ergo ista mutua vice se mensurant adinuicē: sed cū tēpus determinat mensurat motū: ⁊ hoc est sibi substātiale: q₂ tēpus formaliter est numerus motus. Motus aūt determinat ⁊ mensurat tēpus per accidēs: sicut mensuratum aliquando certius est quo ad nos q̄₃ quātitas mensure: vnde aliquādo dicimus tēpus esse multū ⁊ paucū mensurando p motū: sicut ꝯsueuimus dicere: multum transiuit de die eo ꝙ sol eleuat⁹ videt̄ ad mediū hemisperij: vel eo ꝙ aliquis pficit viam longā que nō nisi longo tēpore pfici ꝯsueuit: huius aūt simile est in numero formali: q₂ l₃ numerabilia mensuremus numero per se ⁊ essentialr̄: tamen nobis aliquādo dubitatio sit de numero formali: ⁊ tunc certificamus ipsū per numerabilia: tunc aūt vno equo cognoscimus equoꝝ multitudinē formalē siue numeꝝ si numerans per vnitatē vnius alios equos mensuratos ⁊ in ipsis cognitionē accipientes discrete multitudinis que est numerus formalis ipsoꝝ: siue etiā equoꝝ in multitudine materiali cognoscentes multitudinē formalem sicut faciunt illi qui multitudinem numeri formalis quando venit in dubiū numero digitoꝝ vel articuloꝝ rimant̄: sicut faciunt illi qui cōputāt ratiocinia: illi articulis vel lapillis rimantur summā numeri quā querūt tamen per se ⁊ substantialiter conuenit numero formali certificare numerabilia. Et quo ad nos ⁊ per accidens aliquando ⁊ raro sit econuerso ꝓpter causam quā prediximus.

Tex. c. c. 112.

Similiter autē est in tēpore ⁊ in motu: tēpore quidē motū: motu aūt etiā ecōuerso aliqū mēsuramus tēpus: sicut diximus.

Tex. c. c. 113.

¶ Cōuenit aūt rōnabilr̄ hoc. s. tēpus imitatur quidem magnitudinē motus: siue accipiatur sub forma discreti siue sub forma ꝯtinui sicut diximus sepius supra. Motū autem in vtraq₃ istaꝝ formaꝝ imitat̄ tēpus in eo ꝙ quantitates ⁊ ꝯtinue ⁊ discrete sunt p modū quē diximus. Quia eni magnitudo est huiusmodi qđ est in forma continui ⁊ discreti sustinet idem illud motus: ⁊ q₂ motus est huiusmodi op₃ ꝙ idē sustineat tēpus. ¶ Conuenit aūt aliqū ꝙ mensuremus magnitudinem motu: ⁊ hoc est per accidens ⁊ quo ad nos: aliquando aūt mensuramus motū magnitudine: ⁊ hoc est magis p se ⁊ essentiale: q₂ magnitudo de se mēsura est qđ nō est motus. Dicimus eni aliqū viā esse longā ⁊ multā qñ ꝓcessus est multus ⁊ longus: ⁊ aliquādo ecōuerso dicimus ꝓcessum magnū esse si via sit magna: sicut dici ꝯsueuit qñ venimus de vna ciuitate ad aliā: ⁊ dicit̄ nobis ꝙ multum ꝓcessimus: eo ꝙ vna ciuitas distat ab alia p longā viā que nota est nobis: aliqū aūt via non est note quantitatis: ⁊ dicimus ꝙ multū distat eo ꝙ per viam illam vix tribus diebus ꝓcessimus. Sic igitur etiam motus ⁊ tēpus se habent adinuicē ꝙ vtrūq₃ mensurat̄ per alteꝝ: sed tēpus per se mensura est motus: sicut magnitudo mensura motus. Motus aūt quo ad nos ⁊ per accidens mensura temporis sicut motus spatij. Hec igitur dicta sint de proprietatibus temporis inquātum est continuum ⁊ discretum.

¶ Cap. 10ᵐ. Qualiter motus sit in tēpore: ⁊ quid est motū eē in tpe: ex quo p₃ ꝙ necessaria nō sunt in tēpore.

Quoniā aūt tēpus est metrū siue mensura motus: tunc op₃ etiam ꝙ sit mensura eius qđ mouet̄ sm̄ ꝙ refertur ad motū: op₃ igitur declarare qualr̄ est mensura motus primo: ⁊ postea qualr̄ est mensura alioꝝ.

Tex. c. c. 114.

Dico igit̄ ꝙ est mensura motus in hoc ꝙ determinat quēdā motū partialē qui vt pars mensurat totū motū: ⁊ per illū tunc numerat totum motū. Et illius exēplū est ꝙ cū nos volumus mensurare diurnum motū primo accipimus motū vnius hore vel momēti vni⁹ hore ⁊ ad equalitatē illius mensuramus motū. 12. horaꝝ ⁊ dicimus ꝙ motus ille est diei artificialis. Mēsuramus etiā motū. 24. horaꝝ: ⁊ dicimus ꝙ ille est motus diei naturalis. Facimus autē hoc primo in motu primi mobilis: eo ꝙ ille equalissimus ⁊ simplicissimus est in partibus sicut in sequētibus ostendetur: ⁊ ex illo referimus mensuram eandem ꝓportionaliter ad motus alios. ¶ Est autem huius simile in vlna ⁊ panno: quando enim volumus scire totam quantitatem panni supponimus ꝙ vlna sit nobis certe quantitatis: ⁊ tunc applicamus vlnā panno: ⁊ ad equalitatem vlne accipimus quantitatem panni partialem: ⁊ replicando illam quātitatē circa oēs partes ipsius mēsuramus quātitatē panni: ⁊ certificatur nobis tota quantitas: ⁊ oportet supponere ꝙ quantitas equaliter expansa sit in omnibus partibus panni: sicut etiam motus in omnibus partibus primi mobilis. Est autem motum in tempore esse idem ꝙ motum mensurari a tempore: ⁊ ipsum: ⁊ esse ipsius.

Tēpus mēsurat ⁊ mot⁹ q̄ntitatem ⁊ esse motus.

Dico autem ipsū mēsurari quando quantitas eius mensuratur: esse autem ipsius: quia ipse sm̄ esse ⁊ sm̄ essentiam temporalis est cum sit successiuum: quiddam hoc autem non est in alijs. Id enim quod fertur mensuratur sm̄ ꝙ habet quantitatem motus in se: sed tamen non sm̄ essentiam mensurat̄ tempore: quia non per se est in tempore l₃ tempori coexistat: hoc autem in eodem capitulo sermo declarabit. Mensurat ergo tempus motum simul quantum: ⁊ esse motus: ⁊ hoc est motui esse in tempore sic a tempore mensurari ⁊ ipsum ⁊ esse ipsius: hoc autem sic probatur per simile.

Tex. c. c. 115.

¶ Manifestum enim est in alijs ꝙ hoc est esse in tempore motus omnis ꝙ mensurari esse ipsorum a tempore siue sub tempore. In tempore enim esse est alterum duorum: quoꝝ vnum est ꝙ res que dicitur esse in tempore: tunc quidē sit quādo tēpus est: ⁊ ꝓpter hoc dicatur esse in tēpore: alteꝝ aūt ꝙ res dicat̄ esse in tempore ideo quia in tempore est: sicut quedā dicitur esse in nume-

ro. ¶ Hoc aũt scdm adhuc dupliciter est. Dicit enim aliqd in numero: sicut aliquid numeri existẽs ↄiunctũ ipsi essentia liter sicut pars numeri: aut per se passio ipsius ⁊ vniuersali ter ꝙ aliquid est numeri per modum dictum. Dicitur etiã aliquid esse in numero: q2 ipsius est numerus: eo ꝙ ipsum sit numerabile per numerum. Quia autem tẽpus numerus est sicut habitum est: erunt omnes isti in tempore p aliquẽ modũ: ipsum enim nunc qđ est indiuisibile temporis in prius ⁊ posterius que sunt partes temporis: sic sunt in tempore vt aliquid temporis ex natura essentialr illi ↄiuncta: sicut vni tas est in numero: ⁊ par ⁊ impar: ⁊ supfluom ⁊ diminutũ ⁊ perfectum que sunt numeri: aut partes: aut essentiales pas siones essentialiter illi ↄiuncte: cũ numerus cadat in diffini tione ipsoꝝ. Hec igit sunt numeri aliquid ⁊ illa per eũdem modũ sunt tẽporis aliquid existẽtia. Res aũt que sunt in tẽ pore sunt in ipso sicut in numero numerante eas: eo ꝙ in se sunt nũãnomeri: si aũt hoc est veꝝ: tunc opꝫ ꝙ ↄtineant sub vno qui excellit ea sicut ea que sunt in loco ↄtinent sub loco excellente locali a: eo ꝙ ambit ipsa ⁊ terminat. Manifestũ est itaqꝫ ex dictis qm nõ est hoc in tẽpore esse: qn tẽpus est: ⁊ illa que talia sũt coexistũt tẽpori. Sicut eni nõ est esse in mo tu idẽ qđ esse qn motus est: neqꝫ est esse in loco esse qn locus est: ita nec est esse in tẽpore qn tẽpus est. Si enim daretur ꝙ idẽ esset esse in aliquo: ⁊ esse cum ipso: tunc sequeret ꝙ oẽs res essent in qualibet re: qm oẽs res se cõcomitantes in esse sunt quãdo ille fuat: ⁊ sm hoc totũ celũ esset in grano milij: q2 celũ est qn granũ milij est. ¶ Cõstat ergo ꝙ coexistere tẽ pori res tẽporales accidit ex cõcomitantia tẽporis ad ipsa tẽporalia. Illud aũt qđ est esse tẽpus rei propriũ ex eo ꝙ res est in tẽpore sicut in numero: hoc sequit necessario: accidit enim ei qđ est in tẽpore esse quoddã tẽpus qđ est qn illđ est: q2 lꝫ nõ sequat esse tẽpus vniuersalr: sequit tñ esse tempus ꝓpriũ illi: sicut ex esse hanc rem in motu lꝫ nõ sequat motũ esse vniuersalr ⁊ simplr: accidit tñ sequi hũc motũ esse huic rei ꝓpriũ. ¶ Quoniã aũt id qđ est in tẽpore est sicut in nume ro: tũc opꝫ ꝙ tẽpus aliqđ accipiat plus omni eo qđ est in tẽ pore: opꝫ enim ꝙ tẽpus excellat ipsum sm vtranqꝫ extremi tatem: eo ꝙ tẽpus accipit infinitũ. Omne aũt qđ est in tem pore accipit finitũ habẽs principium ⁊ finẽ sm nãm. Et in de pꝫ ꝙ nihil est dictu: qđ quidam dicunt ꝙ duplr est aliqđ in tẽpore: aliquid enim est in tẽpore ita ꝙ cõmetit se toti tẽ pori sicut totus celi motus simul acceptus: ⁊ aliquid est in tẽpore qđ mensorat parte temporis: sicut hic motus finitus vel ille. Sicut enim nihil est dictu ꝙ aliquid accipit nume ratũ ab vlna qđ adequat oibus vlnis in nullo numero acce ptis. Sed in pãno indefinite extẽsis: ita nihil est dictu ꝙ ali quid est in toto tẽpore qđ toti se tẽpori cõmetit. Nõ eni ma ior certitudo ⁊ numerus est in quãtitate oium vlnaꝝ nõ nu merantiũ quãtitatẽ pãni ꝗ̃ in ipsa quãtitate panni: ⁊ sinẽ cũ diceret vlna applicari pãno nisi ex numero vlnaꝝ pãni quã titas certificaret: ita etiã totũ tẽpus indistinctũ adiacẽs mo tui sine causa adiaceret ei nisi numeraret ipsuꝫ: ⁊ nisi nume rat ipsum tunc primo adiacet parti: ⁊ per illã metit totuꝫ: ⁊ tũc veꝝ est ꝙ omne illud cui primo adiacet numerus qui est tẽpus excellit sm nãm a tẽpore sm vtrãqꝫ extremitatẽ: ⁊ sic tẽpus est plus omni eo qđ est in tẽpore: vnde necesse est oia que sunt in tempore sub tempore ↄtineri: sicut ⁊ oia ea que sunt in aliquo sicut in ↄtinente: sicut que sunt in loco ↄtinen tur sub loco. Necesse est etiam quecũqꝫ sunt in tempore ali quid pati a tempore: hoc est ab eo cui sicut numerus adia cet tẽpus: hoc est a motu: ⁊ ideo quidẽ per accidẽs patiunt in tempoꝛ: sed patiunt per se ab eo cui ↄuenit tẽpus: sicut dẽ ꝙ oia senescunt in tẽpore: ⁊ ꝙ obliuio accidit ꝓpter tẽpus: ⁊ nõ dicit ꝙ aliquid addiscit ꝓpter tẽpus: neqꝫ ꝙ nouũ: id est innouatũ est ꝓpter tẽpus: neqꝫ ꝙ bonitatis ⁊ emendationis sit causa tẽpus. Tẽpus enim est causa corruptionis p se: hoc est per id cui per se ↄuenit tẽpus id est per motũ. Sed gene rationis causa nõ est nisi per id qđ ↄuenit ei per accidens: ⁊ huius causa est: q2 tẽpus est numerus motus. Motus autẽ distare facit id qđ mouetur sm substantiã in principijs cõ ponentibus ipsum: ⁊ huius rõ inferius dicetur. Ex pdictis aũt manifestũ est ꝙ ea que semp sunt sm substantiaꝫ sm ꝙ sunt semper imutabilia nõ sunt sub tẽpore. Necessaria enim inesse imutabilia sunt: ⁊ illis nihil abijcitur nec acquiritur: ergo in illis nec est preteritum nec futuꝝ: sicut sunt corpora celestia que lꝫ mobilia sunt sicut in tempore vel in nunc tem poris: tamen sm substãtiã sunt necessaria: ⁊ quo ad hoc eter na quidẽ sunt intransmutabilia: eo ꝙ nõ ↄtinentur quo ad substantiam sub tempore: neqꝫ esse eoꝝ sub tempore mensu ratur: huius autẽ signũ est: q2 nihil patiunt a tempore sicut ea que sunt in tẽpore. ¶ Dubitabit autẽ aliquis fortasse an alie res que sunt generabiles ⁊ corruptibiles sunt in tẽpore sm substãtiam ipsaꝝ: hoc aũt videt eo ꝙ substãtia ipsarum trãsmutat: ⁊ ita aliquid abijcit in preterito: ⁊ acquirit aliqđ in futuro. ¶ Ad hoc dicũt quidam ꝙ suba eoꝝ est in nũc tẽ poris: eo ꝙ vna manet substãtia ipsoꝝ sm ꝙ ↄsiderat in pn cipijs substãtialibus heri ⁊ hodie ⁊ cras: lꝫ quo ad variatio nẽ qualitatũ sit in tempore: q2 in illis ↄtinuã recipit variatio nẽ: vnde etiã dicit Arist. in 5° physicoꝝ: ꝙ non est eadẽ sani tas in mane ⁊ in vespere. Sed si quis subtiliter itelligat ⁊ in tus inquirat substãtia taliũ variat si accipiatur in esse physi co: habẽt enim talia formã in mã trãsmutabili: ⁊ ideo reci piunt in substãtialibus variationẽ: cuius signũ est: q2 paula tim corrumpunt ⁊ opera sua debilitantur: sed tamen bene ↄcedendum videt ꝙ substantia taliũ est in momento tem poris: eo ꝙ ipsa est vt vna ⁊ vt plura hꝫ esse variata sicut va riat temporis nunc. ¶ Nec aliquo modo ↄcedendũ videt ꝙ substãtia imutabiliũ corpoꝝ sicut sũt corpora celestia sint in nũc tẽporis sm ꝙ est nũc tẽporis: q2 substãtia coꝝ in for mis nullã recipit variationẽ cũ nũc ↄtinue variet; ⁊ iõ sub stantia sm ꝙ est lata: siue sm ꝙ fertur est in nũc tẽporis: cuꝫ supra ꝓbatũ sit sm doctrinã Arist. ⁊ peripatheticoꝝ ꝙ nunc tẽporis est numerus eius qđ fertur sm ꝙ fertur. Quod aũt sit mensura taliter mutabilium in substantia: in fine tractatus de tempore ostendetur.

¶ Cap. ii^m. Qualiter quiescentia ⁊ non existentia sint in tem pore: ⁊ de distinctione preteriti ⁊ futuri.

Quoniã aũt tẽpus est mẽsuratio motus vt diximus: erit etiã idẽ tẽpore metrũ siue mensura quietis sm accidẽs: hoc est sm ꝙ priuatio refertur ad ha bitũ vel mensura priuationis ad mensorã ha bitus. Omne enim sm nãm quiescens est tẽ porale ⁊ in tempore: nõ enim nos ita dicimus aliquid eẽ in tempore sicut aliquid dicimus esse in motu: q2 tunc oporte ret ꝙ id qđ esset in tempore necessario moueretur: sicut id qđ est in motu necessario mouetur. Diximus enim supra ⁊ probauimus ꝙ tempus nõ est motus: sed numerus motus. In numero aũt motus põt aliquid esse qđ non est in motu ipso: ⁊ precipue in numero motus est quiescens qđ sm ꝙ est quiescens est relatũ ad motũ. Non enim dicimus oẽ mobi le quiescere sm nãm: sed tñ id qđ est aptum natum moue ri sm nãm: cũ tñ sm actum priuatum sit motu: sicut est ter ra lapis ⁊ huiusmodi. Si aũt aliquid esset oino imobile: ita ꝙ nullã possibilitatẽ haberet ad motũ illud nõ esset in tẽpo re sm ꝙ huiusmodi: sicut iam infra ostendet. Sicut autem iam ante diximus rem esse in tempore: est esse rem in quo dam numero: esse aũt rem in numero nõ est esse aliquid nu meri essentialiter ↄiunctum numero: sed potius esse quen daꝫ numeꝝ rei ⁊ mensurari esse ipsius a numero in quo est: q̃re si hoc est esse sub tẽpore: ⁊ tẽpus mẽsorat id qđ mouet: tunc opꝫ etiã ꝙ mẽsuret quiescens sm ꝙ est quiescẽs: mẽsu rabit ergo motũ eius qđ mouetur: ⁊ quietem eius qđ quie scit: sm ꝙ sunt quanta quedam: q2 nihil mẽsurat nisi sm ꝙ est quãtũ quoddã existẽs: hoc eni modo nõ sunt tota simul: sꝫ aliqđ abijcitũr in p̃teritũ: ⁊ aliqđ acqrũt i futuꝝ: ꝓpter qđ cadit circa ipsa tẽpus: ⁊ hoc est veꝝ de omni quiete: siue sit quies in forma: siue quies in loco: ⁊ ideo etiã lõgitudinem quietis mẽsuramus dicẽtes ꝙ a motu quieuit per tres an nos vel plus vel minus: aut quiescit p octo menses: vel plus vel minus. ¶ Patet igit ꝙ id qđ mouetur non simpliciter sm ꝙ est substantia quedam erit mensurabile sub tempo re: quia tunc substantia corpoꝝ celestium caderet sub tem pore qđ non ↄtingere superius ostendimus: sed cadet sub tempore sm ꝙ quantum aliquod est: cuius quantitatis non omnes partes sunt simul: ⁊ hoc est sm ꝙ motus ipsius quan tus est quantitate successiua. ¶ Ex his aũt per cõtrapositio nẽ ostẽdit ꝙ illa que neqꝫ mouent sm nãm neqꝫ quiescunt

Tex. t. c. 116.

Tex. t. c. 117.

Nõ pulchra dubitationẽ de substantia generabili an in tẽ pore mẽsure tur in centro vt voluit iste doctor in tẽpis momẽto.

Tex. t. c. 118.

Tex. t. c. 119.

non sunt in tempore. Si enim omne esse qd est in tempore mouetur vel quiescit tunc per ꝯuersam per ꝯtrapositionem qd neqȝ quiescit neqȝ mouet̃ nõ est in tempore. Causa autẽ huius est ꝙ in tempore esse est a tempore mensurari ⁊ pati aliquid a tẽpore: tẽpus enim est mensuratio motus ⁊ quietis: ergo qd nõ sic mensuratur ⁊ patitur vt sub motu ens: vel quiescens a tempore non mensurat̃. Manifestũ igitur ex dictis est: quia neqȝ qd nõ est omne erit in tempore: sicut enim non omne qd eẽ est in tempore: ita neqȝ omne qd non est. Id enim qd ita non est ꝙ nõ ꝯuenit ipsuȝ aliter habere se q̃ nõ esse non est in tempore: sicut id falsum qd est impossibile: vt diametrũ esse lateri symetrũ: vniuersalr̃ enim ũ mensura est tẽpus motus p se: alioꝝ autẽ que non mouent̃ per accidens hoc est sm̃ ꝙ referantur ad motũ: tunc manifestuȝ est ꝙ oibus illis quoꝝ esse mensurat inerit esse in motu: ũ per se sunt in tẽpore: vel esse in quiete si sunt in tempore per accidens. Sũt aũt mobilia nõ existentiuȝ ⁊ existentiũ quecunqȝ generabiliũ generant̃ aliqñ de non existentibus: vel corrũpunt̃ de existentibus: ⁊ vniuersalr̃ que aliquãdo quidẽ sũt: aliqñ aũt nõ sũt: talia oia necesse est esse in tẽpore: ⁊ nõ alia: est enim sicut diximus tẽpus plus eis que sunt in tẽpore ⁊ excellens esse ipsoꝝ ⁊ est mẽsurãs esse eoꝝ subaȝ ⁊ quantitatẽ. Quedã aũt de numero eoꝝ que nõ sunt quecunqȝ ꝯtinet tẽpus vt mẽsurãs. s. erãt qdẽ in preterito finito: vt Homerus erat aliqñ: alia vero erũt in futuro finite: sicut ꝯceptus iaȝ aliqñ nascet̃: vtraqȝ eni istoꝝ ꝯtinet tẽpus. Et si aliqua sũt que sunt ambo: hoc est preterita ⁊ futura: illa ⁊ erant ⁊ erunt sicut illa que iterantur siue corruptibili substantia siue incorruptibili: corruptibili quidem substantia: sicut si nubes fuit postq̃ terra madefacta euaporauit sursum: necesse est etiaȝ nubem adhuc ex illa causa fieri: ⁊ hec sunt preterita ⁊ futura eadẽ existentia sm̃ substãtiã: substantia aũt incorruptibili reiterat̃ sm̃ preteritũ ⁊ futuꝝ: sicut ortus ⁊ occasus stellaꝝ ⁊ eclipses ⁊ ꝯiunctiones: ⁊ preuentiones ⁊ oppositiones stellaꝝ ⁊ planetaꝝ. Sed obseruandũ est ꝙ ea que sunt in preterito quedã sunt in preterito finito ad presens: quedã aũt in preterito finito ad preteritum qd finitur ad presens: ⁊ quedam sunt in preterito quod nõ finit̃ ad presens: sed includit ipsum nõ finitũ ad ipsum. Illa aũt que sunt in preterito finito ad presens: ita ꝙ presens sit circa actus preteriti: dicunt̃ in preterito perfecto esse: sicut cũ dicitur Homerus fuit: vel Uirgilius scripsit eneida. intelligit̃ enim existẽtia Homeri ⁊ scriptura Uirgilij iam esse finita ad presens. Illa aũt quorum esse finitur nõ ad presens sed ad preteritum perfectum: qd finitur ad presens: sunt in preterito plusq̃perfecto: sicut dicit̃ ꝙ bella Troie fuerũt quãdo scripsit Uirgili⁹ eneida. Quoꝝ aũt existentia includit presens ⁊ non terminatur ad ipsum sunt in preterito imperfecto: sicut dicit̃ ꝙ sortes legebat viuente Platone. Quecũqȝ aũt sũt in futuro dupliciter sunt in ipso: aut enim sunt in futuro finito: aut infinito. In futuro finito dicunt̃ esse quecũqȝ iam sunt in ꝓpria materie concretione ⁊ ordinatione: sicut homo futurus est: qñ iam cõcretum est sperma cũ sanguine mẽstruo. Quecũqȝ aũt nõ sunt nisi in mã prima ⁊ in potentia infinita: sunt in futuro infinito: ⁊ non magis sunt futura q̃ non futura: ⁊ ideo non est futuꝝ nisi qd inchoat a presenti in materie ꝯcretione ⁊ ordine cause: sicut sunt futura que sunt in ordinatione cursus superioꝝ tñ: sicut sunt eclipses ⁊ similia illis: vel que sũt in ordinato cursu superioꝝ: ⁊ cõcretione materie inferioꝝ: sicut futurus est homo qui iam ꝯceptus est in semine. Quecũqȝ aũt sunt non entia que nõ ꝯtinet tẽpus: sicut sunt impossibilia illa nequaq̃ sunt vel erant in preterito vel erunt in futuro. Sunt aũt huiusmodi de numero eoꝝ que nõ sunt: quoꝝ opposita semp sunt: ⁊ necessaria sunt: sicut diametron eẽ asymetrõ semp est ⁊ quodã modo eternũ est: ⁊ ideo hoc neqȝ est neqȝ erit in tẽpore: nec oppositũ eius qd est esse diametron symetron: hoc eni semp nõ est: sicut illud semper est qd est ei oppositũ: ꝯtrarie enim opponunt̃ semp esse ⁊ nũq̃ esse. Ea aũt que sunt de numero taliũ nõ existentiũ ꝙ ꝯtraria eoꝝ nõ semp sunt: sed aliqñ sunt: aliqñ quidẽ nõ sunt illa sũt nõ existẽtia que possunt esse ⁊ non esse: ⁊ talia sunt gñabilia ⁊ corruptibilia: ⁊ est generatio ipsoꝝ ⁊ corruptio: ⁊ ideo talia sunt iam in ordine materie: ⁊ causaꝝ mouentiũ ad esse ipsoꝝ: ⁊ ideo talia sunt in tẽpore futuro finito vel infinito: sicut ante diximus: Utrum autẽ ea que semper sunt ⁊ que nũq̃ sunt habeant mensuram aliquam: ⁊ an sint eterna posteri⁹ erit determinandum.

Cap. 12m. De distinctione acceptionis ipsius nunc.

Postq̃ Aũt iam diximus de his que sũt in tempore: sicut in numero quodam: tunc etiam bonum est ꝙ dicamus etiam de his que sunt in tempore sicut aliquid temporis ex nã: sicut est nunc ⁊ tunc: ⁊ iam ⁊c. que in sequentibus determinantur. Primo autem inter ista dicemus de nunc ipso: eo ꝙ hoc ad tempus substãtialius se habet q̃ alia. Intelligendum igitur ꝙ nunc temporis duplr̃ dicit̃. s. sm̃ ꝙ est numerus ei⁹ qd fertur: ⁊ sm̃ ꝙ accipitur vulgariter: sm̃ ꝙ ipsum dicit qñ quoddam relictum ex tempore qd propinquuȝ est presenti. Et primo quidem modo sm̃ ꝙ. s. est numerus eius qd fertur vel mouet̃ est ipsum nunc cõtinuatio tẽporis sicut prius dictũ est in prehabitis: ꝯtinuat enim sicut indiuisibile cõmune ꝑteritũ tẽpus ⁊ futuꝝ: ⁊ vniuersalr̃ hoc modo loquendo est ipsum terminus temporis indiuisibilis. Est eniȝ huius quoddam principiũ qd est futuꝝ: ⁊ huius finis qd est ꝑteritum. Et vt hoc melius intelligat̃ opȝ scire ꝙ sicut diximus in prehabitis ptes tẽporis duplr̃ accipiunt̃. s. sm̃ ꝙ sunt sub forma ꝯtinui tñ: ⁊ sm̃ ꝙ sunt sub forma discreti: ⁊ primo quidem modo nõ differũt sm̃ rõnẽ preteriti ⁊ futuri. Sed sunt homogenee partes ꝯtinui tẽporis ⁊ hoc mõ accipiunt̃ substãtialiter: ⁊ nõ habẽt diuisionẽ sed ꝯtinuationẽ in ipso nunc indiuisibili qd est ꝯtinuatio partium: ⁊ hoc solo mõ se habȝ nũc in nã tẽporis: ⁊ hoc mõ est vnũ in toto tẽpore sm̃ subaȝ: ⁊ hoc solo mõ est de tẽpore vt ipsum nũc ⁊ preteritũ ⁊ futuꝝ sunt sm̃ quid. s. sm̃ ꝙ hñt ad ipsum nũc ꝯtinuationẽ. Est aũt accipere partes tẽporis sm̃ ꝙ stant sub forma discretionis: vt ostendimus supra: ⁊ sic nũc est inter causas diuisionũ: eo ꝙ ipsum variat̃ in esse ⁊ diffinitione ⁊ efficit̃ principiũ futuri ⁊ finis preteriti: finis enim ⁊ principium opponunt̃ ⁊ oppositas habent diffinitiones: ⁊ sic per diuersos respectus efficitur idem nunc principiũ ⁊ finis: nihil enim est incõueniens ꝙ vnum ⁊ idem in substãtia per diuersos respectus participet opposita sm̃ formam ⁊ diffinitionẽ: tamen rõ qua ipsum est diuisiuũ nõ ita manifesta est in ipso nunc: sicut est in puncto: manente ⁊ fixo in ꝯtinuo. Sed tamen diuidit potentia. Dico aũt potentia diuidere ipsum nũc duobus modis: vno quidem modo ꝙ nunc sit in potentia: sicut punctum est in actu: cũ enim diuidit ipsum nunc: tunc nõ potest idem bis remanere demonstratũ semel. s. in preterito ⁊ semel in futuro: quia iam supra ostendimus ꝙ nihil est in actu de preterito ⁊ nihil est in actu de futuro: ⁊ ideo nũc qd est huius principium: ⁊ huius finis: nõ est actu bis idẽ: sed in potentia. Et hec est sententia Auer. eo ꝙ in arabica trãslatione dicit Aristo. ꝙ ipsum instans est punctus potentia. Hoc. n. ipse dicit esse dictum eo ꝙ instans sit in potentia ⁊ non in actu: quia non est fixũ: punctũ autẽ quia fixum est ⁊ manens: ⁊ ideo est in actu ⁊ sic instans sm̃ veram similitudinem est punctus in potentia. Alio aũt modo intelligit̃ vt puto verius: quia cum sint duo actus ipsius nunc: vnus ibi est ꝯtinuare: ⁊ alius qui est diuidere: continuat quidem ipsuȝ nunc prout accipitur actu existens in tẽpore ⁊ in partibus eius sm̃ ꝙ stant sub forma cõtinuitatis: actus autem qui est diuidere non est ipsius nunc nisi in potentia accepti. Et hoc duobus modis: aut in comparatione ad nostrum intellectum. s. inquantũ nos ꝑ ipsum diuidimus tempus: aut in comparatione ad aliquem motum inferiorem qui est in tempore ⁊ terminatur ad nunc aliquod temporis. Et hoc non est in substãtia ipsius nũc: quia si ipsum nũc actu aliter diuideret tempus vniuersale cũ omne ꝯtinuum actu sit finitum ad indiuisibile diuidens opȝ ꝙ totum tempus actu esset finitum ad nunc diuidens: ⁊ aliud tempus inchoaret actu post ipsum: ⁊ sic tempus interrũperet̃: ⁊ hoc est falsum. ergo falsum est ꝙ sit actu diuidens tempus ipsum nunc. Et iste est intellectus Auicenne: ⁊ puto ꝙ verus. Sic ergo patet qualiter nunc per id quod actu est cõuenit ei continuare tempus: per id autem quod est in potẽtia conuenit ei diuidere. Inquantum autem huius est diuidens sic absqȝ dubio sicut diximus aliud ⁊ aliud est esse in tempore: propter hoc ꝙ partes temporis non permanent.

Tex. t. c. 110.

Tex. t. c. 111.

C. 6. 111.

Nota quõ intelligat dictũ Auer. ꝙ instans est punctus in potentia.

Inquātum ſic copulat ſemper eſt idē in toto tempore: ſicut & vnitas ipſius qđ fert̄ que eſt ſemp vna in toto motu. ¶ Hu ius autē ſimile in lineis mathematicis eſt. In illis.n.nō ſem per eſt idem punctū ſm intellectū diuidens lineas: punctū enim diuidentiū aliud & aliud eſt ſemp ſm rōnē: q2 eſt in rō ne finis & etiā rōne principij. Scđm aūt qđ eſt vnū cōmune ſic eſt ꝯtinuans: & idē pēnitus terminus cōis duoꝝ. Conti nuum eni eſt cuius partes ad eundē terminū copulant̄: ſic etiā nunc ipſum ſm ꝙ eſt tēporis diuiſio aliud & aliud eſt in potentia. Scđm aūt ꝙ eſt ꝯtinuatio terminus cōis eſt veri uſq3.ſ.preteriti & futuri: & eſt vnitio & copulatio eoꝝ. Eſt aūt idē in ſubā: & ſm idē hoc eſt vt idiuiſibile in ꝯtinuo acceptū qđ eſt vnitio & diuiſio tēporis: ſed tñ eſſe ſuum formale: ſm hec duo nō eſt idem: vt p3 ex prehabitis. Hoc igit̄ mō dicit̄ nunc primo acceptū: ſicut aliquid tēporis eſſentialr̄ ꝯiunctū

Tex.t.c.122.

tēpori etiā. ¶ Nunc aūt qđ accipit̄ vulgariter eſt qđ qđ re linquit̄ ex tēpore qđ eſt vicinum pñti qñ tēpus eius qñ dicit ipſum nunc ꝑpe preſens in preterito vel in futuro ſicut dici mus de forte: q2 veniet nunc: q2 hodie veniet: vel q2 venit Plato nunc: q2 hodie venit: ita ꝙ tēpus cuius qñ dicit nūc remouet̄ a preſenti nunc per vnum diem. Bella aūt que fa cta ſunt in Ilion que fuit turris Troie: nō dicimus facta eē nunc: nec diluuium dicimus eſſe factū nunc: q2 l3 totum tē pus preteritū ꝯtinuet̄ ad preſens nunc: tñ tēpus bellorum Troie & diluuij nō ſunt ꝑpe nūc pñs. ¶ Sciendum etiā ꝙ quidā diſtinguunt inter inſtās & nūc dicentes ꝙ nunc dicit ſubſtantiam tēporis. Inſtās aūt dicit id qđ eſt ſub forma p̄ ſentialitatis: & hoc eſt idem qđ nunc l3 differat rōne ab ipſo. ¶ Alij aūt dicūt ꝙ inſtās dicit̄ quaſi non ſtans: & ideo dicit ipſum nūc pnt eſt ſub fluxu: & ſic iteꝝ idem eſt cū ipſo nūc in ſubā: l3 differat rōne. ¶ Hec igit̄ dicta ſūt de ipſo nunc ad preſens: inferius aūt cōparabimus nunc temporis ad nunc eternitatis: querentes Utrum idem ſit illi vel non: & alia q̄ dam de eternitate dicemus.

¶ Cap.13m. De tunc: & verū tēpus vnū vel plura ſit: & vtrum finitū vel īfinitū: & de olim: & de modo: & de repēte.

Tex.t.c.123.

Ipſum Autē qđ dicimus tunc eſt tem pus determinatū ad pñs nūc ſiue accipiat̄ in preterito ſiue in futuro: eſt eni tunc dicimus qñ relictū ex tēpo re diſtāte a pñte nūc qđ ꝯtinuat̄ ad ipſū ſi cut dicimus ꝙ tūc eſt deſtructa Troia: & tunc erat diluuiū: vel tūc capiet̄ ciuitas: op3 eni ipſū tunc inclu di quidē ad pñs nunc: qđ p3: q2 cū querit̄ qñ deſtructa eſt Troia: dicimus tali die: talis menſis: talis anni: qui cēteſi mus vel milleſimus eſt ad pñs nūc: & tūc dies determina tur per mēſem: & mēſis per annū: & annus per numeꝝ dierū oſtēdit ꝯtinuationē ad pñs. Et ſimilr̄ eſt de qñ qđ dic̄ tūc in futuro remoto ab hoc pñti. Quādo igit̄ qđ dicit tūc op3 habere quātitatē notā tēporis ex quo relinquit̄ & quantitas eius eſt a nūc qđ eſt ꝑncipiū facti vſq3 ad nūc ad qđ finit̄ fa ctū: ſicut dicimus ꝙ bella Troie fuerūt tūc: & intelligitur ꝙ tribus annis durauerūt: vel plus vel minus ſm ꝙ durauit bellū illud: quātitas ergo eius erit a primo nūc qđ eſt princi pium facti ad poſterius nunc qđ eſt poſt ipſum: & ecōuerſo a poſteriori nūc in primū. Sic igit̄ p3 ꝙ tūc ſemper dicit tēpus

Tex.t.c.124.

determinatū & finitū. ¶ Et ex hoc tunc ſurgit q̄ſtio. Si eni3 nullū tēpus eſt qđ nō ſit tūc & determinatū mō predicto: tūc videt̄ ꝙ oēs partes ſint determinate & finite: qđ aūt cōponi tur ex finitis eſt finitū: ergo oē tēp9 eſt finitū. ¶ Querimus ergo verū deficiat aut nō: oē.n.finitū deficiet ꝯtingēs finem quo finitū eſt: & ſic videt̄ tēpus deficere: videt̄ aūt nō defice re per hoc ꝙ ſemp eſt motus: cuius numerus eſt tēpus. Si aūt nō deficit tēpus nō deficiēte motu: tūc querimus vtrum ſic nō deficiat: q2 manet ꝑ ſucceſſionē regenerātū ſemp aliud & corruptū ſicut ſuccedēdo ſibi manet motus gñatio & corru ptio an ita manet ꝙ reiterat̄ idē incorruptibile manēs: ſicut reiterant̄ ſupcileſtia in motu circulari. ¶ Quod autē dicit

Cō.124.
Nota q̄liter rōnes Auer. ſoluant̄ qbus ꝓbare nitit̄ tp̄s eternū eē

Auer. de hac q̄ſtione falſum eſt & nullius valoris: probat eni nō corrūpi tēpus: eo ꝙ omne qđ corrumpit̄: corrumpit̄ in tē pore. Si ergo tēpus corrumpit̄: corrumpit̄ in tēpore: ſed tē pus in quo aliqđ corrumpit̄ nō corrumpit̄: ergo tēpus ma net incorruptū poſtq̄ eſt corruptū: hoc aūt eſt impoſſibile: er go & hoc eſt impoſſibile ꝙ tēpus corrumpat̄. ¶ Adhuc aūt dicit Auer. ꝙ neceſſe eſt poni tēpus ab eo qui deſtruit tem pus. Deſtructio eni tēporis erit aliqñ: ergo in tempore ſicut ꝓbatū eſt: ergo ponit̄ tēpus. Idem aūt eſt ſi dicat tēpus in cepiſſe cū celo & mundo: ſicut dixit Plato: tēpus eni nō fuit ante mūdū: & tñ veꝝ fuit ante mundū futuꝝ eſſe tempus: ergo tēpus fuit ante tēpus. ¶ Iſte.n.rōnes colligunt̄ ex di ctis Auer. qbus ꝓbat tēpus eſſe eternum: & nō poſſe incipe vel incepiſſe aliquādo: vel etiā deſinere. Et iſte rōnes nulli us valoris ſunt: q2 qui ponit tēpus deſtrui vel corrūpi: ipſe nō ponit hoc fieri in tēpore. Generatio enim & corruptio ſu munt̄ duplr̄.ſ. ꝑprie & cōmuniter: ſiue ſm quid ꝑprie quidē ſm ſe non generatur aut corrumpit̄ niſi ſubā: ſm quid autē generatio & corruptio accidētiū: ſicut eſt corruptio motus in fine motus: poſt quē non eſt plus de motu. Ita etiā ponem9 corrūpi tēpus in vltimo nunc tēporis: poſt qđ nō eſt plus de tēpore: & ideo prima rō nihil valet oīno. ¶ Ad aliā aūt dicē dum ꝙ deſtruens tēpus nō ponit tēpus: cū nō ponat ipſum deſtrui in tēpore: ſed potius in ſuo fine. Sicut in omni cōti nuo eſt ꝙ nihil eſt de ꝯtinuo vltra finē ipſius. ¶ Adhuc aūt qđ dicit ante mundū fuiſſe tēpus: eo ꝙ veꝝ fuit mūdū fore dicēdum ꝙ mundū fore nō fuit ante mundū: neq3 veru3: neq3 falſum: eo ꝙ nō erat enunciabile. Si.n.fuiſſet enunciā bile: aut eſſet in aptitudine rei & cōpoſitione que enūciatur: aut in aptitudine enūciantis: neutrum autē iſtoꝝ fuit ante mundū: q2 nec res erat que enunciāda eſſet: neq3 reꝝ com poſitio: neq3 etiā enunciās: niſi forte dicat̄ ꝙ fuit in mēte di uina. Sed ſi hoc ponit̄ tunc non erat in eo ꝯditio tēporis ali qua neq3 cōpoſitio: q2 qđ eſt in mēte diuina ſubā dei eſt: vt probat Ariſt. in 11° prime phīe. ¶ Propter hoc hanc qōnem

Tex.t.c.124.

ſoluemus aliter dictis Ariſt. innitentes: dicimus igit̄ ꝙ ma nifeſtum eſt ex predictis ꝙ ſicut motus eſt: ſic eſt etiā tēpus: vnū ſiquidem motus vnus & idē ſit aliqñ: tūc etiā tempus qđ eſt eius numerus erit vnū & idē. Si aūt motus nō ſit vnus & idē tunc etiā tēpus nō erit vnū & idē. Cōſtat aūt ꝙ mot9 cir culi eſt vnus & idē ſemper reiteratus ſm circulū: ergo etiā ſi tēpus accipit̄ numerus illius erit vnū & idē tēpus reitera tū: vt numerus circulationis. Rectus aūt motus nō eſt idē & vnus: & ideo tēpus qđ eſt numerus illius nō eſſet vnum & idē: niſi in alio eſſet ſicut in ſubiecto: hoc eſt in primo mobi li ſicut diximus ſuperius. ¶ Et ideo ſicut punctū recte linee

Tex.t.c.125.

eſt: ſic ꝙ eſt principiū nō eſt finis: & aliud ſic eſt finis ꝙ nō eſt ꝑncipiū. Sic eſt etiā de tēpore ſibi adiacēte ꝙ ipſum finitur ad nūc qđ eſt tñ finis: & principiat̄ ad nūc qđ eſt tñ ꝑncipiū. Sed in circulo nunq̄ eſt accipere punctū ꝙ nō vnū & idem extiꝰ ſit principiū & finis. Cū ergo nunc talis puncti moti ſit numerus nō pōt accipi nunc in toto tēpore qđ nō ſit ꝑncipiū futuri & finis preteriti: q2 ſicut diximus in prehabitis nō po teſt vnū & indiuiſibile nūc eſſe principiū & finis eiuſdē: ſ3 op3 ꝙ reſpiciat diuerſa ſ. rōne finis ꝑteritum in rōne principij futuꝝ: hec aūt nō ſunt oppoſita reſpectu diuerſoꝝ: ſicut eni3 periferia circuli in eadē linea indiuiſibili ſm latitudinē h3 ambitū: hoc eſt ꝯcauū & planū hoc eſt ꝯuexū: que due forme ſunt: & quodāmodo oppoſite: & hoc nō eſt incōueniens eo ꝙ vnā habeat ad intus: & aliā ad extra: ita nō eſt incōueniens tēpus in vno indiuiſibili habere rōnem principij & finis re ſpectu diuerſoꝝ.ſ.ꝑteriti & futuri. In hoc ergo ſemp videt̄ eſſe alteꝝ tēpus: q2 nō eſt eiuſdē principiū & finis ipſiꝰ nūc: q2 ſm hoc oppoſita ineſſent eidē & ſm idē: p3 igitur ꝙ nunq̄ deficit: ſicut circulus nō deficit eo.ſ. ꝙ ſemp eſt.ſ. in ꝑncipio & fine: quicquid aūt in principio & fine eſt nunq̄ deficit: tem pus aūt ſm ꝙ agit̄ ab ipſo nūc: ſemp eſt in principio & fine: ergo nunq̄ deficit: & nō ꝓbat̄ ex iſta rōne niſi ꝙ tēpus in mo tu circulari manente ipſo nō pōt deficere: ſed ſi deficiat mo tus abſq3 dubio deficiet tēpus: niſi forte remaneat vt nume rus recte motionis. Hec igit̄ ſunt dicta de ipſo tunc: & de tē

Tex.t.c.126.

poris infinitate. ¶ Ipſum vō qđ dicit̄ iam dicit qñ in prete rito & futuro qđ relinquit̄ ex tēpore qđ ꝓpinquū eſt preſenti indiuiſibili: ſicut dicimus qñ vades: & rñdet̄ iam: q2 ꝑpe eſt tēpus in quo futuꝝ eſt vt eamus: & qñ iuiſti: rñdet̄ iam iui: q2 non eſt ꝓcul ab ipſo nūc in preterito. Ilion aūt ſiue Troiā deſtructā non dicimus iam eſſe: q2 tēpus deſtructionis eius multū ꝓcul eſt a pñti nunc. ¶ Ipſum aūt mō ſimilr̄ eſt qñ

Tex.t.c.127.

qđ relinquitur ex tempore preterito qđ prope nunc preſens eſt: ſicut dicimus quando veniſti: & reſpondet̄ modo veni: ſ.

ſit tēpus

fit tempus adueniens primum psenti nunc. ¶ Olim autem est quādo qđ relinquitur ex tēpore preterito qđ longinquū est a psenti: sicut dicimus ꝙ olim fuit diluuiū. ¶ Repēte autē fit qđ in se duo hꝫ. s. breuitatē tēporis in quo fit: ⁊ insensibilitatem tēporis cuius quātitas sentiri non pōt. Sic ergo exposita est diuersitas ipsius quando qđ relinquitur ex preterito ⁊ futuro. Ex preterito quidē: siue fuerit remotū a presenti: siue propinquū. Ex futuro autē non est nisi propinquū: qꝛ id qđ remotum est a presenti nunc non habet ordinationē in materia: ⁊ hoc est de quando mēsurabili. Quādo autē non mensurabile a nobis est qđ relinquitur ex tēpore imperceptibili. Et lꝫ alia multa sint que importāt diuersitatē eius qđ est quādo: tñ ois alia diuersitas reducitur ad istā. Si enī significatur quando: aut significatur cōiter put relinquitur ex preterito ⁊ futuro: ⁊ tunc significatur per iam ⁊ tunc: vnū quidē iuxta presens propinquū: alterum iuxta remotū: aut significatur per distinctionē preteriti tñ ppinque vel remote: tunc significatur per modo ⁊ olim: futurum autē propter causā predictam non habet hanc distinctionem: aut significatur a presenti: ⁊ tunc aut significat ab ipso prout est diuisibile: vel prout est indiuisibile: ⁊ primo quidē modo significatur per nunc vulgariter acceptum: quia etiā presens est cuius pars preterijt: pars quoqꝫ futura est: ⁊ ps est in instanti. Secundo autem modo significatur per nunc qđ est continuatio temporis ⁊ diuisio. In comparatione autem ad nos est significatum pro repente.

¶ Cap. 14m. Qualiter tempus est causa corruptionis.

Tex. c. c. 128.

Uia vo superius diximus ꝙ tps de natura sua magꝭ est causa corruptionis ꝙ generatiōis: opꝫ nos hic redire ⁊ assignare causam dicti illius. ¶ Dicimus ergo ꝙ tempus est numerus mutationis ⁊ motus: ⁊ coniunctum illi per modū quē diximus supra: ois autē mutatio in eo ꝙ numeratur a tēpore: hoc est per prius ⁊ posterius remouet ⁊ abijcit aliquid a natura eius qđ mutatur: vnde etiā gratia mutationis in tempore fiūt oia ⁊ corrūpuntur: propter qđ etiā quidā Phōrum dixerunt tēpus esse sapientissimum: eo ꝙ qui processerunt in tēpore multa sunt experti. Experimentū enī īdiget tēpore multo. ¶ Pithagoras autē Paron penitꝰ indisciplinabile dixit esse tēpus: eo ꝙ memorie sensū sunt sicut ruinosa edificiorū que construi non possunt ppter naturalis principij corruptionē: ⁊ ideo in tēpore magis obliuiscūtur hoīes ꝙ addiscāt: ⁊ hic rectius dixit ꝙ priores qui dixerunt tēpus esse sapientissimū. Igitur manifestū est per auctoritatē Paronis ꝙ tps est magis per se causa corruptionis ꝙ generationis: sicut dictū est prius. Cum autē multipliciter dicatur per se ⁊ causa sicut distigui habet in. 5. libro prime phīe: voco hic per se qđ accidit per id cui tēpus semper ⁊ per se cōiungitur. Causa autē dicitur: qꝛ per hoc ꝙ est materia numeri qui numerus est tēpus: hoc est prius ⁊ posterius in mutatiōe fiūt sicut causantia corruptionē. ¶ Mutatio enī per se hec est gratia sui destructiua: qꝛ mutatio passio quedā est: aut non sine passione: sicut in. 3. libro superius diximus: que nō transmutaret nisi esset magis factiua ꝙ resistere possit id qđ patif: ⁊ ideo absqꝫ dubio abijcit a substātia patientis. Mutatio autē non est generationis causa ⁊ ipsius esse nisi per accidēs: hoc est per formā ⁊ actum generantis que forma ⁊ actus non sunt in patiēte fm ꝙ patiēs: sed potius extra ipsum a gñante fm ꝙ illud est generans: lꝫ forma similis illi fit in patiēte potētia: sicut demōstratur in primo libro sciētie huius. Signum autē huius est ꝙ nihil fit aut generatur nisi moueatur ab aliquo sibi cōuenienti: ⁊ aliquid agat in ipsum qđ est extra ipm. Sed ipsum qđ corrūpitur: corrūpitur a cōtrarijs agentibus in ipso: etiā cum nihil oino moueatur ab extrinseco. ¶ Et cum res sic deficit ex seipsa: hoc vocamus maxime corruptionē que est sub tēpore: tale enī antiquatur ⁊ senescit: ⁊ ex hoc ppe interitū est: at vo neqꝫ hanc corruptionem pprie tēpus facit. Sed accidit in tēpore fieri hanc corruptionē ppter mutationē quā mutat tēpus: sed tñ accidit per hoc cui per se cōiungitur tēpus. Generatio autē accidit per hoc ꝙ per accidēs se habet ad tēpus: hoc est per actū generantis: ⁊ ppter hoc ēt supra diximus ꝙ oia que sunt in tēpore aliqđ patiunf a tēpore: qꝛ

Nō q̄o mutatio est gñonis cā p accidens.

esse eoꝝ mēsuraf periodo qui excellit a tēpore: ⁊ hoc est qđ consueuimus dicere aliquē habere. 100. annos qui hꝫ defectū relictū a. 100. annis: ⁊ ideo etiā per accñs est cā disciplinē: nō enī per mutationē quā numerat est cā discipline sed p experimentū qđ accepisse cōuenit in multo tēpore ⁊ nō ex subiecto ipso tēporis qđ est cōpletio que per tēpus est variata. Jam ergo diximus ꝙ tēpus est: ⁊ qđ est per diffōnē ⁊ numerum: ⁊ quot modis dicimus ipsum nunc: ⁊ quid est ipsum tunc: ⁊ quid iam: ⁊ quid olim: ⁊ quid repente.

¶ Cap. 15m. Q: non solū motus localis: sed ⁊ omnis motus ⁊ mutatio sit in tempore.

Tex. c. c. 129.

His autē a nobis sic determinatis opꝫ nos ostēdere ꝙ omnis mutatio ⁊ ois motus est in tempore: ⁊ non solū motus localis sicut supra diximus. ¶ Adhuc autē duas inducemus rōnes: quarū vnā adducimus ex passiōe ppria motus ⁊ mutationis que a tēpore diffinif: alterā autē ex ipsis partibus tpis que sunt prius ⁊ posterius. Dicamus ergo ꝙ omne velocius ⁊ tardius in tpe sunt: ois autē motus ⁊ mutatio sunt velocius ⁊ tardius: ꝫ ois motus ⁊ mutatio sunt in tēpore. Dico autē velocius moueri id qđ prius trāsmutaf in id qđ subijcif vel intēdif esse acqsitū in motu fm idem et equale spatiū ⁊ regularē: hoc est vniuocū: ⁊ per cōparabilē motū. Sicut dicimus motū cōparabilē esse motui in loci mutatione: si vtraqꝫ moueāf fm circulationē: aut vtrunqꝫ fm rectū. Sed motus rectus non est cōparabilis circulari: qꝛ non est in circulatione velocius ⁊ tardius fꝫ diuersas potestates circuli: sed in recto est velocius ⁊ tardius fm diuersas partes recte: qꝛ nālis in fine intendif in recto: ⁊ violētꝰ intendif circa pn̄m ipsius. Similr intelligendū est de cōparatione motuū alioꝝ. ¶ Ex diffōne autē velocis pꝫ etiā diffinitio tardi: tardū enī est qđ priuatiuū est velocis. Est enī tardū generalr qđ posterius mouetur in fm siue per motū intentū fm idē ⁊ equale spatiū ⁊ motū regularē: patet igif cum velocius ⁊ tardius plus cōueniant motibus ⁊ mutationibus ꝙ circulari ꝙ nō solū circularis motus in tpe est: sꝫ etiā alij motus ⁊ mutationes. ¶ Hoc autē etiā pbaf ex rōne prioris ⁊ posterioris que sunt in tēpore: cōstat enī oē prius ⁊ posterius in tēpore esse sicut ptes sunt in toto: prius enī ⁊ posterius dicimus eē distantiā ad ipsū nūc psens: ⁊ hoc quando prius ⁊ posterius sunt finiti. Diximus autē superius ꝙ ipm nūc est terminus pteriti ⁊ futuri: ergo qm ipsa nūc in tēpore sunt: tūc opꝫ ⁊ prius ⁊ posterius in tēpore eē que ad ipꝫ nunc terminanf. In quo enī est ipm nūc qđ est finis indiuisibilis in eodē oportet esse distātiā ipsius nūc. Sed differēter sunt in tēpore ipm nunc ⁊ prius ⁊ posterius: est enī nūc in tēpore sicut finis est finito: sicut pūctū in linea: prius autē ⁊ posterius sunt in tēpore sicut partes tēporis: ⁊ sicut ptes linee determinate ⁊ finite ad pūctum: per 3m autē modū dicif prius ⁊ posterius terminari ad ipsū nūc fm pteritū ⁊ futurū. In pterito enī dicimus prius qđ lōge distat ab ipo nūc: sicut dicimus diluuiū fuisse prius ꝙ bella Troie: ⁊ Platonē prius floruisse ꝙ Aristotelē. Posterius autē in pterito dicimus ꝙ ppinquius est ipi nunc: sicut bella Troie fuisse post diluuiū: ⁊ Aristotelem fuisse post Platonē. In futuro autem dicimus prius qđ ppinquius est ipi nunc: sicut dicimus crastinum ortū solis prius fore ꝙ meridiem crastinā: posterius autem in futuro dicimus qđ a presenti nūc remotius est. Sic ergo patet ꝙ oē prius ⁊ posterius est in tēpore: oēm autē motū ⁊ mutationem seqtur prius ⁊ posterius: ergo omnis motus ⁊ mutatio sunt in tpe: lꝫ enī nō sint in motibus ⁊ mutationibus que sunt ad formā: renouatio situs a qua nascitur prius ⁊ posterius in motu: tamē est ibi renouatio mobilis fm formā que est in cōtinuo fieri: ⁊ sic est ibi prius ⁊ posteriꝰ: cuius numerus est ipsum tempus: ⁊ est ibi vnitas mobilis variata fm esse cuius nūerus est ipsū nūc idem in substantia existens: ⁊ diuersificatum in esse. ¶ Sed obijciet forte aliquis quasdam mutationes non esse in tempore: qꝛ generatio que est acceptio forme substantialis non est in tempore: eo ꝙ ipsa est de non esse ad esse: ⁊ sic inter cōtradictoria quorū nihil est mediū: ⁊ ideo hec mutatio nō intercipit medium aut extremū: ergo ipsa non habet prius ⁊ posterius: ⁊ sic non est in tēpore. Silr illuminatio orizōtis

Obio Bā. l comēto. 129.

a sole non sentit esse in tēpore: nec etiam illuminatio domus a candela: et ideo non videtur universalis demonstratio inducta. ¶ Sed adhuc dicendū videtur quod finis continui non est continuum: sicut punctus non est linea: et nunc non est tempus. Similiter autem finis motus continui non est motus: neque est pars motus. Cum igitur sicut in fine primi docuimus generatio duobus modis dicatur: quarum una est ea que est motus et mutatio simul: et altera que sola est mutatio: et hec est finis alterationis cuiusdam. Dico ergo quod generatio que est finis motus: nō est motus: et ideo nō est in tēpore: sed est in nunc: sicut alibi ostensum est: et ideo de tali generatiōe non tenet prīinducta demonstratio: similiter est de illuminatiōe. Illuminatio enim non est nisi generatio luminis in diaphano ad rectam oppositionem illuminantis: et ideo cū ex parte diaphani nulla forma expellenda sit que sit contraria lumini: et ex parte illuminantis nihil exigatur ad generatiōem eius: nisi oppositio recta cōtingit generari lumen in toto orizonte ad ortum solis: et est illuminatio finis: vel cōsequens finem motus solis ad ortum: et ideo fit in instanti. Et eadē causa est de illuminatione domus a candela: patet ergo quod de omnibus his que vere sunt motus tenet demonstratio prehabita.

Solo eiusdē

Nota quod generatio dupliciter sumitur pro quo vide 6° phys. 59.

¶ Cap. 16m. Quare in omnibus sit tempus: et utrum tempus habeat esse extra animam.

T. c. cō. 130.

Dignum Est autē de cetero perscrutari duas questiones de tēpore: quarū una est qualiter tēpus se habeat ad aiam. Secūda autem est quare in omnibus videtur esse tēpus: et omnia videntur esse in tēpore: videtur enim esse in celo et in terra et in mari: et in omnibus que in eis sunt. Sed nos scdam inter questiones istas prius soluemus: eo quod ipsa naturalior sit quam prima. Dico ergo causam huius esse: quia motus est in omnibus. s. in mari: et in celo: et in terra: et in omnibus que in eis sunt: hec enim omnia mouentur potentia vel actu. Cuius probatio est: quia ipsa sunt in loco: locus autem queritur propter motum: sicut superius dictum est. Cum igitur tēpus sit quidam habitualis numerus motus: oportet quod in omnibus his sit tēpus: sed tamē nō in omnibus equaliter. Sed in celo tēpus est secundum actum: eo quod semper mouetur. In alijs autē secundum potentiam quādo quiescūt: et secundum actū quādo mouentur: tempus enim et motus et ea que ad motū referuntur sunt simul. ¶ Deinde reuertemur ad questionē primam: eo quod ipsa nō est naturalis: sed philosophie prime: ostēdere enim tēpus esse extra aiam vel in aia nō est de philosophia naturali que non cōsiderat tēpus: nisi secundum quod est numerus motus: tamē propter bonitatem doctrine ut melius sciatur esse tēporis: hec de hoc inquiremus. ¶ Dubitabit ergo aliquis utrū tēpus est aliquid cum non sit aia aut non. Cum enim non sit possibile esse aliquē numerantē nisi sit anima: videtur quod impossibile sit aliquid esse numerabile secundum actum numeratum existens: ergo etiam impossibile videtur esse numerus. Cuius probatio est quod numerus nō videtur esse nisi duplex. s. quo numeratur: qui est actio numerantis: et numerabile ipsum quod est numerantis materia circa quam est actio. Si autē nihil aptū natū sit numerare nisi aia: et nō omnis aia: sed anima intellectiua tantum: impossibile est tēpus esse si nō sit aia intellectualis. Quod autē nihil numeret nisi intellectiua aie tantum: patet per alia animalia que sui quantitatē et pullorum suorum quantitatē nō deprehendunt per numerum: sed homines tantum: videtur ergo nihil numerare nisi aia intellectualis tantum. Sed tunc nō oportet dicere quod tēpus est aliquādo: cum sit aia et nō habeat esse extra aiam: et tunc erit esse tēporis fictum: sicut esse chimere et tragelaphi: aut oportet dicere quod motus est cuius passio est tēpus: et si conuenit motum esse sine aia: tunc cōuenit tēpus esse per quendā motum sine aia: quia prius et posterius sunt in motu numerabilia quidem sine aia: sed non actu numerata sine aia: et ideo tēpus in potentia est sine anima: actualē autem accipit perfectionē ab aia numerante. ¶ Ecce hec videtur esse sententia Arist. et est expositio Auerrois de hoc qualiter tēpus se habeat ad aiam: et est imperfecta ut videtur mihi. Cuius ratio est: quoniam aia nunquam numerat aliquid nisi sit in ipsa principium numeri quod accipitur a rebus ipsis. Res autem ille non est materia numerabilis: quod patet ex eo quod aia quādo numerat uno denario numero canes et boues sunt canes et boues numerata: et aliquid quod est numeri species ponit aia circa canes et boues quod nō est aia: ergo ad numerare tria exiguntur. s. materia numerata: et numerus formalis: et aia efficienter et non formaliter numerās: ergo si nō sit aia adhuc numerus est secundum esse formale et secundum numerum numeratū: quia quo numeratur est duplex. s. quo numeratur efficiēter: et quo numeratur formaliter: nō ergo secundum potētiam solū est numerus nō existe aia: sed etiā secundum habitualem formā discretionis rerum numeratarum: et hoc modo penitus est et tēpus extra aiam. Et cū ad esse rei in se non exigatur nisi forma et materia non exigitur aia ad esse tēporis in seipso: sed aia actione numerantis ponit et causat tēporis deprehēsionem: et quo ad hunc actū nō est tēpus extra aiam. ¶ His autē habitis rōnes superius inductas nō est difficile soluere. Quod enim obijciunt quod mobile non est in veritate hic vel ibi: et cōparans hic ad ibi: sine ante ad post est aia: dicendum quod plus est in mobili quādo est in motu: et hic est cōtinua situs renouatio: et ideo non est hic et ibi stans sed fluēs: et ideo fluxus ille realis existit realiter tēpus. ¶ Et ideo patet quod falsum est quod tēpus non sit nisi momenta quin potius cōtinuū est tēpus inter momenta: sicut cōtinuus est motus inter quelibet duo puncta ante et post in spatio accepta. Et ideo falsa est illa imaginatio. Quod autē obijciunt de numero numerāte quē dicunt esse aiam: et de materia numerata: iam patet per antedicta quod insufficiēs est distinctio. ¶ Quod autē dicunt tēpus non esse nisi numerum motus aie irrisorium est: quia secundum hoc apud unū hominem esset tēpus: et nō esset apud aliū. Sed verū est quod motus aie est causa deprehensionis temporis: de hoc autem plura superius dicta sunt. ¶ Quod autem querunt de motu celi facile soluitur: quia in sequētibus habebitur quod tēpus ut in cā et in subiecto est in primo mobili. Et bene concedo quod nō est in motu primi mobilis secundum quod est expansus in toto celo. Sed prout in ipso secundum naturam aliquid est a quo incipit motus et aliquid per quod regirat motus: hec autē dextrū et sinistrū sunt: nō distincta ab aia: sed in ipsa natura celi existentia: sicut patebit in secundo celi et mundi. ¶ Et quod dicit Galenus quod multi sunt qui motum celi nō deprehendūt supra est solutū: ubi dictum quod motus celi dupliciter deprehenditur. s. in se: et in effectu: et quod in omni motu deprehenditur motus celi: sicut causa in suo effectu: et ideo tēpus relinquitur esse in motu celi. Quod autē obijcitur de partibus tēporis motus quod nō sunt: et ita numerari nō possint supra solutum est in rōnum logicarum solutione quibus tēpus probari nō esse videbatur. Hec igitur dicta sunt de tēporis esse in aia: vel non esse in anima.

Perscrutatio de esse tēporis an sit in aia an extra aiam ad primam philosophiam spectat. vide Com. 5. meta phy. t. c. 14. T. c. cō. 131.

Tex. t. c. 131.

Nota opinionem doctoris adhūc Com. in cō. 131.

Solo ad rōnes adductas superius in cap. 5. primi tractatus.

¶ Cap. 17m. De causa quare non multiplicatur tempus ad multiplicationem motus.

T. c. cō. 132.

Dubitabit Autem aliquis cuius et qualis motus sit tēpus numerus: et utrū. s. sit numerus cuiuslibet motus equaliter: an sit unius primo: et posterius sit numerus et mēsura aliorum. Videtur autē quod sit cuiuslibet motus equaliter: per hoc quia hoc quod fit et generatur: generatur et fit in tēpore: et similiter quod alteratur alteratur in tempore: et eodē modo id quod fertur ad locum fertur in tēpore: quia videtur quod tēpus sit motus secundum quod est motus in genere: et ideo simpliciter et universaliter tēpus est numerus cōtinui motus: et nō cuiusdā primo: et per consequēs aliorum ut videtur. Sed tūc iterum obijcitur: quia cōuenit tunc simul moueri: et unū quod mouetur uno motu: et aliud quod mouetur motu diuerso ab illo vel in numero vel in specie: quorum utriusque motus tēpus est numerus. Et si tēpus est numerus motus secundum se sicut verū esse videtur: tunc multiplicatur tēpus secundum quemlibet motum: sicut forma multiplicatur per suū subiectum: quia erit unum tēpus hic mēsurans unū motū: et tēpus aliud mensurans motū alium: et sic erunt plura tēpora: quod est impossibile: ergo impossibile est quod motus sit mensura cuiuslibet motus equaliter: quia sequeretur quod duo tēpora essent simul equalia: quādo duo motus equales essent simul. Nō autē sic est dicēdum: omne namque tēpus est unū quod secundum similitudinē unā est omnium tēporalium: et quod est simul apud omnia tēporalia: sicut numerus unus apud numerata diuersa: tamen numerata sunt aliquando diuersa specie vel genere: et nō sunt similiter in una specie vel genere. Cuius exēplum est: quia si hec numerata sint canes: et alia numerata sint equi: et utraque sint. 7. idē est numerus formalis utrorumque sicut patet ex antehabitis. Et per eūdem eūdē modū motus diuersi specie simul terminati sunt unius tēporis: licet unus eorum sit velox et alius tardus quando conueniūt in specie. Et licet hic forte sit loci mutatio et alter alteratio quando nō in specie sed in genere cōueniūt: licet enim sic differunt motus mensurati: tamen idē est tēpus quando simul ad unū nunc terminantur. Siquidem verum sit quod dictum est quod tēpus sit numerus talium motuum equalis et simul eo quod motus sunt

tus sunt equales ⁊ simul loci mutatio.s.⁊ alteratio. Et pro/pter hoc qdē mot⁹ alteri sunt ⁊ seorsuʒ: tp̄s aūt vbiqʒ hoc est apud oēs mot⁹ est ideʒ: eo ꝙ numerus est idē ⁊ vnus vbiqʒ apud oia numerata: qui est eoꝝ que sunt equalis: ita ꝙ tot sint hec sicut illa ⁊ simul cū ipsis. Causa aūt hui⁹ nō scit̃ nisi cōsideret̃ mot⁹ eoꝝ qui mēsurant: ⁊ ea que mēsurant̃. ¶ Su/memus igit̃ ex posteri⁹ demōstrandis ꝙ p̄mus motuū est lo/ci mutatio: ⁊ nō ois mutatio loci: sed quedā sp̄es loci muta/tionis est p̄mus motuū. Et hic est mot⁹ circularis qui dicit̃ circulatio. Sumamus ēt a p̄ma p̄bia: ꝙ vnūqdqʒ mēsu/ratur duplici mēsura.s. vniuoca fm ꝙ vnūqdqʒ mēsurat̃ sui generis primo: vt vnitates vnitate: equi aūt equo: ⁊ sic ne/cesse est ꝙ mēsuret̃ tp̄s totum a quodā tp̄e finito ⁊ certo no/bis. Mensurat̃ ēt vnūqdqʒ non vniuoca mensura: ⁊ hoc du/pliciter.s. eēntialiter.s. quādo per quātitatem mēsure accipi/mus quātitatē mensurati: sicut mēsuramus per vlnā pānuʒ ⁊ cado oleū ⁊ lagena vinū. Mensurat̃ ēt aliquādo accitali/ter: sicut quādo per mēsuratū accipimus quātitateʒ mensu/rātis: sicut per quātitatē vini cui⁹ quantitas est nobis nota accipimus quātitatem lagene: hoc eniʒ mō sicut diximus in antecedētib⁹ mēsuratur tp̄s motu ⁊ mot⁹ tēpore. Et hui⁹ cā est: qa tp̄s ⁊ mot⁹ mensurant̃ sub terminato quodā motu q est simplicioꝛ oib⁹. Sic igitur sicut diximus p̄ma oium men/sura vniuoca est circularis mot⁹: tūc illa circulatio que ma/xime est regularis erit maxime mēsura. Et hoc ideo est: qa cū ipsa sit simplicioꝛ mot⁹ numerus eius erit notissimus al/teratio eni non est regularis: neqʒ augmētatio: neqʒ genera/tio: neqʒ omnis loci mutatio: sed circularis soluʒ: vt inferi⁹ demonstrabit̃ in.8. libro. ⁊ ideo circulatio p̄ma erit mensu/ra oium alioꝝ. Tp̄s igit̃ qd̄ est numerus eius ⁊ mensura est vniuoca oium alioꝝ temporꝝ: ⁊ eius mot⁹ erit oium aliorum motuū. Cum autē diximus suum tp̄s esse mēsurā aliorū tē/porum: non intelligimus plura esse tēpora: sed vnū diuersi/mode referri ad multa. Refert̃ eni tp̄s ad p̄mum mobile ⁊ ad motū eius: sicut ad fōm ⁊ numeratuʒ. Ad alios aūt mot⁹ sicut numerus extrīsecus ad numerata solū: ⁊ in illis nō est sicut in fōto: ⁊ ideo non multiplicat̃ multiplicatione eoꝝ: p/pter qd̄ etiā antiq̄s videbat̃ tp̄s esse p̄me spere mot⁹: eo ꝙ motu illi⁹ mensurant̃ alij mot⁹: ⁊ ipm tp̄s etiaʒ mensuratur per accidens hoc motu: sicut ostēdim⁹ supra. Et p̄pter hoc etiā consuetuʒ est dici apud vulgares ꝙ humane res sunt si/cut circulus ⁊ rota fortune: ⁊ similr̄ oium alioꝝ motuuʒ ha/bentiū nālem generationē ⁊ corruptionē dr̄ esse circulus p̄o/d alis: eo ꝙ oium hoꝝ fortuna iudicat̃ tempore: ⁊ fineʒ ⁊ p̄n/cipium accipiunt sue fortune in tēpore: sicut si sit fm quādaʒ circulationeʒ instabilem: ⁊ tp̄s ipm dicit̃ hac de cā circulus eo ꝙ causat̃ a circulatione circuli: hoc autē videt̃ ob hoc fie/ri ꝙ tp̄s est mēsuratio talis loci mutationis ⁊ ecōuerso etiā mensurant̃ tēpora tali loci mutatiōe: ergo nihil aliud est di/cere reꝝ que generant̃ esse quēdam circulū: q̄ȝ dicere tēpo/ris esse quendā circulū. Hoc aūt ideo est: qa tp̄s mensurat̃ a quadā circulatione: ⁊ tp̄s qd̄ mensurat̃ hoc mō nihil aliō videt̃ esse extra mēsurā: qa ipm essentialr̄ metruʒ ⁊ mensu/ra quedā est ⁊ totū tp̄s est multa metra ⁊ multe mensure ad diuersa mēsurata cōparatum. De oib⁹ aūt his in fine de ge/neratiōe ⁊ corruptiōe erit dicēdum inquātuʒ pertinet ad sci/entiam nālem mēsura periodi. Quedaʒ aūt scienda de p̄io/do tractabuntur in scia astronomie. ¶ Rectissime auteʒ dr̄ ꝙ numerus idē est non multiplicat⁹ canum ⁊ boum si vterqʒ sit equalis: qui.s. sit denarius: sed numerata hoꝝ ⁊ illoꝝ.10. non sunt eadē specie vel numero vel genere necessario. Cu/ius causa est: qa nihil multiplicat̃ per numeꝝ: nisi per diffe/rentiam sibi essentialeʒ: numerata autem nō sunt de eēntia numeri: ⁊ ideo nō multiplicāt numeruʒ: numerata enim.10. nō sunt necessario eadem. Et hoc etiaʒ possumus videre in simili: triāguli eni equilateri non sunt idē triangulus: eo ꝙ diuidūtur ⁊ plurificātur per p̄priam ⁊ essentialem differētiā trianguli. Est eni diuisio essentialis ⁊ imediata triāguli in isopleurū qui est lateruʒ equalium: ⁊ isochelem qui non ha/bet latera equalia: tamē hi duo sunt eadeʒ figura: eo ꝙ non exeunt a figura per imediatam ⁊ essentialē diuisionē figure: qa figura diuiditur in triāgulum ⁊ quadratuʒ ⁊ alias diffe/rencias figure. Idē enim dr̄ a quo non differt differētia pro/pria ⁊ essentiali. Nō aūt idem dr̄ a quo differt differētia pro/pria ⁊ essentiali. Triāgulus aūt isocheles differt a triangu/lo isopleuron dr̄a triāguli: eo ꝙ alteri triāguli sunt: sed non differt ab eo differentia figure. Cū eni diuidit̃ figura in tri/lateram ⁊ quadrilateraʒ: ⁊ sic de alijs vterqʒ triangulus ca/dit in vna ipsius figure diuisiōe. Est eni p̄ma diuisio figure: qa figura alia huius est circulus: ⁊ alia huius est triāgulus: ⁊ alia huius est quadrat⁹: vlterioꝛ v̄o est diuisio trianguli ꝙ ali⁹ est isopleurus: ⁊ alius isocheles: figura quideʒ igitur est eadem: qa vterqʒ est triāgulus: triāgulus aūt nō est idē: eo ꝙ vterqʒ exit a triāgulo per essentialē diuisionē triangu/li. Silr̄ aūt est de numero quādo cōparat̃ ad rem numera/tā: nō eniʒ numerus istoꝝ formalis differt a numero forma/li istorum per differentiaʒ numeratoꝛuʒ: qa numeratuʒ non est de essentia numeri: sed potius par ⁊ impar facerent dif/ferentie numeruʒ formalem a numero formali: qa iste sunt differentie essentiales numeri. Decem igitur numerata nō eadem sunt rerum diuersarum: ⁊ tamē denarius est idē: nō enim sunt eadem res in quibus dicitur denarius: sed diffe/runt. He.n. sunt canes: alie v̄o equi. Et oino eodē modo est de tempore comparato ad diuersos motus: ꝙ tp̄s quidem est in vno motu sicut forma in subiecto: sicut ⁊ cetere res na/turales. In alijs autem est sicut numerus extrinsecus appli/catus rebus numeratis vt diximus: de tempore quidē igi/tur ⁊ proprietatibus que sunt circa ipsum hac intentiōe di/ctum sit. Cum enim ad eternitatem comparetur: opoꝛtet ꝙ alia intentione loquamur de ipso: ⁊ hoc quidem hic facie/mus propter doctrinam vt sit facilioꝛ.

L.4.cō.133.

Mēsura du/plex vniuoca ⁊ nō vniuo/ca

Mēsura nō vniuoca du/plex essentialr̄ ⁊ accitalis.

Tp̄s ad mo/tū celi dupli/cē hītudineʒ hʒ: sʒ ad ali/os mot⁹ vnaʒ tm̄.

L.4.cō.134.

¶ Incipit Tractatus Quartus Quarti Libri Physicoꝝ.

¶ Cap.p̄m. De eternitate: ⁊ est digressio declarans que inq̄/renda sunt de eternitate: ⁊ an eternitas sit continens: ⁊ qui/bus modis dicatur eternitas primum.

DE eternitate igit̃ que/ramus an sit: ⁊ qd sit: ⁊ qualr̄ se habeat ad eterna. Deinde ēt de cōparatiōe ei⁹ ad euū ⁊ tēpus: seculum ⁊c̃. que hoc mō dicunt̃. Et de nūc eternitatis ⁊ de tēporis vtrū sit ideʒ vel nō: de quādo enim cui⁹ ⁊ eternitatis: et tēporis in eo qui de predicamētis intitulat̃ libro habet determinari. ¶ Sciēdum igitur ꝙ multi an es/set eternitas aliud q̄ȝ tempus infinitū dubitauerūt afferen/tes rōnes quatuoꝛ: quaꝝ p̄ma est ꝙ infiniti fm ꝙ infinituʒ est nō est mensura. Eternitas aūt ponit̃ mensura eē intermi/nati qd̄ est infinitū: sicut est eē diuinū. Scd̄a auteʒ est ꝙ ois mensura certificat quātitatē aliquam. Si ergo eternitas est mensura certificabit quātitatem aliquā eius qd̄ p̄mo ⁊ prin/cipalr̄ ⁊ per essentiā eternū est. Hoc aūt falsum eē dicunt: qa deus siue sb̄a diuina que p̄ma ⁊ essentialiter eterna est quan/titatē nō habet. Tertia est ꝙ omnis mēsura differt a mēsu/rato re ⁊ ratione: qa cum mēsura sit certioꝛ mēsurato: eo ꝙ certificat quātitateʒ eius si mensura non differt a mensura/to: opoꝛteret ꝙ idē esset certificās ⁊ certificatum: ⁊ certius ⁊ incertius seipso: qd̄ est incōueniens. Cuʒ ergo mēsura dif/ferat a mensurato: eternitas nō potest esse mēsura: qa eter/nitas non differt a p̄mo eterno: qa si differret ab ipso: opoꝛ/teret ꝯcedere ꝙ duo essent sine p̄ncipio: quoꝝ neutrū eēt ab alio: ⁊ sic sequeret̃ duo eē principia: que omnia incōueniētia sunt: ⁊ si eternitas nō est in genere mēsure: tūc nō est in gene/re aliquo: ⁊ sic nihil est: ab oib⁹ eniʒ a quib⁹ ponitur eterni/tas esse aliqd dicitur eē in genere mēsure. Quarta ratio cui etiam potissime innititur est ꝙ si eternitas est aliquid: tunc opoꝛteret ꝙ esset numerus aliquis substātie eterne: quēad/moduʒ tp̄s est numerus motus: ⁊ nūc tēporis numerus est eius qd̄ modo: nihil aūt indiuisibile manens vno mō nūe/rat sicut patet: qa vnitas nisi sit in aggregatiōe nō numerat: ⁊ nunc temporis nisi sit cum priori ⁊ posteriori: nō numerat. Similr̄ indiuisibile manens vno modo non numeratur si/cut patet ex omnibus p̄ehabitis. Quia si id qd̄ fertur nō re/nouaret situm non numeraretur a nunc temporis. Cuʒ igit̃ eternitas vnum indiuisibile eodem modo manēs eē pona/tur: ipsa nihil numerat: ⁊ similr̄ cum eternum sit eodē mo/do manens sb̄a simplex: videt̃ ꝙ nullo modo numerat̃: ⁊ sic eternitas nō videtur in genere mēsure: ⁊ cuʒ in alio genere

Rōnes quo/rūdā p̄bātiū eternitatē nō differre a tp̄e infinito.

esse non possit: videtur ꝙ eternitas nihil est. Nõ inueniunt autem Peripathetici aliquid tractasse ſm certitudinez de eternitate: ꝗuis aliquã lz exiguam mentionem fecerint de ipsa qđ videt̃ mirũz esse: quia de re qua ſepius vtebant̃ tractatum fecisse debuerant. Et forte tractat⁹ eorũz de ipsa ad nos non peruenit: ⁊ ideo noster tractat⁹ de ipsa est imperfectior. ¶ Dicam⁹ ḡ ꝙ eternitas est dicta multis modis: quorum primus ⁊ dignissimus ⁊ ꝓprijssimus est ꝙ eternitas sit spatiũ ꝑncipio ⁊ fine carens: nõ habẽs in se prius ⁊ posteri⁹: nec aliquid successiõis: eo ꝙ non mensurat id qđ fit vel imitatur: sed potius qđ stat vno mõ nihil amittẽs in p̃terito: ⁊ nihil acqrens in futuro: ⁊ hoc mõ locutio nostra erit de eternitate. ¶ Alio autẽ modo dr̃ eternitas minus ꝓprie spatiũz rei incõmutabilis ſm oẽm ſpẽm mutationis: lz habeat ꝑn͞m in esse: ⁊ hoc modo necessaria dicunt̃ esse eterna ⁊ īpossibilia simplr̃: ⁊ idõ necessaria ⁊ impossibilia per se nullo mõ esse in tẽpore: que in p̃terito ⁊ futuro eodez mõ se habent: sicut diametron esse asymetron: ⁊ diametron eẽ symetron: vnũ enĩz hoꝝ semper fuit est ⁊ erit verũ: alterum vo semper fuit ⁊ est ⁊ erit falsum: nõ autẽ sic est de necessarijs ipossibilibus per accidẽs: que ſm ipsũz recipiunt variationẽ: ⁊ illa de causa cadunt sub tẽpore: ⁊ in hoc sensu Peripathetici mentionem videntur facere de eternitate. Tertio mõ dicitur eternitas improprijssime spatiũ variatũ qđ nõ habet ꝑn͞m neq̧ finem: sub quo modo adhuc minus ꝓprie dicitur eternitas spatiũ habens ꝑn͞m ⁊ non finẽ: ⁊ vtroq̧ illoꝝ modoꝝ mũdus a ph̃is quibusdã dicitur eternus: cũ tamẽ absq̧ dubio temporalis sit: eo ꝙ corpora que sunt in ipso mouent̃ ⁊ mutant̃: que mutatio habet prius ⁊ posterius: ⁊ ideo si per ipossibile poneretur nõ habere ꝑn͞m ⁊ finez: tamẽ adhuc tẽporalis eẽt cum motus eius mẽsuret̃ tẽpore: ⁊ mobilia sua numerarentur nũc temporis. ¶ Aliquãdo dicit̃ eternitas nõ spatiũz alterius eẽ vel sibi absolutum: siue habeat eẽ stans simul: siue in successiõe: sed potius delectatio ⁊ possessio vite itellectualis que est in tali sbã eterna: eo ꝙ vite possessio quãdo est simul ⁊ nõ succedit abstrahit a tẽporis successione ⁊ imutabilitate: sicut inferius explanabit̃. Et omnib⁹ his modis dicitur eternitas ⁊ hʒ verissimaz entitatez. Et ideo dixit Isaac ph̃s ꝙ eternitas est spatium cõtinuũ nõ intersectum intelligens per cõtinuitatem indeficientiaz ipsius. Et per hoc ꝙ dicit nõ intersectum: intelligit ꝙ non intersecatur continuo exitu de potentia ad actuz: talis enĩz exitus intersectus est: eo ꝙ esse taliũz intercipit̃ priuatiõe. ¶ Qđ autẽ obijciũt primo de infinito ꝙ nõ hʒ mensuraz ſm ꝙ est infinitũ: dicẽduz videt̃ ꝙ est veꝝ: sed substãtia que stat in esse vno lz sit infinita per hoc ꝙ est sine ꝑncipio ⁊ fine: tamen finitissima est per hoc ꝙ stat in eẽ simplici simul: cuius nihil est extra ipʒ: ⁊ hoc modo mora ipsi⁹ ⁊ indeficiẽtia in esse hʒ mensurãs spatium non intersectũ vt dcm̃ est. Qđ autẽ dicũt talez sbãm que eterna est quantitatẽ nõ habere: dicẽdũ est ꝙ veꝝ est eaz nõ habere quãtitatẽ dimensiuã que corpoꝝ quãtitas est: hʒ tamẽ maximã sue virtutis quãtitatẽ: que se sic cõtinet vt nũq̃ aliquid sui extra seipsaꝫ excedat vel extẽdatur. Et hec idẽficientia sui stans infra seipsaz mẽsurã hʒ que vocat̃ eternitas. Nec est veꝝ qđ dicunt ꝙ oĩs mẽsura differat a mensurato: q̃a nos aliquãdo mẽsuramus totã quãtitatez per ptes ipsi⁹ eiusdem quãtitatis: cũ tamẽ tota quãtitas nõ sit alia ab ea que est partiũ quãtitate simul acceptaꝝ: ⁊ ideo sufficit ꝙ mẽsura differat a mensurato rõne: ⁊ ideo lz spatiũ illud nõ itersectũ qđ vocatur eternitas nõ separet̃ re ab eẽ ⁊ sbã eterna: ⁊ sic idẽ ipm̃ cũ ipsa tñ ratiõe differt: q̃a alia rõ est indeficiẽtie: siue more talis sbe in eẽ stantis: ⁊ alia ipsius sbe stãtis in esse illo: ⁊ ꝑmũz qdem est eternitas: scđm vo eternũ est. Ad id vo qđ vltimo inducit̃ dicenduz ꝙ eternitas non nũerat: eo ꝙ nunc eius: nec in esse: nec in substãtia recipit variationem: sicut hʒ variationẽ spatiũz qđ est intersectũ. Sed alio mõ mẽsurat. s. per modũ vnitatis stantis imobilr̃: ⁊ idõ fallacia ꝯsequẽtis est in argumẽto. Qualr̃ autem stet imobiliter ⁊ non deficiat in sequentibus erit manifestum.

Eternitatis multiplicitas

Solo ad rõnes opiniõis aduersę.

¶ Cap. 2m. Hic est digressio declarans qd re ⁊ diffinitione sit eternitas.

Quid vo sit eternitas partim innotescit ex physicis: est eni ſm verum sui acceptionem mora siue spatiũz continuũ non intersectum: eo ꝙ totuz suuz esse simul habet ⁊ perfecte: morã quidẽ vocat eternitatem Gilbert⁹ porretanus. Spatiuz autẽ Isaac Israelita ph̃s. Si autez mora vocet̃ non erit hec mora tẽporis: vel momẽti temporis cursus aliqs. Sed mora vocabit̃ permanentia ei⁹ indeficiens: que eadẽ mora spatiũ vocat̃ ſm ꝙ ambit totũ eẽ indeficiens. Qđ etiã spatiuz cõtinuũ dicitur nõ ideo ꝙ habeat partes sicut quãtitas cõtinua: sed q̃a nunq̃ defuit nec deest nec deerit vnq̃: stans semper icõmutabiliter in seipsa. Intersectũ vo vocat̃ qđ hʒ partes vtrinq̧ abscisas: sicut tẽpus cuius prior pars preterijt ⁊ nõ est: ⁊ pars posterior futura adhuc expectat̃ ⁊ nõ est. Id aũt qđ de ipso est accipe qerũ indiuisibile p̃sens nũc est qđ instat. Sed nõ sic est eternitas: sed potius nihil amittit in toto p̃terito: eo ꝙ ipsa est mensura rei per oẽm modũ incõmutabilis: ⁊ nihil acqrit in futuro: eo ꝙ ipsa est mẽsura eius ꝙ nullo mõ est in potentia: ⁊ tota ipsa est stans p̃sentialiter. Propter qđ dicit Boeti⁹ ꝙ nũc stans ⁊ non mouens se eternitatem facit. Propter qđ qbusdam venit in dubiuz qualiter verba p̃teriti tẽporis ⁊ futuri dicant̃ de eterna: sicut cum dicimus sbãm ꝑmaz incõmutabiliter existem fuisse ⁊ esse ⁊ fore: cuz procul dubio p̃teritũ ⁊ futuruz sint prius ⁊ posterius: sicut rei tñ illius que mutatiõe sua aliqd amittit in preterito: ⁊ aliquid acquirit in futuro. ¶ Sed intelligendũ est ꝙ eternitas nõ dicit morã habẽtez partes ⁊ prius ⁊ posterius: ⁊ p̃teritũ ⁊ futuruz: sed in se idẽficientez semper: ⁊ cuz talis sit in se accidit ei cũ cõparat̃ ad partes tẽporis nunq̃ defuisse in p̃terito: ⁊ nunq̃ defuturam esse in futuro: ⁊ hanc cõcomitantiã ei⁹ ad partes tẽporis et indeficientia sua causataz dicũt verba p̃teriti tẽporis: ⁊ futuri: quãdo de reb⁹ eternis dicũtur: ⁊ ideo ꝑma ⁊ incõmutabilis substãtia fuit: eo ꝙ nunq̃ defuit in aliquo p̃terito: ⁊ eadem erit eo ꝙ nunq̃ deerit in futuro aliquo. Et hec eadez est causa quare dicit Aug⁹. ꝙ vera eternitas nihil aliud est q̃ vera incõmutabilitas. ¶ Qđ autẽ dicitur eternitas suuz esse simul habere perfecte ꝓpter quasdã substantias dicit̃ que in hoc ꝙ sunt simul esse suuz habent: tamẽ in hoc ꝙ aliquid possunt vel volunt vel intelligũt non habent simul: nõ enĩz oĩa p̃sentia sunt intellectib⁹ intelligentiaꝝ ad que extẽdi potest intellect⁹ intelligentie: sed potius continue illuminant̃ ab intelligentia ꝑma: ⁊ ideo vices quasdaz hñt ſʒ posse ⁊ ſm suũ intelligere eiusternũz: lz ſm ꝙ est simul sit: ꝓpter qđ etiaz nõ ꝑfecte possidet suũ esse simul: sicut eternũ qđ totum est p̃sens: eo ꝙ oĩa sua sibi sunt p̃sentia quo ad eẽ: ⁊ viuere: ⁊ intelligere: ⁊ velle: ⁊ nulla parte obũbratur: ⁊ idõ apđ ipsum: nec est transmutatio in esse: nec vicissitudo obũbrationis in viuere: ⁊ intelligere: ⁊ in velle: quin potius ea que sparsa sunt in toto tẽpore que fluunt ab ipso eterno simul p̃sentia sunt sibi: ꝓpter qđ etiaz oĩa preuidet ⁊ prescit anteq̃ fiant: ⁊ vno modo sunt in ipso p̃sentialiter. s. que fuerunt: et que sunt: ⁊ que futura sunt. Hanc autẽ possessionẽ perfectã sui esse simul sic stantis non habet nisi eternũ ꝑmuz: ⁊ est sibi ꝓpria. ¶ Propter qđ eternitatẽ in eterno ꝯsiderãs Boetius diffinit dicẽs ꝙ est iterminabilis vite possessio tota simul ⁊ perfecta: vocans vitaz totam simul: que ſm oẽm ipsi⁹ esse modũ stat in totalitate sua: que totalitas non est dicta ea ꝙ partes habeat. Sed quoniã nihil sui est extra ipsaz: illud qđ totuz est qđ idẽ est perfectio: sicut superius diximus in tertio tractatu huius sciẽtie. Perfectũ autẽ vt ipse exponit Boeti⁹ attribuitur ad moduz ꝑfectionis que est in esse ⁊ posse: ⁊ viuere: ⁊ intelligere: ⁊ velle simul ⁊ habere: ⁊ nihil horũ extẽsum extra alterũ ⁊ extra p̃sens nunc. Interminabile autẽ dicit̃ in cuius duratione nõ est finis ante vel post: et hoc est carens ꝑncipio ⁊ fine: sicut nõnulli dixerunt de mundi duratione: qui si interminabilẽ haberet durationẽ: nõ tamen esset eternus: eo ꝙ esse suum ⁊ vitã suam nõ simul possideret: sed potius per partes amittit eaz ⁊ acqrit: p̃teritum eni amittit: ⁊ futuruz acquirit. Viuere aũt ponit̃ in diffõne eternitatis: eo ꝙ in eterno ſm optimam sui perfectionez cõsideratur: ⁊ hoc est ad natum habere vitã: que vita est ſm intellectuz ⁊ ꝯtẽplationem ⁊ cõtẽplationis delectationẽ que non habet cõtrarium: que etiã dum tẽporales hoĩes afficit non percipere tẽpus facit: ⁊ quẽdaz gustare statum eternitatis: ꝓprie tamẽ magis eternitas refert̃ ad esse stans simul modo p̃dicto: sicut ⁊ ipsiũz nomẽ eternitatis demonstrat: qr

Boeti⁹ i 5⁰ de consolatiõe.

Nota dñtiã inter itellectõnẽ ꝑme itelligẽne ⁊ itellectionẽ aliaꝝ.

Mundus e si interminabilẽ hẽet duratiõ nẽ nõ tñ adhuc eẽt eternus. hoc aũt itelligẽ tamẽ do eternitatẽ simplr̃ ⁊ ꝓpe vt ẽ a Boe⁹ diffinita: tñ sumẽdo eternitatẽ ſʒ multitudinẽ posset mũdus eternus dici sicut ps a decrote in capitulo seqnti. 3.

eternitas

eternitas dicitur esse interminatū omni modo: qđ etiā ꝓpter sui simplicitatem et prioritatem diffinitur per negationem: cū dicitur interminabile esse: qa lʒ sumꝫ esse interminatū et raiūʒ sit: tamen nihil habet ante se per qđ diffiniat: sed potius explanatur per consequentem se negationeʒ vel priuationem: et hec est vere dicta eternitas.

¶ Cap. 3m. Hic est digressio declarans comparationeʒ eternitatis ad eternum.

Habet autē se eternitas ad eterna tripliciter. Ad ea enim que vere eterna sunt: sicut sunt ea que sunt sm eē: et viuere: et velle: et intelligere: siue sm eē: et posse: et operari simul: et vere incōmutabilia se hʒ eternitas sicut mēsura adequata: sicut se hʒ tēpus vt mensura adequata ad ea quoꝝ nihil est simul quoꝝ nihil est incōmutabile: et euuꝫ ad ea quoꝝ est esse simul: sʒ posse et agere: siue intelligere nō est simul in hoc vʒ in hoc qđ est eē ꝓpriā mēsurā eoꝝ: qa sicut tempus tēporali in hoc adequatur qđ est mēsura egredientis de potentia: sicut et ipsuꝫ est potentie permixtuꝫ: et euuꝫ est mensura in hoc adequata euiterno: qa sicut euiterna sm qꝫ sunt stant simul in suo posse et agere sunt non simul: sed acqrunt perfectiōes quas non habuerūt: ita et euuꝫ est mensura que sm quid simul est: et sʒ quid non simul: ita eternitas est mensura ꝓportionalr adequata eterno: qa sicut eternū totuꝫ est simul in esse et viuere: hoc est in esse et posse et suo ꝓprio et cōnaturali agere qđ est intelligere: et velle: ita eternitas est mēsura que est tota simul et perfecta. Et hoc intellexit phūs quādo dixit qꝫ est eternuꝫ eterno: hoc est euiternū euiterno: et tēpus tēporali. ¶ Est tamen in alijs multa dissimilitudo habitudinis temporis ad tēporale: et eternitatis ad eternuꝫ: et eui ad euiternū. ¶ Supra eni diximus qꝫ in tēpore esse est quadam parte tēporis mensurari. Sic autē eternū non est in eternitate qꝫ mensuretur quadā parte eternitatis: cū eternitas parteꝫ non habeat: sicut patuit ex ꝑdictis: ꝑterea omne qđ mensuratur a quadā parte sue mēsure excellitur a mēsura illa: sicut supra diximus qꝫ tp̄s excellit omne qđ est in tēpore. Eternitas autē non excellit eternuꝫ: sed coequat ipsi sicut dixim9. ¶ Euū autē cū sm qđ sit simul: et sm qđ nō simul: sm qđ excellit euiternū: et sm qđ equatur illi. Et sm hoc qđ excellit qdam vocant euū tempus: sicut Aug9 dicit. qꝫ spūalis creatura ꝓpter vices volūtatis et intellect9 mouet per tp̄s: et nō per locum: creatura autē corporalis et tēporalis mouet per locum et tp̄s. Hoc ergo mō p̄mo cōparat eternitas vera ad vere eternū. Sūt autē aliqua eterna per participationē aliquā vere eternitatis: sicut angeli et intelligētie cū contēplant vere eternū et bonitate sua sibi influēte imutabilia efficiunt: et si quā hūt imutabilitatē illaʒ nō exerunt: et hoc mō diuine sūe in regno celesti per participationeʒ vere eternitatis sunt eterne: et sub illis et diuini hoīes aliquid capiētes de ꝯtēplatione eternitatis in hac vita vltra tp̄s efficiunt et nō percipiūt mutationes tēporales. Ad silitudinē vō illi9 dicūtur necessaria eterna: siue icōpleta vt celestia corpora: siue et ea que habitudiē cōplexoꝝ adinuicē habēt necessitateꝫ vel ipossibilitatem: vt diametron eē symetrō: vel assymetron: sicut superi9 explanauimus. Sūt alia que nō cōparant ad eternitateꝫ: per hoc qꝫ participāt aliqđ icōmutabilitatis que eternitati est ꝓpria: sed potius qa hūt silitudinē cū illa in ifinitate carētie finis: et hoc mō dr̄ tp̄s a quibusdaꝫ eternū et pene que dicunt ifernales eterne et alia que ad silitudinē hoꝝ dicunt. Et ideo a quibusdā distinguit cōparatio eternitatis ad eternū triplr: quedaꝫ eni sunt eterna et vere in eternitate. s. prima sba que est deus gloriosus et benedictus. Quedā vō sūt eterna et nō vere in eternitate: sicut illa que facta sunt imutabilia participatiōe incōmutabilitatis: sicut dicit Plato de his que lʒ sint nā cōmutabiles: tn̄ voluntate deoꝝ et nobilioꝝ eius bonitatū participatione sunt manentes incōmutabiles: hec tamē nō vere dicunt in eternitate: qa eternitas nō ē ꝓpria mēsura pmanentie eoꝝ: q̄dā vō nec vere eterna sunt: nec vere i eternitate sʒ sunt silia sm qđ eternis: sic tēporalr hūtia successionē sine fine: sicut motus eternus dr̄ ab his q ponūt mūdū eternū: et pene baratri dicunt eterne in legib9 Pithagore.

¶ Cap. 4m. Hic est digressio declarans cōparationem eternitatis ad euū: et ad tp̄s in quo est de numero spatioꝝ.

Ex his Jam aliqualr inotescit qualr eternitas cōparetur ad euum: et tempus: et seculū: et huiusmodi. Euuꝫ eniꝫ est spatiuꝫ eoꝝ quoꝝ esse stabile est: sed tamē vices habēt in potentijs: sicut intelligere: et velle: cū eternitas sit mora et spatiuꝫ permanentis vno modo per oēm modum: et ea que sunt ab illo qđ vno mō permanet deficiunt ab illo propter distare a primo. Et oportet qꝫ aliqđ potentie admisceatur eis: q̄uis non in eē: sed in posse et agere: et ideo etiā mora et spatiū adiacēs eis per modum mensure est sub eternitate et sub his ꝓpter admixtionem potētie ad esse erunt generabilia et tēpus: qꝫ tēpus est qđ in generatione et corruptiōe metit: sicut testatur Dionysius. Et hoc est qđ dicit Boetius: qui tēpus ab euo ire iubes: qa sub eternitate est mora eui: et sub hoc mora tēporis ꝓpter plus et plus distare a primo: sicut euiternum est sub eterno: et tēporale sub euiterno: et ideo etiā cum tp̄s sit in vno qđ est mot9 velocissimus et simplicissimus: et eternitas sit in vno qđ est permanētie simplicissime: nō est absurdum quin etiā euuꝫ sit in vno cuius potētia et intellectus lʒ patiat vices tn̄ ꝓpinquius est actui intellect9 p̄mi q̄ꝫ aliquoꝝ aliorum. ¶ Cōparabit ergo eternitas ad euū sicut causa exemplaris eius: eo qꝫ euum imitat eternitatē quātū pōt: sicut et euiternū imitatur eternuꝫ: et deficit in aliquo ab illo: et similiter tēpus imitatur euiternum et eternū. Et illius exemplū dicit eē Boetius in illo qđ est semper et frequēter et raro: q̄rū semper posterius imitat prius: sicut diximus in secūdo libro huius scie: sic autē est de eterno. Hoc eni nobilissimuꝫ est et stans in seipso cum bonitates alia nō participare possunt nisi per motum aliquē: et hoc quidē si est intellectus solius qui motus perfect9 actus est: et nō pmixt9 potētie: absqꝫ dubio illius mēsura non est tēpus sed euum. Et si motus ille est iperfectus act9 sicut sunt motus corporꝫ: tūc mēsura eorum est tēpus. ¶ Habēt etiam hec tria aliam adinuicē cōparationem: eo qꝫ cū eternitas exemplar sit eui et tēporis: cuiuscunqꝫ mēsura est tempus: et illius est mensura eternitas et euum: sed nō adequata et ꝓportionata: sed excellēs et esse et morā temporaliū et cuiuscunqꝫ est mensura euū: illius etiam eiusdē mēsura est eternitas excellens et non adequata eē eui ternoꝝ et moꝝ: sed nō cōuertit: eterna enim nec euo nec tēpore mensurant: nec sicut mensura adequata ad eē et morā: nec sicut mēsura non adequata. Et dico mēsuraꝫ adequari ad esse hoc mō quo supra dixi mēsuraꝫ ad esse mēsurari et ꝓportionari sicut supra dixi motū mēsurari tp̄e: et ipʒ et eē ei9: qa esse suū est successiuum. Hec autē cōparatio significat cūʒ dicit quādo mot9 est deus est: et intelligētia est: tūc eni notat quādo eternitatis: cuius exēplatū est quādo eui et tēporis: et ideo eternitas est mēsura quedaꝫ euiternoꝝ et tēporalium. ¶ Ex ista autē cōparatiōe nō per se sed per accidēs conuenit diuidi eternitatē: et notari partes in ipsa non que sunt eius: sed spatij qđ est sub ipsa: sicut dicit mille annis fuisse deus et qꝫ anni sui non deficiunt: non qꝫ sit suus dies et mensis et annus: sed qꝛ non deficit in decursu temporis qđ est sub eternitate eius: et illa indeficientia vocat ex tūc per itellectū: per dies et mēses et annos. ¶ Seculū autē nō dr̄ genus spatij aliqđ quartū: sed est in multis acceptionib9: qꝛ aliqñ dicit presens vita vel spatium quo durabit mūdus: et aliquādo dilectio ꝑsentis vite. Et seculū seculi dr̄ aliud seculū qđ est finis huius seculi: eo qꝫ succedit post istud. Et seculuꝫ seculoꝝ dr̄ futurū seculum: qđ est finis seculoꝝ hoīum qui sunt in p̄nti seculo. Ex ꝑdictis quidā habere volūt qꝫ nō sint in genē nisi tres mēsure eternitas: et euuꝫ: et tēpus: qa dicūt opʒ vnā eē per abnegationē finis et principij sine successione: et vnaꝫ nec per abnegationē finis nec principij cū successione: eo qꝫ mēsurantia nō possunt habere variationē: nisi sicut stantia vel mota: et si sunt mota: tunc aut sunt intellectualr qui mot9 est actus perfectus: aut corporaliter: qui motus est imperfect9 actus: et hec distinctio est bona. ¶ Sed tamē sciendū ꝑdictā opinionem eē mūdum habere principium: sed nō finē: que lʒ falsa sint: tamē possibilia sm nām sūt: sicut in octauo libro huius sciencie ostendet: et ideo nō approbo dictum eorū qui dicunt tres mēsuras distigui: qꝫ vna sit que neqꝫ habeat principium neqꝫ finem. Una autem que habet principium et nō finem: vt euum. Tertia vō que habet ꝑncipiuꝫ et finē: vt tē/

Euū sʒ qđ excedit euiternū: sic vocatr tp̄s: et sʒ qđ adequat ei.

Nota quo in oib9 intelligentijs citra primū aliq̄ po9 tentia/ qđ ē test' Com. 3. de aia. c. 5. in sol. 3. q. et in c. 14. eiusdē.

Prima cōparatio iter eternitatē euuꝫ et tempus.

Scda cōparatio.

Cōparatio eternitaꝫ ad eternū est triplex.

Nota dictū dicit scripture docens annos fidei non defuturos.

pus: licet enim ponamus stare celum: et mundum finiri: nō tamen ex hoc sequitur tempus finiri: nisi ponamus omnia fore stantia vno modo et nullam futurā esse successionē. ¶ Est etiam hic attendendum q sicut spatium temporis causatur a partibus motus numeratis: vt diximus: ita per oēm modum et mora eternitatis causatur a statu et permanentia rei eterne. Et ideo eternitas nullo modo est numerus eterni: sed potius mora eius indiuisa et indeficiens: sed eternum habet totum esse simul: et ideo habet vices dumerabiles et incontinuas: quia vicissitudo non est continua.

¶ Cap. 6m. Et est digressio declarans vtrum idem sit nunc eternitatis temporis et eui.

Nunc autem eternitatis quidā peritorum virorum idem dixerunt esse subiecto cū nunc eui et temporis: eo q stans et non mouēs se non differt subiecto ab eo qd non stat et mouet se: sed ratione sola. Cum ergo vtrunq nūc sit mensura indiuisibilis et eius qd est indiuisibile: videtur q eadem sint subiecto: quia indiuisibile manens idē et stās ab indiuisibili manente eodem et moto: non habet differentiam sm substantiam: sed ratione differt solum. ¶ Adhuc autem dicunt q cum dicitur deus est nunc: et intelligentia nunc: et motus nunc idem nunc denotatur. Cum igitur idem sit nunc: et vnum horum trium sit eternum: et alterum euiternum: et tertium temporale: videbitur idem esse nunc eternitatis: et eui: et temporis: vt inquiunt. ¶ Sed hoc omnino inconueniens mihi videtur: quia sicut se habet tēpus ad motum: ita nunc temporis se habet ad mobile sm q mouetur: sicut ex predictis patet. Cum ergo tempus numeret motū: nunc temporis numerabit id quod mouetur sm q mouetur: sicut etiam superius est demonstratum. Non ergo nunc temporis est numerus substantie eius qd fertur: sed potius numerat ipsum sm q fertur: ergo nullam habet proportionem ad id q idem est stans in seipso semper. ¶ Adhuc autem cum omnis rei numerus et vnitas sit sm naturam eius qd numerat: et nulla conueniētia sit eius qd stat vno modo et nullo modo mouetur ad id quod fertur sm q fertur: videtur q nullo modo sit idem nūc qd adiacet vtriq. ¶ Et hoc puto verum esse: et precipue videtur hoc ex hoc q eternitas precedit tempus: et nunc eius precedit nunc temporis: quorum autem vnum alterum precedit illa non sunt eadem in essentia. ¶ Adhuc autem nunc tēporis continuatio est preteriti et futuri. Continuatio autem continui aliquid est de essentia continui: propter quod etiam supra habitum est q nunc est aliquid temporis. Id autem quod est aliquid de essentia continui temporis nullo modo potest esse de essentia eternitatis. Propter qd dicendum videtur nunc eternitatis diuersum esse a nunc temporis per subiectum: et eui et nunc eui diuersum esse a nunc temporis per subiectum: et non tm sm rationem. ¶ Et quod dicitur indiuisibile fluēs et indiuisibile stans non differre nisi sm rationem: dico falsum esse: cum indiuisibile stans aliquid sit de essentia stantis: et indiuisibile fluens sit aliquid de essentia fluentis. Cum autem dicitur nunc est deus et intelligentia et motus: est ista locutio notans: aut exemplaritatem: aut concomitantiam: quia sicut vnum horum spatiorum trium exemplatur ab altero: et vnum currit sub aliquo stante per modum supra expositum: ita nunc vnius eorum exemplatur ab altero: et vnū eorū procedit ab alio: et ideo sicut vnitas euiterni fit ab vnitate eterni: et vnitas temporis ab vnitate prima euiterni: ita nunc vnius fluit a nunc alterius: et illud quod est magis simplex est exemplans et faciens: et id quod est magis diuisibile est exemplatum et factum. ¶ Est autem sciendū q nunc eternitatis non differt ab ipsa eternitate nisi ratione tm: quia nūc dicitur sm q adiacet vni indiuisibili stanti et non amittenti aliquid in preterito: nec acquirenti aliquid in futuro. Eternitas autem dicitur mansio et mora indeficientis durationis eius. Hec ergo de eternitate quantum ad presens sufficit dicta sint. Utrum enim plura sint eterna: et vtrū qn idē vel diuersum sit eternitatem vel tps ad aliā spectat lectionē.

Opinio doctoris.

Solutio ad obiecta partis aduerse.

Cū dr nūc ē deus et intelligentia et mot⁹ hic ō notatur: aut exēplaritas: aut concomitātia. vide p h cap. immediate precedens.

¶ Incipit Liber Quintus Physicorum: Cuius primus Tractatus est de speciebus motus.

¶ Cap. primum. Que tractatus intentio: et quis motus sit per se: et quis gratia partis: et quis per accidens: et in quo declaratur q ipsa sunt imobilia: et q mot⁹ nō sunt in eis sicut in fixo.

Quum autem nos iā locuti sum⁹ de principiis rei mobilis: et de motu ipso: et de his que consequuntur mobile et motum in cōmuni: relinquitur vt dicamus de speciebus motus et de proprietatib⁹ ipsarum specierum: et de his que consequunt oēm motum sm quālibet spēm: et tunc dicemus de comparatione motus ad motorem sm quēlibet modū cōparationis eius ad ipsum: et sic finiemus tractatum libri Physicorum. Nos autem non possumus determinare species motus nisi nos prius sciamus verum in motu per se vel per accidens motus distinguatur per suas species: et in quibus et in quot predicamentis sit motus: et ideo scientiam istā inchoabimus in hoc qd inquiremus de motu per se et per accidēs: quia tunc inueniemus q motus per se distingui habet in species: et non motus per accidens. ¶ Quantū igitur ad presentem spectat intentionē sciēdū est: q omne qd trāsmutat vno triū modorum transmutat: aut enim transmutat per accidēs: ita q illud nūq potest moueri per se: sed semper accidit ei q mouetur per se: sicut q musicum ambulat: musica enim nūq potest ambulare: sed semper accidit homini cui⁹ est ambulare. ¶ Aut dicitur moueri gratia partis: qd quidem per se non mouetur: sed in toto: licet possit per se moueri si pars separetur a toto: et hoc precipue in parte a cuius dispositione totum denominatur: sicut cū dicitur Socrates sanari: quia torax eius vel oculi sanantur: que tamen sunt partes toti⁹. ¶ Et est in isto modo differentia: quia alia dispositio est que in partibus paruis principaliter existens coafficit totum corpus in parte illa: sicut est egritudo que est in dente vel in digito existens: si vehemens sit coafficit totum corpus: et ideo illo paruo mēbro sanato dicitur sanatum est corpus totum. Est autē aliqua dispositio que sic est in parte q non coafficit totū corpus: et de illa non est verum q parte mota mouetur totum: sicut si aliquis denigretur in dente: et tamen non sequitur q ipse sm se denigretur. ¶ Iste autem modus qui attribuit toti motus partis: licet reducatur ad motum per accidens: eo q non conuenit toti nisi gratia alterius que est pars: tamē q̄si medium est inter motum per se et motum per accidens: quia conuenit cum vtroq. Cum motu enim per accidens conuenit: quia conuenit gratia alterius. Cum motu autem per se conuenit: quia pars cui cōuenit motus diuidi potest a toto: et tūc mouebitur per se. ¶ Aut etiam tertio conuenit motus alicui non in eo q sm accidens pure moueatur: neq in eo q ipsi⁹ aliqua pars moueatur: sed potius in eo q ipsummet mouetur primum hoc est per se: et hoc est qd vocamus sm seipsum mobile: sicut dicimus infirmum sanari: et graue moueri deorsū. ¶ Et licet multi modi sint eius qd est per accidens: tamē oēs reducuntur ad duos dictos. ¶ Et nostre intentionis nō est hic distinguere modos eius qd est per accidens: quia hoc spectat ad primum phm: et nos non querimus hic aliquid qd est per accidens: nisi vt ostendamus species motus non accipi penes ipsum. ¶ Id autē qd mouetur per se diuersificatur: quia aliud est qd est per se mobile in vno motu: et aliud in quo vt alterabile per se: aliud est ab eo qd est mobile sm locum: licet per accidens forte sint idem. Et in motu vnius generis predicamenti aliud et aliud est mobile sm diuersas species spālissimas motus: sicut in alteratiōe aliud est qd p se est sanabile: et aliud qd p se ē calefactibile. ¶ In his aūt trib⁹ modis motus licet diximus vnū esse simplr et pure p accñs: et aliū eē sm se simplr et pure p se: et tertium eē medium: tn ex hoc nolumus intelligi q sit inter per se et per accidens aliquid medium: sicut nec medium est inter substantiam et accidens. Sed aliud est cum considerantur res opposite que sunt substantia et accidēs: et per se et per accidens: et aliud cum modi accidētis et modi substantie: et modi eius qd est per se: et modi eius qd est per accidens cōsiderantur. In rebus enim nihil est medium. In modis autē accidentis et per accñs nihil prohibet aliqd esse vicinius

Tex. cō. primi.

Documentū.

Addūte qd sit dispōnem aliquā coafficet totū sm istum doctorē: qr si est idē q hō mutat totum qr tūc peteret principium. Idē Cōmentator hic.

Documentū 6. met. t. c. 4. 5. et 6.

Documentū

Licet iter sbam et accñs nō sit mediū: tamē in modis sbe et in modis accñs nil pohibet aliquo mō medium inuenire.

cinius substantie: ⁊ in modũ substãtie nihil ꝓhibet aliqd esse vicinius accidenti ꝙ̃ aliud: sicut diximus supius. ¶ Sicut autem iste tres differentie qđ est per accidens pure: ⁊ qđ est gratia partis: ⁊ qđ est per se pure sũt in mobili: ⁊ in eo qđ mouetur: ita sunt etiã in mouente. ¶ Aliud enim est qđ fm accidens mouet. Aliud autem qđ fm partem in eo ꝙ est aliq̃ pars mouet: aliud vero mouet per seipsum primum: hoc est essentialiter: vt medicus qui sanat per se. Cum autem manus percutit hõ percutit gratia partis. Et cum medicus edificat est per accidẽs pure. Et qa sicut est in mouente ⁊ moto ꝙ aliquid in omni motu per se est primum: hoc est proximũ ⁊ essentiale mouens: ⁊ aliquid est qđ est primũ: hoc est proximũ ⁊ essentiale: erit hec diuersitas que dicta est esse in mouentibus et motis: etiã in alijs que circũstant motũ. ¶ Quinque enim circũstant motum oĩa. s. mouens: ⁊ id qđ mouetur: ⁊ tẽpus in quo est motus: ⁊ ex quo: ⁊ in qđ: que duo vltima duo sũt termini motus. Oĩs enim motus est ex quodam ⁊ in qđdam: ⁊ id sicut alterum est qđ primum hoc est essentialiter mouetur ab eo qđ per accidens ⁊ fm partem mouetur: sicut alterum est qđ essentialiter mouet ab eo qđ per accidens ⁊ fm ptem mouet: ita est alterum ex quo vel in qđ est per accidens: aut fm partem. Sũt eni ista in motu sicut diximus: qa dicimus ꝙ lignũ est qđ mouetur: ⁊ frigidum ex quo mouetur: ⁊ calidum est in qđ mouetur quãdo calefit lignum. Et ex hoc elidit error eorũ qui dixerunt ꝙ motus est in specie: siue forma sicut in subiecto: ita ꝙ forma moueatur. Motus eni calefactionis quando calefit lignum in ligno est: ⁊ nõ in specie calidi: qa aliud est id qđ mouetur: ⁊ aliud est ex quo ⁊ in qđ est motus. Species enim que est finis mot⁹: neq̃ mouet: neq̃ mouetur: nisi forte dicimus ꝙ mouet intẽtionem efficiẽtis: sicut forma ⁊ finis mouet: sed non mouet influendo motũ materie quẽadmodum mouet efficiẽs: vnde lz efficiens per se ⁊ essentialiter sit idẽ specie cum forma que est finis motus: nunq̃ tñ est idem nũero cum ipso: ⁊ ideo species absq̃ dubio non mouet: neq̃ mouetur fz ꝙ ipsa est finis motus: siue id in qđ est mot⁹: ⁊ voco speciem formam substãtialẽ: vel qualitatis. Et locus etiã ⁊ quantũ fz ꝙ termini motus in quos sunt motus nõ mouẽt neq̃ mouentur. ¶ Sed lz sint in omni motu per se mouẽs ⁊ qđ per se mouetur ⁊ in qđ per se mouetur: ex quo est per se motus: tñ motus magis essentialiter est cõiũctus ei in qđ est ꝙ̃ ei in quo est: ⁊ ideo denoiat ab eo i qđ est: ⁊ nõ ab eo ex quo est: sicut generatio dr̃ denoiata ab esse in qđ est: ⁊ corruptio denoiata a nõ esse in qđ est. Et sic est de augmento ⁊ decremento ⁊ oĩbus alijs denoiationibus motus specialiter denoiatis: sicut dealbatio: denigratio: calefactio: ⁊ infrigidatio: ⁊ sic de alijs oĩbus. ¶ Causa autẽ eius est ꝙ id ex quo est motus in motu abijcit: ⁊ ideo motum nec informat nec denoiat. Id autẽ ad qđ est motus acqritur: ⁊ ideo informat motum ⁊ denoiat ipsum. ¶ In tertio autẽ scie huius libro diximus sufficiẽter qd est motus. Sed qđ hic volumus eẽ notum est ꝙ spẽs substantiales in quas sunt mutationes generationũ: ⁊ passiones que sunt q̃litates in quas alterant que alterantur: ⁊ locus in quẽ mouetur id qđ mouetur localr: sunt imobilia imobilitate negatiue dicta ita ꝙ nullo modo possunt moueri per se sed per accidẽs solũ: ⁊ qui dicit talia moueri nõ est loquẽdũ cum eo in p̃hicis: eo ꝙ ipse negat motus principia que sunt diuersa mobilia esse ab his in que ẽ motus: ⁊ cũ est imobilitas nõ esse motũ. In fine aũt motus ad quẽ mot⁹ est: est imobilitas ⁊ priuatio motus: ⁊ hoc ẽ qñ spẽs acq̃sita est per motũ: ⁊ tũc non est motus. Qui aũt dicit talia moueri dicit tunc motũ esse maxime cũ illa sunt: ⁊ cum illa sunt est priuatio motus: ⁊ sic dicit talis ꝙ cum motus priuatio est: ꝙ tunc maxie est mot⁹: ⁊ hec isania dicere: ⁊ ideo cũ tali non est loquendũ: qa mente excidit: talia autẽ sũt scientia ⁊ color: ⁊ oĩa talia ad que est motus. ¶ Tñ aliqs iam dubitauit super hoc vtrum passiones ⁊ passibiles qualitates sunt motus sicut albedo que est passio corporum alboꝝ: eo ꝙ infert eis passionem. Et fuit ratio sue dubitationis ꝙ tales qualitates quasi continue variantur in corporibus in qbus est actio ⁊ passio: sicut sunt corpora phy̆sica iferiora. Et iste nesciuit ꝙ subiectum est qđ mutatur: ⁊ ex mutatione subiecti cõsequitur variatio talium passionum ⁊ formaꝝ. Si enim diceretur qualitas talis mutatio: tunc oporteret etiam dicere ꝙ mutatio est in mutationem: qa mutatio aliquando est in albedinem vel aliam passionem: ⁊ hoc nos infra ostendemus eẽ impossibile: ⁊ ideo dicimus ꝙ albedo non est motus alterationis: sed albatio. ¶ Cum ergo sicut diximus sint duo termini motus ex quo ⁊ in qd absq̃ dubio etiam in illis est distinctio predicta. s. per accidẽs: ⁊ gratia partis: ⁊ per seipsum: ⁊ primo siue essentialiter. Sed nos nõ distinguemus hic nisi in eo in qđ est motus: qa hoc dat speciem motui: ⁊ nõ distinguemus ea in termino ex quo est motus: qa superfluum eẽt a nostra intentione: cum abijciatur a motu ⁊ nullam det motui speciem vel noiationem. In eo autem qđ fit album sunt ista tria. Id enim qđ fit album dicimus mutari in id qđ intelligit eo ꝙ accidit albedinem intelligi: ⁊ hoc est per accidens pure: eo ꝙ intelligibile fz ꝙ huiusmodi nõ est terminus motus: sed potius a motu ⁊ materia separatur per intellectum. Dicitur autem in colorem mutari gratia partis: qa pars coloris est album. ¶ Et in loci mutatione dicitur aliquis moueri in Europam: qa pars Europe sunt Athene: vel in Germaniam: qa pars Germanie est Colonia. In album autem colorem per se mutari dicitur. Ista igitur inueniuntur in mobili ⁊ in mouente ⁊ in moto: ⁊ in eo ad qđ est motus: que essentialia sunt motui. ¶ Tẽpus enim causatur a motu: ⁊ ideo cum querimus de speciebus motus non est necessarium vt de ipo ponamus distinctionem: lz etiam ista tria sint in ipso: qa est motus in tẽpore terminato: ⁊ in anno: ⁊ in parte anni. ¶ Sed quia mouens per hoc ꝙ in specie conuenit cum ipso in qđ est motus aliquid facit ad speciem motus cognoscendam ꝓpter hoc locutionem fecimus de ipso: lz sit extrinsecum motui. Intrinseca autem essentialia sunt id qđ est materiale: vt mobile: ⁊ id qđ est formale: vt id in quod est mot⁹. Et ideo ad cognoscendam speciem motus sufficit in his tribus consideratio distinctionis prehabite. ¶ Manifestum est igitur ex predictis qũo quidem aliqd per se mouetur: ⁊ quomodo quidẽ fm accidens: ⁊ quomodo fz aliud: siue gratia partis: ⁊ qualiter ipsum primum qđ essentiale est ⁊ in mouente: ⁊ in eo qđ mouetur. Et manifestũ est ꝙ motus sicut in subiecto nõ est in specie ad quam est motus quecunq̃ sit illa: sed est sicut in subiecto in eo qđ mouetur: ⁊ hoc est esse motum vt in subiecto imobili qđ fz actum sit: qa actus mobilis inquantũ mobile est motus: vt in tertio libro est declaratum. ¶ Mutatio quidem igitur que est fz accidens dimittatur: qa in oĩb⁹ est generibus ⁊ est semper: eo ꝙ infinitas habet causas: ⁊ continue est: qa vna earum terminatur ad aliam: qui enim factus est albus: factus est sĩlis alicui ⁊ dissimilis alicui: ⁊ forte dicit: ⁊ sic est in alijs mutationibus: eo ꝙ mutatio per accidens modis multis fit: ⁊ non ad artẽ redigibilis. ¶ Illa vero que non est fm accidens: ita est per se ⁊ non est in oĩbus generibus: nec in oĩbus speciebus generum: sed est in contrarijs tñ: ⁊ in medijs contrariorum: ⁊ in contradictione ⁊ huiusmodi fides ⁊ probatio est ex inductione motuum: qa generatio ⁊ corruptio ⁊ alteratio ⁊ alie mutationes hoc modo habent fieri. Id enim qđ mutat id qđ mouetur ex medio mutat ipsum ex eo sicut ex contrario: qa nos supra ostendim⁹ ꝙ medium contrariorum non est sicut subiecta natura medium: sed potius sicut id qđ habitualiter habet aliquid de vtroq̃ contrario: ⁊ ideo mutans ex ipso vtitur ipso sicut contrario ad vtrunq̃: qa medium quodãmodo est vltima ⁊ extrema: per hoc ꝙ participat aliqd de vtroq̃: ⁊ ideo extrema cõparata ad medium: ⁊ ipsum cõparatum ad extrema dicuntur cõtraria: sicut vox media dicitur grauis que cõparatur ad vltimam in subtilitate: siue in acumine: ⁊ dicitur acuta ⁊ subtilis quando cõparatur ad extremum in acumine siue subtilitate: ⁊ sĩr fuscum dicitur album quando cõparatur ad nigrum ⁊ idem dicitur nigrum quando cõparatur ad album. In talib⁹ ergo contradictorijs ⁊ medijs species mutationũ que sunt per se species motus inquiremus.

Tex. c. cõ. 2. — Tex. c. c. 3. — Fort⁹ vt est finis mot⁹ non mouet nec mouet. idem hz Themisti⁹ in priĩ loco. — Tex. c. cõ. 4. — Tex. c. cõ. 5. — Nõ õre 3di/cẽtes formas moueri nõ ẽ disputãdũ in scia nãli. vtrũ ꝓ illo tex. cõ. 5. 4. meta. — Nota õre cum motor sit causa extrinseca ⁊ sic ipo de ipo p̃hus fecit ꝑtionem: non aũt de tpe. — Tex. c. cõ. 6. — De dr̃ia inter mediũ potentiale ⁊ formale contra Auẽ. ꝓ phy. cõ. 56.

¶ Cap. 2m. De diuisione ex qua sumitur prima genera mutationum.

Dc autem Determiato videamus que mutationum sit mot⁹: ⁊ que non sit motus earũ quas per se esse diximus. Sumemus autẽ principium huius inuestigationis a diuisione eorum inter que est mutatio omnis. ¶ Qđ enim mutatio omnis sit ex quodam ⁊ in quiddam: ⁊ vtiq̃ nomen ma/

Tex. c. cõ. 7.

habent fieri in physicis: ꝛ ratione huius est in quantitate cõtrarietas. ¶ Similiter sciendũ est ꝙ motus in vbi magis dicit esse in vbi ꝙ̃ in loco: qꝛ locus est imobilis. Vbi autem qđ est circũscriptio mobilis a loci circũscriptione procedẽs est mobile ꝛ fluens: ꝛ ideo in illo dicitur esse motus: ꝛ habet ↄtrariũ rõne ↄtrarietatis differentiaꝝ situs. Oportet etiam nõ latere nos ꝙ habere ↄtrariũ nõ sufficit ad creandũ motum. Sed oportet cõtraria inter que est motus talia esse ꝙ vtrũqꝫ incipere valeat aliud in toto cursu sine fluxu motus anteꝙ̃ sit in extremo sicut superius diximus. Hoc aũt modo ↄsiderata cõtraria non sunt nisi in predictis tribus generibus. Huius aũt causa est ꝙ omne mobile catenus est mobile quatenus est in potentia: non autem est in potentia nisi ad vbi vel ad formam. Ad formã autẽ substãtialẽ nihil est mobile: vt habitũ est. Sed forma accidentalis absoluta nõ est nisi duplex .s. illa que est propinqua materie ꝛ est quantitas: ꝛ illa que est propinqua forme ꝛ est qualitas: ꝛ ideo non sunt nisi tres motus ſm genera in quibus est motus. Motus igitur qui est ſm quale in cõmuni vocat alteratio: quia hoc nomen cõmune est oĩbus speciebus illius motus. Cuz aũt dicimus motũ qui est ſm quale alterationẽ nõ intelligimus quale qđ est differẽtia sube: ꝛ forma substãtialis. Ois eni forma predicat in quale. Differẽtia enim substantialis est quale qđ ad esse ↄducit: ꝛ ꝙ eius qđ est esse rei pars est. Sed nos intelligimus quale qđ dicit passiuum: eo ꝙ passio est ſm ꝙ dicit aliquid pati: vel passibile esse. Ostendemus enim in 7° huius scientie ꝙ ſm illã solam speciẽ que est passio vel passibilis qualitas proprie est alteratio physica. Et forte ſm naturalẽ potentiã vel impotentiã. Aliqñ aũt naturales potentie sunt sensibilia alicuius sensus: sicut patet in duro ꝛ molli: ꝛ in quibusdam alijs sic dictis. ¶ Motus vero qui est ſm quantũ in cõmuni nõ habet nomen cõmune: sed nominat ſm vtrãqꝫ partẽ eius diuisim: ꝛ dicit vnus augmẽtũ: ꝛ alter diminutio siue decrementum. Qui enim est in ꝑfectam magnitudinem dicit augmentum. Qui autẽ ex hac perfecta magnitudine dicitur diminutio vel decrementũ. Ex quo patet ꝙ nõ incipit diminutio ſm nãm nisi post motum vel statum augmenti. Cum enim corpus physicũ est in augendo se lꝫ non compleuerit magnitudinem: tunc auget: ꝛ ideo tunc non diminutum est nec diminuit: post augmentum vero cũ virtus amplius non sufficit augeri incipit diminutio ſm naturam: ꝛ si ante diminuatur: hoc est per accidẽs eo ꝙ aliqua causa accidentali virtus augẽs in eius operatione destituit. Ex quo patet etiã ꝙ vnũ cõmune nomen in genere isti motus habere nõ possunt: qꝛ vnus eoꝝ est ab habitu: alter a priuatione dictus quoꝝ non est vna natura cõmunis a qua nomẽ imponat: sed tñ habẽt subiecti cõmunitatẽ. In alterationibus aũt omnibus vna est natura cõmunis generis. ¶ Motus aũt qui est cõmunis ſm locũ ꝛ vbi: nõ habet nomẽ in cõmuni: ꝛ nõ habet nomẽ ꝑpriũ in specie qđ vno nomine significat motũ: sed per circũlocutionẽ dicit loci mutatio in cõmuni. Causa aũt est: qꝛ sola illa que mouent ſm locum dicunt ferri ꝑprie ꝛ moueri quando mouentur a natura non ab aĩa. Mouent aũt a natura que non habent in seipsis principiũ standi siue quiescendi: sed necessario ferunt ad loca sua: ꝛ hec sunt quecunqꝫ seipsa non mouent ſm locum: sicut animalia mouent se quando ꝛ vbi volunt: ꝛ quiescunt a se quando ꝛ vbi volunt: ꝛ ideo nihil naturaliter motoꝝ mouet in loco suo: sed cuz est extra ipsuz. De his aũt declarabimus in 8° scientie huius. ¶ Illa aũt mutatio que est in specie qualitatis eadem que dicitur motus intensionis: ꝛ est in magis vel minus illius qualitatis que intendit ꝛ vocatur alteratio: quia alteratio physica est motus ex contrario in contrarium: ita ꝙ contrariuz sumatur in cõmuni ad vere ↄtrarium: ꝛ ad sic siue quodãmodo ↄtrariuz: ꝛ hoc est medium qđ ↄtrarium est comparatuz extremo qđ ipsum percipiat aliquid de contrario: ꝛ cũ talis motus fit in minus alicuius speciei: tunc dicitur remissio: ꝛ fit tũc in cõtrarium: qꝛ in physicis forma alicuius speciei nõ remittitur nisi per ↄtrarij interceptionẽ ꝛ admixtionem. Cum autẽ fit motus in magis alicuius speciei: tũc dicitur intensio: ꝛ tunc mouetur tanꝙ̃ ex ↄtrario: qꝛ nõ fit intensio in physicis nisi ꝑ ↄtrarij separationem: ꝛ non est differentia quo ad genus: ꝛ motus nomen vtrũ motus sit inter ↄtraria simplr: aut inter

Quare mot⁹ in vbi potius dr in vbi ꝙ̃ ĩ loco.

Qualis dicit cẽ ↄtietas motui deseruiẽs

Nõ qño forme ↄcedi possit ad q̃litates scđe ipã esse per se motum quoqꝫ.

Quare mot⁹ ad qualitatez nõ hꝫ vnũ cõmune nomen ad suas spẽs.

Tex. t. c. 19.

contraria quodāmodo: nō enim differunt isti motus in genere: sed potius in hoc ꝙ oportet vno modo illu esse ɔtraria simpliciter inter que est motus. Alio autem modo fit motus in eo qđ plus vel minus ɔtrarij insit forme eiusdem speciei. ¶ Est aūt attendendū ꝙ nō semper fit intensio ⁊ remissio ꝑ hūc modū: lȝ semper sic fiat in physicis. Aliqñ enim id qđ intenditur non habet ɔtrariū: sed opponuntur vt priuatio ⁊ habitus: priuatio aūt non admiscetur alicui ad eius remissionem: ⁊ tunc fit intensio ex accessu ad ipsum: ⁊ remissio ex recessu ab ipso: sicut enim est videre in bono quod non habet ɔtrarium: ⁊ tñ ex accessu ad optimum cui vere imponit nomen boni dicit bonū melius optimū: ⁊ ex recessu ab ipso dicit malū peius pessimū. Cū tñ nihil sit summe malū: vt in ethicis hȝ ꝓbari: ꝙ igit tres ꝑdicti motus soli sint ſm genera diuersa: ex his que dicta sunt satis manifestū est.

Sed ɔsidera circa ly semꝑ qz forte aliqñ ēt in physicis non fit ꝑ ɔtrij pticipationes seu segationē

¶ Cap. 9m. De intelligētia vera diffinitionis quietis: ⁊ qualiter opponitur motui.

Tex. c. c. 20.

Immobile autē dicit tripliciter. Aliquando enim dicit a priuatiōe cause materie ad motū ꝗ̄ actus sicut sonus inuisibilis in eo qđ nec videre: nec videri potest: ⁊ ita dicit imobile qđ nullo modo moueri potest: ꝙ nec actum hȝ motus: nec potestatem. Dicit etiam imobile nō a totius priuatione potentie ad motū: sed a priuatiōe facilitatis motus que est dispositio potentie mouentis. Et hoc ſm Arist. ⁊ Alexan. ⁊ ploꝝ dicit dupl'r. Uno modo ꝙ multo tempore vix mouet: ⁊ hoc est in quo mobile ɔtinue vincit semꝑ mouens. Dicit etiā hoc scđo mō mobile qđ tarde incipit moueri: ⁊ hoc dicit grauiter moueri: ⁊ hoc est illud in quo primo mobile vincit semper mouens: sed postea cōualescit ex alia causa: ⁊ tūc fortiter mouet. Dicit ēt imobile tertio modo a priuatione actus motus: ⁊ nō potētie vel aptitudinis: ⁊ hoc qdē est qđ aptū natum est moueri: ⁊ possibile est moueri: sȝ nō mouet: tūc cū aptū natū est moueri: ⁊ sic sine hoc mō vt aptū natū est moueri. Et de hoc numero imobilium solū dicit quiescere: qz fit circa idē subiectū cū motu: sicut ꝓuatio ⁊ habitus volūt circa idē subiectū esse. Cū enīȝ quies ɔtraria sit motui: oportet ꝙ quies sit priuatio eius qđ est susceptiuū motus ſm ꝙ est susceptiuū. Est aūt mobile susceptiuū motus tēpore quo debet: ⁊ vbi debet: ⁊ vt debet moueri: quies ergo priuabit motū ſm ɔditiones dictas. ¶ Cū autem dicimus ꝙ quies est priuatio motus a mobili quando: ⁊ vbi: ⁊ vt debet moueri: ⁊ mobile nō sit motus susceptiuum nisi extra suū vbi: eo ꝙ nihil mouet in suo loco ſm naturā. Extra locū aūt suū non hȝ mobile quietē nisi violētā: videbit ꝙ hic non sit diffinita quies nisi violenta: ⁊ non naturalis: est aūt quies violenta accidentalis: ⁊ quies naturalis est per se. Diffinitū ergo erit accidentale: ⁊ non illud qđ est per se: ⁊ hoc non est ɔueniens ſm artē diffiniēdi. ¶ Sed ad hoc dicimus ꝙ illa diffinitio generalis est: ⁊ nō debet referri nisi ad subiectū. Id enim qđ naturalr mouetur ⁊ quiescit si priuatur motu nō priuat ab ipso motus nisi vbi habet potētiā ⁊ aptitudinē mouēdi: si priuatur aliquo impediente motū: ⁊ tūc quiescit violenter. Et similr cum est in vbi proprio caret illo qđ innatū est habere per naturaȝ: hoc est motu ad vbi ꝓpriū: ⁊ sic quiescit vbi innatum est moueri. Cuȝ enim dicit vbi: ⁊ vt: ⁊ quādo est innatū moueri: locutio duplex est: ex eo qđ inatū esse moueri potest referri ad mobile per se: vel in cōparatione ad vbi: ⁊ vt: ⁊ quando. Et primo quidē modo habet intellectū ꝙ mobile innatū existēs moueri: ⁊ existens in vbi: ⁊ quādo: ⁊ vt habet hanc potentiam motus non mouet: ⁊ hoc veꝝ est de terra quando existit in centro ⁊ in quiete sua naturali: qm̄ ibi existens: ⁊ quādo ibi existit: ⁊ vt ibi existit habet potentiam ad motum. Si autem referatur innatū esse moueri ad mobile cuȝ ɔiunctione ad vbi: ⁊ quando: ⁊ qualiter: tūc sensus est ꝙ quietū nō mouetur vbi: ⁊ quando: ⁊ q̄liter innatū est moueri: ⁊ tūc nō quiescit nisi violenter impeditū: ⁊ sicut exēplificauimus de motu in loco: ita infra ostēdemus esse de motibus alijs. ¶ Sȝ attēde ſm Auicē. ꝙ itellectus de quiete est adhuc ꝑplexus. Si enim nos dicamus ꝙ quies est priuatio motus: tūc opȝ ꝙ intellectus diffinitionis eius sit totus priuatiuus. Si aūt dicamus ꝙ est ɔtraria motui: tūc opȝ ꝙ intellectus diffinitionis eius sit positiuus: ⁊ non potest esse ꝙ vtraqȝ istarum oppositionū sit inter motum ⁊ quietem: qz tm̄ vnū vni opponit vno genere oppositionis ⁊ ſm idē. ¶ Accipiamus ergo diffinitiones que sunt de quiete ⁊ videamus que sunt ɔuenientes. Est aūt ſm Arist. sententiam diffinitio hec: ꝙ quies est priuatio motus a mobili vbi: ⁊ quādo: ⁊ qualr dȝ moueri: ⁊ hanc etiā absqȝ dubio ɔcomitat ꝙ quies sit remanētia rei in loco vno ꝑ aliqđ tēpus si quiescit ſm locum. vel in forma vel in quantitate vna si quiescit ſm alioꝝ motuum priuationē. Et quidā ɔuertūt ista ⁊ dicūt ꝙ remanētia rei mobilis in eodē per aliquod tempus est primū ⁊ principale in intellectu quietis. Et priuatio motus a mobili vbi ⁊ quando ⁊ qualiter debet moueri secūdariū. Alij aūt dicūt ꝙ motus sit ꝑfectio prima eius qđ est in potentia ſm ꝙ est in potentia: ⁊ quies opponitur sic motui: opȝ ꝙ quies aut sit perfectio eiusdē secūda qđ est potētia: aut sit ꝑfectio prima eiꝰ qđ non est in potentia: vel sit ꝑfectio prima eius quod est in actu ſm ꝙ est in actu. ¶ Et videamus que istaꝝ diffinitionū sit ɔueniens incipientes ab vltima ⁊ deuenientes in primam. Si ergo determinet quies esse ꝑfectio prima eius qđ est in actu ſm ꝙ est in actu: tūc esse qđ est in actu quiesceret ſm ꝙ huiusmodi: ⁊ hoc non est veꝝ. Et si dicat ꝙ prima ꝑfectio dicit respectu secūde: ⁊ ideo nō quiescent nisi que possunt habere perfectionē secūdam: tūc querit que sit illa ꝑfectio scđa. Illa enim non est motus: qz nos ostēdimus supra in 3° huius scientie ꝙ motus est ꝑfectio prima. Et si secūda ꝑfectio non est motus tūc incōueniens est diffinitio quietis qz nō dicit quiescere nisi potens moueri. Si aūt dicit quies est ꝑfectio prima eius qđ nō est in potentia: est iteꝝ diffinitio nulla: qz id qđ nō est in potētia nō est mobile: hoc aūt qđ nō est mobile per nām nō est quiescens. Si aūt dicat quies esse perfectio scđa eius qđ est in potētia: tūc motus ⁊ quies non habent oppositionē priuationis ⁊ habitus: nec etiā contrarietatis. In nullo enim differūt diffinitiones eoꝝ nisi per primū ⁊ secundū: hec aūt non indicant oppositionem: ⁊ hoc est etiā falsum: qz motus ⁊ quies habent oppositionem priuationis ⁊ habitus: ⁊ etiā aliquo modo ɔtrarietatis. Si āt dicat quies esse remanentia rei vt erat prius: sequit duplex incōueniens: quoꝝ vnū est ꝙ quiescūt illa que penitus sunt imobilia ſm primum modum imobilitatis supra positum. Et tanto verius illa quiescunt quanto verius remanēt modo vno. Scđm aūt inconueniens est ꝙ cuȝ dicit vt erat prius dictio prioritatis significat tēpꝰ: ⁊ sic tēpus cadit in diffinitione quietis: sed motus cadit in diffōne tēporis: ergo ⁊ motus cadit in diffinitione quietis: ⁊ hoc est inconueniens cuȝ quies ⁊ motꝰ sint opposita. Remanet ergo ꝙ itellectus quietis nō sit nisi priuatiuus quē solū dixit prima diffinitio: ⁊ idē absqȝ dubio diuulgata sententia naturaliū vera est: ꝙ motus ⁊ quies habent oppositionē habitus ⁊ priuationis. Et cum nos motū diffinierimus ex intellectu habitus supra qñ diximus ꝙ motus est actus existētis in potētia ſm ꝙ est in potētia: opȝ ꝙ nos quietē diffiniamus ex intellectu priuationis sicut diximus. ¶ Sed tñ aduertēdū est ꝙ aliud est quies aliud nā in qua quiescit. Quies enim nihil aliud est ꝗ̄ motus priuatio ab eo qđ natū est moueri: ⁊ qñ: ⁊ qualr est natū moueri. Nā aūt in qua sit huiusmodi priuatio est nā quietans ⁊ sistens motū: qz nulla ɔtrarietas est in genere: sed in specie. Color enī cū est in genere nō habet ɔtriū: cū oīuȝ ɔtrioꝝ sit genus vnū ⁊ idē: ⁊ ideo in gñe qdē quies opponit motui ſm habitū ⁊ priuationē. Si aūt quies in specie accipiat quātū ad nām quietantē: tūc aliqua quies in specie opponitur alicui motui ɔrie: ita ꝙ vtrūqȝ est habitus ⁊ forma: ⁊ de hoc loquemur inferius circa finē libri quinti. ¶ Jam igitur in prehabitis in tertio dictū est qđ est motus ſm diffinitionem: ⁊ dictum est quid est quies: ⁊ ante hoc dictum erat in hoc libro quinto quot sunt mutationes que non sunt motus ſm verā motus rōnē: qm̄ ille sūt in subā: eo ꝙ in subā nō est motus: nā forma substātialis est idiuisibilis ꝑfectio que nō est diminuta anteꝗ̄ sit cōpleta sicut exigit motus: qz motus est forma fluēs ab incōpleto esse ad cōpletū. Sūt aūt etiam mutationes ſm alia gña que sunt preter tria quātū: quale: ⁊ vbi in quibus est motus. Dictū est etiā quales motus ſm noīa sua sunt ſm tria gña superius determinata: ⁊ in hoc finitur tractatus primus huius quinti libri.

Dubiū motū etiā ab Auer. hic.

Solutio.

Ex hoc ɔside ra ꝙ dr̄a est iter potētiā ⁊ aptitudinē.

Documentū ex mēte Auicenne.

Aliud ē quies ⁊ aliud est nā in qua qesc̄it.

¶ Incipit tractatus secundus Quinti libri physicorum de septem intentionibus.

¶ Cap. pri^m. De simul & separatis: & tangere.

Tex. c. 21.

Ost hec autē intēdimus dicere de ꝓprietatibus motus in cōmuni. Sed opꝫ nos dicere ante de intentionibus nominū quorūdaꝫ q̄bus vtemur posterius q̄n loquemur de ꝯtinuitate & diuisione motus: & q̄n loquemur de ꝓprietatibus mot⁹. ¶ Et he intentiones sunt septē numero de quibus vnū tractatū faciemus. Sūt aūt iste q̄d est simul esse: q̄d separatū: q̄d tāgere: q̄d mediū: & quid ꝯsequenter: & q̄d habitū: & q̄d ꝯtinuū. ¶ Et postq̄ dixerimus vnūquodqꝫ istoꝝ ſm suam diffinitionē ſm quā intendimus de tēpore in naturis: tūc dicemus subiecta ipsoꝝ physica in q̄bus & in qualibus vnūquodqꝫ ipsoꝝ habet esse in 6° libro qui sequit̄ post hunc librū.

Tex. c. 22.

¶ Dicamus igit̄ ꝙ lꝫ simul esse dicat̄ multis modis: sicut in predicamētis est determinatuꝫ: tñ ſm ꝙ in physicis indigemus ipso simul dicunt̄ res esse solum ſm locū. Et illa sunt simul ſm locū quecunqꝫ in vno primo & ꝓprio loco sūt.

Dubium

¶ Cū aūt locus & locatū sint eq̄lia: vt dictū est in 4° huius scientie libro: & duo sunt maiora q̄ vnū vident̄ duo vel plura nō posse esse in loco vno ꝓprio: sed in duobus locis: nulla ergo videbunt̄ esse simul ſm nām.

Solutio pma

¶ Sed ad hoc dicimus ꝙ nulla corpora physica diuersa sunt in vno loco ꝓprio: lꝫ ꝙ vnū est subiecto aliq̄ñdo hꝫ diuersitatē ſm esse & rationeꝫ. Totū enim idem est subiecto cū vniuersitate suaꝝ partium & differt in esse & rōne & totū & partes vnū sunt simul in loco vno.

Solutio scda ad idem.

¶ Aut aliter forte dicendum ꝙ cū dicunt̄ aliqua simul esse ſm eundē ꝓpriū locū: intelligit̄ locus ꝓprius non vnius sed duoꝝ: & hoc est q̄n ꝯtingunt se in loco vtriusqꝫ ꝓprio: & hoc mō simul cadit in diffinitione eius qd̄ est tangere sicut inferius patebit.

Quomodo simul differt a tangere.

Et differt ab eo qd̄ est tangere in eo ꝙ tactus pficit̄ in vltimis que sunt vltima corporis ītra que sūt aliquid corpoꝝ tangētiū. Simul aūt perficit̄ in vltimis corpoꝝ extra hoc est que non sunt aliquid corpoꝝ tangibilium. Separatū vō esse opponit̄ ei qd̄ est simul: & ei qd̄ est tāgere: & ſm ꝙ opponit̄ ei qd̄ est simul: & tūc separatim sūt quecūqꝫ sunt in loco altero & diuerso: q2 illa nō ꝯtingūt se in locis suis ꝓprijs. Scdm̄ aūt qd̄ opponit̄ ei qd̄ est tangere siue ꝯtingere: tūc separatim sunt quoꝝ termini a se inuicē per spatiū distinguunt̄. Tangūt aūt se physice quoꝝ termini sūt simul mō quo diximus. Nō sunt aūt ꝓprie simul nisi quādo remanent diuersa. Cū enī tactus fit in mathematicis magnitudinibus: tūc dicunt̄ se tāgere mathematice magnitudines quando sibi ſm duos terminos supponūtur: vnde corpora mathematica tūc se tangūt quādo supponunt̄ eoꝝ supficies adinuicē: & superficies se tangūt q̄n puncta ad se inuiceꝫ supponunt̄. Quando aūt linea tāgit lineā: tūc pūcta vt dcm̄ est in vno extremo lineaꝝ supponūt̄ directe sibi vel oblique. Et tūc si directe applicant̄: dicit Euclides & ꝓbat̄ in geometricis libro primo ꝙ efficiunt̄ pūctū vnū. Si aūt oblique sibi applicant̄: tūc faciūt angulū qui in ꝯtactu duaꝝ linearum in pūcto vno applicatione nō directa factus est: & tūc iteruꝫ duo pūcta efficiunt̄ vnū. Et similr̄ fit in applicatione supficieꝝ ꝙ efficit̄ linea vna in qua sibi applicant̄. Et similiter in corpoꝝ mathematicoꝝ applicatione efficit̄ vna supficies cū duabus: & ideo tangētia se mathematice nō habent vltima simul: sed vnū. Sed tangētia & applicata sibi physice retinēt esse suū distinctū: & ideo nō vniunt̄: nec ideꝫ fiūt sua vltima: sed simul sunt modo qui dictus. Et ideo per hoc ꝙ dicunt̄ ꝙ tangētia se quoꝝ vltima sunt simul differentia: datur inter tactum physicum & tactum mathematicum.

Nota dfiam inter ꝯtactum mathematicū & nālem.

¶ Cap. 2^m. De intermedio ſm ꝙ accipitur in physicis.

Tex. c. 22.

Edium autē qd̄ grece intermediū vocatur: qd̄ apud Arabes dicit̄ inter: est re vera in quo est natura motū s: & hoc illud in qd̄ ipsuꝫ qd̄ mutat mobile aptū natū est primū dimittere id qd̄ mouetur q̄ in qd̄ mouet vt vltimū. Cū enim iam ꝓbatū sit ꝙ mutationis nō sit mutatio: neqꝫ motus sit mot⁹: nō pōt esse motus ex motu: neqꝫ motus ad motū: opꝫ ꝙ in eo ex quo est motus nō sit motus: q2 aliter motus eēt ex motu. Eodem modo opꝫ ꝙ in vltimo ad qd̄ est motus non sit motus cū motus non sit ad motum. Oportet ergo ꝙ in intermedio qd̄ est inter terminum a quo: & terminum ad quē sit motus: ergo intermedium in physicis est in qd̄ primuꝫ id qd̄ mouet dimittit hoc est extendit id qd̄ mouet̄ ſm qd̄ mouetur: & hoc est in isto continue prius q̄ veniat ad terminū vltimū motus in quo est motus in motum esse: & hoc ſm naturaꝫ continue mutationis: ꝙ si mutatio sit interrupta: tūc non necessario veniet ad vltimum: sed sistet in aliquo mediorꝫ. Est ergo ſm ꝙ in physicis accipitur intermedium ad qd̄ primū nata est ire trāsmutatio aliqua anteq̄ veniat ad illud ad qd̄ postremo transmutatur in quo trāsmutatio est in transmutatum esse. Intermedium autem sicut patet in physicis ſm ꝙ in physicis accipitur ad minus est in tribus: q2 omnis motus est inter duo contraria: & ideo vnum ꝯtrarioꝝ est primum principium: & alteruꝫ finis motus: & intermedium est in quo est motus de vno ad aliud qd̄ habꝫ quodāmodo vtrūqꝫ ꝯtrarioꝝ. Lꝫ aūt intermediū multis alijs modis dicatur per participationē scilicet extremoꝝ ꝑ equidistantiam: & per abnegationem extremitatis vtriusqꝫ: tamen ſm ꝙ in physicis indigemus ipso predicto modo accipitur: q2 sic motus est in ipso solo. Sicut enīꝫ motus ipse est forma permixta potentie que media est inter duos actus cōtrarios: ita etiā intermediū est in quo primo est talis mot⁹: ita ꝙ ante ipsuꝫ non est in aliquo: & est vsqꝫ ad vltimum in quo est in motū esse. Quia aūt nos supra diximus ꝙ hoc est ſm continuū motū: oportet nos hoc declarare qd̄ vocamus continuū motū: & ꝯtinue mutans vel mouens.

Tex. c. 23.

¶ Dicimus igitur ꝙ continue mouetur qd̄ nihil aut paucissimū deficit rei: & non tempori. Aliquis enim est motus in quo nihil prohibet mouens aliquantulum deficere rei mote: sicut est motus ꝓcessiuus quorūdam animaliū. Sed si cōtinuus est opꝫ ꝙ in nullo deficiat tempore. ¶ Est enim motus quorūdam animaliū sicut armonia cytbare in qua faciens armoniam percutiendo cytharam aliquātulū deficit chorde: quia post primaꝫ in acumine que grece dicitur ipatin percutit vltimā in grauitate: & lꝫ non sit ꝯtinuus transitus percussionis a primo ad vltimum: sed deficit percutiens rei percusse cū sonus istaꝝ chordaꝝ est indistans ſm armoniaꝫ: & ideo est vna armonia ꝯtinua ſm tempus: ita est etiam in ꝓnuntiatione litteraꝝ in syllaba: q2 syllaba est litteraꝝ cōprehensio indistanter ꝓlata: & sic dicimus ꝯtinuū esse motū quorūdam animalium sicut eoꝝ que ambulant. Constat enim ꝙ non simul innitūtur pedibus vtriusqꝫ lateris: sed ꝑus fixa vna parte pedū leuatur altera pars si plures q̄ duos habent pedes: & si habent duos: tunc eleuato vno pede figitur alter: tamen q2 sine interruptione temporis virtus mouens mouet vnum post alteꝝ: ideo continua dicit̄ ambulatio. Volantia autem & natantia nec rei mote: nec tempore deficiunt: q2 oportet ꝙ simul & semel virtus mouens alas ad volandum: vel pennas ad natandum simul nitatur instrumentis vtriusqꝫ lateris. Et ideo etiam ars natandi in hominibus nulla alia est nisi ꝙ simul cōtrahit & extendit vtrāqꝫ manū & vtrūqꝫ crus: vel saltem crus vtrunqꝫ. Quando aūt motus naturalis est non animalis: tunc est omnino ꝯtinuus: & hoc intelleximus quando diximus ꝙ non deficit rei: hoc est qd̄ non deficit ei qd̄ mouetur ſm rem illam in quam mouetur: & hoc est manifestum in omnibus motibus.

Nō qd sit nō defice rei. 3.

Est enim continua loci mutatio in qua mouens non deficit mobili ſm rem in qua est motus: hoc est ſm vbi: & est cōtinue alteratio in qua mouēs non deficit mobili ſm qualitatem ad quaꝫ est alteratio. Et similiter intelligendum est de augmento & detrimento. Qd̄ vō diximus ꝙ intermedium est in quo est primo continuus motus qui est inter contraria: dicimus ꝙ hoc apparet maxime in his que sunt ſm locum contraria.

Tex. c. 24.

Illa enīꝫ sunt que ſm rectitudinem plurimum distant. Non enim potest mensurari distantia eorum nisi per lineam rectam: quia ista vnita est inter extrema. Curue autē sunt infinite. Recta autem est minima & breuissima: & ideo notissima nobis & ſm rationem: ꝓpter qd̄ per ipsam mensuramus distantiam: & ideo illa sola ſm naturam est media: propter qd̄ illa est intermedium: per qd̄ est motus leuis ascendendo: & motus grauis

descendendo. Sic autem est ⁊ in alijs motibus naturalibus quia natura procedens ab extremitate in extremū semper mouet per intermedium breuissimum: ⁊ hoc est rectum: ⁊ ideo rectum est iudex sui ⁊ obliqui: quia per rectum cognoscimus ⁊ ipsum ⁊ obliquum.

¶ Cap. 3m. De eo qđ est consequenter: ⁊ de eo qđ est habitū: ⁊ de eo qđ est ꝯtinuū: ⁊ qualiter se habent adinuicem.

Tex.t.c.25.

Consequenter sm̄ ꝙ in physicis cōmuniter: ⁊ in alijs sumit est ꝙ cum sit solum post id qđ est eius principium: aut positiōe: aut specie: aut ordine: aut aliquo modo sic determinato. s. ꝙ aliquid sit principiū: ⁊ aliquid post ipsum nullū hʒ mediuʒ qđ sit de numero eoꝝ que sunt eiusdē generis cum ipso principio suo respectu cui' dicit ipsum esse ꝯsequenter sicut nos dicimus ꝙ linea sequit lineā positione: si nulla sit linea īter eas: ⁊ vnitas sequit vnitatem si nulla sit eaꝝ media vnitas: ⁊ domus domuʒ si nulla sit domus itermedia: ⁊ narratio ꝓhemiū in rhetoricis. Et similr sm̄ speciem animal bipes sequit hominē ⁊ huiusmodi: sed nō ꝓhibet aliud quin res alterius generis possit esse inter ea que sunt ꝯsequēter: vt si casa stat īter duas domos ꝯsequenter existentes nihilominus ꝯsequenter sunt adhuc. Omne enim qđ est alicui ꝯsequēter ⁊ sm̄ aliquē modū ꝯsequēter est: ⁊ opʒ ꝙ sit posterius illo ex quo accipit ꝯsequēter esse: ⁊ ideo nō dicimus in ordine numeri ꝙ vnū sit ꝯsequenter ad duo: nec in accessionibus lune dicimus ꝙ prima luna

Tex.t.c.26.

sit ꝯsequēs scđam: sed ecōuerso. ¶ Habitū aūt est ꝙ addit aliqđ ꝯsequēti. Est enim habitū qđ ꝯsequenter est: ita ꝙ tāgat tactu large accepto. s. ꝙ esse id qđ tāgat: siue sit corp' qđ siue nō: qđ imediatū est omnino. Hoc aūt est qđ vocat arabice sese: qđ nos succedens possumus interpretari. Hec āt ambo. s. ꝯsequēter esse ⁊ habituʒ esse ꝯueniūt in intermedio physico de quo iaʒ locuti sumus: qm̄ id est ꝯsequēter ⁊ habitū post extremū vnde est motus. Manifestū aūt est ex superioribus ꝙ cū due sint oppōnes inter quas est mutatio. s. cōtradictionis ⁊ ꝯrietatis: ⁊ ꝯtradictio non habeat medium. Ois aūt ꝯtrarietas physica habet mediū ꝙ motus est īter

Tex.t.c.28.

contraria ⁊ nō inter ꝯtradictoria. ¶ Cōtinuū aūt est qđ est aliquo modo habitū. habitū est quādo vltima sunt simul: ⁊ si de his que sunt simul terminat aliquo mō vnū: tūc erit cōtinuū. Cōtinua aūt sunt quoꝝ vltima sunt vnū: hoc est cum vtriusqʒ ꝯtinuoꝝ sit vnus ⁊ idem terminus: ⁊ ita ꝯtinuātur abinuicem sicut significat nomē. Cōtinuū enim dicit quasi in vno se tenens vel in vno se tangens. Nunqȝ aūt hoc esse pōt si termini qui sunt vltima sint duo vel plura: qꝛ tūc tāgētia sunt soluʒ ⁊ nō ꝯtinua. ¶ Sed ex ipso nomine ꝯtinui ma-

Tex.t.c.27.

nifestū est ꝙ in his est ꝯtinuū solū ex quibus vnū aliqđ aptū natū est fieri: siue mathematice: siue nālr: siue artificiose: vnde si se tangant: opʒ ꝙ vniant sicut dicunt mēbra animalis ꝯtinua que se tangunt ⁊ fiunt vnuʒ in forma ⁊ colligatione. Sicut. n. ꝯtinuum est vnū in multis vnitis: ita ⁊ totū vnitiuum partiū se tangentiū sit vnū. Fit aūt de se sic tangētibus

Nō diuersos modos continuationis naturalis.

multiplr vnū. Aut enim sunt se tangentia ⁊ sibi inuicē ꝑmixta sic ꝙ plurimū vnius sit in plurimo alterius ꝙ imbibituʒ sit vnū alteri: aut sunt se tangentia: nō tamen sibi imbibita. Et primo qdē modo vnū recipit inter spatia ⁊ poros alterius: sicut sunt mixta elementa in corporibus: ⁊ hec vocatur ꝯtinuatio corporalis: qꝛ fit foraminibus paruis que grece pori dicunt. Si aūt se tangūt ⁊ vniunt non sibi imbibita: tūc aut habent vniēs vltima sua extra se: aut vniunt vltima eorū seipsis. Et siquidē habent vniēs extra se: hoc nō pōt vniri vltima se tangentia nisi per modū ligamenti: sicut vniuntur ossa duo in membris ad se inuicē se tangētia: ⁊ hec vnio vocat colla vel colligatio: sicut collū colligat capiti ⁊ corpori: ⁊ partes in collo sibi inuicē vniunt. Si aūt vniens nō est extra seipsa: aut vniunt vltimis sibi coherētibus per se: aut qꝛ vtriusqʒ vltimoꝝ recipit ab altero in parteʒ sui. Et primo qdem modo per simplicē tactū vniunt sibi mēbra similia sicut caro: vene: ⁊ nerui: ⁊ similia. Scđo āt modo vocat vnio infectionis: vel incastratur e: sicut dicimus ossa capitis esse ꝯtinua: qꝛ vnum recipit separabilr in altero: ⁊ ecōuerso. In mathematicis aūt vt supra diximus tangentia vltima efficiunt simplr vnum: ⁊ ideo vbi vere est ꝯtinuitas: sed de ta-

Tex.t.c.28.

li ꝯtinuatione nō indigemus in physicis. ¶ Si aūt cōsiderauerimus habitum istorum inuicem: tunc primum sm̄ rationem ⁊ intellectum inter ista est illud quod est esse consequenter. Omne enim contactum quod est habitum consequenter est: sed non omne quod consequenter est: est etiam tangens: ⁊ ideo etiam id quod ꝯsequenter est: est in primis sm̄ rationem diffinitiuam: quia diffinientia ipsum in pluribus inueniantur. In numeris enim inuenitur ꝯsequenter esse: sed non contactus: ergo ꝯsequenter se habet ad contacta esse sicut a quo non conuertitur consequentia. Eodem autem modo se habet contingens ad continuum. Si enim continuum est: necesse est tangere: sed non cōuertitur: quia si contingat nondum necesse est continuum esse. Non enim necesse est ipsorum vltima esse vnum si simul esse concedantur. Sed si conceduntur aliquorum vltima esse vnum: tunc necesse est cōcedere ꝙ sint simul: quia sicut diximus vltima naturalium corporum possunt esse simul ⁊ tamen remanent distincta: ⁊ non vnum. Sed vltima mathematicorum non sunt simul nisi fiant vnum: ⁊ ideo non ꝓpter diximus esse simul in mathematicis: sicut patet in superius determinatis. Patet igitur ex his que dicta sunt ꝙ inserens qui est adunatio ex receptione vnius in aliud vltimum est in esse inter hec quatuor quia si vltima sunt inserta sibi necesse est esse vnum: ⁊ si vnum sunt non necesse est esse inserta: sicut patet in mathematicis. Est igitur insertus vltimum sm̄ generationem istorum que generatio est ex compositione diffinientium ipsa eo ꝙ aliam non habent generationem. Similiter necesse est ꝙ tangant se vltima si se conserantur. Contacta autem vltima non vniuersaliter apta nata sunt esse cōserta: sed quia negato superiori negatur inferius: ideo si nō contacta absqʒ dubio nō erunt cōserta: qꝛ in quibus nō sint est contactus: non erit etiam consertus. ¶ Et ideo repre-

Tex.t.c.29.

henduntur illi qui dicunt puncta ⁊ vnitates esse separata: ⁊ hoc est principia corporum ⁊ corpora componi ex illis: quia etiam si separata ponant esse puncta ⁊ vnitates adhuc differentia est inter vnitates ⁊ puncta: ⁊ non possunt esse ideʒ: quia punctis inest tangere: vnitatibus autem non conuenit tangere: sed consequenter esse. Si enim concedatur corpus componi ex punctis: tunc puncta se tangunt composita in corpore. Hoc autem falsum est: vt in sexto huius scientie demonstrabimus. Alio autem modo vere inest punctis tangere: quia linee se tangunt in punctis: lʒ sic se tangentia continentur: vt supra diximus: sed in talibus neutro istorū modorum contingit tangere: ergo puncta non sunt vnitates separate. ¶ Alia autem est differentia puncti ⁊ vnitatis: quia inter duo puncta conuenit aliquid medium esse: etiam si dicantur sm̄ imaginationem separata esse: sed non est necesse ꝙ aliquid sit medium inter vnitates. Quod autem contingat aliquid esse medium inter puncta patet ex hoc ꝙ punctum possibile est habere positionem in continuo: ⁊ ab hac potentia non est separabile: ita ꝙ remaneat punctum ⁊ cuʒ positum est tunc oportet ꝙ inter quelibet duo puncta sit linea: quia non potest habere situm in continuo nisi situm termini: ⁊ terminus semp alicuius terminati terminus. Quod autem situaliter terminatur duobus terminis terminatur: ⁊ sic inter quelibet duo puncta est linea. Probatur autem idem ex conuersa istius. s. ꝙ omnis linea recta est inter duo puncta. Hanc enim si conuertimus particulariter tunc inter aliqua duo puncta erit linea ex qua sequitur propositum ꝙ inter quelibet duo puncta possibile est esse lineam. Si enī

2° phy.t.c.[illegible] mi ⁊ infra.

Deductio [illegible] est Auer. in [illegible] suo loco.

detur ꝙ non est possibile inter quelibet duo puncta esse lineam: ergo non inter quedam duo puncta erit linea ex qua sequitur destructio prime ꝙ non omnis linea est inter duo pūcta: sed modo inter duas vnitates non est medium necessarium inter eas: quia nullum medium sm̄ ordinem numeri est inter vnitatem ⁊ dualitatem: aut inter binarium ⁊ ternarium: quapropter vnitates consequenter sunt ⁊ non conuenit eis tangere: sed puncta non sunt consequenter: ⁊ tangere conuenit eis: ⁊ ideo vnitas non est punctum: quamuis etiam separata esse ponantur. ¶ Dictum igitur iterum sit nobis quid sit esse simul: ⁊ quid separatum: ⁊ quid tangere: ⁊ quid intermedium: ⁊ quid consequēter: ⁊ quid habituʒ: ⁊ quid continuum: ⁊ dictum est etiam in quibus subiectis inueniatur vnumquodqʒ istorum.

Tex.t.c.30.

Incipit

¶ Incipit Tractatus Tertius Libri Quinti Physicorum de vnitate ⁊ contrarietate motus.

¶ Cap. pᵐ. Qualiter motus est vnus genere ⁊ spe ⁊ nūero.

Post hoc autem oportet nos inuestigare de vnitate motus ⁊ ɔtrarietate: qꝛ hoc nobis plurimū erit vtile ad sciendū de diuisione motus: ⁊ an sit factꝰ: an non: ⁊ ad alia que tractaturi sumus in sequentibus libris. ¶ Dicamus igitur ꝙ motus multiplr dicit vnus: eo ꝙ ipm vnū multipliciter dicitur. Omisso enī vno quod dicitur per accidens vnū: habemus vnū sm formā essentialē dictū: ⁊ hāc possumus cōsiderare sm esse ⁊ essentiā. Et si consideremus sm essentiā: aut cōsiderabimus ipsā sm ꝙ est pars essentie rei: aut sm ꝙ est tota rei essentia: ⁊ sm ꝙ ipsa est pars essentie rei sic est genus: ⁊ ab ipsa causat vnum in genere qđ est vnum sm figurā pdicamenti: ⁊ coordinationē predicabiliū. Si autē cōsideremus ipsā sm ꝙ est tota rei essentia sic est species: qꝛ quicqd est post speciē in his que sunt formalia: ⁊ non mālia est de indiuiduantibus. ¶ Et ab ea sic considerata causatur vnū in specie indiuidua que est species specialissima que non diuiditur in alias species quēadmodū diuiduntur spēs subalterne. ¶ Et si nos consideremus esse huius forme sm ꝙ est actus ⁊ effectus eius in suo pprio subiecto: tūc ipsa est forma indiuiduata per subiectum: ⁊ sic considerata causat vnitatē in numero. Istis ergo tribꝰ modis dr̄ motus vnus. Et genere qdē vnus est cuius termini ad quos est motus sunt in genere vno: sicut oīs loci mutatio vna est in genere cū loci mutatiōe: sicut circulatio vna est in recto motu: ⁊ motus sursū hoc modo vnus genere cū motu deorsū. Alteratio autē ⁊ loci mutatio nō sunt vnū in genere: qꝛ finis alterationis est in genere qualitatis. ¶ Sꝫ finis loci mutatiōis est in genere vbi. Specie autē vnus est qui cū genere vnus sit. Est etiā cū hoc vnus per indiuiduā speciem que est spēs specialissima. Sunt enī coloris qui est finis alterationis multe differentie sm spēm: ⁊ ideo alteratio cuius finis est vna spēs coloris nō est eiusdē spēi cū illa cuius finis est alia species: vt denigratio in alia specie est ꝙ̄ dealbatio. Sed oīs dealbatio cū omni dealbatione erit eadem alteratio: ⁊ idē motus sm spēm: ⁊ oīs denigratio eadē est cū omni denigratiōe in specie. Sed nigratio cū dealbatione non est eadē sm spēm: vnde cū sit specie vna dealbatio cū omni dealbatione habet cōparationē ad oēm dealbationem: qꝛ non est cōparatio nisi eorū que cōueniunt in aliquo vno in quo sit cōparatio eoꝝ adinuicē. Si autē sunt quedā fines motuū qui sunt simul ⁊ genera ⁊ species: sicut subalterna que inter generalissimū ⁊ specialissimū sunt. Motꝰ quidē ad tales fines dicit quodāmodo vnus in specie: sꝫ nō dicit absolute ⁊ simplr vnus sm spēm: qꝛ absolute ⁊ simpliciter nō est species nisi specialissima: sicut est motꝰ qui dicit doctrinatio: si dicat scia in cōi sumpta esse species acceptionis: siue opinionis: put opinio dicit oēm acceptionē per intellectū: sꝫ enī scientia que est habitꝰ demōstratiuus sꝫ hoc sit species acceptionis vel opinionis: tñ est genus hāꝝ sciētiarū sicut geometrie: aritmetice: musice: ⁊ astronomie: ⁊ ideo determinatio in cōmuni nō est motus vnus sm spēm specialissimā que simplr spēs est: sꝫ potius quodāmō vnus: qꝛ est vnus sm id qđ est species ad quedā: ⁊ genus ad quedā alia sic ergo sm speciē est vnus qui est ad idē sm spēm motus. ¶ Sed dubitabit aliqs vtrū hoc sufficiat. Si enim sufficit hoc qđ dictū est: tunc specie vnus motꝰ est qui est ex eadē specie in idem specie. Possibile est autē vt vnū pūctum vel homo vel aliquid mobile moueat ex hoc loco in hūc locū iterū ⁊ iterū: ita ꝙ bis vel ter semper diuerso motu moueatur: vt ex. a. in. b. Et prima qdē vice moueat per arcū circuli: super quem sunt. a. ⁊. b. Secunda autē vice moueatur per diametrum que est inter. a. ⁊. b. Et tertio veniat forte volitatū. Et quarto veniat ambulans. Et cū omnes isti motus sint ab eodē in idem videbit sm dicta ꝙ oēs isti motꝰ sunt idem specie. ¶ Dicamus autē ad hoc ꝙ in veritate nō sufficit ad hoc ꝙ motus sit idē in specie ꝙ sit ex eodem specie in idem specie: sed oportet addere ꝙ etiā medium in quo solo est motus vt supra diximus sit idē: ⁊ per illud patet ꝙ circularis motus ⁊ rectus etiā si sint ex eodē in idem nō erunt idem specie. Et in alterationibus similiter est: quoniā sicut testatur Auicē. nigrum venit ad album multis vijs. Aliquando venit per viride ⁊ glaucū ⁊ fuscum ⁊ subalbū. Aliquando per liuosum ⁊ rubeū ⁊ croceū. Aliquādo per hyacintinū ⁊ lucens: ⁊ sꝫ isti motus sint ad idē specie: ⁊ ex eodē: non tamen sunt idē specie: qꝛ medium per qđ est transitus in quo solo essentialiter est motus est ad aliud ⁊ aliō specie. Modis ergo predictis dicitur motus eē vnus sm genus ⁊ sm speciē. ¶ Simpliciter autē ⁊ absolute ⁊ sine determinatione est motus vnus: aut substantia qdē: aut numero. Dico autem substantia vnū qui est substātialibus motui cōuenientibus est vnus eo mō quo omnia sibi substātialia sunt eodē modo: sicut vnus est in quo nō inuenit diuersitas in numerādo. Quid autē sit motus taliter vnus manifestum erit si per diuisionē accipiamus ea que exigunt ad vnitatē motus. Sunt autē tria sm numeꝝ circa que dicimus motū vnū quando illa tria eadem sunt. s. id qđ mouetur: ⁊ in quo mouetur sm materiā que est vbi: vel quātitatis: vel qualitatis: ⁊ tēpus quando mouetur. Dico autē ꝙ mouetur: quoniam in omni motu aliqd necesse est eē qđ mouetur: vt hominem: aut asinū: aut punctum sm eos qui dicunt puncta moueri. Et iterū necesse est vt in aliquo sit motus eius: vt in loco vel in passione vel in qualitate alia: ⁊ iterū aliquando mouetur: qꝛ in tēpore est omnis motus. ¶ Sꝫ inter hec tria non ostenditur vtrum motus sit vnus genere: aut specie vnus: nisi penes illud in quo est vnus motus qđ est materia: siue natura fluens in motu. Sed consequens ⁊ habitum ad esse motum in genere est esse eum in tempore: quia omnis motus est in tempore: sed non oportet ꝙ idem motꝰ in genere vel specie sit in eodē tēpore: qꝛ tales motus possunt esse in eodem tempore vel in diuersis temporibꝰ. Simpliciter autē esse motū vnum est qđ in omnibus idem sit. Et nāq oportet esse vnum ⁊ idē numero id in quo est motus: sicut in natura que fluit de vno termino motꝰ ad aliū: sicut ꝙ species vel forma in qua est motus sit vna numero ⁊ indiuisibilis. Et similiter oportet ꝙ tēpus qđ est aliquando in quo est motus sit vnum ⁊ indiuisibile: hoc est indiuisum ⁊ quiete non interpositum. Et oportet etiam subiectū motus qđ mouetur vnū esse: ⁊ non sm accidens esse vnū: qꝛ si sm accidens dicat esse vnū: tunc fierent duo motꝰ diuersi genere vnus sm numerū. Est enim sm accidens vnū coriscus siue tonsor: ⁊ albus: ⁊ in eodem tēpore potest tonsor ambulare inquantū tonsor vel coriscus: ⁊ potest niger fieri sm ꝙ albus: sed tamen ambulatio ⁊ albatio non sunt idem motus numero: nec specie: nec genere. Et oportet iterū ꝙ id quod est subiectum motus non sit vnum in specie in cōmuni: sed oportet ꝙ sit idē indiuiduū numero. Si autem idem esset in specie tñ cum duo ambulantes in tēpore vno sint vnū in specie: ⁊ moueant vno motu specie: ⁊ vno tēpore: oportet ꝙ eorum motus esset vnus sm numerū. Idem autē est si duo dicimus sanari sm eiusdem speciei sanitatem: vt ab obtalmia que dicitur oculatio que est apostema oculi. Talis enī motus non est vnus simpliciter: sed est vnus sm speciem.

¶ Cap. zᵐ. De solutione dubitationis vtrum aliquis motus sit idem numero.

Est autem hic questio grauis vtrū sꝫ dicta sit motus vnus numero. Videamus autē hoc in simili: qꝛ si dicamus Socratem alterari sm vnā ⁊ eandē speciē alterationis que est albificatio: vel alia quecunq ⁊ alteretur in alio et alio tēpore si species que est finis alterationis est vna numero in duabus illis alterationibus: tunc videtur ꝙ iste alterationes sint eedem numero quāuis sint in diuersis temporibus: sed non potest esse ꝙ spēs ad quā alterat sortes in duabus alterationibus sit eadē numero: nisi id qđ corruptum est in iterata generatione reuertatur ⁊ reiteratur sm idem numero: quoniā non alteratur sortes bis ad eandē speciē albedinis vel sanitatis nisi prius corrūpatur albedo vel sanitas ad quā primo alteratus est: vt in secunda alteratione iterū alteretur ex contrario ad albedinē vel sanitatē. Si

Marginalia (left): T. t. cō. 31. — Docuᵐ pulchrum. Forᵉ duplr ɔcipi pt sꝫ essentiā ⁊ sꝫ esse. — Vide p hoc 7. phy. t. c. 31. — T. t. cō. 32. — T. t. cō. 33.

Marginalia (right): In alteratiōibꝰ specifica ēt mediorum dīta. dr̄iaꝫ in ipsis alterationibus efficit. — Tex. t. c. 34. — Tex. t. c. 35. — Tex. t. c. 36.

igitur reiteratur idez nūero in secūda alteratione: tūc absq̧ dubio isti duo motus erunt idez nūero. Si autez species ad quā alterntur secundo vna vice post aliaz in secūda vice nō reiteratur eadez nūero: tunc ille due prime alterationes nō erunt idez motus nūero. ¶ Unio autez idez videtur in motu vno numero ⁊ continuo: qa motus nihil aliō est nisi vbi generatuz post vbi: vel forma generata post formaz s̄z conti nuū ꝫ processuz de vno in aliud. ¶ Constat autē ꝙ primuz cor rūpitur continue: ⁊ posterius continue in motu generatur: ⁊ ideo ꝗ corruptū ⁊ generatuz in motu sunt alia ⁊ alia: tunc ēt non videtur idē esse motus substantialiter: sed alius ⁊ ali⁹. Si autē in motu reiteraꝛ idez nūero generatū qō fuit corru ptū: tunc motus substantialiter erit idez numero. ¶ Habet autē dubitationē hoc per oia huic silez de formis que sūt in subiectis continue transmutatis: sicut est sanitas que est in contēperantia humoꝝ ⁊ cōmixtione elementoꝝ in aiali: ⁊ silr de omni habitu: siue forma que est in subiecto qō fm cō ponentia ipsuz est in continua variatione. Tales autem ha bitus ⁊ forme: sunt in substantia hoc est in corporibus. ¶ Cuz igitur subiecta habentia tales formas moueantur ex conti nua alteratione cōplexionantiū: ⁊ sint continue fluētia eo ꝙ alias ⁊ alias habēt qualitates ⁊ partes deperditas ⁊ restau ratas: videꝛ etiā ꝙ forme que in eis sunt moueanꝛ ⁊ fluant: eo ꝙ forma quelibet subiectū reqrit propriū: ⁊ quando va riatur tunc nō est propriū: ⁊ ita videtur destrui forma que est in subiecto. ¶ Si autē dicatur ꝙ forma in tali subto va riato remanet eadē: ⁊ ꝙ est eadē sanitas ꝯtinue que fuit he ri ⁊ hodie: non esset ratio quare nō silr diceret vna numero sanitas: quā qs habet ante ⁊ post cuz interrūpitur egritudi ne: ⁊ iteruz recuperat eā quādo sanatur ꝙ vtraq̧ sanitas re

T. t. cō. 38.

dit iterata postq̄ fuit corrupta vt prius habituz est. ¶ Non enim est differentia nisi in hoc: ꝙ in vno non est sanitas in terrupta per suū habituz oppositū: sed est variata de specie in speciē silez. In altero autē est interrupta ⁊ variata de cō trario in contrariuz. Qō sigdez dicat aliqs ꝙ hec duo sunt idez: ⁊ sunt vnus mot⁹ vel actus sicut nūero dr̄ vnus motus vel actus qui sunt ad primā sanitatē ⁊ secundā: tunc necesse est ꝙ etiaz habitus siue forma prima ⁊ secūda sit eadem nu mero. Unus eni nūero actus siue motus sanitatis: qui est vnus nūero habitus: siue forma sanitatis: hoc est ad quam est sanitas: sed non cōuertitur: quoniā aliter forte nō vide bitur hec cōsequentia necessaria esse ꝙ si vnus nūero sit ha bitus vel forma ꝙ ꝓpter hoc etiaz vnus nūero sit actus vel motus eius. Cū eni qs pausat postq̄ ambulauerit: tūc ces sat actus vel motus ambulatiōis eius. Cū aūt iterz ambu lat tūc est alius motus ambulatiōis eius: ⁊ tamē habitus a quo est ambulatio que est virt⁹ ambulātiua est vnus ⁊ idez. Si aūt ꝓpter hoc dicaꝛ ꝙ silr habitus ⁊ forma sanitatis est vnus ⁊ idē habit⁹ nūero: ⁊ actus ⁊ mot⁹ sunt diuersi: sic seq tur ꝙ vnū ⁊ idē qō est habit⁹ sanitatis corrūpitur ⁊ erit mul totiens fm quālibet subiecti variationē: ⁊ hoc est inopinabi le. ¶ He igiꝛ dubitatiōes sūt extra perscrutationē que nūc est: sed pp̄ silitudinē inducte sunt: quoniā sicut subiecti va riatio inducit formaꝝ variationez: ita ⁊ ipsa mot⁹ successio videꝛ inducere variationē forme ⁊ nature in qua est mot⁹.

Soluit p̄maz qōnē inductaz in textu. 36.

¶ Et dicendū absq̧ dubio de p̄ncipali dubitatione ꝙ mot⁹ cōtinuus ⁊ vnus est nūero quādo nō interrūpiꝛ per aliā for mā: ⁊ aliā que sit in ipo. ⁊ hoc iō: qa prius in ipso non distin guiꝛ actualiter a posteriori. Nihil⁹ aūt discōtinuunt aliqd nisi qō actualr̄ distinguit ipsuz: vnde cū in motu sit potentia tm̄ ⁊ nō actus nisi iperfectus remanet tot⁹ ꝓcessus qui mot⁹ dr̄ vnus nūero ⁊ cōtinuus. S̄z cū motus est ad duas sanitates iste actualr̄ abinuicē distinguunꝛ per qetem interpositā: vel etiā per ꝯ̄triuz actu interuenieus: ⁊ iō duo illi mot⁹ non sunt

Soluit aliaz qōnē induc ā in textu. 37.

vnus: nec ad idē nūero. ¶ Sed de hoc qō videꝛ in dubio re linq verū sanitas vel alia forma que est in sbto fluēte sit ea dē cū esse ipsius sit sicut qōdā fieri continue diuersimode di cēt. ¶ Cōis eni respōsio esse cōsuenit ꝙ tales forme habitu

An for⁹ i sb lecto variabi li existēs sint eedē s̄z habi tum ꝫ.

sunt eedē: s̄z nō actu: sicut ⁊ Aꝛ. inuere videꝛ: ⁊ hoc mihi nō videꝛ veꝝ eē: nec videꝛ intellect⁹ Arist. qa mutato sbto: nec habitus manet idē: nec act⁹. Si eni habit⁹ maneret: tūc q̄li tas maneret eadē: ⁊ hoc est ipossibile si manere nō ponatur eius ꝓpriū sbm. ¶ Propter hoc dicūt qdam ꝙ tales forme hñt duplex subm. s. cōe ⁊ ꝓpriū. Subm aūt cōe est mā corpo ris ⁊ p̄tes dicte fm mām. Subm aūt ꝓpriū est corpus idē s̄z formā: ⁊ partes eius fm formā: ⁊ qd sit hoc dictu exponi h̄z in p̄mo libro p̄igenescos: in tractatu de augmēto. Dicūt g̃

Phlo de ge nera. l. c. 35.

ꝙ si referanꝛ iste forme ad sbm cōe qō est corpus fm partes māles acceptū: tūc nō manēt ille forme eedē fm nūeꝝ: s̄z fm speciez. Si aūt referanꝛ ad subm ꝓpriū qō est corpus fm cō positionē suā quā h̄z in ptib⁹ fm formā dictis: tūc forme iste sunt eedē nūero: qm̄ non sunt interrupte per ꝯ̄riū. Et hanc ego credo verā sniaz de illis formis: ⁊ iō etiā non ꝯsentio in hoc ꝙ eē ipsaꝝ sit qōdā cōtinuū fieri: sed dico eas eē qescen tes ⁊ fluxū ꝯtinuū fieri in partib⁹ mālib⁹ que sunt sub ipsis: ⁊ nō sunt sbia coꝝ imediata: s̄z potius per partes formalr̄ acce ptas subijciunꝛ eis: ⁊ iō dico talia eē subiecta mediata ⁊ cō munia ad quoꝝ variationē nō necessario sequitur variatio ipsoꝝ que sunt in ipsis. ¶ Hac tn̄ opiniōe freti Heracliani sophiste ⁊ decepti cū oē corpus dicereꝛ cōponi ex ꝯ̄rijs: dixe runt oia esse ꝯ̄ria in ꝯtinua trāsmutatiōe: ⁊ oē esse vniuslr̄ eē qōdā cōtinuū fieri: ⁊ ideo dixerūt nihil sciri de re aliq̄ eo ꝙ eē eius eēt icertū. Et dixerunt pp̄ eādē cām ꝙ ꝯ̄dictoria ve rificanꝛ de eodē ⁊ fm idē: ⁊ ꝙ ois oratio est vera de re quali bet. Hos tn̄ qdā secuti sunt Henodiste theologi sic machō metus ⁊ qdā alij de qb⁹ nō est mō dicēdū per singula.

¶ Cap. 3m. Qꝛ ad vnum motum numero non sufficit vnitas tēporis ⁊ speciei vel subiecti: sed oportet hec oia adesse.

Tex. t. c. 39.

Quoniam aūt ois motus est de genere continuoꝝ: oportet ꝙ mot⁹ q simplr̄ est vnus sit etiaz conti nuus. Oē eni diuisibile est cōtinuū: ⁊ ideo etiaz cū mot⁹ diuisibilis sit in ptes aliquātas: opꝫ ꝙ mot⁹ vnus sit ꝯtinuus. Et eadē est rō qa opꝫ tē pus eē ꝯtinuū: ⁊ hec rō melior ē ad ꝓbādū ꝙ mot⁹ ⁊ tp̄s sūt quātitates: s̄z tn̄ de hoc subtiliter tractare ptinet ad meta physicū. ¶ Cū aūt motus sit ꝯtinuus hoc mō quo est de ge nere ꝯtinuoꝝ: tn̄ ois motus cōtinuaꝛ omni motui: sicut nec aliqd alioꝝ qō est de genere cōtinui ꝯtinuaꝛ oib⁹: qa sic es sent oia cōtinua. Uñ sicut in alijs nō cōtinuaꝛ cōtingēs ꝯti gēti: sed cōtinuaꝛ cū reb⁹ sui generis: ⁊ sue spēi: ⁊ illoꝝ ea cō tinua sunt tm̄: quoꝝ vltima sunt vnū: ⁊ iō nō oib⁹ oia sūt ꝯti nua. Ultima eni q̄rūdā nō sunt: qa nō oia hñt vltia: s̄z ea q̄ sunt in gñe q̄titatis tm̄: ⁊ illa hñt vltima. Et quedā ēt que hñt vltima hñt ēt ea spē dr̄a sicut tp̄s ⁊ linea: ⁊ oio: ⁊ iō vlti mū si in rōne p̄bica que per eē daꝛ p̄dicet de eis equoce p̄di cabiꝛ: ⁊ ideo ēt talia se nō tāgūt: neq̧ cōtinuanꝛ in vltimis. Irrōnabile aūt esset si vltimū linee diceret tāgere vltimum ambulatiōis: ⁊ ideo linea ⁊ ambulatio nō cōtinuanꝛ: ⁊ ideo neq̧ mot⁹ diuersi genere: neq̧ spē possunt eē ꝯtinui. ¶ Ha

T. t. cō. 40.

biti qdē silr eē pñt: ⁊ sunt aliqñ: hoc est imediate sibi succe dētes mot⁹ illi qui neq̧ gñe neq̧ spē sunt. Currēs eni aliqs pōt febricitasse stati cū cursu: vel imediate post cursuz: ita ꝙ vltimū instās desitiōis cursus sit primū instās febricitatio nis: ita ꝙ nullū intercidat tp̄s: sed tn̄ illi mot⁹ s̄z hēant vnuz ꝯtinuū tp̄s: non tn̄ sunt vnus simplr̄ ⁊ ꝯtinuus: ⁊ sicut lāpas vel flāme siue lumen qō facit motuz ex succedente sibi diffu sione loci: qa in loco diffundiꝛ: ⁊ hoc est quando candela vel flāma vicissitudinanꝛ de manu in manū: ita ꝙ semper vlti muz instās diffusiōis vnius sit p̄ncipiuz alterius absq̧ inter positiōe tēporis: tūc eni ille diffusiōes hñt tp̄s vnū: ⁊ tn̄ non sunt mot⁹ vnus cōtinuus: s̄z potius habiti sunt: siue succedē tes. Poniꝛ eni cōtinuū differri ꝙ illa sunt ꝯtinua q̄rū vltia sunt vnū. Tales igiꝛ mot⁹ habiti sunt: ⁊ ꝯ̄iter in eo ꝙ tem pus coꝝ ꝯtinuū est: nō interruptū: ⁊ ideo non sufficit ad hoc ꝙ vnus nūero ⁊ ꝯtinuus sit mot⁹ ꝙ tp̄s sit ꝯtinuuz nō inter ruptū: s̄z potius ꝯtinuus dr̄ ipse mot⁹ quo ip̄e est ꝯtinuus in sua eētia: ⁊ vnus: ⁊ hoc ē qñ vltimū vnū sit ambob⁹ moti bus: siue partib⁹ motus. ¶ Uñ si debeat esse vnus nūero ⁊

T. t. cō. 41.

cōtinuus mot⁹: opꝫ ꝙ cū hoc ꝙ est tp̄s vnū ꝯtinuū sit ⁊ mo tus eiusdē spēi in quo est mot⁹: ⁊ vnius eiusdē sbti nō cōiter nec per accñs dicti: ⁊ tp̄s qdē dꝫ eē vnū vt nō intercidat qes siue imobilitas. Si eni tp̄s deficiat tūc necesse est qescere: ⁊ tunc qes interponiꝛ: ⁊ tūc motus nō est vnus ⁊ ꝯtinuus sed plures: siue multi erūt mot⁹ quoꝝ qes est media: qa si aliqs motus sitiu: siue qete occupeꝛ ille: neq̧ vnus nūero est: ne q̧ ꝯtinuus. Recipiꝛ eni qes media: si in medio itercidit q̄ ea inter duo. s. silr̄ q̄uis nō deficiat tp̄s aliqñ: sed sit ꝯtinuū

⁊ vnū:

⁊ vnū: si tñ motus nō sit ſm ſpēm vnū in qua eſt motus non erit motus ille vnus ⁊ ꝯtinuus: q2 in talibus tps qdem eſt vnū: ſed tñ mot⁹ ſunt alij ſm ſpēm: ⁊ iō nō cōtinuant: q2 diuerſoꝝ ſm ſpēm non eſt vltimū vnū. Mot⁹ eni qui eſt vnus ſimplr hoc eſt nūero ⁊ ꝯtinue neceſſe eſt vnū eē ſm ſpēm: ſ3 non conuertit: q2 non eſt neceſſe ꝙ vnus ſm ſpēm ⁊ tps ſimpliciter ſit vnus. Op3 igitur omnia tria adeſſe. ſ. ꝙ id quod mouet ſit vnum ſimplr: ⁊ per ſe motui ſuppoſitū ad hoc ꝙ ſint in ſpecie vna: ⁊ ꝙ ſit tempus vnum non interruptū. Sic ergo dictum eſt quis ſit motus ſimpliciter vnus.

¶ Cap. 4m. De vnitate motus ſumpta penes perfectionem ⁊ regularitatem eius.

Tex. t. c. 42.

Xpeditis omnibꝰ his Que dicenda erant de compositiōe & diuisiōe cōtinui & motus: accedēdum nobis videtur ad comparationem motus ad motoreꝫ. Et erit prima nostra in hoc septimo libro inuestigatio: verū omne qđ moueť per se & non ſm partem neqꝫ ſm accidēs habeat motorem. ¶ Quidam eni magne auctoritatis viri sicut Gal. arabs & Plato & q̄dam alij volunt: ꝙ aliquid moueretur a seipso: vel si forte haberet motorē ꝙ ille esset vel posset esse aliqua pars eius qđ mouetur per se. Eam enim que est mundi animam voluit Plato per se moueri: & alijs omnibus prebere motuꝫ. Corpus autem animalis placuit Gal. a calore naturali moueri: qui tamē calor naturaliter alia ps animalis est. His autem duobus plurimi cōsenserūt aliorum philosophoruꝫ: sed de anima mūdi nō est presentis speculationis tractare. ¶ Hoc autem qđ Gal. dicit absolute falsum est: quia & si moueatur animal motu caloris naturalis: ille tamē motus nō est per se & primo totius: sed est motus per accidēs hoc modo quo in quinto libro huius sciētie ostēdimus motum partis nō esse attributuꝫ toti nisi per accidēs: & ideo falsum dicit Gal. in hoc ꝙ dicit talem motum esse animalis per se: sed ipse decipitur in hoc ꝙ non distinxit duplicem motum esse per accidēs: & vnum tm̄ per se: sicut nos distinximus supra in principio quinti libri physicorum: nec oportet hic repetere. Gal. enim nō dixit aliquem motum esse per accidēs nisi eum qui est gratia accidētis: sicut dicimus ꝙ musicus ambulat. Illum autem qui est gratia partis vocauit per se motū: eo ꝙ pars substātialiter inest toti: hoc est sicut aliquid sue substātie existēs. ¶ Nos autem hic loquimur de motu ſm ꝙ est passio mobilis per se attributa eidem: & hoc qđ cōuenit per se hoc cōuenit ſm ipsꝫ: & nō ſm alterum: sicut docetur in libro posterioruꝫ. Qđ eniꝫ cōuenit toti ſm ipsum nō potest cōuenire ſm parteꝫ: q: alia est ratio partis: & alia totius: & ideo motus qui est alicuius totius per se & primo nō cōuenit ei gratia partis: & hoc ignorauit Gal. & ideo cōtradixit verbis egregij p̄hi Aristo. qui ponit in principio sui septimi physicorum & fecit tractatum in quo putat verba Arist. reprobare & decipit seipsum propter causam quaꝫ diximus. ¶ Nos igitur his presuppositis dicimus: ꝙ omne qđ mouetur necesse est ab aliquo motore moueri: & huiusmodi quidem propositionis veritas manifesta est per inductionem. Omne eni qđ mouetur aut mouetur ab aliquo extrinseco sibi & distincto ab ipso: sicut mouētur ipsa que violenter mouētur. Aut habēt principium & efficientem causam motus sui in seipsis: & illa quidem que mouētur violēter & nō habent in seipsis principium sui motus manifeste mouentur ab alio motore: quia in eis liquido videtur aliquid extrinsecum quod mouet ea. Similiter probabimus ꝙ mouentur ab aliquo illa que in seipsis habent causam sui motus. Accipiatur enim magnitudo .a.b. que ponatur a seipsa moueri: ita ꝙ motus sit totius: ita ꝙ nō attribuatur toti propter partem vnam motuꝫ que sit totius illius aliquid sicut superius diximus. Tali autem positiōe facta dicimus primum: ꝙ si aliquis opinatur .a.b. magnitudinem moueri a seipsa: propter hoc ꝙ nō videt distinctum eius motorem: & videt bene ꝙ totum mouetur qđ est .a.b. error illius causatur a quodaꝫ simili: sicut videlicet aliquis dicat .d.e. mouet magnitudinem .e.ꝫ. ita ꝙ etiam ipm̄ .d.e. moueatur totum .d.e.ꝫ. a seipso moueri & nō habere aliquem motorem: eo ꝙ ipse nescit distinguere que pars moueat per se: & que moueatur: vtrum. s. illa que est .d.e. moueat illam que est .e.ꝫ. vel ecōuerso illa que est .e.ꝫ. moueat illā partem que est .d.e. q̄a tales homines quādo nō vidēt motorem exteriorem nesciūt distiguere iter motorem & motuꝫ in cōtinuo: qđ totum vidēt moueri: & ideo ipsum dicūt moueri a seipso: & nō moueri a seipso: & nō habere motorem: et ad hoc vidēduꝫ in exemplo predicto protrahatur .a.b. sicut hic vides .a.b. que ponit tota nō alicuius partis: sed totius

Com. j.

Aīa mūdi p[...] plonē mou[...] p se & alijs [...] bus motū [...] bet.

Tex. c. c. j[...]

motu

mota moueri: protrahatur etiam alia linea. d. e. z. sicut hic vides. d. e. z. cuius prima pars ponitur eē mouēs mota que est. d. e. ⁊ secūda pars mota tm̄ que est. e. z. tūc enim quia. d. e. ⁊ nō est extrinsecum separatum ab. e. z. ignoratur quid mo uēs sit istorum duorum.

Tex. c. 2.

℄ Amplius autem procedētes ostē demus ꝙ nihil talium mouetur a seipso: ⁊ pro principio ad hoc probādum sumimus hāc propōnem: ꝙ omne qȝ moue tur a seipso: hoc est ꝙ ipsum est causa motus sibi nullo mo do pausabit in eo ꝙ aliquid alterū se stat qȝ mouetur: qa causa est que posita ponit effectū: ⁊ destructa destruit: ⁊ ideo si ipsum est sibi causa motus semper mouetur ꝙ̄diu est: et nō stat per hoc qȝ stat aliquid aliud: ⁊ hoc verū est de his que sunt per se causa motus: quia de talibus hic loqmur si cut supra diximus: ergo a destructiōe cōsequētis: ⁊ cōuersio ne facta per cōtrapositiōez si aliquid eorum que mouentur per se pausat motum per hoc ꝙ aliquid alterum a se stat ne cesse est hoc nō moueri a seipso. ℄ Cum autem moueatur vel a se vel ab alio: tūc necesse est ꝙ moueatur ab alio. Hoc au tem sic facto manifesto ⁊ declarato necesse est omne qȝ mo uetur per se moueri ab alio ꝑpter hoc qȝ declarauimus in sexto libro huius sciētie: ꝙ. s. omne qȝ mouetur est diuisibi le: qm̄ enim in priore positiōe acceptum est id qȝ signat per a. b. lineam esse qȝ mouetur per se: ⁊ nō sm̄ partem: vel sm̄ accidēs: oportet ꝙ ipsum qȝ vocatur. a. b. sit diuisibile diui datur igitur in pūcto qȝ signatur per litterā. c. sicut hic vi des. a. c. b. dico ergo tūc ꝙ. b. c. que est pars magnitudis mo te per se quiescēte: necesse est quiescere totam magnitudinē a. b. Si enim nō est necessarium quiescere totum parte qe scēte: detur igitur moueri tota magnitudo. a. b. quādo pars eius que est. b. c. qescit: ergo. b. c. quiescēte mouetur tota. a. b. sm̄ ꝙ in sexto probatum est: ꝙ quādo totum mouet tunc mouetur quelibet eius pars: ergo. a. b. mota quelibet eius pars mouetur: ergo mouetur pars illa que est. b. c. ⁊ hoc est cōtra hypothesim: qa datum fuit ꝙ illa qesceret. Sequitur etiam ex illo ꝙ si. b. c. quiescēte mouetur. a. b. ꝙ. a. b. nō mo uetur nisi motu alterius partis sue que est. a. c. sed qȝ moue tur motu partis nō mouetur per seipsum: ergo. a. b. nō mo uetur per seipsū: ⁊ hoc est cōtra hypothesim: qa datū erat ꝙ totum. a. b. mouet per seipsū: ergo manifestū est ꝙ par te que est. b. c. qescēte quiescat tota. a. b. ⁊ tunc id qȝ mouet per se pausat: sed supra habitū est ꝙ si aliqd pausat ꝑpter hoc ꝙ aliquid aliud stat ⁊ pausat a motu suo ꝙ hoc ab alte ro mouetur: ergo manifestū est ꝙ id qȝ per se mouetur ab aliquo motore mouet. Eadē autem ratio est de omnibus: ergo omne qȝ mouetur ab aliquo motore mouet: eo ꝙ di uisibile est omne qȝ mouetur per se: ⁊ parte quiescente qe scit totū: qȝ nō fieret si nō ab alio moueretur: quia adhuc moueretur reliqua pars motu totius: ⁊ hec demonstratio optima est in qua multi hactenus errauerunt.

℄ Cap. 2m. De probatione ꝙ non vadit in infinitum hoc ꝙ semper per id quod mouetur mouetur ab alio.

Quia autem aliqs diceret ꝙ vnum mouet ab alio in infini tum: ⁊ non est aliqs mo tor diuersus ⁊ distinctus ab essentia ei⁹ qȝ mo uetur omnino: ⁊ vnūquodqȝ qȝ mouet per se mouet aliud: tunc attingemus iterū ad dispu tandum contra hoc dicentes.

Tex. 4. cō. 3.

℄ Quoniā sicut iam proba tum est omne qȝ mouetur mouetur ab aliquo alio: ergo ⁊ hoc qȝ mouetur sm̄ locum qui primus est motuum mouet etiam ab alio: ⁊ mouens illud si mouetur mouetur iterum ab alio: ⁊ non potest hoc abire in infinitum sed stabit neces sario in aliquo qȝ est primū mouens qȝ nequaꝗ̄ mouetur. Hoc enī erat primū qȝ est prima causa motus.

Tex. c. cō. 4.

℄ Si aūt aliqs hoc negando det oppositum huius ⁊ dicat ꝙ in infini tum abibit: tunc ponamus ꝙ. a. sit vocatū aliqd qȝ moue tur ab alio qȝ signat per litteram. b. ⁊ qa etiā. b. mouetur quādo mouet. a. eo ꝙ sicut dicit aduersarius. b. non mouet a. nisi motu suo: ponamus etiā ꝙ. b. moueat ab eo qȝ vo catur. c. ⁊ qa etiam. c. mouet motu suo: ponamus ꝙ mouet ab ipso qȝ vocatur. d. ⁊ hoc modo ponamus ꝙ ascendat in infinitū in numero mouentiū ⁊ motoꝝ: qa igitur simul tē pore mouens mouet: ⁊ motū mouetur: ⁊ positū est ꝙ qȝ libet mouens mouet motu suo quo ⁊ ipsum mouetur: opor tet necessario ꝙ quando mouetur ꝙ omnia moueant: er go manifestum est ꝙ simul mouentur ⁊. a. ⁊. b. ⁊ quodlibet aliorum: ⁊ ꝙ aliter simul non moueret mouens ⁊ mouere tur motum: cum tamen motus nihil aliud sit ꝙ̄ actus mo uentis in eo quod mouetur: cum ergo. b. mouetur: mouet ⁊. a. ⁊ cum. b. mouetur: mouetur ⁊ ipsum. c. quia positum est ꝙ ipsum. c. mouet. b. ⁊ cum mouetur. c. mouetur ⁊ ipsum. d. propter eandem causam: ergo simul erit tempus motus. a. ⁊ motus. b. ⁊ motus vniuscuiusqȝ ceterorum.

Documentū Auroys i p[illegible] ī loco.

℄ Sed tamē aduertendum est ꝙ lȝ motus talium quorum vnus mouet alium ⁊ mouetur ab alio simul sit per tempus: non tamē ne cessario quietes sunt simul vniuscuiusqȝ istorum. ℄ Et duꝫ hoc ignorauit Gal. contradixit Aristo. qui dixit principiū motus in animali eē ex corde qȝ mouetur ⁊ mouet alia que mouentur: ⁊ causa contradictionis est: quia vidit ꝙ in qui busdam animalibus corde extracto adhuc mouent per pas sum: aliquando plus: aliquādo minus: ⁊ ideo dixit ꝙ si cor esset principium motus extracto corde qescerent omnia que mouentur ⁊ mouent in animali: ⁊ ideo dixit ꝙ caput ⁊ non cor est principium motus animalis: quia putabat ꝙ seque retur ꝙ si aliquorum mouentium se motus est simul tempo re ꝙ etiam quies eorum esset simul tempore: ⁊ hoc non se quitur: quoniā inuenitur in secundo ⁊ tertio motu virtus ⁊ vehiculum virtutis qȝ est spiritus influxus a primo mo uente: ⁊ hec mouent mouentia aliquo tempore paruo etiā postꝗ̄ cessat mouere mouens primum: ⁊ ideo cū cor ponit primum mouens influit musculo spiritum motiuum cū vir tute: ⁊ musculus influit ipsum corde: ⁊ corda influit eū mē bro: ⁊ remanet virtus motiua cum motu in musculis ⁊ cor dis ⁊ membro aliquādiu etiam postꝗ̄ extrahitur cor. Qȝ autē ipse dicit pro signo ꝙ virtus motiua non sit in corde: quia extracto corde adhuc mouentur aliquādiu quedā ani malia non est signum infallibile. ℄ Cū ab Auerroi iam vi sus fit aries qui abscisso capite sepius ambulauit huc ⁊ illuc: ⁊ ideo etiam sm̄ hoc caput non debet poni principium mo tus: ⁊ quidam de meis socijs caput amputauit paruo ani mali qȝ vocatur cicada cantās in campis: ⁊ postea fere per spatiū dimidium miliaris mouebatur in manu ⁊ cantabat vt prius. De his tamen in libro de animalib⁹ faciemus tra ctatum. Sed hic tm̄ habemus ꝙ quecunqȝ sint mota ⁊ mo uentia ad se inuicem ꝙ omnis illorum motus simul erit tē pore: lȝ non de necessitate quietes eorum simul sint tempore. Cum igitur quilibet istorum motuum sit sm̄ se: lȝ simul sit cum alio tempore: licebit nobis accipere vnumquodqȝ ipso rum sm̄ se: ꝗ̄uis namqȝ vnumquodqȝ supradictorum ab al tero moueatur etiā simul cum ipso: tamē nihil minus vni uscuiusqȝ istorum vnus est numero motus sm̄ ꝙ in ipso mo bili consideratur: ⁊ illi qui hoc modo accipitur vnus nume ro motus non erit infinitus sm̄ vltima: sed determinatus: quia vnumquodqȝ istorum mouetur ex quodā in quiddā ⁊ nos ostendimus in fine sexti physicorū: ꝙ talis motus nō est infinitus: sed finitus. Motus enim vnus qui est ex eo dem in idem: aut est numero vnus: aut genere: aut specie.

Tex. c. cō. 5.

℄ Numero autem sicut in quinto determinatū est: dico mo tum esse vnum qui fit eiusdem mobilis ex eodem in idē nu mero in tempore eodem numero: vt ex hoc albo qȝ est idē in numero: in hoc nigrum qȝ est idem numero: ⁊ non tamē genere vel specie idem: ⁊ sm̄ hoc tempus qȝ est idem nume ro. Si enim sm̄ aliud tempus est non erit idē numero: sed specie. Genere autem motus vnus est sine mutatio qui est in eodem predicamento substantie vel alterius generis pre dicati. Specie autem est motus idem sm̄ eandem speciem vt ex albo in nigrum: aut ex bono in malū: hec autē omnia dicta sunt in prioribus sermōibus qui habiti sunt in quin to libro huius scientie.

Tex. c. cō. 6.

℄ Hoc autem sic presupposito acci piatur per hypothesim ꝙ motus ipsius. a. vocetur. e. ⁊ mo tus ipsius. b. vocetur. z. ⁊ motus eius qȝ est. c. ⁊ ei⁹ qȝ est. d. vocetur. i. ⁊. t. ⁊ quia iam habitū est ꝙ motus omnium isto rum est simul sic tempus in quo est motus vnius ipsorū qȝ est. a. signatum per litteram. k. cum autē determinatus hoc est finitus sit motus ipsius. a. sm̄ numerum ⁊ speciem ⁊ ge nus: vt supra probauimus: oportet ꝙ tempus eius qȝ est. k. sit terminatum ⁊ non infinitum: sed in eodem tempore mo uetur. a. ⁊. d qȝ est. b. ⁊ aliorum vnumquodqȝ que īfinita di

cantur: ergo totus motus infinitorum qui signatur per .e.z.l.c. erit in tempore finito qd est .k. ⁊ hoc ideo sequitur: quia iam ante habitum est ꝙ in eodez tempore in quo mouetur a. consequentia ipsum .a. omnia infinita mouetur: ergo oium motus erit in eodem tempore. Motus enim eorū aut est equalis: aut maior: quia minor esse non potest: quia tm̄ vel plus est de motu in eo qd mouetur ꝙ insit ei id quod mouet ⁊ nullo modo minus. Dicimus autem plus de motu in ipso propter causaz quā supra diximus: ꝙ .s. adhuc virtus motiua manet in eo qd mouetur: quando etiam nō mouet id qd mouebat: ⁊ in hoc non est differentia ad presentē intentionez: qa in vtroqꝫ modo mouentia supponantur eē infinita: vnde sm vtrūqꝫ modum sequitur vniuersaliter ꝙ infinitus motus sit: ⁊ moueatur in tempore finito. Hoc aūt impossibile esse probatur in sexto. ergo impossibile videt ꝙ hoc abeat in infinitum ꝙ vnum semper moueatur ab alio.

Tex. t. cō. 7. ¶ Sic qdem igitur sm apparentiā demonstrari videtur intētum nostrum qd a principio intendimus .s. ꝙ nō abeat in infinitum hoc ꝙ vnūquodqꝫ semper moueatur ab alio: nō tamē sm veritatem adhuc demōstratur nisi aliqd dictis addatur propter hoc ꝙ nullum videtur inconueniens: sicut in fine sexti libri huius scientie declarauimus hoc qd dictum est. Conuenit enim sm ea que hic dicta sunt: in tempore finito infinitum motum esse: non eūdem quidem numero: sꝫ alterum post alterum: ⁊ alterum cum altero sm numeruz infinitum mouentium: ⁊ eorū que mouentur: ita ꝙ multa ⁊ infinita sint mota consequēter ⁊ simul habentia motū: sicut ēt accidere videtur in his que nunc dicta sunt: sic ḡ forte videbit ⁊ instabit nobis aliqs.

Tex. t. cō. 8. ¶ Sed contra hoc dicimus ꝙ si nos supponamus sm supradicta ꝙ id qd mouetur primuz ⁊ mouet alia sm locū corporalez mouetur: ⁊ necesse est ꝙ oē quod mouetur qd necesse est tangi: ⁊ per cōsequens cōtinuū esse suo mouenti qd moueri supponitur: eo ꝙ imediatū eius ad aliquod ipsum tāgat: ⁊ tactus in mathematicis ⁊ in physicis ordinatur ad vnum: sicut videmus cōtingere in omnibus physice mouentibus ⁊ motis: tunc possibile erit ꝙ ex oībus vel infinitis que mouentur a se inuicē supponamus fieri vnum: aut contangens: aut continuum: qa nos superius iaz diximus ꝙ nos non loqmur hic de mobili contracto ad materiam: ⁊ ideo etiā diximus supra: ꝙ omne mobile est diuisibile: non tamē elemētum qd est mobile est ⁊ nō sit diuisibile: qa diuisibile est elementū sm ꝙ est mobile: non tm̄ diuisibile sm ꝙ est hoc mobile ad materiam contractuz: ⁊ ita dicimus ꝙ omne mobile inquantuz mobile cōtinuabile est cū omni mobili inquantuz est mobile: ⁊ si accipiatur continuū cum ipso nihil debet sequi impossibile. Accipiamus igit ꝙ contingat vnuz fieri corpus ex omnibus illis que posuimus esse infinita: ⁊ sit illa magnitudo siue continuum infinituz signatum per .a.b.c.d. ⁊ motus enim cōgregatus ex omnibus motibus particulariuz continuorum sit signatus per .e.z.l.t. ⁊ non est differentia quo ad propositum nostruz: siue sit quelibet magnitudo sigillata finita: siue infinita: dūmodo infinite ponitur sm numerum: quia siue numero: siue alio modo sit semper compositum est infinituz qd componitur ex infinitis per numeruz: siue sint infinita sm vltima: siue finita: sicut etiam in physicis est ostensum. Conuenit sm vnam similitudinem quodcunqꝫ istorum ponatur ꝙ in tempore finito mouebitur infinituz qd in componentibus sm vltima: aut est finitum: aut infinitum: sꝫ numero componentia semper sint infinita: ⁊ vtrūqꝫ horuz est impossibile: sicut in sexto declaratum est: ibi enim probauimus ꝙ motus infiniti est infinitus: eo ꝙ motus vnam ⁊ essentialem habet diuisionē sm diuisionem eius qd mouetur: ⁊ tunc eius qd est infinitū in componentibus motus est infinitus: quia non finit transitus eius. Cum igitur impossibile sit motum hoc modo infinituz esse in tempore infinito: ⁊ sequitur hoc ex illa positione que dicit abire in infinitum: si vnum ponitur moueri ab alio.

Tex. t. cō. 9. ¶ Necessarium est ergo ꝙ stabit aliquando si vnū moueatur ab alio: ita ꝙ aliquod sit primuz mouens: ita ꝙ ipsuz ab alio nullo mouetur: oportet igitur per istam rationez eē aliquod primum qd mouetur a mouente primo. ¶ Si autem forte aliquis dixerit ꝙ ista demonstratio non valet: qa non concludit simpliciter: sed concesso quodaz falso: hoc est ꝙ omnia mouentia ⁊ mota contiguentur: vel cōtinuentur: dicemus ꝙ non impedit nostram demonstrationez: quia lꝫ hoc sit falsum sm corpora physica in specie ⁊ forma accepta: tamen est possibile ⁊ contingens sm genus mobilis inquantum est mobile vt diximus. Quando autem possibile ⁊ contingens supponitur lꝫ sit falsum nihil debet sequi impossibile: hoc autem sequitur impossibile: ⁊ ideo non sequitur hoc ex assumpto falso: sed potius ex positione illa qua ponit abire in infinitum ꝙ vnum semper moueatur ab alio. Est etiā aduertendum ꝙ cum nos in tali ordine mobilium ⁊ motorum probauimus esse aliquod primum mouens: non intelligimus hoc de primo qd est finis mouens intentionem efficientis: quia finis est cuius causa fit totum qd fit ab efficiente: sed intelligimus de primo qd est efficiens: vnde est principium motus quod mouet ⁊ operatur ad hoc ꝙ motus fiat: ⁊ cuius actus est motus in eo ꝙ motus. Hic enīz mouēs simul tempore est mouens cum eo qd mouetur: ita ꝙ nihil est medium ipsorum: hoc enim verum est ꝙ .s. talis motor imediatus est ei qd mouetur in omni eo quod moueƚ ⁊ mouenti: ⁊ hoc vocant qdam esse locum ex loco qa in eodez loco: ⁊ vbi est motor ⁊ id quod mouetur.

¶ Cap. 4m. Q: inter motorem ⁊ id quod moueƚ nihil est medium in omnibus modis motus localis.

Uia autem Nos in demonstratiōe pdicta supposuimus ex omnibus motoribus et motis si in genere consideremur fieri vnum: ⁊ hoc non potest esse nisi imediata sint motor et id quod mouetur: ita ꝙ inter ea nec plenuz sit: nec vacuum: oportet nos hic determinare ꝙ inter motorez ⁊ id quod mouetur ab ipso nihil sit medium sm omnez motum in genere.

Hic ꝯ Cōmētator cōtinuat.

Quia autem per se manifestum est ꝙ iter generans ⁊ generatum ⁊ proximum nihil est medium: qa virtus formatiua que est proximū generans est in semine: ideo non oportet nos multum sollicitari vt probemus in generatione ⁊ corruptione que est generationi cōtraria: sed nos pbabimus hoc in his in quibus est occultum.

T. t. cō. 10. ¶ Quoniā autem tres sunt motus vt diximus in quinto: quoruz vnus est sm quēlibet locum: ⁊ alter sm qualitatez: ⁊ tertius sm quātitatem. Necesse est etiam ꝙ ea que mouentur moueātur ad res trium generuz: ⁊ necesse est motus tres esse sm genera. Motus igitur qui est sm locuz est loci mutatio: qui vō sm qualitatem est alteratio: que vō sm quantitatez est augmētum vel detrimentum. Dicamus igitur primuz de loci mutatione: hic est enim sm naturam primus motuum: sicut pbabimus in octauo hui9 scientie. Dicamus igitur ꝙ omne illud quod fertur sm locum: aut mouetur ipsuz a seipso: aut ab altero qd est extrinsecum ei. Si autem mouetur a seipso sicut animalia mouentur: vel per se videntur moueri sicut elementa: tunc manifestum est ꝙ motus simul cum talibus ⁊ in seipsis mouentibus habent in se mouēs: ⁊ ita simul erit mouens ⁊ quod mouetur: ita ꝙ inter ea nullum est mediū: neqꝫ plenum: neqꝫ vacuum: quia cum in principio libri probatum sit ꝙ omne quod mouetur habet motorem: oportet ⁊ ꝙ illud quod mouetur ⁊ non habet motorem extra: habeat eum in seipso: ⁊ ita habet eum coniunctum sibi sine medio. Qd autem mouetur ab alio mouetur quadrifarie: oēs enim motus violenti qui motorem habent extra: ad quatuor modos cōmunes reducuntur. Modi autez illi sunt vocati pulsio: tractio: ⁊ vectio ⁊ vertigo. Omnes eni alios modos motus violenti necesse est in hos reduci: ⁊ contingere aliam rationem istorum: sicut inferius ostendemus. Pulsio autem diuiditur in duos modos speciales: quedam enī pulsio est impulsio: ⁊ quedam vocatur expulsio. Et impulsio quidem est: quando id quod mouetur non deficit ab eo qd impellitur: sed corporaliter coniungitur ei per totum spatium: ⁊ per totum tempus impulsionis: sicut si manu superposita super lapidem lapidem impellam: ita ꝙ manus a lapide non separetur: ⁊ tunc manifestum est ꝙ mouens ⁊ motū coniunguntur sine medio. Alius autez motus pulsionis est expulsio. Expulsio autem est quādo pellens deficit ab eo qd pellitur: ⁊ hoc est quando primum tangens mouens id qd mouetur impetu suo expellit ipsuz a se: ⁊ tunc distat ab ipso: sicut est in lapide projecto a manu: ⁊ in hoc motu etiam mouens imediate cōiungitur ei qd mouetur: quia aer per quē

mouetur

> Tex. cõ. 18. & inde.

mouetur locus est naturalis eius qd̓ proijcit: & virtus pro-
iicientis est in ipso cum lapide: sicut in tertio de celo & mun-
do habet ostendi: & sic manifestum est ꝙ in omni motu vio-
lento qui est pulsio mouens & motum sunt coniuncta sine me-
dio. Hoc autem idem ostendimus fieri in motu vectionis.
Vectio enim in cõmuni dicta perficitur tribus modis mo-
tuum in speciali dictis. Generaliter enim verũ est de omni
eo quod vehitur ꝙ ipsum non mouetur motu proprio: neq̃
naturali: neq̃ alio: sed mouetur sm̃ accidens hoc qd̓ duci-
tur in alio quodam qd̓ mouetur motu pulsionis in quo ip̃m
iacet: vel est sm̃ quẽcunq̃ modum in ipso. Vehens autem
cuius motu mouetur id quod vehitur habet motũ aliquã-
do quidem pulsionis sm̃ duos modos supra dictos. Ali-
quando autem habet motum tractionis siue citationis: si-
cut id quod vehitur in plaustro. Aliquando habet motum
eius qd̓ ducitur in circuitu: quod vocatur vertigine ductũ:
sicut id quod circũducitur rota molẽdini iacens vel sedẽs.
Manifestum est igitur ꝙ vectio perficitur his tribus mo-
dis motuum: & cum in quolibet istorum vehens sit mouẽs:
id autem quod vehitur sit motum: & inter illa nihil sit me-
dium: manifestum est ꝙ etiam in hoc motu violento inter
mouens & motum nihil est medium. Tractio autem est mo-
tus violentus qui duobus modis perficitur. Fit enim tra-
ctio semper hoc modo ꝙ mouens non separetur ab eo qd̓
mouetur: sed fit dupliciter: scilicet ꝙ potest fieri ad trahen-
tem: vel ad alterum a trahente. Constat enĩ ꝙ tractus ali-
quis fit ad trahentem: & aliquis fit ad aliud a trahente in
hos duos motus omnes alij modi tractionis reducuntur:
& tractionem quidẽ nos superius posuimus in secundo lo-
co enumerationis istorum motuũ: & tamen exequemur eã
tertio loco: quia vectio fiebat vno modo per tractũ: & alijs
modis: & ita vectio quodammodo erat in plus ꝙ̃ tractio: &
ideo prius erat exequenda. Sed inquantum tractio simpli-
ciori modo motus fit ꝙ̃ vectio erat tractio enuntianda an-
te euectionem: & inquantum fit motu proprio ipsius mobi-
lis: cum vectio semper fiat motu alieno. Cum autem duo-
bus modis fiat tractio: etiam duo nomina sortitur vulgari-

> Nõ de nominib⁹ tractiõis

ter: quia motus qui est ad trahentẽ dicitur attractio. Mo-
tus autem qui est ad aliud dicitur extensio. Omnes autem
alij motus tractionis cum incidant in duas species modo

> Nõ hic qñ aliq mot⁹ nõ violẽti redu- cunf ad istos

rum predictorum reducuntur ad istos. Sunt autem quidã
modi motuum qui lꝫ non sunt violenti: qui etiam reducũ-
tur ad similitudinem istorum: lꝫ non habeant eandem ra-
tionem cum istis: sicut est in anhelitu inspiratio que est per
modum attractionis: & expiratio que est per modum extra-
ctionis. Similitudinem etiam habent cum his omnium il-
lorum corporum modi motuum qui fiunt per modum emis-
sionis vel receptionis: quoniam emissio semper est per mo-
dum extrusionis: & receptio per modum attractionis: sicut
in virtutibus est naturalibus in quib⁹ virtus emittitur in
organa & habet organũ quodlibet fila & lacertos & chordas
per quas attrahitur: & si ista etiam sint accidentalia & corrũ-
pentia: tamen in hoc reducunf sicut tussis & sternutatio que
per modum extrusionis fiunt: & tractus qui est per modum
attractionis. Similiter est autem de speculatione & radia-
tione: quoniam speculatio omnis cum fiat intus suscipien-
do est per modum attractionis: & cum radiatio fiat in emit-
tendo tamen & radium ipsa fit per modum extensionis: qd̓-
libet enim vnum fit per modum attractionis: & alterum se-
gregationis & extrusionis. Est autem aduertendum ꝙ lꝫ tã
motus naturales ꝙ̃ animales similitudinem habeant cum
his duobus modis attractionis: tamẽ non sunt illi ipsi mo-
tus in specie: sicut in motu animali sicut in pricipio diximus:
& etiam motu naturali per se constat ꝙ motor coniunct⁹ est
suo mobili ꝙ ab ipso mouetur: & ideo non egemus vt pro-
bemus hoc: sed in motu tractionis non ita cõstat. Est eti-
am adhuc aduertendum ꝙ lꝫ quedam trahant: tamen non
omnia que aliquo modo trahuntur dicantur moueri motu
tractionis. sed aliquãdo mouenf plus motu naturali eius
qd̓ trahitur: sicut nutrimentum mouetur ad membra: non
motu membri quod trahit ipsuꝫ: sicut locus trahit locatũ:
sed potius proprio motu: quia cum assimilatum est sm̃ ali-
quid membro mouetur ad ipsum sicut ad suum locum sal-
uantem se in forma quãꝫ recipit: & hoc etiam modo graue
mouetur deorsum: & leue mouetur sursum: & hoc modo etiã
magnes mouetur ad ferrum propter similitudinem forme
quaꝫ habet cum ferro: & ideo ferrum est locus eius: & ideo
cum impeditur vis illius similitudinis: ferrum non moue-
tur ad magnetem: nec econuerso: & ideo cuꝫ linitur succo al-
lij vel lapillus vel ferrum: neutrum mouetur ad alterum: &
iste motus est etiam sic: ꝙ mouens coniunctum est suo mo-
bili quod mouetur ab ipso: quia virtus lapidis diffunditur
in medio vsq̃ ad ferrum: & econuerso: & hec virtus tangens
est mouens immediatum. Similiter autem est de kakabre
vel alio lapide precioso qui non trahit paleam nisi calefa-
ctus per motum: quia per motum dissoluitur res trahens
& emittit virtutem: vnde etiã aliquando si calefiat per ignẽ
non trahit: quia ignis est vehementer dissoluens & cõsum-
ptiuus: & ideo non manet cuꝫ calido ignis vigorosa virtus
ad attrahendum: sed potius consumitur: & ideo non attra-
hit. In omnibus autem his lꝫ motor immediate coniunct⁹
sit mobili qd̓ mouetur ab ipso: tamen ipsi nõ sunt modi hu-
ius motus quem vocamus tractionem nisi sm̃ similitudi-
nem: quia in istis qui naturales vel animales sunt non mo-
uetur tractum fortiori motu trahentis: sed potius fortiori
motu eius quod trahitur qd̓ iam acquisiuit aliquid de for-
ma: & per hanc formam naturaliter ad ipsum trahens mo-
uetur. Cum autem sit verus motus tractionis: tunc opor-
tet ꝙ velocior & vehementior sit motus trahẽtis ꝙ̃ eius qd̓
trahitur. In omnibus autem dictis considerandum ꝙ siue
fiat motus vere tractionis: siue motus naturalis vel anima-
lis assimilatus illi: ꝙ semper hoc verum est ꝙ nullũ est me-
dium inter proximum mouens & motũ: & ratione huius mo-
tus constat ꝙ propositio non habet instantiam que dicit ꝙ
inter mouens & motum non est medium. Sciendum autem
ꝙ quidam vocant modum motus violenti citationem que
quasi fit per chordas & instrumenta. Modum autem tra-
ctionis naturalis vel animalis vocat tractionẽ: hoc est igi-
tur qd̓ dicere volumus de tractu. Et dicendum ꝙ oĩs mo-
tus qui sm̃ locum est: aut est per modum congregationis:
aut per modum segregationis: eo ꝙ omnis motus localis
aut est ad mouentem: aut a mouente. Et siquidẽ est ad mo-
uentem: tunc est motus per modum attractionis siue con-
gregationis. Si autẽ est motus a mouente: tunc est per mo-
dum extrusionis siue segregationis: & ideo omnes mot⁹ re-
ducunf ad duos motus tractionis: & ideo cum illi duo mo-
di motus educantur ad attractionem in cõmuni: tunc oĩs
modus reducitur ad vnum modum motus: & hec forte fu-
it causa ꝙ antiqui duo prima mouentia esse supponebant:
scilicet litem que mouet per modum segregationis: & amici-
tiam que mouet per modum congregationis. Vertigo au-
tem componitur ex tractu & pulsione: vertigine enim duci-
tur quod circunducitur circulariter sicut rota. In motu au-
tem rote est semicirculus qui est ex parte mouentis attrahi-
tur: & ideo habet similitudinem cum tractu & perficitur tra-
ctu. Semicirculus autem qui distat a trahente expellitur: &
ideo habet similitudinem cum pulsu: & perficitur pulsu. Est
autem considerandum ꝙ lꝫ circulus sit figura simplex: eo ꝙ
vna linea continetur: tamen motus eius simpliciter esse nõ
potest propter orientia & regnantia in ipso que a duab⁹ vir-
tutibus mouentur: ab ea scilicet que expellit: & ab ea que re-
trahit ad mouentem: & ideo etiam motus iste post alios po-
nitur: quia a simplici virtute nequaquaꝫ perfici potest. Ex
precedentibus autem manifestum est ꝙ si pellens & trahẽs
simul sunt cum eo qd̓ pellitur & trahitur: & inter ea nihil est
medium ꝙ tunc etiam inter circunducens vertigine & circũ-
ductum nihil est medium: neq̃ plenum: neq̃ vacuum. Qd̓
autem inter pellens & pulsum: & inter trahens & tractum nõ
sit medium: manifestũ est ex diffinitionibus vtrorũq̃. Pul-
sio enim sicut ante dictum est: aut a seipso: aut ab alio ad ali-
ud est motus: eo ꝙ perficitur in duobus motibus impulsio-
nis vel expulsionis. Tractus autem similiter in duobus per-
ficitur: cuꝫ sicut dictum est fit aut ab alio ad ipsum trahẽs:
aut ab ipso trahente ad aliud: ergo in omnibus his moti-
bus verum est ꝙ inter mouens & motum & proximum non
est mediũ. ¶ Amplius forte crederet aliqs ꝙ instãtia sit eius
qd̓ dictum est in specie pulsionis que est proiectio. Proiectio
enim fit duobus modis: aut enim sm̃ naturam motus pro-

lecti: aut contra naturam. Et siquidem fit contra naturam tunc cessat motus quando cessat impetus proijcientis: sicut fit cum lapis iacitur sursum. Si autem fit sm naturam motus proiecti tunc non cessat motus quando cessat ipetus pijcientis. Si autem impetus in talibus addit super motū naturalē rei proiecte: vt si lapis proijciatur deorsum: ille enim velocius fertur deorsum ꝙ si sm naturā moueretur: et in talibus verū est ꝙ proiectio fit quando velocior motus fit eo motu quē habet id qđ sm naturam fertur: eo ꝙ fortior fiat impulsio ꝙ sit inclinatio ad motū naturalē in eo qđ pijcitur: et tunc ille motus fortior vsqꝫ ad hoc fit quousqꝫ fit motus eius quod fertur ꝙ sit naturalis motus eius: eo ꝙ violentia e impetus proijcientis addunt super motum naturalem in tali modo motus: et in tali etiam vltimū protectiuū proximum est rei proiecte: et inter ea non est mediū: ergo in omnibus his motibus manifestum est ꝙ simul sunt id qđ mouetur et mouēs primum et nullum est medium ipsorum.

Cap. 4m. Qꝫ nec in alteratione: nec in augmento aliqđ est medium inter mouens et motum.

T. t. cō. ii.

AT VO Eodem modo pbabimus ꝙ neqꝫ alterati: neqꝫ alterantis proximi nullum est medium. Hoc autē ex inductione est manifestum sicut etiā per inductionem probauimus in oībus modis motus localis. In omnibus enim motibus alterationis accidit sic alteratio: ꝙ vltimum alterantis est cū primo alterati: ergo sunt simul: et inter ea non est medium aliquod. Et ad hoc probandum sumemus vnam propositionem: et supponemus eam donec inferius probemus eādē. Hec autem propositio est hec ꝙ solum alteratur alteratione propria et pbica quale: hoc est sm qualitatem informatā in eo ꝙ ipsa est sensibilis qualitas sm aliquod obiectū sensus. Sensibilia autem siue sensibiles qualitates sunt ille solū que sm corpora pure naturalia: hoc est generabilia et corruptibilia differunt abinuicem: sicut probare habemus in pmo secūdi libri perigeneseos: sicut sunt grauitas: leuitas: durities: mollities: sonus: non sonus: siue sonus grauis: et acutus: albedo: et nigredo: dulcedo: e amaritudo: humiditas: et siccitas: densitas: et raritas: et que sunt media iter ista. Similiter autē et omnia alia que sunt sub sensu aliquo: hoc modo ꝙ sunt obiecta sensuum: de numero quorū est calor et frigus: et leuitas: et asperitas. Omnia autem sunt passiões vel passibiles qualitates que subijciūtur qualitati sicut species subijciuntur generi: per hec omnia enim differunt abinuicem naturalia corpora sensibilia: aut per aliquod horū in eo ꝙ magis vel minus patiuntur aliquid horum. Sensibilia enim corpora dicuntur que sensibilibus qualitatibus distinguuntur. Quecūqꝫ autem sensibilibus distinguunť necesse est ꝙ primis sensibilibus distinguantur: prima autem sensibilia sunt frigidum: calidum: humidum: siccum: et his primo differunt homogenea que sunt elemēta sicut dici habet in secūdo libro perigeneseos: et siquidem nos ita sm rationem et ordinem cause efficientis ꝯsideremus inuenimus primas esse qualitates actiuas et passiuas calidum et frigidum: humidum et siccum: hec enim dissoluendo et constringendo naturam inducunt rarum et densum ex eo ꝙ propinque vel remote a se inuicem disponuntur partes materie.

Que istarū q̄litatū sūt ꝓpinquiores māe ꝯsidera.

Si tamen consideremus inter enūciatas qualitates que viciniores sunt materie et que mag⁹ distant ab ipsa inuenimus rarum et densum propinquiores: e post has sunt humidū: calidum: et frigidum: sed de hoc consideratio erit alibi. Qđ autem hic sciendum est hoc est ꝙ omnia corpora physica patiuntur ab his: et ipsorum pati est cum alterari ipsorum. Alterantur autem cum fiunt frigidiora: aut calidiora: aut dulciora: aut amariora: aut aliquid patiuntur sm aliquā qualitatem de his que sunt predicte: e quia animata componūtur et generantur ex primis sensibilibus et simplicibus: oportet etiam ꝙ animata sm partes tam animatas ꝙ inanimatas: hoc est insensibiles sicut sunt vngues et pili: alteranť eisdem qualitatibus. Et in omnibus his manifestū est ꝙ inter alterans proximū: et alteratū proximū nihil est mediū ex eo ꝙ augēs non alterat patiens nisi tangat ipm: et inter tangentia nō est aliqđ mediū sicut patet ex his que de tactu dicta sunt: vnde Aristo. dicit in. 10. libro animaliū: ꝙ si aliqđ non tangit aliud et non agit: et si non agit non sequitur alteratio actionū eius. Qđ aūt alterans agit dupliciter. s. corporaliter et spiritualiter. Corporaliter qdē quādo agit per formā sm esse physicū et corporale qđ habet in materia. Spiritualē aūt agit quando imutat per intentionē sue forme potius ꝙ per formam sicut alteranť sensus in partibus anime passiuis perceptiuis sensibiliū presente materia. Ille enī potentie non recipiūt formas: sed intentiones formarū sensibilium: e he intentiones spirituales sunt que sunt in sensu: qr sm aliud esse non pōt eas recipere sensus: sicut doceri hꝫ in secūdo de anima: et lꝫ illa alteratio sensuū non perfectā habeat rationem alterationis: tamē ipsa etiā nō fit: nisi ita ꝙ nihil mediū sit inter alterans primū: et alteratū proximū: et hoc videre possumus hoc modo: ipsi enim sensus alterantur tali modo alterationis ex eo ꝙ a suis sensibus sibi inferentibus passionem patiūtur. Actus enim qb⁹ isti sensus fiūt sm actū sunt motus per corpus: hoc est per corporalia organa sensu ipso aliqđ patiente: hoc est recipiente. Omnes enim sensus passiue potentie sunt: et fiūt in actu quando patiētes recipiūt formas sensibiliū. Verū est enim ꝙ sm quecūqꝫ sensibilia alteranť ea que non sunt animata: sm omnia eadem alteranť etiā animata: eo ꝙ animata sunt cōmixta ex illis. Non autē conuertiť ꝙ sm omnia illa sm que alteranť animata alterātur etiam inanimata: qa lꝫ alterentur a formis que sunt sensibiles: nō tamē alteranť ab illis spiritualr hoc est ꝙ recipiant eas sm eē spirituale qđ facit sensus: et rō est: qa non hꝫ potētias sensuū in qbus forme ille esse spirituale recipiant quādo generanť in ipsis. Ois enim forma sm tale esse inest quale permittit subiectum in quo est: et cū sensus sunt partes aie: et organa sensuū sunt aiata: non possunt eis inesse forme ille nisi sm eē spirituale: et sm hoc nō infār his que nō sunt aiata: et ideo nō alteranť inaiata sm oīa illa que alteranť aiata: qa alteratione sensuū nō alteranť inaiata: et non percipiť cū alteranť inaiata: qa non hn̄t virtutes apprehensiuas suarū alterationū quemadmodum aiata: vnde nihil prohibet ꝙ lateat alteratio inaiatorū eo ꝙ alteratio eorū non accidit sm virtutes sensibiles: lꝫ qdam dicūt ꝙ inaiata habeant sensus nāles. Illi enī qui hoc dicunt: nō dicūt ꝙ sensibus nālibus fiat perceptio alterationis qua alteranť inanimata. Siqdem igiť sicut predictū est sensibiles sunt oēs qualitates passibiles et passiones: et per hoc tm̄ fit alteratio. Manifestū est ex hoc eodem ꝙ patiens qđ alterať: e passio alterans sint simul: e nō est iter ea mediū. Cū enim fit passio sm visuꝫ: aer est cōtiguus oculo: aeri aūt est contiguū corpus coloratū qđ non mutat visum: et superficies illius corporis terminatur ad lumen qđ abstrahit colorem et ponit eum in medio visus qđ est aer: et ille aer terminatur cū lumie ad visum: et sic inter visum et aerem informatū formis visibili non est mediū. Simił aūt se habēt auditus et odoratus ad sua obiecta e media: qa inter mediū et obiectū qđ alterat medium nihil est mediū: et inter mediū alteratum et organum sensus qđ alterať a medio nihil est mediū. Inter enī verberans primū qđ facit sonū et aerem concauū auris itē nihil est mediū. Similiter autem est de odorante: ꝙ sicut est cum phora ꝙ inter eā et aerem et aquā nihil est mediū: et aer imutatus odore pertingat vsqꝫ ad instrumentum olfatus in anteriori parte cerebri collocatū: ergo inter mouēs primū hoc est proximū qđ non per aliud sed per se mouet: et sensus et organum nihil est mediū in sensibus qui fiunt per mediū extrinsecū. Eodē autē modo simul est gustus instrumentū et sapor imutans ipsum. De tactu aūt constat ꝙ omnia tāgentia simul sunt ita ꝙ inter ea nō est medium: e ista imediatio agentis e patientis sm vnā similitudinē est in his que sunt animata: et in illis que sunt inaiata.

Tex. t. cō. ii.

Tex. t. cō. ii.

Est autē et sic in motu augmenti: qa augēs est id qđ additur: et auctū est cui fit additio. Cum ergo nihil sit medium inter additū: et id cui fit additio ipsius: nihil erit mediū inter augēs et auctū. Similiter aūt est in decremēto: qa decremētū fit per ablatiōē eius qđ additū est: et inter illa non pōt esse mediū: ergo gñaliter verū est ꝙ mouentis primi siue ꝓximi qđ nō per aliud mouet et eius qđ mouet vltimū: hoc est qđ nō per aliud mouetur: nihil est medium qđ sit mediū sm modum mouētis et eius qđ moueť: et hoc est qđ itēdimus pbare. Obijciet aūt forte aliqs dicēs: ꝙ augēs i aucti motu duplex est: sicut

Obiectio

determinat

determinat Aristo. in primo libro perigeneseos. Unū qdez est sicut augens additū. Aliud vō est augens sicut efficiēs: ꝛ hec est virtus augens que vocatur virtus augmētatiua: ꝛ in prehabita ꝓbatione nō est ꝓbatū ꝙ non sit mediū inter augens ꝛ auctū: nisi ſm ꝙ augens sumitur ꝓ eo qḋ additur: ꝛ ideo iperfecta videtur esse nostra ꝓbatio. ¶ Sed ad hoc dicimus ꝙ non oportet nos inducere ꝓbationez ad hoc ꝙ per se cuilibet potest esse manifestum: qꝛ nunq̄ posset fieri augmentum nisi virtus augens imediata esset ei cui fit additio ꝛ ei qḋ additur per hoc ꝙ vnit ꝛ additur vnum alteri.

Solutio

¶ Cap. 5ᵐ. In quo est digressio declarans in cōi: ꝙ nō est alteratio nisi ſm passiōes ꝛ passibiles q̄litates: ꝛ in spāli ostenditur ꝙ in naturali potētia ꝛ impotētia nō est alteratio.

T. c. cō. 14.

Quoniam autē que alterantur oia alterantur a sensibilibus: ꝛ ꝙ motus alteratiōis qui est in predicamēto qualitatis nō est nisi ſm illā spēz qualitatis que est passio vel passibilis qualitas inferens passiōes in sensu: vel illata in sensu sicut diximus ex his que dicemus deinceps potest considerari. Est enim alteratio proprie ſm prima sensibilia eo ꝙ verissime illa ꝛ per se cōtraria sunt: que sunt calidū ꝛ frigidū: ꝛ humidum ꝛ siccum. In alijs autez cōtrarijs est contrarietas causata ab istis: ꝛ ideo etiaz in secūdis sensibilibus est alteratio sicut in duro ꝛ molli: aspero ꝛ leui ꝛ alijs que sūt oia obiecta tactus. ¶ Similiter autem est in gustatiuis: eo ꝙ sapores sequuntur qualitates cōplexionantes: ꝛ ideo causantur a primis qualitatibus: ꝛ ideo inuenitur in eis cōtrarietas. Odor autem iuxta sapores est ꝓpter qḋ etiam in illis inuenitur vera cōtrarietas. Est autez similiter in omnibus coloribus que sunt obiecta visus: sed in obiectis auditus secus est: qꝛ illa non generantur a qualitatibus primis: sed potius a percutiente ꝛ sonante: ꝓpter qḋ etiam qdam ꝓborum dixerunt ꝙ alteratio que est inter acutum ꝛ grauem sonum in auditu equiuoca est ad alterationez que est in obiectis alioꝝ sensuum. Cū autē absq̄ dubio veraz habeant tales alterationes alterationis rōnem: intelligendū est ꝙ lz quantū ad primum sonans generatio sonoꝝ sit violēta: inquantum autez ad id qḋ est medium deferens sonuz hoc est aer in quo sicut in materia prima generatur non oino est inaturalis sonus. Aer autē diuisibilis per humidum spirituale qḋ est in ipso: ꝛ ideo quo ad hoc aliquaz respicit de qualitatibus primis. qꝛ calidū cum humido spirituali puro facit optime sonare. Si autem frigidū sit cuz humido spirituali retinentur soni ita ꝙ fiunt obtusi: ꝛ si sit humidum corporale sicut in aqua cito soni disparent ꝛ paruz manifestantur. Est ergo ex his oibus colligere rationem veram: quare in sola illa specie qualitatis que est passio vel passibilis qualitas est alteratio ꝓꝑica ꝛ vera: qꝛ. i. supra diximus ꝙ omnis motus qui est vere motus est iter ꝯria talia qui mediuz habeant per aliquem modū: ita ꝙ cōtrariū in illo medio misceatur cū ꝯrio. Talis autez cōtrarietas in sola specie illa est que est passio vel passibilis qualitas inferēs ꝛ illata: ꝛ ideo in sola illa specie qualitatis est alteratio que est motus ꝓꝑicus: ꝛ si forte in alijs sit alteratio quedaz sicut in habitu ꝛ dispositione illa nō erit motus sed mutatio quedam: eo ꝙ ignorantia ꝛ scientia nō sunt cōtraria sed opposita: vt priuatio ꝛ habitus: ꝛ inter illa nō est mediū. Cū ergo ꝓbatū sit superius in quinto libro ꝙ in solo intermedio sit motus: tūc non pōt esse motus in ꝓuatiōe ꝛ habitu. Figura autē cū figura nullā habent contrarietatez. Similiter autē nec nālis potentia cum alia potentia vel ipotentia: hoc tamen aliter etiaz ostendemus sigillatim per singulas qualitatis spēs. ¶ Sed de naturali potentia ꝛ impotentia nō oportet nos multū laborare: quia alteratio nō est nisi quando sub eodem subiecto manēte in oibus suis subalibus mutatio fit in suis passionibus: sicut in pmo libro perigeneseos dici habet. Cū autē naturales potētie vel impotētie ex ipsis essentialibus rei fluant nō erit variatio in ipsis nisi variatis essentialibus subiecti: non autē variantur subiecti essentialia nisi per gnationem: erūt igitur naturales potētie date ꝛ variate per generationē ꝛ corruptionē: ꝛ non per alterationē. Sz obseruandum est ꝙ sicut in antehabitis diximus terminus generationis est duplex. s. ꝓprius ꝛ primus: ꝛ alius qui consequitur ad illum. Gnationis ergo terminus primus ꝛ primus est hic qui generatur ab hoc: sed qꝛ hic est hō iam cōsequens terminus est homo: ꝛ animal ꝛ substantia coniuncta his sicut intelligens ꝛ cōsentiens ꝛ mortalis: que omnia dicunt potentias naturales: ꝓpter qḋ etiaz Alexā. peripatheticus dixit ꝙ potentia naturalis ꝛ impotētia nō sunt actiua nec qualitates: sed substātiales forme intelligimus per hoc ꝙ lz in veritate naturales potētie sint de genere accidētiuz: eo ꝙ cōsequuntur esse rei tamen nō sunt accidentia per accidens sed sunt accidētia per se: ꝛ manant de substantialibus. Res enim agunt per suas formas: ꝛ patiuntur per suas materias: ꝛ ideo omnis naturalis potentia oritur ex victoria forme super materiaz: ꝛ naturalis impotentia oritur ex victoria materie super formaz ꝓpter qḋ non variātur nisi variata forma ꝛ materia substātialibus: ꝛ ideo generatio est istorum ꝛ non alteratio. Si autē forte aliquis dicat ꝙ durum ꝛ molle dicuntur a naturali potentia ꝛ eiusdez ipotentia: ꝛ tamē ſm hec duo est alteratio: eo ꝙ illa sunt subiecta tactus: vt superius habitum est. Dicemus ad hoc quoniam durū ꝛ molle sunt dura ꝛ mollia dupliciter. s. aliena siccitate ꝛ humiditate: vel propria: ꝛ quando sunt alienis qualitatibus dicta dura vel mollia: tunc nō dicuntur ſm naturalem potētiā vel impotentiam: ꝛ tunc alteratio fit in eis sine substātialium rei variatione. Quando autē naturali ariditate vel humiditate sic dicuntur: tūc nō variantur sine substantie variatione: ꝛ ideo tūc est generatio ꝛ nō alteratio. Quare igitur motus nullus potest esse ad has formas que sunt naturalis potentia vel impotentia: sed mutatio est ad eas: lz enim in se qualitates sint: tamen alteratio non est in eis: quia in quinto libro habitū est ꝙ alteratio nō est forma: sed via in formaz.

Q̄ ꝗ causetur nālis poᵃ ꝛ ipotentia.

Qdo ad durū ꝛ molle sit alteratio ꝛ qdo generatio.

¶ Cap. 6ᵐ. Qꝛ in formis siue circa aliquid circunstantibus figuris non est alteratio.

Tex. c. c. 15.

Prime autem inter alias species qualitatis videbitur eē alteratio in formis ꝛ figuris ꝛ habitudinibus et dispōnibus: ꝛ horū acceptionibus in subiecto aliquo ꝛ remotionibus eoꝝ a subiecto: si qs intelligendo mentem apponat. Sed nos ostendemus ꝙ in neutra harum specierū est alteratio: sed ꝓus ostēdemus ꝙ alteratio nō est in forma siue cōstante circa aliqd figura. ¶ Dicitur autē figura que est quātitatis terminatio: qꝛ sic inuenitur in corporibus naturalibus ꝛ artificiatis: nec differunt forma ꝛ figura subiecto: sed rōne qꝛ figura refertur ad terminationem quātī: ꝓut quantitas subiecti extra terminatur superficiebus ꝛ lineis. Forma autem dicitur idem prout subiectū in ipsa informatur: quasi per cōuersum modum respectu subiecti ꝛ ad intus. Propter qḋ etiam quidaz satis bene dixerunt determinantes formā que subiecto idē est cuz figura ꝙ ipsa est dicta forma quasi foris manēs lz sit relata ad intus sicut diximus. Ostendemus igitur ꝙ in his non est aliquid alterationis. Quecunq̄ enim per generationem fiūt fiunt cū quedam alterantur ꝛ sunt quasi ꝯsītia alterationem: quoꝝ illa non sunt termini alterationis: sed figure sic fiunt in corporibus naturalibus: ergo ad figuras ꝛ ad formas non est alteratio. Siue enim dicamus sicut antiqui dixerunt ꝙ congregatio ꝛ disgregatio sunt cause generationis ꝛ corruptionis: siue dicamus ꝙ calidum ꝛ frigidū ꝛ cetere qualitates in generatione trāsmutant materiaz: semper inuenimus formas ꝛ figuras sequi alterationem: qꝛ si dicamus ꝙ congregatio ꝛ segregatio sunt cause generatiōis: sicut dicebat Democritus: tūc rarum ꝛ densum erunt prima alterantia materiam: ꝛ tūc ex illorum alteratiōe inerit figura diuersa: qꝛ alia est figura eius cuius partes sūt ꝓpinque in loco paruo: ꝛ alia eius cuius partes sunt longinque in loco magno: siue creant a suis plenis ꝛ relinquant illa vacua: sicut dixit Xutos: siue non. Si autem dicimus ꝙ calidū ꝛ frigidū sunt causa rari ꝛ densi: sicut veritas se habet in re: tunc iterum variatur figura ex calido disgregante: ꝛ frigido cōgregante ꝛ inspissante: ꝛ sic alteratio per se nō est in istis: sz sunt cōsequentia quorūdam alioꝝ alterationem. Amplius autē non predicamus id ex quo est figura: siue sit in naturali corpore: siue in artificiali de ipsa forma siue figura: qꝛ nō dicemus proprie loquēdo ꝙ statua idoli sit es hoc: nec dicimus ꝙ pyramis sit lapis: vel circulus ferrum: vel id quod est in figura hominis non dicimus carnem ꝛ ossa sed potius de-

Nō qdo forᵃ ꝛ figura sunt idē ſbo ꝛ so la rōne distinguuntur. 3.

Quare in 2ᵃ spē q̄litat̄ nō sit p se motꝰ: vide cō Auro em hic ꝛ sine cō. 20. ꝛ in. 5. phicor. c. 19. ad finem cōmenti. 3.

nominantes a materia dicimus ea enea: vel lapidea: vel lignea: vel carnea ⁊ ossea: vel terrea: vel ferrea. Illud autem qd alteratur predicatur de forma supposita que concretiue signatur sicut proprie habet signari: eo ꝙ accidens alterans potius est esse qd habet in subiecto q̄ sit essentia absoluta: dicimus enim ꝙ hoc calidum est es. Similiter autē est de humido ⁊ forti ⁊ duro ⁊ alijs qualitatibus sensibilibus s̄m quas est alteratio. In omnibus enim his equiuoce hec natura s̄m nominis cōmunitatem dicimus ⁊ predicamus materiam: hoc est subiectum de passione: ⁊ econuerso. Huius autem alia causa nulla est: nisi quia cum figura sit terminus naturalis corporum physicorum ⁊ sit species artificialiū: nō inerit alia ⁊ alia figura nisi cum materie ⁊ subiecti transmutatione. Sed hoc in naturalibus corporibus manifestū est: quia in materia transit ⁊ non manet in specie vna: quia non potest esse ꝙ figura hominis ⁊ asini sint circa subiectum qd in substantialibus idē est: quia sicut differunt naturalia corpora formis suis substantialibus: ita differunt figuris: ⁊ tāta potest esse distantia a figura speciei debita ꝙ id quod generatur non saluatur: sicut patet in hominibus quando generant enormiter magna capita: vel alia monstra: sicut diximus in secundo libro supra: ⁊ ideo materia non predicatur de ipsis nisi denominatiue. In artificialibus autem non est adeo manifestum: tamen etiā in eis est: quia figura ipsa in artificialibus est species: sicut patet in domo ⁊ circulo ⁊ omnibus alijs: ⁊ cum supponatur vt species: ⁊ de specie non ꝑdicatur subiectum suum quod est materia: cum species querat materie transmutationem in substātialibus: ideo in artificialibus etiā non predicatur materia proprie: sed in his que alterantur in illis omnino nihil mutatur de substantialibus subiecti: ⁊ ideo idem in natura manens qd ante fuit predicatur de forma que alterauit ipsum; sicut dicimus ꝙ hoc es est calidum vel humidum: vel durum: vel molle: et econuerso. Figura autem non est in ipso nisi sit mutatum a statu in quo ante fuit: ⁊ ideo non generaliter possumus dicere ꝙ hoc figuratum est es: sed hoc potius est ereum vel ligneum: vel carneum: vel osseum: vt per talem denominationem signetur ꝙ materia anteq̄ esset susceptibilis talis figure mutata est a formis in quibus primo fuit substantialibus si figura est consequens formam substātialē: sicut sit in physicis vel accidentalibus: si figura est artificialis sicut in artificiatis. Quoniam quidem ex quo sit ⁊ facta est figura non equiuoce dicitur s̄m nominis cōitatem de figura: vel econuerso. ¶ Qd autem alterantur s̄m nominis cōmunitatem predicantur de se inuicem ⁊ non s̄m denominationē: quia non dicimus hoc calidum esse ereum sed es. Manifestum est ꝙ in figuris non est alteratio: sed in solis sensibilibus sicut dictum est. ¶ Amplius inconueniens est ꝙ dicamus artificialia vel naturalia alterata quando acceperūt suas perfectiones s̄m finem qui est forma in natura. Ridiculū enī est si dicamus hominem vel domum esse alteratam quādo accipit vltimum finem se perficientem: ⁊ ideo non dicimus esse alteratam quando laterata est ⁊ tecta ⁊ in debita figura cōposita: q̄a tūc perfecta est. Sicut aūt in artificialib⁹ figura est dans spēm ⁊ rōnē in artificialib⁹: ita ⁊ figura cōsūcta est physicis formis ⁊ in physicis corporib⁹: q̄a ↄcomitat̄ talē formā talis figura: ⁊ ideo figura ⁊ est de pfectiōe in physicis ad minus q̄ntū ad extra: ergo s̄m formā ⁊ figurā nō est alteratio. ¶ Manifestū est enī ꝙ id qd est de rōne alterationis non est de nūero eoꝝ que fiūt per gn̄atiōē: forma aūt ⁊ figura sunt de cōmutātib⁹ nec̄o spēm ⁊ formā subalē que iducit̄ per generationē: ergo in talib⁹ nō est alteratio. Figura enī ois speciei duo h̄z extrema ⁊ mediū: ⁊ si ↄuenit distare extrema illa nō erit gn̄atū saluatū in illa spē sicut diximus: ⁊ hui⁹ signū est ꝙ figura in gn̄ato nūq̄ variat̄ s̄m etatē. Qualitates aūt alterantes variantur quasi continue: his additur ꝙ non est cōtrarietas in figuris: ⁊ scietur perfecte ꝙ non est alteratio in forma siue circa aliquid constante figura.

Tex. t. c. 16.

Tex. t. c. 17.

Quid addi debet rationi predicte.

¶ Cap. 7m. Q in habitib⁹ corporalib⁹ ⁊ dispositionibus non est alteratio.

VOLENTES Autem ostendere ꝙ etiā in habitibus ⁊ dispositionibus non est alteratio: diuidimus primo habitus in habitus corporis: ⁊ habitus anime. ¶ Et ostendemus primo ꝙ in habitibus corporalibus non est alteratio ⁊ consequenter quoniam neq̄ alteratio in habitibus anime est. Prius ergo oportet scire ꝙ habitus ⁊ dispositio sunt vna res: s̄z ratione differunt ⁊ tempore: quoniam id qd est dispositio est habitus quando confirmabitur: non enim differunt hec nisi per esse facile mobile: vel per esse difficile mobile: vel oīno imobile eē: si est de habitib⁹ naturalibus: ⁊ ideo non oportet diuisim inducere demonstrationes de habitu ⁊ dispositione: quia probato ꝙ in habitu non est alteratio probatum erit sufficienter: quoniā neq̄ in dispositione potest esse alteratio. Adhuc autē preintelligere oportet qualiter cognoscatur aliqua forma eē habitus: siue sit corporalis: siue sit in anima sicut in subiecto. Cognoscitur autem forma aliqua eē habitus per ipsam rōnē habitus: habitus enim est oīum habitudo quedam: ois autem habitudo est ad aliquid ⁊ aliquoꝝ siue alicuius: ⁊ ideo qd absolutum est in se simpliciter nullo mō pōt esse habit⁹. Qd autem sonat habitudinem aliquoꝝ adinuicē ⁊ ad aliquid illud est habitus. ¶ Hoc igitur prenotato dicemus ꝙ in habitibus non potest esse alteratio: q̄a habitus sunt virtutes ⁊ malitie tam corpoꝝ q̄ animarū existentes in habitudine aliquoꝝ adinuicem. Omnis autem virtus talis est permixta s̄m suas essentias ⁊ essentialem rationem cum relatione: per hoc ꝙ est ad aliquid: sicut patet in sanitate ⁊ cōplexione ⁊ pulchritudine: ⁊ que eis similia sunt habitus corporales. Sanitas autem consistit in habitudine aliquorum adinuicem ⁊ ad aliquid ⁊ non est forma absoluta. Consistit enim in debita s̄m spēm aliquam ⁊ naturam cōmensuratione calidorum: frigidoꝝ: humidoꝝ: ⁊ siccoꝝ: ⁊ in debita habitudine membroꝝ interioꝝ: ⁊ in debita cōmensuratiōe ad continentem aerem s̄m omnes aeris qualitates: ⁊ ita sanitas in plurium habitudine adinuicem consistēs. Similiter autem est de complexione que est qualitas resultans ex permixtione humoꝝ ⁊ elementoꝝ: ex eo ꝙ plurimū cuiuslibet est cum plurimo alterius cuiuslibet vbiq̄ alterans ipsum: ⁊ alteratum ab ipso. Eodem autem modo est pulchritudo in proportione cōmensurationis membroꝝ adinuicē ⁊ coloꝝ: ⁊ eodem modo est de corporis robore ⁊ oibus alijs similibus. Hec enim omnia in plurimū consistunt adinuicem habitudine: ⁊ non solum h̄nt hoc qd dictum est: sed etiam non absolute sunt in corporibus: sed potius sunt ad aliquid qd mēsura ꝓportionis attenditur: omnes autē tales corporis virtutes sunt ⁊ dicūtur dispositiones animaliū perfectoꝝ: nō absolute: sed relate ad optimū statum naturalē alicui⁹ animalis: in quo in sūmo sunt omnia sua naturalia s̄m speciē illius animalis. Est enim alia ratio sanitatis hominis pfecta ad quā omnis alia sanitas cōmensuratur: ⁊ dicitur maior vel minor s̄m accessum ⁊ recessū ab illa: ⁊ similiter de cōplexione ⁊ pulchritudine ⁊ robore est intelligendum in vnoquoq̄ animali: ⁊ similiter in quolibet climate dicitur eē perfectum s̄m hoc animal ⁊ s̄m hoc clima: qd optime sanat et optime dispositū est s̄m nām speciei illius ⁊ talis climatis. Quoniam autē sicut iam patet tales virtutes ⁊ per ↄsequēs etiā malitie corpoꝝ sunt ad aliquid ⁊ in ad aliqd neq̄ generationes sunt neq̄ alterationes: eo ꝙ talium per se neq̄ sit generatio neq̄ alteratio. ¶ Manifestū est ꝙ id qd est de ratione alterationis non est oīno circa habitus corporales.

Tex. t. c. 17.

¶ Cap. 8m. Q in virtute anime morali non est alteratio.

EODEM AUTEM Mō ꝓbabimus ꝙ etiā circa virtutes aie ⁊ malitias non est alteratio: sed virtutes anime sūt duplices. s. morales ⁊ itellectuales. Prius ergo ꝓbabim⁹ ꝙ circa morales non est alteratio: post autē ꝙ neq̄ circa intellectuales. Virtus autē moralis quedā perfectio est. Omnis autem perfectio est indiuisibilis: ⁊ in indiuisibili temporis datur: ergo virtus moralis idiuisibilis est: ⁊ datur in indiuisibili temporis: sed alteratio sicut ⁊ alij motus non sunt nisi ad diuisibile: sicut ostendimus in sexto. ergo alteratio non est circa moralem virtutem: nec etiā circa vitium morale. Qd autem virtus moralis quedam perfectio sit: probatur a simili ⁊ per syllogismū: per syllogismū ꝙ sic: quia vnūquodq̄ tūc maxime est: ⁊ tunc maxime perfectum est: ⁊ maxime s̄m naturam quādo attingit id qd est proprie

T. t. c. 18.

Nō qdo virtus moral' est in idiuisibili ↄsistē s̄z Albertum.

propie virtutis perfectio: sed anime hominis est quedam pfectio virtutis moralis: ergo cum attingit illam tunc maxime dicit esse pfecta. ¶ Cū ergo omnis pfectio detur in indiuisibili tēporis: omnis virtus moralis est idiuisibilis: ⁊ datur in indiuisibili tēporis. A simili autē ꝓbatur per hoc ꝙ si nos accipiamus pfectionē circuli: maxime tūc circulus erit quando perfectā rōnē ⁊ virtutē circuli attingit. Perfectio aūt omnis que vere pfectio est indiuisibilis est ⁊ simplex: ⁊ datur in indiuisibili tēporis: vt sepe supra ostēsuz est: ⁊ sic sequit ꝙ nō sit alteratio in talibus pfectionibus.

Obiectio

¶ Si autem forte nobis aliquis objiciēdo dicat ꝙ virtus ⁊ malitia non sunt pfectiones: ⁊ ideo viterius inferēdo nō sunt pfectiōes indiuisibiles: q2 virtus nō est ad esse sed ad bene esse: ⁊ qḋ nō est ad esse nō est pfectio simplr: sꝫ pfectio fm quid: sicut ⁊ albedo est pfectio albi: ⁊ nigredo est perfectio nigri.

Solutio

Dicemus ꝙ nō est verū qḋ dicit: eo ꝙ sicut ꝓbari habꝫ in ethicis nos innati sumus suscipere virtutē: sed perficere est ab assuetudine: ⁊ ideo sicut se habet forma substātialis ad materiam: ita se habet virtus moralis ad anime partē practicā: ⁊ ideo sicut indiuisibilis est forma substātialis ⁊ datur in indiuisibili tēporis: sicut sepius habitū est supra: ita est etiam de virtute morali. Qḋ aūt objicit ꝙ nō sit ad esse: sed ad bene esse: non impedit: q2 vnū est esse rei qḋ est a forma substātiali: ⁊ ante esse rei nihil est. Alterū aūt est ad perfectionē potētie practice ad actū: ⁊ hoc est post esse rei sicut ⁊ ipsa potentia: tamen nihilominus pfectio ipsius est indiuisibilis: ⁊ iō etiā nō intercipit ꝯtrario: ⁊ ideo nullus fm partē est in vitio ⁊ fm partē in virtute neqꝫ in motu neqꝫ extra motū existēs: sicut est fm aliquid in albo: ⁊ fm aliqd in nigro: ille qui mouet ex albo in nigrū: eo ꝙ albū nō est indiuisibilis ⁊ simplex forma: sicut virtus moralis: ꝓpter qḋ nō est motus ad ipsaꝫ ⁊ sicut etiā alteratio nō est ad ipsaꝫ: sed potius finis est alterationis cuiusdā sicut ⁊ generatio finis est alterationis: qm̄ circa virtutē moralē nō est alteratio: sic etiā circa malitiam virtuti morali oppositā nō est alteratio: q2 malitia nō est positio alicuius qualitatis vel habitus ꝯtrij: sed potius est corruptio ⁊ remotio virtutis: sicut ⁊ omne malū non est positio alicuius: sed priuatio habitus illius cui malū illud opponitur: sicut in ethicis habet determinari.

Tex. t. c. 19.

¶ Qḋ aūt diximꝰ ꝙ virtus est finis alterationis cuiusdam: sic intelligimus ꝙ absqꝫ dubio virtus moralis sit: ⁊ malitia sibi opposita cum aliquid alterat: sed tamē alteratio non est neutrum hoꝝ: q2 est ad neutrū illoꝝ. Qꝫ aūt aliquid illoꝝ que recipiunt virtutē vel malitiā alterat anteq̄ꝫ recipiat est manifestū. Virtus enim moralis vt habet determinari in ethicis: aut est ipassibilitas quedā: aut passibilitas hoc modo quo cōuenit: hoc est qn̄ opꝫ: ⁊ vbi ⁊ quomodo ⁊ quali ⁊ qua de causa ⁊ quātū. Si enim aliquis abstractus sit: ⁊ vicerit passiones delectabiliū que fiunt in sensu: tūc est vincens per passionē ꝯtriā passionibus illis: ⁊ sic nō est simplr passibilis: sed impassibilis: sic etiā hoc est hoc modo quo passiones sunt in vitijs. Si sic passiones delectabiliū que fiūt in sensu nō sequit: tūc est impassibilitas: ⁊ neutrū hoꝝ sit sine passione prius expta: ergo iratus nō est sine passione: ⁊ cū alteratio sit fm passionem ⁊ passibilē qualitatē: virtus hoc modo nō sit sine alteratione: sed semper est finis alterationis per hoc qḋ est finis passionis. Malitia aūt passibilis q2 passioni nō resistit: aut est aliquādo passio ꝯtria virtuti: q2 virtus sequit laudabiles passiones: malitia aūt vituperabiles: ⁊ est ꝯiūcta eis per causam. Huius aūt totius causa est: q2 sicut in ethicis determinat moralē virtutē accidit esse in voluptatibus ⁊ tristitijs: q2 est circa eas sicut circa obiectū in gaudēdo ⁊ tristando. Voluptas aūt ois ⁊ tristitia passiones sunt que fiūt a sensu: ois. n. voluptas est a sensu: ⁊ si est a sensu: aut est fm p̄sens ab actu sensus: aut fm preteritū: aut fm futuꝝ. Si aūt est fm p̄sens ab actu sensus: tūc est voluptas p̄sens. Si aūt est fm preteritū: tūc est reminiscētia: eo ꝙ reminiscimur similiū q̄lia passi sumus in preterito: aut est fm futuꝝ: quia speramus talia pati fm voluptatē q̄liū similia audiuimus ⁊ experti sumꝰ: ⁊ ita omnis voluptas fit a sensu: aut fm actū aut fm potētiā. Ostēsuꝫ aūt est ꝙ talia sensibilia sūt passibiles qualitates ⁊ fm ea est alteratio: ⁊ hoc est qḋ volumus ostēdere.

Documentū

¶ Sed sciēdū est ꝙ lꝫ voluptas ꝓut loquimur hic sit sensibilis ⁊ corporalis passio tn̄ delectatio aliqū est simplex ⁊ mētis solius: ⁊ ideo illa nō necessario est cū passione: q2 mentalis delectatio nō hꝫ ꝯtriū: q2 illa delectatio nō est vere passio: sed potiꝰ sicut dicit Arist. in 4° libro ethicoꝝ: est opatio ꝓprij ⁊ habitus cōnālis nō impedita.

¶ Aliā etiā causam possumus assignare q̄re fm virtutē moralē ⁊ malitiā ei oppositā nō est alteratio que est motus physicus: q2 si ipsa etiā est ꝯsistens in habitudine circūstantiaꝝ circa mediū: q2 est qn̄ debet: ⁊ vbi ⁊ quātū: ⁊ quomodo: ⁊ fm ceteras circūstātias que ab ethico determinant ⁊ est in medio qḋ necessario operatur extremis: ⁊ ostēsum est iam in physicis ꝙ in talibus nō est motꝰ: ⁊ ideo etiam in virtute morali motus esse non potest: sed est coniuncta alterationi propter passiones circa quas est: sicut iam in physicis dictum est. Tristitia enim ⁊ voluptas sunt passiones illate a sensibus: ⁊ sunt circa partem sensibilem anime que est concupiscibilis vel irascibilis: ꝙ fm etiam Plato. dixit ꝙ omnis voluptas est generatio in sensibilem animam.

Isto mō etiā format rō a Themistio in p̄senti textu.

¶ Cap. 9m. Qꝫ in intellectu speculatiuo fm virtutes intellectuales non est alteratio.

Tex. t. c. 20.

AT VO NEQꝫ In intellectiua pte anime fm virtutē intellectualem est alteratio. Sciens enim fm scientiā quam adipiscit vel adeptus est maxime dicit ad aliquid: lꝫ enim sit spēs quedā qualitatis scientia fm ꝙ est in anima sicut in subiecto: ⁊ animā denominat fm ꝙ dicit sciens vel prudēs: tn̄ fm ꝙ est in se vel fm suam generationeꝫ qua generat in anima maxime est ad aliquid. Hoc aūt manifestū est in generatione sapientie vel scientie in intellectu. Idem enīꝫ scientie ꝙ in oia nō est factū in anima fm aliquā potentiā mouentiū vel agentiū que trāsmutēt intellectuꝫ de esse fm formā vnā in aliud esse fm formā aliā: sicut in oī generatione ⁊ alteratione vna forma abjicit ⁊ expellit a mouentiū potētijs ⁊ alia inducit: sed potius intellectus qui est fm vniuersalē scientiā: eo ꝙ vniuersaliū rōnes iquirit sit in nobis per resultationē siue trāsmutationē intellectus ex ea experimētali cognitione sensibili: que est fꝫ partē: sicut sit imago in speculo terso sine alia potētia mutāte speculū: q2 resultat in speculo imago per lucē abstrahentē formā rei: ⁊ directā ⁊ ꝯgruā speculi oppositioneꝫ. Et ideo sicut alio quodam mutato speculo vno pmanēte resultat imago: ita intellectu possibili vno modo pmanēte fm oia sua que hꝫ in seipso resultat in eo vniuersalis sciētia ex cognitione experimentali particulariū per lucē itellectus agētis: ⁊ ideo sicut diximus de colūna que sine mutatione sui per motū sortis sit dextra ⁊ sinistra: ita etiā sciētia sit in intellectu scientia sine mutatione intellectus possibilis: ita ꝙ nō mutatur nisi corpus impediens abstractionē intellectus fm scientiā.

Nō qḋo sciā sit qualitas ⁊ qn̄o ad aliqd

Expō Auer. in p̄nti loco.

Est aūt huic motui simile: sicut si aliquis remoueat obiectū lignū: vel lapidē a fenestra: quo amoto sine omni mutatione domus illuminat per solis radiū: ita etiā sit in intellectu. Remoto enim impedimēto corporis per etatē ⁊ exercitiū studij statim resultat in intellectu possibili sciētia vniuersalis ex particulariū cōprehensione: ideo sciētia fm actū que accipit nō est generatio quedā rei in se generate per potētiā mouētiū aliquorū: sed est resultatio eiꝰ in nobis. Nisi forte aliqs iproprie loquēs dicat reuersiōes sensibiliū ad sensus: sicut visibiliū ad visus: vel tactibiliū ad tactū esse quasdā gn̄ationes formarū: q2 visibilia in visu etiā fiūt: ita ꝙ nulla potentia trāsmutat visum: sed potius remotis ipedimētis visus ab obiecto subito resultat forma in visu: ⁊ similr est de tactu nō qdē fm mediū tactus: sed ꝙ species tactus resultat in pte aie que iudicat de tāgibilibꝰ. Cū. n. forma tactus gn̄atur in medio tactus: qḋ est itra in aīalibus subito p resultationeꝫ sit intētio illiꝰ forme in pte que pceptiua est tāgibiliū nulla potētia mouēte partē illā aie: ⁊ talis qdē actus est vniuersalis sciētia in aia: sicut diximus: ⁊ ideo si aliquis vere ⁊ ꝓprie loquens tales sensibiliū in sensitiuis potētijs resultationes dicat nō eē gn̄ationes ⁊ alterationes: tūc multo minus dicere dꝫ: ꝙ resultatio vniuersalis scie in aia sit gn̄atio vel alteratio ꝓprie dicta: eo ꝙ sicut dictū est resultat in intellectu sine omni sua trāsmutatione ex sensibiliū acceptione p lucē intellectus agētis: vnde etiā pꝫ: ꝙ illa acceptio sciētie que sit a principio cū aliquis ex ignorāte factus est sciēs: nō est vō nomine gene-

ratio aliqua neqꝫ alteratio. Anima enim fit sciens prudēs ⁊ sapiens in eo ꝙ quiescit ⁊ residet in actibus suis qui turbati ⁊ instabiles erant ꝓpter inquietudinem complexionis: eo ꝙ in pueris complexio multū abūdat subtilis humoris qui est facile mobilis: ⁊ est in eis multum calidum: lꝫ calor nō sit ita acutus sicut in iuuenibus: ⁊ ille calor multū mouet: propter qđ ɔfusio motuum corporis impedit actum anime per intellectuꝫ: ⁊ species accepte ab ipsis mouenṫ continue: ⁊ nō ordinate ⁊ pure deferuntur a spiritibus animalibus: ⁊ ideo super eas non potest figi lux agentis intelligentie vt resultationes vniuersales ponat in intellectu possibili: ⁊ simile huius est in formis resultantibus in aqua fluente. Ille eni oēs confuse sunt ⁊ distincte videri non possunt: propter qđ dixit Plato ꝙ in pueris est sicut in dormiente: ⁊ ebrio: ⁊ infirmo ex humore cerebri infecto: qꝛ sicut ebrius non considerat bene nisi digesto vino: cuius calore ⁊ humore phantasmata distincta esse non pmittebanṫ ⁊ ɔceptiones firme esse nō poterant: ⁊ sicut dormiens humido frigido descendente a capite habet ligatas virtutes animales precipue exteriores: ⁊ sicut infirmus humore innāli oppilante impediṫ ab apprehēsione ordinata: ⁊ ɔstituitur in amentia quadam: ita pueri ꝓpter humidū fluidum oppilans cerebrum ⁊ dissipās imagines apprehensas: nō bene iudicant ſm scientiam ⁊ prudentiam ⁊ sapientiam: sic ergo nō est factus sciens per alteratione: quādo aliquis dormiens surgit vel ebrius prius digesto vino: vel infirmus si ordineṫ in capite: ita etiā ille qui pmo accipit scientiā: ⁊ ideo non est alteratus in intellectu ab aliquo mouēte. Ebrius enim vel dormiēs vel infirmus nō poterat vti scientia ſm actū: sed mutatiōe facta in corpore nō in intellectu per quā in statū ordinatū venit corpus: tūc poterat vti scientia: qꝛ tunc inerat ei potentia vtendi scientia: ſm ꝙ ɔgruum erat: ⁊ huius aliquid fit in scientie existentia quando ex principio accipiṫ: qꝛ quies turbationis in corpore quedam est restauratio intellectus: vt resultare possint in ipso que ante nō resultabāt: ⁊ hac de causa infantes nō possunt addiscere in infantili etate: ⁊ etiā cū primo incipiunt iudicare de rebus: nō similr̄ bene possunt iudicare ꝑsbyteris: hoc est senioribus: in quibus quies iam facta est: qꝛ circa infantes multa est perturbatio: ⁊ multi motus ꝓpter causam supra assignatam. Hec autē ꝑturbatio pullaṫ: ⁊ tunc status fit cōprehensionū ex multis causis: aliquādo etiam fit a natura quādo etas debita excedit: ⁊ hoc est cōmune in oībus: aliquādo autē cum hoc studium fit ordināns cōprehensiōes: operanṫ aūt ad hoc exercitia bona ⁊ liberalia: ⁊ virtus: ⁊ ꝑcipue castitas: qꝛ peccatū incōtinentie subiicit hominē passionibus corporis que impediūt intellectus cōprehensioneꝫ: sicut in pueris impedit etas. Quod eniꝫ in pueris facit etas: hoc facit in luxuriosis passiō: ꝓpter qđ in ethicis peccatum incōtinentie inter puerilia peccata cōputatur. ¶ In vtrisqꝫ aūt his accidit intellectus facta quadam in corpore alteratione: sicut diximus de dormiēte qui digesto humido frigido organis sensuum solutis surgit ⁊ fit vigilans ad actum. Et similiter est in eo qui accipit scientiam mutatione facta in corpore suo per modum quem diximus. Non igiṫ fit sciētia in intellectu: ita ꝙ intellectus altereṫ per se ⁊ essentialr̄: neqꝫ sic fit in eo ꝙ scientia sequatur quādam alterationem factam circa intellectum: sed fit in eo qđ sequitur per accīs quandam alterationem factam in corpore. Dico aūt scientiam sequi illam alterationem per accidens: qꝛ illa alteratio non per se causa est scientie illius: sed facta alteratione ordinata fit experimentalis collectio particulariuꝫ: ⁊ remanens stat in anima sensibili: ⁊ tunc luce intelligentie agentis fit scientia in anima sine aliqua intellectus mutatiōe. Hoc igitur modo intelligitur ꝙ sciētia est habitudo dicta ad aliquid: ⁊ nō hoc modo quo quidam ante nos dixerunt ꝙ sciētia refertur ad scientem ⁊ ad scibile: hoc enim nihil est ad ꝓpositum: qꝛ per hoc id qđ intenditur ꝓbari non pōt. Manifestum est igitur ex omnibus antedictis: ꝙ id qđ est vere alterationis in corporibus: est que sensibilibus qualitatibus sunt distincta: ⁊ est etiā in sensibili parte anime exteriori ⁊ interiori: que est concupiscibilis ⁊ irascibilis: ⁊ in nullo alio: ꝓpter qđ etiā partes anime sensibiles: cum indigeant corpore ſm hos actus quos habent in corpore non possūt separari: sed de hoc alibi tractabitur.

Nō quāo pueri ſm Plato nē ebrio dormiēti: ⁊ infirmo cōparanṫ

¶ Tractatus secundus septimi libri physicorum De comparatione motuum.

¶ Cap. pᵐ. De disputatione: vtrum omnis motus omni motui esset comparabilis.

Dubitabit autē aliquis:

Utrum omnis motus omni motui sit comparabilis per eque velox: ⁊ magis ⁊ minus velox. Uel nō omnis motus hoc modo ad omnem motum possit comparari. Si enim concedatur: ꝙ omnis motus ad omnē motum per ꝓportionem velocitatis sue possit comparari: cum equaliter velox sit qđ in equali tēpore per equale spatium cum alio moueṫ: tūc circularis motus erit comparabilis recto ſm ꝓportionem velocitatis ipsoꝝ: ita ꝙ possumus dicere ꝙ aliquis circularis motus ſm velocitatem est equalis recto motui: aut minor ipso vel maior ſm ꝓportionē velocitatis. Et si dicat aliquis ꝙ hoc nō est incōueniens: tunc inferam ɔclusionem que expressum habet inconueniens: qꝛ ſm dicta si duo sint quoꝝ vnū altereretur: ⁊ alterū ducatur in motu ſm locum: ⁊ fiat hoc in vno tempore equali: tunc erūt illi duo motus comparabiles ſm ꝓportionem velocitatis: ita ꝙ possumus dicere equalem vel maiorem vel minorem alterationem esse ꝙ̄ sit loci mutatio. Cuꝫ autem omnis velocitas alterationis sit a passione ⁊ in passione que fluit in alteratione: ⁊ omnis velocitas motus localis sit sicut a causa ⁊ a subiecto suo ab vbi: cuiꝰ renouatio cōtinua ⁊ fluxus est in motu ſm locum: nec ipsoꝝ velocitas ſm esse physicū considerata vnꝙ̄ sit extra ipsaꝫ: sequitur ꝙ possum dicere: ꝙ aliqua passio fluens est equalis lōgitudini que renouaṫ in motu locali: vel maior vel minor in ipsa. Cū ergo hoc impossibile sit: erit etiam impossibile motum circularem cōparabilem esse motui recto: qm̄ si essent cōparabiles ipsi motus oporteret: ꝙ linea circularis esset cōparabilis linee recte. Omnia enim que cōparanṫ ſm magis ⁊ minus ⁊ equale mēsurant se inuicē per partes: ⁊ ideo sibi inuicē sunt superponibilia: ⁊ ideo opꝫ ipsa esse vnius nature oīno: qꝛ vnūquodqꝫ mēsuraṫ sui generis minimo ſm excessum ⁊ defectū ⁊ equalitatē: sicut in philosophia docetur. Si ergo ſm supradicta ɔcedaṫ: ꝙ hic dicimus equalr̄ velox cū illo qđ in eq̄li tēpore moueṫ p eq̄le aliqd: opꝫ ꝙ habeat velocis diffōnē: ꝙ eq̄lia sint p que trāseūt equalr̄ velocia: sꝫ nulla passio eq̄lis est lōgitudini: neqꝫ maior: neqꝫ minor: ꝙ̄ mota p passionē ⁊ lōgitudinē nō mouenṫ p equalia: neqꝫ p maiora: neqꝫ p minora: ꝙ̄ nec equalr̄: nec velocius: nec tardius mouenṫ: ꝙ̄ alteratio nō pōt cōparari loci mutationi: nō ergo oīs motus oī motui est cōparabilis ſm ꝓportionē velocitatis. Si aūt eq̄liter velocia sunt que in eq̄li tēpore p eq̄lia trāseūt: opꝫ ꝙ in equalr̄ velocibus duplex sit eq̄litas: vna. s. tēporis: ⁊ alia eiꝰ p qđ sunt in quo est motus: sicut in iis que fluit in motu: ⁊ nos scimus ꝙ nulla eq̄litas est īter circulū ⁊ lineā rectā. ¶ Queramus igiṫ qualr̄ possit esse cōparatio motus īter motū in circulo: ⁊ motorē in recto. Incōueniēs est enim oīno nisi supponamus: ꝙ aliqd pōt moueri aliqñ in circulo: ⁊ illud idē pōt moueri in linea recta. Mox aūt isto supposito ꝙ hoc pōt fieri necessariū videṫ esse: ꝙ motus eiꝰ in circulo sit velocior: vel tardior: vel equalr̄ velox motui eiusdem: vel similis sibi in recto: sicut si diceremus: ꝙ aliqd aliquādo ascēdit p lineā rectā: ⁊ aliqñ descēdit. De isto eni statim videṫ sequi ꝙ aut eque velocius: aut velocius: aut minus velocius ascēdit sicut descēdit. ¶ Amplius etiā ſm rōnē ⁊ diffinitionē velocis nō differt vt videṫ: vt si aliqs dicat: ꝙ dato ſm ꝑdicta ꝙ aliqd moueṫ in circulo ⁊ in recto: mox ipm̄ moueri velociꝰ vel tardiꝰ in vno motu ꝙ̄ in alio: sicut si diceret ipm̄ sic cōparari in motu ascēsionis ⁊ descēsionis. Scđꝫ hoc eni motꝰ circularis erit maior ⁊ minor recto: ⁊ cū excedētia ⁊ excessa dicanṫ ad eq̄le: tūc erit circularis cōparatus recto ſm eq̄litatē: maiꝰ eni resecare ⁊ minori apponere licet vt reducanṫ ad eq̄litatē: ⁊ hoc possumꝰ ponē in exēplis visibꝰ. Si eni dicamꝰ ꝙ. b. signet circulū ⁊. c. signet lineā rectā: ⁊ dicamꝰ ꝙ duo trāseūt p istas magnitudines: ꝙ̄cunqꝫ sint illa in vno tēpore qđ est. a. cū circulus sit spatij maioris ꝙ̄ linea recta: si inter eadē duo pūcta vnū moueaṫ per arcū semicirculi: ⁊ al-

Tex. c. 21.

Tex. c. 22.

Tex. c. 23.

rez per diametrum: videtur ꝙ illud quod vadit per arcum transit maius spatium in eodem tēpore: in quo aliud trāsit per rectam diametrū. Sed velocius est illud qđ in equali tē pore transit per maius spatiū: ergo velocior est motus in se micirculo ꝗ̄ in diametro: ergo circularis ⁊ rect⁹ fm hoc sūt comparabiles. Adhuc aūt dictū est in 6° ꝙ illud est veloci- us: qđ in minori tēpore transit equale. Addamus ergo velo citatē illi qđ mouet͂ super circulū: tunc ipsum mouebit͂ velo cius ꝗ̄ prius: ⁊ dicamus ꝙ illud qđ mouetur super rectam lineam que est .c. moueatur vt prius: tunc id qđ mouetur su per circulum in parte temporis .a. transit circulum: ⁊ in to- to tempore aliud quod mouetur super lineam rectam tran- sit lineam rectam: ergo velocius est id quod mouetur super circulum: ꝗ̄ id quod mouetur super lineam rectam per dif- finitionem velocioris: ergo motus iterum videntur esse cō

Tex. c. 24.

parabiles. ℂ At vō si concedatur: tunc sequitur inconueni- ens supra inductum .s. ꝙ rectum equale sit circulo: ergo ea etiam que sunt diuersaꝝ specieꝝ ⁊ naturarum sunt equalia ⁊ excedentia se ⁊ excessa a se inuicem: ⁊ hoc supra ostensum est inconueniens magnum.

ℂ Cap. 2ᵐ. De solutione que inuestigat contradictiones ⁊ modos comparabilium.

Tex. c. 24.

Sed forte dicet aliquis: ꝙ ista nō sūt comparabilia que dicta sunt scilicet rectum ⁊ circularem: neqꝫ motus qui sunt in eis sunt comparabi- les: ⁊ dicet forte ꝙ equiuocuꝫ est illud quod est velox vel velocius in ipsis motibus: q: nō sunt comparabilia nisi ea que fuerint vniuoca: sicut si aliquis q̄- rat quare non fiat comparatio ꝙ queratur vtruꝫ acutior sit stilus vel angulus aut vinū aut vox vltima in neumatibus. Equiuoce enim dicitur acutius de his: q: acutum in stilo vel angulo est qđ pungit ⁊ penetrat in tactu: acutius autem in vino est qđ penetrat in linguam: ⁊ acutius in neumate vl timo in acumine est qđ fortius alijs penetrat in auditum. Que enim equiuoca sunt non comparantur: cum omnia que comparant͂ non possint comparari nisi per vnam natu- ram que est in vtrisqꝫ. In equiuocis autē non est vna natu- ra: sed tm̄ est in his ꝯuenientia in nomine: sed vltima nota in acumine comparabilis est voci vel neumati minus acu- to: eo ꝙ acutum vnius rōnis est in vtrisqꝫ: sic ergo dicet ꝙ non est idem velox siue vnius rōnis hic in circulo ⁊ ibi in li- nea recta. Multo autem minus erit fm rōnem velox idem in alteratione ⁊ loci mutatione: cum illi duo motus sint in generibus diuersis. Motus autē circularis ⁊ rectus sunt in

Tex. c. 25.

genere vno. ℂ Forte autē aliquis dicet obijciendo: ꝙ istud qđ modo dictum est non est veꝝ .s. ꝙ illa sola sint compara- bilia que non equiuocata sunt: fm hoc enim omnia vniuo- ca essent comparabilia: ⁊ hoc nos inuenimus esse falsum vt videtur: q: multum videtur esse vnius rōnis in quocūqꝫ su matur. Si ergo accipiatur in aere ⁊ in aqua vnius erit rō- nis: multum enim est qđ est tātū ⁊ amplius. Si igitur prece dens sermo esset verus: deberet aqua esse cōparabilis aeri per multum ⁊ paucum: ⁊ hoc non est veruꝫ: q: cū aer ⁊ aqua differant essentialibus differentijs: nihil idem est in eis: sed quecunqꝫ comparant͂ per aliquid idem in vtroqꝫ comparā tur: vt diximus supra: ergo aer ⁊ aqua non comparant͂. Et si forte aliquis dicat ꝙ multuꝫ non est vnius rōnis in aqua ⁊ in aere: ⁊ in ceteris que multa adinuicē dicuntur: tunc ac- cipiam ego duplum: q: illud in omnibus videtur esse eius- dem rōnis. Vbicūqꝫ enim accipiamus duplum habebit ra- tionem ꝓportionis duoꝝ ad vnum. Cum ergo dicamus du plum aerem ad aquam qui est tantus ⁊ equalis: oportet ꝙ si illa comparant͂ ꝙ aer sit equalis aque: ergo calidū est equa le frigido: ⁊ spirituale equale corporali: ⁊ hoc nihil est dictu: vt prius ostendimus: ergo ista non sunt comparabilia: non

Tex. c. 26.

ergo vniuocatio sufficit ad rationem cōparationis. ℂ Aut forte de istis aliquis dicet: eandem rōnem quam dixi supe- rius de veloci equaliter ⁊ magis ⁊ min⁹: ꝙ scilicet ista sint equiuoca. Possunt enim ista dupliciter diffiniri. Si enim diffiniantur in cōmunibus suis intentionibus fm ꝙ abstra hunt ab hoc ⁊ ab illo: ⁊ a quolibet alio multo vel duplo in vniuersali erit logica diffinitio istorum: ⁊ fm rōnem logicaꝫ erit in omnibus eiusdem rōnis: sed quia differenter omnia

subiecta sua ⁊ passiones ⁊ opera diffiniunt physicus ⁊ diale- cticus opꝫ ꝙ physicus ista fm esse diffiniat quod habent in suis substantijs: ⁊ tunc multum ⁊ duplum in aere ⁊ aqua nō sunt eiusdem rōnis. Sed quia non habemus propria nomi na diffinientia multum ⁊ dupluꝫ: fm ꝙ variant͂ in singulis: ideo ponimus eadem in diffinitionibus ipsoꝝ in omnibus dicentes multum esse: quod habet tātū ⁊ amplius: ⁊ dupluꝫ esse qđ est sicut duo ad vnum: sed tamē iste diffinitiones fm esse physicum in diuersis accepte equiuoce sunt: quia cuꝫ di cimus multum esse in aere qđ est tantum ⁊ plus: ⁊ duplum quod est sicut duo ad vnuꝫ: illud tantū ⁊ plus quod ponitur in diffinitione multi: non erit eiusdem rōnis cum eo qđ dici tur multum aque: ⁊ duplū aque: quinimo potius erit ⁊ tātū equiuocum: ⁊ plus erit equiuocum: que ponuntur in diffini tione eius quod est multum: ⁊ duo erit equiuocum: ⁊ vnum erit equiuocum: que ponuntur in diffinitione dupli. ℂ Qua

Quo differt physic⁹ ⁊ dialectic⁹ diffiniat. vide p̄mo de an. c. 16. 3.

Tex. c. 27.

re autem hoc posset contingere: ꝙ vniuocoꝝ quedam erūt comparabilia: ⁊ quedam non: cum certum sit oium vniuo- coꝝ esse naturam vnam simul: nulla enim ratio ad hoc pos- set inueniri. Dicenduꝫ est igitur ista esse equiuoca vt dictū est. Aut forte dicet aliquis: ꝙ istoꝝ rōnes non sunt diuerse: sed subiecta eorū prima sunt diuersa: ⁊ forte dicet ꝙ duplex est inter res nature diuersitas. Quedam enim sunt diuersa: q: rōnes eoꝝ sūt diuerse: ⁊ q: subiecta susceptibilia ipsoꝝ sūt diuersa: sicut canis latrabile ⁊ marinum ⁊ celeste: ⁊ hec sunt vere equiuoca que dicunt͂ equiuoca casu ⁊ fortuna. Alia sic sunt diuersa: non quia rōnes eorum sunt diuerse: sed quia susceptibilis eorum que sunt ipsoꝝ subiecta propria sunt di- uersa: sicut multum in vino ⁊ multum in numeris ⁊ multuꝫ in aere: ⁊ similiter duplum ⁊ dimidium in discretis ⁊ in con- tinuis: ⁊ hoc modo forte dicet aliquis velox esse diuersum: non ex rōne diuersa in recto ⁊ circulo: sed q: susceptiuum est diuersum: ⁊ ideo impeditur comparatio. Quando enim su- sceptiuuꝫ est vnius rōnis: q: equus albus ⁊ canis albus sūt comparabilia: vtrum eoꝝ albius vel equaliter album sit eo ꝙ susceptiuum eoruꝫ que est superficies ⁊ magnitudo in equo ⁊ cane est eiusdem rōnis: aqua autem ⁊ vox non sunt eiusdē rōnis: nec eiusdeꝫ rōnis sunt in susceptiuo: ⁊ ideo si dicatur aqua multa: vel nix multa: vel aqua dupla: ⁊ nix dupla erūt multum ⁊ duplum equiuoca: non propter rōnem diuersam dupli ⁊ multi: sed ꝓpter diuersitatem susceptiui: q: multum ⁊ duplum dictum de aqua ⁊ voce in diuersaruꝫ rōnum sunt

Tex. c. 28.

subiectis. ℂ Sed iteruꝫ adhuc aliquis obijciet: ꝙ si hoc ve rum est ꝙ ea que in cōmuni sunt vnius rationis ⁊ differunt subiecto qđ est ꝓprium susceptiuum ipsoruꝫ sunt vniuoca ⁊ sunt vnum in rōne: tunc sequitur: ꝙ omnia sunt vnū ⁊ vni- uocum quecunqꝫ sunt in diuersis subiectis. Possumus eniꝫ dicere de omnibus talibus: ꝙ vnūquodqꝫ ipsorū est in alio ⁊ alio subiecto: ⁊ sic equale vbicunqꝫ sit idem erit in rōne: ⁊ dulce siue sit in voce siue in melle erit vnum ⁊ vniuocum: ⁊ si militer album siue sit in voce: siue alibi: q: dicimus de omni bus talibus: ꝙ ipsa sunt in rōne vna: sed sunt in alio ⁊ alio subiecto: hoc autem est inconueniens: ergo inconueniēs est dicere ꝙ ista sint vnum in rōne: sed differunt per subiecta.

Tex. c. 29.

ℂ Amplius subiectum susceptiuum vniuscuiusqꝫ horum in quo sit comparatio non contingens est ⁊ per accidens: sed ꝓprium ⁊ primum ⁊ per se subiectum est vnuꝫ vnius solius: ⁊ ideo subiectum est in diffinitione eorum. In diffinitione enim accidentium per se cadit subiectum: ⁊ est quasi differē tia cadens in rōne eorum: sicut docetur in 7° prime philoso phie. Cum ergo nunꝗ̄ comparentur nisi subiecta: ⁊ nunꝗ̄ fiat comparatio nisi per aliquam passionem que est in ipsis: non erunt illa vere vniuoca que habēt diuersa subiecta fm genus vel speciem: non ergo sufficit ad comparationem: ꝙ sunt vnuꝫ in rōne cōmuni: ⁊ differant per subiecta: precipue in physicis: vbi omnia ad esse referuntur ⁊ non attendūtur fm diffinitiones logicas: que in cōmuni dātur de ipsis: pro- pter quod multum in numeris ⁊ in cōtinuis siue liquidis ⁊ aridis non erit vere cōparabile: ⁊ idem est de duplo ⁊ omni bus alijs: ⁊ hoc patet per inductionem: q: curuum in tibia ⁊ in naso non sunt comparabilia: ⁊ similiter nudum in homi ne ⁊ in equo. Nudum enim in homine priuatio est vestium: ⁊ in equo priuatio est pellis: ⁊ sic est in alijs. Si ergo fm pre- dicta non solum oportet esse non equiuoca in rōne cōmuni:

sed etiam non habere differentiam formalem ⁊ substantia lem: neqȝ in quiditate ipsorum fm que est comparatio: neqȝ in subiecto proprio in quo sunt: tunc plana erit solutio pre obiectorum de multo: ⁊ duplici: ⁊ veloci: incerto motu ⁊ circulari. Dico autem ad hoc esse attendendum: ꝙ id in quo attenditur comparatio ⁊ ea que comparantur sunt accepta specie indiuisibili: hoc est specialissima: quia non fit comparatio aliqua nisi vbi potest esse magis ⁊ minus ⁊ equale: nõ aũt fit comparatio talis nisi in accidẽtali forma: que vel per se vel p accidẽs accidit: ⁊ precipue fit fm passionem per se accidẽtẽ. Cõmune aũt vt genus ita non cõparatur ad ea quorum est genus: qꝛ est pars quiditatis eorum. Dico aũt sicut color habet diuisionẽ in spẽs: ⁊ ideo colorata non cõparantur fm habere colorem: vt queratur vtrũ magis albũ ꝙ̃ nigrũ coloratũ sit: qꝛ aũt tunc fiet cõparatio nõ fm aliquem colorẽ in specie acceptũ: sed fieret comparatio fȝ ꝙ est color in genere cõmuni: cũ omnis cõparatio debeat fieri in specie vltima: sicut si fiat fm albũ colorem: vt queratur vtrũ omnis canis albior sit ꝙ̃ equus. ¶ Est aũt attendẽdũ ꝙ lȝ species ex equo participẽt suũ genus: ⁊ comparatio etiã fiat fm equale: tamẽ equalitas hinc ⁊ inde est equiuoca: qꝛ aũt eq̃le quo spẽs participant genus opponitur priori ⁊ posteriori fm nãȝ. Equale aũt qd est in ꝓportione comparationis opponitur ei qd est magis ⁊ minus. ¶ Ex his ergo oĩbus colligere potest aliquis de facili ꝙ tria exigunt ad cõparationẽ: que verissime cõparatio est. s. ꝙ id in quo est cõparatio sit vniuocum: ⁊ accipitur fm esse ꝓpriũ qd habet in per se ⁊ primo susceptio: ⁊ ꝙ sit acceptũ fm indiuiduã speciem vltimã: ⁊ hec est cõparatio physicorum: que vt diximus in esse ꝓprio ⁊ nãli ↄ̃siderãtur. Si aũt largesumatur cõparatio: sufficit ad hoc ꝙ fiat comparatio in hoc ꝙ quocũqȝ modo vnuȝ est in his que cõparantur. Dico aũt quocũqȝ modo: qꝛ si sit vniuocũ in eis fiet cõparatio per magis ⁊ minus ⁊ equale que generantur ex intensione ⁊ remissione. Si aũt sit in eis vnũ per analogiã: qd nõ est pure vniuocũ: nec pure equiuocũ fiet in talibus cõparatio per magis ⁊ minus: ⁊ nũꝙ̃ per equale: qꝛ illa cõparatio nõ generatur ex intẽsione ⁊ remissione: sed potius ex ꝓportiõe ad vnum qd per prius ⁊ posterius respicit ea: sicut ens se hȝ ad potentiã ⁊ ad actũ ⁊ ad subãm ⁊ accñs: ⁊ sic trib⁹ modis fit cõparatio. Et sic attẽdens Aristo. in ethicis dicit: ꝙ qui crediderint aliqua nõ esse cõparabilia ꝓpter hoc ꝙ non sint vniuoca: non sufficienti crediderunt signo.

Note quãliter ad veram cõparationem tria ꝑcipue requiruntur: ⁊ aduerte hic q̃liter est triplex cõparatio.

¶ Cap. 3m. De comparabilitate motuum fm predictas conditiones comparabilium.

HAbitis autẽ his fm primum ⁊ ꝓprijssimũ signũ ostendemus motuuȝ adinuicẽ cõparationẽ: fm proportionẽ velocis ⁊ tardi. Dicimus ergo ꝙ circa motũ velox ⁊ tardũ fm cõparationẽ debẽt attendi fm oĩa inducta de proprijssima cõparatione. Est enim eque velox: qd in equali tẽpore mouetur fm aliquid tante lõgitudinis in tali subiecto: ⁊ ideo tria eadẽ in diffinitione. s. equalitas tẽporis: ⁊ equalitas eius in quo est motus: sicut in nã generis que fluit: sicut est vbi vel forma: vel quãtitas: ⁊ cadit in ipso subm motus: ⁊ si quodlibet horum sit equiuocũ in duobus motibus tũc nõ erit vera cõparatio. ¶ Si võ queratur si hec alteratio sit equalis: ⁊ similr velox loci mutationi: quãdo hoc subm quidẽ est alteratũ: ⁊ aliud subm est ductum localiter: cõstat ꝙ incõueniens est dicere: ꝙ ista sint equalr velocia: qꝛ nature in qbus est motus nõ sunt cõparabiles: neqȝ eorum ꝓpria subiecta sunt eadeȝ: ⁊ causa huius est: qꝛ motus hȝ spẽs in quas diuiditur: ⁊ nã vna fluit in vna specie: ⁊ alia fluit in alia: ⁊ qd subijcitur vni per se: nõ subijcitur alteri: ꝓpter qd velox. i. eis non est in rõne vna oĩno: qꝛ suũ subm ꝓpriũ nõ est vnũ: sed due spẽs motus. Si aũt dicatur fm hoc: ꝙ illa sunt eque velocia: que fm equalem longitudinẽ sunt ducta motu locali: ⁊ hoc sufficit ad motuũ inuicẽ cõparationẽ: tũc erunt equales motus circularis ⁊ rectus: ⁊ hoc superius reputatũ est esse incõueniens. Queramus ergo vtruȝ causa huius incõuenientis est: qꝛ loci mutatio genus est: ⁊ hȝ species diuersarum naturarum in quibus nõ est velocitas vnius rõnis. Aut causa est: ꝙ linea que est mensura spatij super qd est motus est genus: ⁊ diuiditur in rectã ⁊ circularẽ: ⁊ ideo motus vnius nature nõ potest esse super hec duo spatia: ꝓpter qd vlterius velocitas nõ erit eiusdeȝ rõnis. Non enim possumus dicere: ꝙ causa sit equiuocatio tẽporis: qꝛ tẽpus oĩum tẽporalium que a tẽpore mensurantur est in athomo: hoc est indiuisibili specie: qꝛ per subiecta nõ variatur: eo ꝙ in tẽporalib⁹ rebus nõ sit sicut in subiecto: sed sicut in numeratis: vt diximus in 4° libro huius scientie: ⁊ si tẽpus hȝ species ille sunt fm partes eius integrales: que sunt preteritum ⁊ futurum. Aut dicendum erit absqȝ dubio ꝙ ambo specie differũt: ⁊ motus: ⁊ spatium: ⁊ loci mutationes sunt species diuerse in quibus velocitas non oĩno est vnius rõnis: ꝓpter hoc ꝙ illud spatium in quo est loci mutatio hȝ species que sunt rectũ ⁊ circulare: ⁊ ideo loci mutatio eadeȝ in specie cũ alia cõparabilis erit ei: qꝛ velocitas eorum vni⁹ est rõnis. Sed tũc forte aliter videtur: ꝙ motus ascensionis comparatur motui descensionis: cũ tamen sint cõtrarij motus: vt in 5° dictũ est: ⁊ sunt diuersi specie: ꝓpter qd etiã nõ sunt vere cõparabiles: qꝛ velocitas ipsorum non est eiusdeȝ rõnis: qꝛ vbi fluens in eis nõ est eiusdẽ nature put sumitur physice: vt ex superioribus sepe habitis de facili sciri põt: qꝛ sicut albatio ⁊ nigratio differũt: ita differunt ascensio ⁊ descensio. ¶ Amplius aũt dubitabit aliquis querẽs vtrũ instrumenti per qd est motus diuersitas faciat specifice differre motũ: ⁊ sic impediat cõparabilitatẽ motuũ: sicut si dicamus: ꝙ volatio fiat per alas ⁊ ambulatio per pedes. Et queramus vtrũ ambulatio cõparabilis sit volationi fm ꝓportionẽ velocitatis. Videtur aũt Arist. ad hoc dicere ꝙ motus per differẽtiaȝ instrumentorum nõ differt nisi penes figurã: qꝛ aliter fm figurã acceptionis spatij trãsit volãs spatiũ: ⁊ aliter ambulans: ⁊ ideo si sint fm eandẽ longitudinem possunt dici eque velocia: ⁊ plus ⁊ minus velocia: qꝛ figura nõ dat nisi accidentalẽ differentiã motui: ⁊ hoc est verum fm ꝙ motus cõparatur ad id sicut in quo nã speciei vel generis est motus: qꝛ per illã specificatur ⁊ nominatur localis: vel alterationis: vel augmẽti. Si aũt ↄ̃sideretur motus vt est actus mouentis ⁊ mobilis: vt diximus in 3° libro huius scientie: tunc differentiã non accidẽtalem habet a mouente ⁊ mobili: ⁊ sic differũt specie ⁊ mouẽtis ⁊ mobilis: ambulatio: ⁊ volatio: ⁊ natatio. Et huius signũ est: qꝛ sicut in 5° libro huius scientie: alia est cõtinuitas ambulationis: ⁊ alia volationis: qꝛ ambulatio nihil interponit tẽporis: lȝ interponat aliquid rei: sed volatio nec rei nec tẽporis aliquid interponit: ⁊ quo ad hoc velocitas erit equiuoca in ambulatione ⁊ volatione. Sic igitur in oĩbus cõparabilibus rebus esset idem: ⁊ fm speciẽ in differẽtijs quã tũ ad nãm in qua est motus: hoc est cuius fluxus est ipse motus: sicut est linea recta vel circularis: qꝛ etiã ipsam moueri siue ipse motus debet esse indifferens specie sicut diximus. ¶ Et ideo cũ comparamus motũ ad motum: ↄ̃siderandũ est que sit eius differentia. Et tõ inducta significat: ꝙ potissimũ genus illud ⁊ natura que fluit in motu debet esse vnum aliquid ⁊ indiuiduũ sicut albedo vel linea. Genus eniȝ hic vocamus nãm illam: que specificat motũ: vnitas tamen illius generis multotiẽs latet. ¶ Et huius causa est: qꝛ equiuocationũ multa sunt genera. Quedam enim equiuocationum multum sunt distantes: sicut sunt equiuocationes eorum que sunt a sensu ⁊ forma equiuoca: sicut quando dicitur de latrabili ⁊ marino ⁊ celesti. Alie võ sunt equiuocationes analogorum: que habent quandã similitudinẽ ⁊ proportionẽ: eo ꝙ referuntur ad vnũ. Et illorum adhuc quedã sunt proxima ⁊ parũ distantia: siue fm genus distent in quo sunt: siue distent fm similitudinẽ cõparationis ad vnũ. Dico autẽ in genere parum distare: que parum distant in nã illa a qua imponitur nomẽ: cũ tamẽ sit diuersa natura illa in se. Dico aũt parum distare in similitudine comparationis: quando natura cõmunis fm rationẽ logicã vna est: ⁊ est alia ꝓportio ipsius ad subiectuȝ vnũ: ⁊ alia ad aliud: ⁊ sic ꝓportione parum distant: tunc facile decipitur aliquis: vt credat esse vniuocũ: ⁊ est equiuocũ. Alie aũt plus sunt distãtes: ⁊ in his nõ est adeo facilis deceptio. Cũ ergo tot modis fiat equiuocatio impediens comparationẽ: querendũ nobis est sollerter. i. quando est alia species eorum fm que attenditur cõparatio ⁊ alia natura: ⁊ quando termini: ⁊ sic ↄ̃siderabimus vtrum eadem natura est in alio ⁊ alio fm speciẽ differente: aut si est alia natura in alio etiam fm speciem differente ab eo qd cõparamus. Si enim est eadẽ fm rationem logicã in alio ⁊ alio: tunc non erit equiuoca

Tex. c. c. 30.

4° phy. t. c. 130. ⁊ infra.

5° ph. t. c. 48. ⁊ infra.

De ocurrẽtib

5° ph. t. c. 35.

Tex. t. c. 31.

Equiuocationũ multa sũt genera.

tio ab ipsa intentione nominis: sed potius causatur equiuocatio ad similitudinem proportionis in esse qđ habet in vno ⁊ alio: sicut diximus de multo ⁊ duplici: que equiuocant nõ ex se: sed ex similitudine ꝓportionis ad aquã ⁊ aerẽ: ⁊ alia subiecta ſm spẽm differentia. Si autẽ est alia in alio ⁊ alio. tũc causat equiuocatio ab ipsa intentione nõis equiuoci: sicut est canis in latrabili ⁊ celesti. ¶ Considerandũ autẽ precipue ad indagationẽ predictoꝝ: quis est terminus diffinitiuus eoꝝ ſm que cõparatio attendit: ⁊ hoc consideratur precipue illo documento: quo discernimus ꝙ idẽ vel diuersum vnũquodq; predictũ: ⁊ hoc gratia exẽpli dicimus: sicut quo discernimus in albis esse idẽ ſm diffinitionẽ: ⁊ quo discernimus dulce esse idẽ ſm diffinitionẽ in oĩbus dulcibus aut aliud. In albo enĩ quãdo per documẽta illa cõparat ad alba: videt esse rõ ⁊ diffinitio altera: sicut cũ dicit vox alba: ⁊ quãdo dicit color albus: ⁊ hoc discernimus nos: ꝙ est altera rõ in quibusdã equiuocis que multũ distant: aut discernimus ꝙ non oĩno idem sunt: sicut equiuoca que parũ distãt ⁊ nõ distant ſm se: sed ſm ꝓportionẽ qua participant a suis subiectis. Documẽta autẽ illa quibus hec oĩa discernimus sunt ꝯsiderationes habite in libro topicoꝝ de eodẽ ⁊ diuerso: ⁊ ideo recolende sunt in oĩbus que adinuicem volumus cõparare. ¶ Si aliquis obijciat: ꝙ geometer cõparat quãtitates diuersaꝝ specierũ quando dicit lineam rectam breuissimã linearũ esse: que ducit inter duo pũcta: ⁊ circulũ esse eq̃lẽ figure poligonie vel maiorẽ. ¶ Dicendũ: ꝙ ipse vtitur large equalitate ⁊ breuitate fere equiuoce: sicut pꝫ per p̃dicta. Interim igit dictũ sit de cõparatione motuum in cõmuni: ⁊ in spãli de cõparatione motuum localium.

Obiectio

Solutio

¶ Cap. 4m. De comparabilitate alterationum.

T.ex. 2. c.32.

vtrūq₃ sit eternum ꝙ non habent assignare rationem: quare non semper mouit deus materiam per creationem celi: sicut modo facit. Uanitas enim est dicere: ꝙ hoc fuit sine causa: qꝛ si in operibus nature vanum nihil fit: cum opera dei magis debeāt esse perfecta ꝗ̄ opera nature: multo magis in operibus diuinis nihil vanū fieri potest. Hanc autē sniaz a Platone tota accipit schola Stoicoꝝ. Sūt autez oēs iste opiniones false ⁊ ab Aristo. improbate in physicis: ⁊ adhuc in prima phia improbabuntur. Post omnes autē hos princeps phoꝝ surrexit Aristo. incipiens sectam Peripatheticorum hec oīa improbans ⁊ dicens neq₃ motum neq₃ mundum incepisse vnq̄₃ in tempore aliquo preterito: ⁊ nunq̄₃ ipz esse desiturum in tēpore aliquo futuro: cuius rationes lꝫ fideliter posuerimus in phabitis: tamē adhuc volumus redire: ⁊ summatim ponere rationes quibus a posteris Peripatheticis hec opinio est pbata: ⁊ sunt in vniuerso .7. collecte a Moyse Egyptio iudeorum phō: que in diuersis locis librorum Arist. colliguntur. ❡ Prima autem istaꝝ ⁊ potior inter omnes est illa que phabitis capitulis isti⁹ tractatus est inducta ⁊ explanata: ꝙ. s. si motus incepit: ꝙ tunc incepit per motum ⁊ motorem qui fecit nouum motū postq̄₃ nō fuit: ⁊ fundatur super hoc: ꝙ omnis motus qui de nouo incipit in eo qō ab alio mouetur: ⁊ in eo qō a se mouetur incipit per motum quēdam alium qui pcedit ipsum: ⁊ sic ibitur in infinitū in motoribus ⁊ motibus nisi ponatur aliqs motus qui nūq̄₃ incipit etiā₃ in aliquo tēpore preterito. Et hoc idem probauit Aristo. per rōnem tēporis: qꝛ si dicatur incepisse: tunc ante hoc nō fuit: sed cum dico ante hoc ⁊ post dico tunc tēpus: ergo tēpus fuit ante motus inceptionem: ⁊ cū₃ omne tēpus sit passio quedā motus: oportebit motum esse ante inceptionem motus: ⁊ sic iterū ibitur in infinitū: nisi ponatur primus motus in nullo vnq̄₃ tēpore incepisse. ❡ Secūda autē habetur ex hoc ꝙ Aristo. dicit ante finem pmi physicorum: ⁊ nos etiam supra in primo nostro libroꝝ de auditu physico posuimus ꝙ materia est ingenerabilis ⁊ icorruptibilis: quoniā₃ si generaretur tunc oporteret ꝙ generaref ex materia: ⁊ sic materia esset materie: ⁊ hoc iret in infinitū₃: ⁊ eadem rōne probatur hoc si corrumperef. Adhuc autē si generaretur materia in eē materie: oporteret ꝙ materia generata haberet formam dātem materie esse materie: qꝛ rō generationis scdm veritatem est acceptio forme que dat generato esse scdm qō est generatū₃: ⁊ hec oīa sunt īpossibilia apō omnem hoiem habentem intellectum sanū₃ in phia. Si autem materia est incorruptibilis ⁊ ingenita: ipsa nunq̄₃ incepit in aliquo tempore preterito: ⁊ sic est eterna. In vanū₃ autem esset materia eterna que posset moueri nisi esset motus quo mouetur: ⁊ motor eius eternus: ⁊ cum vanum nō sit in operibus dei vel nature: oportuit ꝙ motus celi qui mouef mouet materiam: ⁊ motores eius sint eterni: ⁊ hec secunda ratio non est propria Aristo. sed etiam est aliorum phoꝝ: sed prima est ratio sua. ❡ Tertia autem ratio colligitur ex his que dixit Anaxa. in primo de celo ⁊ mundo: ꝙ. s. quicqd nunq̄₃ subiacet corruptioni nunq̄₃ fuit generatum: cū omne generabile sit corruptibile: ⁊ qō non est corruptibile non sit etiam generabile: sed id qō nullum habet contrarium nūq̄₃ subiacebit corruptioni: ergo quod nullum habet contrariū nullo modo erit generabile. Celum autem nullū₃ habet cōtrarium: ergo celum est ingenerabile: ⁊ qō est ingenerabile est perpetuum: ergo celum est perpetuū₃: ⁊ similiter motus eius ⁊ motor: ⁊ sic iterum videtur sequi mundū₃ fuisse eternum: vel ab eterno: qꝛ existente causa existit effectus: ⁊ cum motus celi sit causa generationis perpetue: ⁊ huius corruptionis super materiam que perpetua est: videtur ergo: ꝙ mundus semper steterit sicut mōstraf. ❡ Quarta ratio que etiam fortis valde visa est multis Peripatheticoꝝ: fuit ꝙ propositio per se manifesta ꝙ omne illud quod incipit in tēpore aliquo illius possibilitas precedit suum fieri tēpore. Si ergo mundus incepit in tēpore: oportuit ꝙ sua possibilitas precessit mūdum tēpore. Non autē pōt dici: ꝙ fuerit necessitas existendi mūdū: qꝛ omne qō sit anteq̄₃ fiat possibile est fieri: ⁊ nō necessariū: nec pōt dici: ꝙ fuerit impossibile mūdū fieri anteq̄₃ mundus fieret. Queratur igif in quo sicut in subiecto fuerit illa possibilitas: ⁊ cōstat ꝙ nō nisi in nā mundi que est cū tēpore: qcqd autem sic est cum materia; īdiget corpore moto qō extrahat ipm de potentia ad actū: ergo an mūdum fuerunt corpora mota educentia ista corpora isti⁹ mundi de potentia ad actum: ⁊ cōtra hoc est derisio que nō potest intelligi. Fuit autē quidam ex defendētibus ꝙ mundus incepit noīe Algazelus qui dixit se soluisse hanc rōnem per hoc qō dixit verum esse ꝙ omne qō de nouo incipit est in potentia anteq̄₃ incepit: sed non necessario est in potētia cause mālis: sed in potētia cause efficiētis: ⁊ sic potētia qua potuit eē mūdus anteq̄₃ fieret fuit in deo benedicto mundi creatore: sed iste decepit seipm: qꝛ argumētatio pcedit de potētia cause materialis: ⁊ de hac verum est ꝙ omne qō incipit de nouo est ante tēpus in potētia cause mālis: ⁊ ideo solutioni illi ego non consentio: sed inferius aliā tētabo solutionem inducere. Iste autē sunt rōnes que pcipue sunt antiquoꝝ Peripatheticoꝝ: ⁊ qbus potissime innituntur. Posteriores autē inuenerūt alias q̄tuor quas his addiderūt: q̄rū tres ponit Moyses egyptius: ⁊ vna eis addif ab Auerroi cordubense in cōmento libri physicoꝝ Aristo. vnde quinta rō est: ꝙ si detur creator fecisse mūdum: ita ꝙ ipse fuerit an mūdum nō creans ipm tunc absq₃ dubio fuit nō creās mundum: ergo de nō creante factus est creās actu: ergo mutat⁹ est: ⁊ est in ipso potētia ꝙ ipse aliqd fiat: omne eni tale agēs indiget alio qō semper agit ꝙ extrahat ipm de potentia ad actū₃ quod est absurditas magna. ❡ Sexta vō est: ꝙ omne agens qō agit in vna hora ⁊ nō in alia habet impedictia in opere vel excitantia ipsum ad opus: ⁊ impedimētis quidez sublatis vel excitantibus positis in ipso tunc agit: qꝛ remotio impedimēti dat operandi facultatē: ⁊ collatio excitātis dat ei volūtatem ad operādū: sicut supra induximus ⁊ pbauimus de omni eo qō agit actionē nouam: siue sit nō aiatū: siue aiatum: ergo si nō hēat primū talia impedientia ⁊ excitantia non aget actionē nouā: sed cū sit creator eternus erit actio eius eterna: qꝛ actio est substātia sua vel comitaf substantiam: qꝛ aliter non est agens primū₃ ergo ipse semp et perpetue agit: ergo mūdus qui est actus ab ipso fuit semp. ❡ Septima rō: que fundaf sup hoc ꝙ sua actio necessario est perfectissimo modo quo fieri potest: ita ꝙ nihil vanum vel frustra sit in ipsa. Si autem expectasset facere mundum hoc esset vanum: cū₃ a principio potens ⁊ sapiens fuerit ad mundi facturam: qꝛ sua sapiētia eterna est: sicut ⁊ sua substāg ab eterno fuit mūdus. ❡ Octaua autē est que fundaf super ppositionem quādā que in sequētibus pbabif: ꝙ. s. ois motor exteriori rei habet aliū motorem ante se quo mouef vt moueat: probabitur autem in sequētibus: ꝙ omne qō de nouo fit habet extra se motorem ad esse. Cū₃ igif mundus sit habebit extra motorem mouentem ad esse mundi: ergo ⁊ ille habebit extra se alium quo ille moueatur vt moueat: ergo si prima causa fecit mundum: prima causa habebit extra se motorem: qui mouet ipsum ad mundi facturam: qō est absurdum nimis estimare: ergo mundus non est fact⁹: hec ergo sunt fere que dicunt antiqui in probatione eternitatis mundi: que ideo diligenter sunt collecta vt videamus vtrum demonstrationes sunt necessario concludentes: vel sunt rationes probabiles: que lꝫ in multis teneant: non tamen habent contrarias ostendentes earum falsitatem.

❡ Cap. 12m. Et est digressio declarās rationes sophisticas aliquoꝝ obijcientium contra motus eternitatem.

Est autem Attēdendū: ꝙ fuerunt quidā phi cōtradicētes ante nos: ⁊ dixerunt ꝙ demonstrationes attulerunt in eorum contradictiōe sex: quarū₃ duas reputauerunt ducentes ad impossibile: alias autē q̄tuor probabiles. ❡ Prima autem suarum demōstrationum est: qꝛ notū est ex oib⁹ que in tertio dicta sunt ꝙ infinitū nō pōt esse actu siue sit infinitū ex parte vnius vltimi: ⁊ finitū ex alia parte: siue sit infinitum scdm ambo vltima: ⁊ sic infinitū eē concedaf: tūc nūq̄₃ erit per ipsum decurrētem peruenire ad aliquā eius partē: eo ꝙ ante quālibet sunt partes īfinite ex parte illa qua est īfinitū. Dicunt ergo ꝙ si duratio mūdi fuerit ab eterno: tūc est infinita scdm tpa pterita: ergo recipiēti reuolutiōes celi et dies seculi nō est possibile ad ista in qua sumus puenire: eo ꝙ ante eoꝝ sunt reuolutiōes ⁊ dies infiniti: falsum autē est: ꝙ nō sit venire ad istā diē: g nō fuerūt reuolutiōes īfinite: neq₃ dies:

Opio Aristo telis ⁊ ei⁹ rōnes.

Prima ratio ⁊ potior ter omnes.

2ª ratio

3ª ratio

4ª ratio

Solo Algazelis.

Quīta rō peripateticorum.

3. ph. t. c. 48. ⁊ infra.

dies: ergo mundus non durauit ſm omne preteritū. ¶ Alia eſt que fundatur ſuper idem: quoniam ſi mundus ſtetit ſemper: tūc generatio omnium ſpecierū huius mundi fuit ſemper: ſicut eſt modo: ergo infiniti homines generati ⁊ mortui ſunt in mundo. Sed ſm pħos anima hominis manet poſt mortem: ergo infinite anime ſunt actu manentes, ⁊ exute corporibus: ergo in numero animarū ſeparatarū a corporibus eſt infinitum actu: ⁊ hoc eſt impoſſibile: ergo cum hoc ſequitur ex illa poſitione: ꝙ mūdus ſteterit ab eterno: poſitio erit falſa ⁊ impoſſibilis. Iſte ergo ſunt due demonſtrationes vt dicunt ad minus demonſtrantes ꝙ mundus incepit. His autem addunt perſuaſiones: quarū vna eſt: ꝙ lꝫ quedā cauſa non precedat cauſatū duratione: alia tamen neceſſaria precedit ipſum ſm duratonē. Cauſa enim eſſentialis ⁊ vniuoca non videtur precedere cauſatum ſuum ſm durationem: ſicut luminoſum coequeuum eſt radio ſuo: ⁊ pes in puluere coequeuus eſt veſtigio. Illa aūt que ꝓpter nimiā ſuā excellentiā nihil ſibi agit vniuocū: ⁊ extra oēm ſuā ꝓportionem diſtat a quolibet ſuo cauſato habet precedere cauſatum: ſicut precedit dans aliquid datum ſuum: talis autem eſt cauſa prima que eſt deus glorioſus: ergo videtur ꝙ duratione precedat creaturam. Adhuc conſtat: ꝙ omnis cauſa intellectualiter operans precedit cauſatum ſuum: ſicut patet in omnibus artificibus ⁊ artificiatis. Cū ergo ſm Ariſt. etiā liceat ſimilia inferiora ad primam cauſam referre: ⁊ prima cauſa ſit intellectualiter operans ipſa duratione eſt ante ſuam creaturam. Qđ autē liceat ad ſuperiora inferiora referre per rationem ſimilitudinis: patet ex ante habitis: vbi aſſūpta eſt ſimilitudo ex animalibus ſe mouentibus ad probandum de primo motu. ¶ Adhuc aūt planū eſt omnibus phiLoſophis ꝙ intellectus qui eſt prima cauſa non habet aliqđ ante ſe qđ in ipſo cauſet ſua intellecta: ergo primus intellectus cauſa eſt ſuorū intellectorū. Eſt autē primus itellectus operatiuus: ⁊ non ſimilis intellectui ſpeculatiuo: eo ꝙ ſpeculatiuus cauſatur aliunde. Practicus eſt cauſa ⁊ non cauſatus ſm ꝙ huiuſmodi cum ſit cauſa ſuorū intellectorū procedentium ab ipſo: ipſe operatur cum intentione menſurante ⁊ preordinante opus: ⁊ electiōe modi ſui operis. Sic igitur omnis perfectus operatiuus intellectus. Intendens autē ⁊ preeligens duratione precedit opus: ergo cum prima cauſa ſic operetur ipſa duratio precedit mundum qui eſt ſuum opus. Adhuc aūt omnis duratio cauſe eſt ꝯſequens eſſe durans: ergo quod habet principium in eſſe principium habet in duratione: ſed ſm omnes pħos mūdus habet principiū in eſſe: ergo habebit principium in duratione: qđ habet aūt principium in duratione incepit: ergo mundus incepit. Iſtarum aūt rationum vltima debilis eſt: eo ꝙ fundatur ſuper equiuocationem principij: q2 bene concedunt pħi: ꝙ duratio eſt ꝯſequens eſſe durās ſm nām ⁊ non ſm tempus: ⁊ qđ poſtea infertur: ꝙ id quod habet principium in eſſe: habet etiam principium in duratione ꝯcedunt: ſi principium accipiatur in rōne cauſe efficientis: ſed ſi accipiaꝰ pro initio aliquo durationis negant: ⁊ tunc non ſequitur qđ vlterius infertur: ꝙ incepit mundus: q2 nō omne incepit eſſe qđ habet cauſam efficientem: lꝫ omne illud inceperit qđ habet intrinſece durationis. Eſt enim ſol ſup orizontem coequeuus diei ⁊ tamen eſt cauſa efficiens eius. Similr aūt ꝯcedūt omnes peripathetici ꝙ prima cauſa eo ꝙ eſt prima cauſa eſt ſuorū intellectorū: ⁊ ꝙ illa ꝓcedunt ab ipſa non ſicut radius a luminoſo: vel etiā ſicut vmbra ab opaco corpore qđ obijcitur luci: ſed per electionem. ſed dicunt ꝙ ſua electio eſt imutabilis: ⁊ vniformis: ⁊ ſine deliberatione: ⁊ ideo non indiget preordinatione aliqua: ſed ab eterno cauſat intellecta. Nullus enim intellectus deliberans eſt ⁊ preordinās: niſi qui alicui priuationi ⁊ indigentie ⁊ dubietati permixtus eſt: talibus aūt ſubiacere intellectum prime cauſe nefas eſt ⁊ abſurdū opinari: ⁊ ideo ab eterno dicunt ipſum emittere intellecta ſua. Et per illud patet etiam iam qualiter reſpondent pħi ad id qđ ante hoc eſt inductum: dicunt enim ꝙ intellectus tēpore non precedit ſua intellecta deducta in opus: niſi propter hoc ꝙ ſubiacet priuationi ⁊ dubietati indigentie in inferioribus: ſed dicunt illam non in omnibus eſſe ꝯformem: ſed tm̄ in habitudine intellectus ad intellectas res ſm rōnē cauſalitatis eiuſdem ⁊ ꝓportionis. Intellectus enim artificum lꝫ ſit cauſa artificiati: tamen etiam creatus eſt a ſenſu vel doctrina: ⁊ ꝯſtat ꝙ hoc nō ꝯuenit intellectui diuino: propter qđ palam eſt: non in oībus eſſe ſimilitudinē attendēdā. Ad primam aūt iſtarū perſuaſionū dicunt: ꝙ abſqꝫ omni ambiguitate cauſa prima nō eſt vniuoca ad aliqđ ſuorū cauſatorū: ⁊ ideo etiā nō poteſt noīari nomine alicuius creati niſi equiuoce: ⁊ bene ꝯcedunt ꝙ non eſt eſſentialis dependentia cauſe prime ad creata ſua prima: vel ſecūda: vel aliqua alia: ſed hec eſt largitas prime cauſe: ꝙ non ſubijciaꝰ priuationi alicui ⁊ indigentie: ꝙ ab ea ſluxit ⁊ fluit ⁊ fluet ꝯtinue eſſe ſicut a fonte cauſe ⁊ boni qui ſui copiam continere nō valet: ⁊ ideo nō ſequiꝰ hoc qđ inducīꝰ: ꝙ cauſa que aſſignatur in ipſo nō eſt cauſa: ſicut pꝫ ex iam dictis. ¶ Prima aūt iſtarū demōſtrationū abſqꝫ dubio nihil valet: lꝫ a multis pro fortiſſima habetur: ⁊ eſt in ea peccatum multiplex. Primū quidem: q2 cum ꝓbatum ſit infinitum eſſe non poſſe non eſt ꝓbatum niſi ꝙ non poſſit eſſe per ſe: per accidens autē eſſe poteſt in ſucceſſione. Cōſtat aūt: ꝙ motus primus per ſe nō eſt cauſa circulationis. Per accidens igiꝰ eſt: ꝙ ſucceſſio circulorū erit infinita. Ponamus enim mūdū ab eterno ſtetiſſe ſicut modo ſtat: hoc enim cauſe prime nō eſt impoſſibile: tūc erit ſucceſſio circulationū infinita: ⁊ hoc etiā ſm nām nō eſt impoſſibile: q2 multi magni nāles hoc dixerūt: ſed inquātū accidit ei ab eterno fuiſſe. Scđm aūt peccatū eſt: q2 infinitū hoc modo nō eſt ſm actum: q2 qđ ſm actū eſt ſimul eſt ꝑfectū: ⁊ hoc nō eſt hoc: q2 nō eſt hic infinitū niſi per ſucceſſionem: ⁊ hoc non reputabant eſſe incōueniens peripathetici. Hoc eni modo dicebant ⁊ tempus ⁊ ğſiationē eſſe infinita: ⁊ ſimilr motū circularē. Tertiū peccatū eſt: q2 nō ſequitur ſi eſt infinitus numerus ſucceſſionū ⁊ dierū: ꝙ non ſit deuenire ad iſtā. Nos enim habuimus in 6° ꝙ pars infinita in vna parte tm̄ eſt finita: ⁊ habemus in 3° ꝙ pars infiniti eſt infinita: ⁊ ideo intelligendū eſt duplicē partē eſſe infiniti: eā. ſ. que aliquotiens ſumpta numerat totum: ⁊ eam que non numerat: ſed tātūmodo minor eſt toto: prima aūt pars eſt aliquota in toto: ⁊ non ſecūda pars que eſt tm̄ toto minor: igiꝰ aliquota infiniti eſt infinita: ⁊ ad illā nunꝙ̄ ꝯuenit venire cum qui accipit numerando partes infiniti: ſed ad illam que nō eſt aliquota ꝯuenit venire: ⁊ tales ſunt partes reuolutiones numerate: ⁊ dies ſeculi: ſi dicaꝰ motus ab eterno fuiſſe. Qđ aūt inductū eſt de numero aīarū exutarū a corpore: firmū eſt ⁊ forte valde: ſed tamē indiget ꝓbatione illa videlꝫ ꝙ anime maneant poſt mortē: ⁊ ſi manent ꝙ manent ſm numerū diſtinctū: hec enim a quibuſdam pħis negata ſunt: q2 iam viſi ſunt quidā eorū quorū quidam dux fuit Mauruſ noīe Abouiter: qui dixerūt ꝙ anime quidē manēt poſt mortē: ſꝫ non niſi intellectus aīe: ⁊ ꝙ ꝯtinuaꝰ intelligētijs qđ remanet ex oībus aīalibus: ⁊ ꝙ ſint vnū: ⁊ de hoc nos cum ſtudio queremus in libro de anima: ⁊ vſqꝫ illuc differemus.

¶ Cap. 13m. Et eſt digreſſio declarans ꝓbationē magis efficacem inter ceteras ꝙ mundus inceperit per creationem.

IAm nūc Tempus eſſe videꝰ: vt circa mūdi facturā noſtrā dicamꝰ opinionē: ⁊ fidē: ⁊ rōnibus eā ꝯfirmemus quātū poſſumus. Dicamus ergo laudes dād as creatori vniuerſi eſſe ꝙ mūdus a primo ⁊ creatore ſolo deo incepit ꝑ creationē dicētes etiā tēpus ⁊ motū cū creatione primi mobilis incepiſſe: ⁊ cum creatione primi motus qui eſt primo mobili qđ eſt celū intrinſecus. Non enim aliqs homo ſuſtinere poſſet: ꝙ mūdus nō eſſet eternus: ſi etiā ipſe ꝯcederet ꝙ tēpus fuiſſet ab eterno ꝓpter hoc ꝙ tēpus eſt paſſio motꝰ: ⁊ poſito tēpore eterno ſequiꝰ motū fuiſſe eternū ⁊ tūc etiā ſeq̄reꝰ mobile fuiſſe ab eterno: ⁊ cū ipſum motu ſuo ſit cā gnōnis ⁊ corruptionis ſequiꝰ ⁊ gnōnē ⁊ corruptionē fuiſſe ab eterno: ⁊ ꝑ ꝯſequens totū mundū fuiſſe ab eterno ſm ꝙ mō ſtat: ⁊ ideo diximus tempus incepiſſe cum celo ⁊ celi motu: ſicut etiam ſupra oſtendimus vbi diximus non eſſe neceſſitatem in rōnibus Ariſt. Dicamus igitur deum eternitate ꝑcedere mūdū: ⁊ quotienſcūqꝫ dicitur mūdū fuiſſe ante ⁊ mūdū poſt: nō vocāt hec vba niſi ordinē eternitatis ad tp̄s: ⁊ nō tēpus: ⁊ dicimus eternitatē eē idefictētē ſine ꝑincipio: ⁊ ſine fine durationē: ⁊ iđ ad tēpus cōparabile: ⁊ ꝓpter hoc nihil oīno q̄runt qui inquirūt cām quare tantū expectauit donec fecit mundum

Prime rōnis improbatio

dā: q2 si tot ānis stetisset mūdus quot grana milij possent iacere ī ꝯcauitate circūferētie pͥmi celi: vl' ēt tot millib9 annoꝝ eadē posset eē qō ꝗ q̄rit̄ hoc mō: ⁊ hoꝝ oīuȝ rō sufficiēs hīt ex ꝓhabitis. Redit ḡ nr̄m dcm̄ ad hoc: ꝙ de9 nō ꝓcessit mūdū tpe: sȝ eternitate: ⁊ ꝙ tps nullū fuit ante munduȝ: neqȝ mā: sed cum materia ⁊ celo ⁊ celi motu incepit tempus eo modo quo superius explanauimus. Dependet aūt scientia huius ꝓblematis a scientia alterius qō est vtrum per necessitatem nature fluunt entia creata a prima causa vel per electionē volūtatis: ⁊ illud sciri non potest nisi per primam phīaȝ: sed q2 alteram partem oēs supponunt peripathetici ⁊ Aristo. probat ꝙ per voluntatem ⁊ scientiam ꝓducit prima causa res: ⁊ ideo hic supponimus accipientes cum hoc ꝓpositionē in precedentibus ꝓbatam: ꝙ omne qō agit per voluntatem ⁊ sciētiam liberꝝ est ad agendum si vult ⁊ ad dimittendum actionem si vult. Et similiter liberum est ad agenduȝ hoc modo vel illo: quocūqȝ modo voluerit dūmodo voluntas eius ⁊ scientia sit causa ad causandum: ⁊ hoc quidē iam in prehabitis ex verbis Arist. habetur. ¶ His aūt suppositis dico: ꝙ deus ex nihilo fecit mūdum: q2 fecit mobile ⁊ primum motum ⁊ materiā primam ⁊ incorporauit ei omnium generabilium formas: ⁊ fecit vt ille per generationē ꝯtinuā ex ipsa ꝓduceret̄. Actus auteȝ prime cause qui est creatio in nullo erat subiecto: q2 nec ꝓprie loquendo actio est: sed potius fuit demonstratio rei in esse: postꝗ oīno nihil fuit sm̄ imperium sue voluntatis: ⁊ scientie sue operatiue intentionem. ¶ Adhuc aūt rōnes inducemus: sed nos opȝ prescire: ꝙ nos abhorremus rōnes aliquoꝝ qui se iactant ꝓbasse qō nullo modo ꝓbauerant: ⁊ dicunt ꝙ fortioris agentis est ⁊ perfectioꝛ est modus operationis. Est autem prima causa perfectissimum agens: ergo habet perfectissimum modum actionis: sed modus perfectioꝛ agendi est agere sine subiecta materia ꝗ cuȝ materia subiecta: ergo causa prima agit mā non subiecta. Sed mā non subiecta non pōt esse generatio: ergo nō agit per generationē: sed potius per eductioneȝ entis de priuatione pura siue negatione que est nihil oīno: ⁊ sic agit de nihilo existentia: ⁊ sic creat: q2 creare est de nihilo aliquid facere. Ista. n. rō de facili refellit̄ dicendo: ꝙ hoc nō est in potētia prime cause si nō facit ea que impossibile est fieri: sicut si nō facit ꝯtradictoꝛia simul vera: vel contraria simul esse vera in eodeȝ: ⁊ sic posset etiam dici ꝙ non agit ex subiecta materia: q2 hoc fieri non potest: ⁊ hoc non dicit̄ in potentia in causam primā: sed potius in subiecta mā ⁊ re facta: que alium modum facture ꝗ illum qui nunc est sustinere nō pōt. Omissis igitur his dicimus ad ꝓbandum nostrā intentionem quam posuimus in principio istius capituli: ꝙ omne cōpositum qō est terminatū ⁊ perfectū per formā pfectiorē ⁊ terminatorē suum in forma illa habet esse extra se. Huius aūt ꝓbatio est in oībus elementis ⁊ elementatis: ⁊ in elementatis quidē ꝯstat: ꝙ pfectioꝛ ⁊ terminatioꝛ reꝝ cōpositaꝝ ex mā ⁊ forma est generās ipsa: eo ꝙ generās ꝓducit id qō generat̄ in similitudine forme ⁊ substantie. In elementis etiā ꝯstat: q2 forme elementoꝝ sm̄ ꝙ tradit Arist. ⁊ Auicenna ⁊ nos ꝓbabimus in lib. Metheoroꝝ: ⁊ in prima phīa ab orbis virtutibus fiunt ⁊ a loco: tanta enim distātia ab orbe facit hoc ignē: ⁊ alia distantia facit aliud aerem: ⁊ similr̄ de aqua ⁊ de terra. Similr̄ aūt est de oībus celis ⁊ stellis: ille enim oēs sunt cōposite ex mā ⁊ forma sicut ⁊ oē corp9: opȝ ergo necessario ꝙ id qō terminat ea ad minus sm̄ nām sit ante ea ⁊ extra ea: ⁊ nō pōt aliquis dicere: ꝙ talia non sint formata ⁊ terminata: cū oē compositū aliquam habeat causam sue compositionis: q2 cōpositum illud aut est prima causa: aut a prima causa: aut ab aliquo qō est a causa prima p vnum medium vel per plura: ⁊ ꝯstat ꝙ ipsum non est causa prima: q2 prima causa est simplex: ⁊ nō cōposita. Si aūt dicit̄: ꝙ est a causa prima: vel ab aliquo qō est a causa prima: tūc sequitur ꝙ habet extra se causam terminantē ⁊ cōplentem que precedit ipsum tēpore ⁊ nā: vel nā solū hoc habito ꝓcedo vlterius inquirendo causam oīs diuersitatis que est in orbe tam in substantia ꝗ in motibus. Video enim ꝙ est in orbe stella: ⁊ ꝙ est in orbe circulus: ⁊ est in orbe id quod mouetur motu vnico: ⁊ est in orbe quod mouetur motibus pluribus vno: ⁊ est in orbe varium: ⁊ est in orbe corpus vniforme per totum: sicut nos probabimus in 2° libro de celo ⁊ mundo: ⁊ est in orbe stans ⁊ non motum nisi per accidens vt stella: ⁊ est in orbe motum sicut circulus deferens stellam: ⁊ quero ego huius omnis diuersitatis causam. Si eniȝ dicatur ꝙ materie diuersitas est causa diuersitatis forme: erit multipliciter inconueniens ⁊ sufficiunt ad hoc in presenti inconuenientia tria. Quorum vnum est commune omnibus prehabitis: q2 in eis diuersitas materie est ex diuersitate forme potius ꝗ econuerso: eo ꝙ nihil diuersificat materiam nisi qō perficit ⁊ terminat eam: nihil autē perficit ⁊ terminat materiam nisi forma. Aliud autem est ꝙ si diuersitas materie esset causa diuersitatis forme: oporteret ꝙ adhuc esset aliqua causa diuersitatis materie: ⁊ ideo iterꝝ illud esset ante materiam celoꝝ: q2 faciens diuersitatem in aliquo per naturam est ante illud in quo fit illa diuersitas: ⁊ illud iterum esset idem: aut diuersum. Et si esset idem eodem modo se habens non posset facere aliam diuersitateȝ: ꝓpositio per se nota est in quam consentit Aristo. ⁊ omnes peripathetici ꝙ ab vno simplici non est nisi vnum simplex. Est igitur inconueniens ꝙ diuersitas forme perueniat ex diuersitate materie in celis ⁊ celestibus corporibus. Tertiū autem inconueniens est qō sequitur ex illo ꝙ oporteret in celo esse qualitates actiuas ⁊ passiones que materiam celi diuersificarent ad hoc ꝙ vna pars eius susciperet formam stelle: ⁊ alia non: ⁊ si hoc esset: tunc etiam eedem qualitates alterarent materiam ad transmutationem de forma in formam: ⁊ sic celum esset generabile ⁊ corruptibile qō absurdū est: ⁊ improbatur in primo de celo ⁊ mundo. Non igitur restat aliquid dicendum nisi ꝙ compositum totum corpus in forma ⁊ materia ab aliquo qō est causa sui ꝓductuȝ sit in tota illa diuersitate quam videmus in ipso: ⁊ sit ideo non generabile ⁊ non corruptibile: q2 elongatum est a ꝯtrarijs: sicut etiam absqȝ dubio dixit Aristo. in pluribus locis: ⁊ nos subtiliter hoc in celo ⁊ mūdo ꝓponimus inuestigare. ¶ Vlterius ergo quero vtrum elementum ab illa sui causa que ꝓducere ipsum iam ꝓbatum est ꝓducatur sicut a causa agēte per naturam ⁊ necessitatem: sicut caloꝛ ꝓducitur ab igne: aut figura in speculo a luce ⁊ obiecto speculo: aut ꝓducit̄ ab ipsa per scientiam ⁊ voluntatem ⁊ electionem. Si aūt dicat̄ ꝙ ꝓducitur sicut a natura ⁊ per moduȝ necessitatis: sicut vestigium in puluere a pede: tunc illa natura est forma agentis: ⁊ cum illa sit vnica: tunc non ꝓducit nisi vnicum sicut ante ꝓbatum est. Nos autem in orbe magnaȝ videmus diuersitatem. Si aūt dicatur ꝙ ꝓducitur in esse per electionem ⁊ voluntatem: tunc possibile erit ꝙ sint in magna diuersitate per illam ꝓpositionem quā ante ꝓbataȝ sumpsimus: ꝙ agēs per voluntatem liberꝝ est agere actiones diuersas: ⁊ tūc causa diuersitatis orbis non erit nisi sapientia preordinans ⁊ ꝓ constituens sm̄ idealem rōnem diuersitatem orbis. Cum aūt producat in forma ⁊ materia: vt ante ꝓbatum est: ꝯstat ꝙ non producit ex alia materia que sit ante materiaȝ orbis: nec ex alia forma: nec ex alio composito: q2 oporteret ꝙ hoc iret in infinitum: cum eadem rōne illam materiam ⁊ formā ꝓduceret ex materia ⁊ forma: vel ex vtroqȝ: ergo ꝓducit ex nihilo: hoc aūt nos vocamus creationē: ergo ex nihilo creatus est orbis ⁊ per eandem rōnem alia sunt educta de nihilo: ⁊ ꝓcipue materia prima. ¶ Hoc habito videamus vtrū natura tm̄ vel natura ⁊ duratione eternitatis prima causa sit ante mundi facturam: ⁊ dicamus ꝙ duoꝝ quoꝝ alterum nec in substantia: nec in actu mutabile est: ⁊ alterꝝ in actu est mutabile ⁊ non in substantia: non est mensura vna: sicut ꝓbauimus in 4° libro tractatu de eternitate. Sed prima causa nec in substantia nec actu mutabilis est: celum auteȝ actu ⁊ nō substantia: ergo non mensurant̄ mensura vna. Cū igit̄ eternitas sit mensura dei ⁊ celi sm̄ ꝙ mouet̄: mensura est tēpus: vt in 4° ꝓbatū est: deus erit eternus ⁊ mūdus temporalis. Eternitas aūt preit tēp9: vt causa causatū: ergo de9 eternitate preit mundum: ⁊ hoc est qō volumus ꝓbare. ¶ Amplius quādocūqȝ duo sic se habent adinuicem: ꝙ vnum tm̄ natura precedit alterꝝ: tunc primū est aliqua natura sequentis: ⁊ intrat in ipsius substātiam: sed prima causa nō est alia natura componibilis cum alicuius creari substantia: sicut per se patet ⁊ dicit Phūs: ꝙ primum regit res omnes preterꝗ rōmisceatur cum eis: ergo prima causa non est solum ordine nature precedens sua creata: sed etiam esse ⁊ duratione.

Creatio ex nihilo est ⁊ ꝓprie actio dici nō potest.

Cōsimile istā rōnē pōit Cō. 8. phy. c. 4.

Nota qdo diuersitas mie non pōt eē cā diuersitatis forme: vide primo de aīa cō. 53. ⁊ 2° d aīa c. 60. ⁊ 2° ph. cōmento. 87.

In fine pͥmi de celo.

An nā tm̄ an nā ⁊ duratiōe eternitatis pͥma cā sit ante mūdi facturā.

Sic igitur probatur: ꝛ mundus esse creatus: ꝛ deum duratione eternitatis precedere mundum. Hanc igitur nostre opinionis habuimus rationem: ꝛ si nos tam fortem rõnem non haberemus nihil opinaremur circa materiam istam: quia fedum ꝛ turpe est in philosophia aliquid opinari sine rõne. Videt͂ aũt nob. q ista ratio melior esse omnibus rationibus Arist. nec tñ dicimus q̃ sit demonstratiua: nec putamus demõstrabile esse vel vnũ vel alteꝝ: q2 iam etiã in precedentibus locuti fuimus de exitu temporis in esse: ꝛ de exitu materie in esse: ideo non inducemus hic rõnes ampliores.

¶ Cap. 14m. Et est digressio declarãs solutiones peripathe ticoꝝ quibus videbat͂ ꝓbari eternitas mũdi.

Dissoluemus igit͂ rõnes inductas a phis qui dicunt mũdum esse eternũ: q̃ aũt dicunt q̃ motum oporteat esse ante motũ si mundus incepit: non sequitur oino nisi duobus suppositis. Quorum vnum est: q̃ mã preexistens ponatur que fuit subiectum eius q̃ de nouo incepit per generationem physicam. Et aliud est: q̃ tempus sit eternum: ꝛ non incipiens cum celo. Nos autem vtrũq3 coꝝ negamus ꝛ sic nulla sit nobis ꝯtradictio. Et q̃ dicit Arist. de tẽporis inceptione: iam in physicis non esse necessarium ostendimus. Q̃ aũt dicunt de materie prime ingenerabilitate ꝛ incorruptibilitate: nos etiã ꝯcedimus: q2 non est idẽ aliquid esse ingenerabile: ꝛ aliquid esse increabile: ꝛ hoc satis in primo libro est explanatũ: creatam enim ibi diximus esse materiam eo q̃ nec materia est ex forma: nec econuerso forma ex materia: nec mã est ex mã: nec forma ex forma: ꝛ iõ de nihilo facta per creationem simplicẽ que est actus prime cause: vt supra diximus. Q̃ aũt dicũt: q̃ posse precedit esse in oibus his que fiunt: dicimus nos q̃ hoc nõ est veruz nisi in his que fiunt per motum ꝛ mutationem physicam: sed in his que fiunt a creante causa posse cum esse ꝓducitur: quia ꝓducitur mã cum forma: ꝛ nõ fuit id q̃ fit per hunc modũ in aliquo preexistente sicut in mã ꝛ forma. Sũt enim decepti peripathetici in hoc q̃ volũt similez esse modũ inceptionis principioꝝ nature ꝛ reꝝ perfectaꝝ in natura: ꝛ hoc nõ est verum: q2 res perfecte in mã generant͂ ꝛ corrũpunt͂ in mãm: ꝛ sunt in mã ꝛ potentia anteq̃ fiant. Sed principia nature sicut forma ꝛ materia ꝛ primũ mobile cum motu suo q̃ facit materiaz generabilium moueri motibus ꝛ mutationibus physicis non est necessariũ sic incepisse: sed potius incepit ex nihilo factũ sicut dictuz. Materiã aũt ex nihilo fecit prima causa: ꝛ formã ex nihilo: ꝛ impressit eam faciendo in mãm ꝛ primũ mobile: ꝛ totũ orbem: ꝛ q̃ ꝓduxit ex nihilo produxit cũ omni diuersitate que est in ipso: ꝛ hoc quidẽ ꝓbabilit͂ probauimus iam ante: ꝛ hoc sufficit in mã ista in qua etiã cõtra nos nihil demõstrationis est allatũ. Dicit enim Alexã. grecus: q̃ cũ nõ habemus demõstrationẽ: sufficit habere tãc talẽ sermonẽ ad quẽ non sequat͂ incõueniens: ꝛ ꝓbabiliter sit ꝓbatus.

Refert aliqd ingñabile dicere ꝛ increabile.

Qñ ꝛ i his q̃ fiũt posse pcedit esse theologice.

Nota in quo peripathetici a veritate discedant.

¶ Dicet aũt fortasse aliquis nos Arist. non intellexisse: ꝛ ideo nõ ꝯsentire verbis eius: vel q̃ forte ex certa sciẽtia ꝯtradicamus ei quãtum ad hominẽ: ꝛ nõ quãtuz ad rei veritatẽ. Et ad illũ dicimus: q̃ qui credit Arist. fuisse deuz: ille debet credere q̃ nunq̃ errauit. Si aũt credit ipsum esse hominẽ: tũc procul dubio errare potuit sicut ꝛ nos: tñ hoc mõ quo rõnes sue inducunt͂ non sequunt͂ nisi quibusdã ꝓpositis. s. nihil incipere nisi mutatione physica: ꝛ nihil incipere nisi in tẽpore: ꝛ talibus suppositis nos bene ꝯcedimus q̃ rõnes sue sunt de necessitate ꝯcludentes. Et ꝯstãter dicimus q̃ quicũq3 bene intelligit Aristo. subtiliter: bene scit q̃ ipse nunq̃ ꝓbauit duo illa que dicta sunt que tamen supposuit. Et si voluisset ꝓbasse que posuit non potuisset: neq3 viã ad hoc habuisset: sed sicut diximus ratiocinat͂ de modo inceptionis principioꝝ nature per modum inceptionis perfecte rei in mã: cum hoc non sit necessariũ: aliter enim moueretur inesse principia etiã in vna re q̃ ipsa res: sicut p3 in embrione cuius mã est sanguis menstruus qui stat in matrice: ꝛ nõ alterat͂ ad generationẽ: ꝛ cũ tangitur a spermate viri statim mouetur ꝛ format͂: ꝛ tunc formatur cor ꝛ alia membra: ꝛ vẽtre aperto ad vmbilicũ nutritur in matrice: ꝛ nõ spirat: ꝛ nõ egerit: nec digerit embrio donec effundit͂ de ventro matris: cũ tñ hoꝝ motuũ nullo moueat͂ postq̃ natus est infans. Et si forte remoueret͂ postq̃ natus est a matre ꝛ nutriretur: ita q̃ nullam videret feminam donec esset grandis: incredibile esset ei si quis diceret eũ nouẽ mensibus fuisse clausum in ventre hominis: ꝛ non comedisse: neq3 egessisse: ꝛ habuisse vmbilicum apertuz: ꝛ non spirasse: ꝛ forte fuisset rõcinatus in oppositũ dicens illum dicere falsum: eo q̃ videret q̃ homo iam perfectus minori tempore nõ viuit nisi comedat: ꝛ egerat: ꝛ spiret: ꝛ hominẽ cito mori si claudit͂ in vase ampliori q̃ sit venter matris: ꝛ forte diceret impossibile fuisse: q̃ vẽter suus fuisset apertus ad vmbilicum: ꝛ postea vmbilicum suũ esse colligatũ ꝛ precisum: eo q̃ videret hominẽ mori qui paruum vulnus accepit in ventre: per omnem hũc modum volũt isti q̃ falsum sit de mũdo iam incipiente sm̃ sua principia: q̃ falsum esse videt͂ in propagatione mũdi qui iam est cõpletus ꝛ pfectus.

Nõ ẽ necessariũ silez modũ essendi attribui pncipiis reꝝ ipi rei iam pfecte.

Nota q̃ adherentes dictis Aristõ. ac si a deo emanata fuerint. Z.

¶ Q̃ aũt obijciunt rõne quinta posteriores peripatheticoꝝ nõ est magni momenti: q2 non sequit͂ q̃ nunc non agens ꝛ aliquando agens: exeat de potentia ad actũ: ꝛ est instãtia in intellectu agente etiã sm̃ eos: q2 intellectus agẽs: vniuersalit͂ est agens in actu: ꝛ nunq̃ de potentia exit ad actũ: cũ tamen aliqñ agat: ꝛ aliqñ nõ agat: ꝛ hoc quidẽ in 3o libro de aĩa erit manifestũ.

¶ Cõsidera qualiter cõtra istãnaz de itellu agẽte 3 pipathetice o p cau tñ solutiõe. vide cõ. 5m. c. 19. ꝛ 20. tertij de aĩa in Auerroi.

¶ Si aũt dicat͂ q̃ intellectus quidẽ agẽs semper est in actu: sed q̃ aliqñ agit: ꝛ aliqñ nõ: hoc nõ est ꝓpter varietatẽ ipsius: sed q2 aliqñ appropinquat ei id in q̃ agit aliqñ nõ: sicut si dicamus q̃ sol semp illuminat: ꝛ tñ domus sub sole posita nõ semp illuminat͂: eo q̃ sit aliquid impediens susceptionẽ luminis solis: tũc dicim9 q̃ simil͂r est in intellectu prime cause: q2 semp est agens ꝛ nõ variat͂: q2 ipse in oibus suis intellectis agendis stat vno mõ ab eterno: ꝛ tamẽ ista nõ agit ab eterno: q2 hoc in re incipiẽte fieri non põt: ꝛ q2 ipse in sapiẽtia sua ordinat exitum rerũ ab ipso: ꝛ hoc bene sit sine mutatione aliqua: sicut si diceremus q̃ aliquis intellectus stat in vno q̃ facere per tres dies vt tũc fiat. ¶ Si aũt obijcit͂ rõne sexta: q̃ tũc habeat impedientia ꝛ retrahentia. ¶ Dicẽdũ q̃ hoc nõ sequit͂: q2 q̃ res nõ fluit ab eterno ab ipso nõ est impedimentũ a parte sui: sz potius ideo est: q2 res ab eterno nõ potuit fieri: q2 tẽporale ꝛ incipiens nõ põt esse non mutabile ꝛ non incipiens: q2 aliter ꝯtradictoria verificant͂ de eodẽ: ꝛ ideo etiã obijciunt id q̃ afferũt in septima rõne: q̃ verba ista vanũ faciũt operatorẽ mũdi qui tãdiu expectauit. Et dicimus ꝯtra hoc q̃ ipsi vani ꝛ stulti sunt: qui hoc obijciũt. Hoc. n. nõ sequit͂ nisi ponamus tẽpus fuisse ante mũdum: ꝛ hoc nos negamus: ꝛ ideo hec ꝯclusio sit Anax. ꝛ Empe. ꝛ Democriti ꝛ alijs socijs eorũ: ꝛ nõ nobis qui dicimus q̃ deus in indiuisibili eternitate precedit mũdũ: ꝛ si per mille milia annoꝝ prius esset factus mũdus idẽ esset querendũ q̃ mõ querit͂. ¶ Ad id autẽ q̃ obijcit͂ dicendũ q̃ bene ꝯcedimus q̃ id q̃ incipit esse p quẽlibet modũ causam habet sue factionis extrinsecã sibi: sed nõ opz q̃ motorẽ extrinsecũ a se habeat: q2 sicut iam dictum est nõ oẽ q̃ incipit incipit per motũ vel mutationẽ physicã: ꝛ ideo illa rõ nõ tenet nisi de his que incipiunt physica inceptione. ¶ Si aũt queratur de aliquo dicente q̃ si vera sunt que dicta sunt: quare Arist. qui multa subtilia intellexit ista nõ dixit. ¶ Dico omnino mihi videri Arist. bene intellexisse nõ esse necessitatẽ in suis rõnibus: quibus visus est ꝓbare mũdũ eternũ esse: ꝛ hoc ipse manifestat in pluribus libris ce. ꝛ mũ. vbi dicit q̃ inquisiuit ista ex cupiditate quã habuit in pñia: ꝛ reddit causas quibus minus q̃ alijs ꝯtradici potest: ꝛ hoc erat signũ: q̃ ipse sciuit se demõstrationẽ nõ habere: q2 demõstrationi nõ põt aliquo mõ ꝯtradici: ꝛ si etiaz ab oibus ꝯtradiceret͂: nõ ꝓpter hoc minus esset necessaria q̃ si a nullo ꝯtradiceret͂. Arist. aũt nõ cõsueuit dicere in physicis nisi physica que physicis rõnibus possunt ꝓbari. Sed inceptio mũdi p creationẽ nec physica est: nec ꝓbari põt physice: ꝛ ideo hãc viã putat͂ Arist. tacuisse in physica: ꝛ nõ tetigit eã expresse nisi in libro de nã deoꝝ quẽ ipse edidit.

2o cel. t. c. 34 ꝛ 60.

¶ Cap. 15m. Et est digressio declarans qualiter orbis ꝛ celestia corpora procedunt a causa prima.

Nunc autẽ aliquid scrupuli remaneat in opinione nostra volum9 adhuc facere mẽtionẽ de secta peripatheticoꝝ in principio mũdi: ꝛ ex cõparatione dicti eoꝝ ad opionẽ nostrã ostẽdere nře opionis preminẽtiã: hĩ. n. viderunt peripathetici ꝛ

ipse Aristo. ꝙ absq3 dubio mundus procedit a prima cau-
sa per intellectum ⁊ voluntatem: sed dicunt: ꝙ procedit per
modum necessitatis. Dicunt enim qd̃ notuz est per se ꝙ ab
vno primo non procedit nisi vnum: ⁊ ideo dicunt ꝙ a prima
causa procedit intelligentia que est fm̃ nature ordinem cau
satum primum: lz enim primum fm̃ rationem resolutionis
sit esse: tamen in his que sunt simplicius ⁊ potentius est in
telligentia siue substantia intellectualis: que quia intelli-
git se ⁊ suus intellectus qui reflectitur super se composita est
per aliquem modum compositionis de quo non est hic de-
terminandum: propter quod in ipsa est quiddam per mo-
dum actus ⁊ quiddam per modum potentie: ⁊ ex parte po-
tentie quidem a prima causa: ⁊ a prima intelligentia proce-
dit causatum primũ corporeũ qd̃ est celũ vniforme: ⁊ ex par-
te act⁹ sui ꝑcedit itelligẽtia scd̃a siue scd̃i ordinis. ¶ Adhuc
aũt ⁊ a prima causa: cũ prima intelligẽtia ꝑcedit intelligẽtia
tertij ordinis ⁊ suũ celũ: ⁊ talis fit ꝑcessus multiplicis prin-
cipij vsq3 ad diuersitatẽ totã celoꝝ: ⁊ sic creãt ipsi diuersitatẽ
que est in celestibus oibus. Uiderũt eni ꝙ nõ possunt dice-
re ꝙ distantia vnius celi ab alio aliquid faciat ad diuersita
tem alioꝝ celoꝝ: sicut fit in elementis: ⁊ ideo reducũt ipsum
totum ad diuersitatẽ intelligentiaꝝ. ¶ Sed si hoc veꝝ est
qd̃ dicũt: tũc fm̃ ꝙ est descensus in celis debent esse corpora
ignobilia ⁊ magis multiplicata in motibus eo ꝙ corp⁹ igno
bile pluribus motibus mouet̃ q̃ corpus nobile: sicut nos do
cet Arist. in 2° libro de celo ⁊ mũdo. Est aũt ignobilius cor-
pus qd̃ plus distat a fonte primo nobilitatis: ergo iferiores
stelle ⁊ celi ignobiliores esse debẽt: ⁊ pluriũ motuũ: ⁊ hoc nõ
est veꝝ: q2 sol qui multo inferior est alijs nobilissimũ est in-
ter omnia corpora celestia: ⁊ celũ solis pauciores habet mo-
tus q̃ celũ saturni qd̃ tamẽ multo est altius. ¶ Adhuc autẽ
docet nos Arist. qualr̃ inuenitur ꝙ elementa sunt de mate-
ria vna p duo documenta. Quoꝝ vnũ est: q2 vnus est mot⁹
in genere vnius materie. Elemẽta aũt oĩa mouent̃ motu re
cto qui est ascendere ⁊ descẽdere. ¶ Aliud aũt est: q2 elemẽ-
ta trãsmutant̃ adinuicẽ: ⁊ hoc fm̃ ꝙ creant̃ ex primo: nulla
enim trãsmutant̃ nisi que mouent̃ in eodẽ spatio adinuicẽ:
⁊ fm̃ hoc cũ vnus motus in genere sit celestiũ quãtuz ad or-
bes: videt̃ ipsoꝝ esse mã̃ vna: cũ tñ nõ trãsmutent̃ adinuicẽ:
eo ꝙ nõ adinuicẽ mouent̃: ⁊ ideo dicit Arist. ꝙ quodlibet il
loꝝ corporꝝ est ex mã̃ sua tota. Quero igit̃ vtrũ ꝑcessus ille
qui dictus est hanc facit materiei diuersitatẽ: videt̃ ꝙ non:
q2 intelligentie prime a quibus vt dicũt ꝑcedũt ⁊ creant̃ or
bes nõ agũt nisi per intellectũ opatiuũ: ⁊ hic nõ diuersificat
corpora nisi per electionẽ operet̃ vt vult: ⁊ hoc redit in idez
cũ eo qd̃ nos dicimus: q2 tũc mũdus a prima causa ꝑcedit p
electionẽ ⁊ voluntatẽ: ⁊ differunt opiniones nostre intũ: ꝙ
ipsi dicũt celos fluere a prima causa mediãtibus intelligen-
tijs que sunt primo in ordine eoꝝ que sunt. ¶ Nos aũt dici-
mus ꝙ absolute fluunt a prima causa fm̃ electionẽ sue volũ
tatis: ⁊ neutra haꝝ opinionũ ꝓbari põt nisi psuasionibus ꝓ
babilibus: lz aũt intelligentia sit simplicior inter essentias: ⁊
sit potẽtior: eo ꝙ ambit oĩa que sunt: eo ꝙ oĩa que sunt itel-
lecta sunt eiusdem fm̃ aliquem modũ: tñ nullus vnq̃ phoꝝ
esse opinatus est intelligẽs nisi in orbibus: vel in stellis: ⁊ in
telligẽtias nõ precedere celos fm̃ esse: sed fm̃ rõnẽ solũ: pro-
pter qd̃ cũ nec orbis precedat intelligentiã fm̃ esse: nec econ
uerso intelligentia orbem: si ꝯcedatur vtrũq3 esse creatum:
op3 ꝙ vtriq3 eoꝝ simul ꝑcedat ab vna ⁊ eadẽ causa. Et hoc
dico veꝝ esse: ⁊ addo: ꝙ mã̃ que diuidit̃ in entibus tã celesti
bus q̃ elementaribus ꝑcedit ab eodẽ: ⁊ sic plane videt̃ tota
intẽtio vtriusq3 opinionis. Nos aũt oĩa ista cũ diligẽti stu-
dio in prima philosophia tractabimus: ⁊ inquiremus etiaz
exquisite vbi ponemus noĩa auctoꝝ qui hec scripserũt: eo ꝙ
hic nõ ponimus ista nisi vt facilior sit doctrina. De rõne aũt
qualr̃ mundus desinat nõ facimus mentionẽ: q2 bene ꝯcedi
mus: ꝙ nõ desinet per corruptionẽ physicã: sed potius p vo
luntatẽ creantis sicut incepit. Sũt enim opiniones phoꝝ de
mundi duratione multiplices: eo ꝙ quidam dicunt ꝙ nec
incepit nec desinet vnq̃. Quidam enim ꝙ incepit ⁊ non de-
sinet vnq̃. Et quidaz ꝙ sepe incepit ⁊ sepe desinit sicut Em
pedocles. Nostra autez fides est ꝙ incepit semel: ⁊ semel de
finit fm̃ aliquid: ⁊ non simpliciter: sicut alĩs in theologicis
h3 determinari. hec igit̃ de mũdi iceptione dicta sunt.

Pro hoc sũ damẽto vide 2° de gñõne ⁊ corruptiõe. t. c. 56. Et vide Auer. 12. me ta. cõ. 44. 3.

Nota in quo sit dr̃ia inter opionẽ Arist. ⁊ theologoꝝ.

¶ Incipit tractatus scd̃s octaui libri physicoꝝ de inuestiga-
tione ꝓprietatis motus fm̃ ꝯsiderationẽ primi motoris.
¶ Cap. pᵐ. Que tractatus intentio: ⁊ a quo principium est
considerationis: ⁊ ꝙ nec omnia semper quiescũt: nec omnia
semper mouentur: nec alia semper quiescunt: nec alia sem-
per mouentur: ita ꝙ nihil aliquando quiescat: ⁊ aliquan-
do moueatur.

Reuertamur autez nũc

Et queramus adhuc de his de quibus q̃sitũ est prius: an. s. in aliquo tẽpore preteri
to factus sit motus: vel nõ: ⁊ inuestigemus
per ꝯditiones primi motoris a quo mouet
omne qd̃ mouet in nã: ⁊ a quo mouet̃ omne
qd̃ mouet̃ in nã. Oportet aũt nos hanc inuestigationẽ inci-
pere ab his que mouent̃: vt per illa deueniamus in illa que
mouẽt: eo ꝙ illa que mouent̃ sunt nobis notiora. ¶ Et isti⁹
ꝯsiderationis principium incipiet a dicta superius dubita-
tione: que quesiuit quare quedã eoꝝ que sunt aliquãdo mo
uent̃: ⁊ aliquãdo quiescunt. Ab hac aũt incipientes diuidi-
mus oĩa que sunt fm̃ ꝙ ad motũ ⁊ quietẽ possunt cõparari.
Dicimus igit̃: ꝙ oĩa que sunt aut necessariũ est semp quie-
scere sicut dicit Zeno: aut necesse est omnia moueri sicut di-
xit Heraclitus. Aut necesse est alia moueri: ⁊ alia quiescere
sicut dixit Pithagoras: ꝙ terra mouet̃: ⁊ celũ quiescit. Et
iste tertius modus etiã diuersificat̃ vlterius: q2 si quedam
mouent̃: ⁊ quedam quiescũt: hoc põt esse: aut ita ꝙ ista que
mouent̃ mouent̃ semp: ⁊ illa que quiescunt quiescũt semp: ⁊
nihil entiuz sit extra alteꝝ istoꝝ duoꝝ modoꝝ: aut ita: ꝙ oĩa
que sunt sint apta nata ad vtrũq3. s. ꝙ quiescãt ⁊ ꝙ mouean-
tur: ⁊ aliqñ quiescãt: ⁊ aliqñ moueant̃ sicut dixerũt Anaxa. ⁊
Empedo. aut remediũ est ab his duobus. Et amplius est
iteꝝ diuidere entia sic. ꝙ eoꝝ que sunt alia sunt semp mobi
lia ⁊ mota: ⁊ alia semp imobilia ⁊ nunq̃ mota: alia aliquan
do mota: aliquãdo quieta: ⁊ hoc solũ vltimũ mẽbrũ dictarũ
diuisionũ est veꝝ. Ut aũt hoc melius appareat reducimus
totũ hoc in septem modos entium qui positi sunt a diuersis
phis: quoꝝ vnus ⁊ primus est: ꝙ oĩa semp quiescũt: sicut di-
xit Zeno. Scd̃s est ꝙ oĩa semper moueant̃: sicut dixit Hera
clitus. Tertius est vt omnia moueant̃ quãdoq3 ⁊ quiescũt:
sicut dixit Anax. ⁊ Empe. Quartus est vt oium reꝝ quedaz
semp quiescãt: ⁊ quedaz moueant̃: sicut dixit Pithagoras.
Quintus est: vt quedã nõ oĩa moueant̃ ⁊ quiescãt quãdoq3.
Sextus vt quedã quiescãt semp ⁊ alia moueant̃ quãdoq3: ⁊
quiescãt qñq3. Septimus est vt inueniant̃ in entiũ diuersita
te tres modi simul. s. ꝙ quedã moueant̃: ⁊ quedã quiescant
semper: ⁊ quedã quiescãt qñq3: ⁊ q̃daz moueant̃ quandoq3.
Hec enim diuisio nobis etiã ꝯsideranda est ⁊ ꝓsequẽda: q2
declaratio eius h3 in se solutiones oiuz dubitationũ: ⁊ ideo
huius diuisionis declaratio ꝑfecta est finis quẽ intẽdimus
ꝓsequi in hoc negocio huius libri: quẽ physicũ auditũ noia
mus. ¶ Incipiamus igitur a primo istoꝝ membroꝝ: ⁊ dica
mus: ꝙ infirmitas intellectus in rebus nãlibus est ꝙ aliqs
dicat: ꝙ omnia que sunt quiescant: ⁊ querat ad hoc rõnẽ in-
uenire: ⁊ dicat dimittendũ esse sensum. Si enim aliquis h3
itellectũ in aliqua scia: ille itellectus erit apud ipsuz notitia
que est habitus principioꝝ ex qbus ꝑcedere debet in scia
illa quã intendit tradere: principia aũt vniuersalia stant ad
sensum ⁊ colliguntur per experimentalem cognitionem qua
est in sensu accepta: sicut habet manifestari in principio pri
me philosophie: ⁊ declaratum est in fine secundi posterio-
rum analecticorum. Si ergo sensus dimittatur ⁊ reijciatur
nullum erit experimentum quare intellectus principiorum
est infirmus ⁊ nullus: ⁊ tamen hoc faciendum esse dixit Ze-
no. Sic enim dubitare de motu non est dubitabile de parte
aliqua sensibilium: sed de toto: quia non modo conclusio-
nes physice non habebuntur: sed etiaz principia nulla erũt:
si sensus sit abijciendus: nec ista dubitatio tñ est ad physi-
ca: sed etiam ad destruẽdas omnes artes mechanicas: que
physica vt in secundo libro huius scientie diximus imitan-
tur: ⁊ etiam cõtra omnes opiniones de entibus: q2 omnia
entia aut mouent̃: aut referunt̃ ad motum. Et si dubitetur
tunc op3 ꝙ omnia veniant in dubitationem: q2 oĩs scie mo-

Tex. t. c. 11.

Tex. t. c. 12.

chanice ⁊ alie vtuntur motu ſm aliquem modū: ſi ſunt ſcie de entibus ſm ꝙ ſunt entia: qm̄ cum oīa entia ſint in rebus mobilibus: vel ſint mota vel relata ad motum. Si dubitať de motu dubitať de principijs motus: ⁊ ſic dubitabitur de oībus entibus tam phyſicis que vere mouenť ꝙ̄ mathematicis: que ſm eſſe ſunt in his que mouentur ꝙ̄ etiaȝ diuinis que referunť ad motū: ⁊ ꝓpter hoc nihil oīno relinquit qui ſic dubitat. ¶ Amplius aūt ſicut in rōnibus doctrinabilib⁹ que ſunt mathematice nihil ptinet ad mathematicū ꝯtradicere ⁊ refellere importunitates que ſunt ꝯtra principia: ⁊ ſic hoc nō ptinet ſimiľr ad aliquē artificē qui ꝯſiderat eius ꝯtra ctū ad materiā ſpecialē: ita etiā nō ptinet ad nāle aliquid dicere ⁊ refellere de eo qđ nunc diciť. ſ. ꝙ nihil oīno moueať.

[Vide pro hoc et primo ph. t. c. 10. t. 11.]

Eſt enim principiū ſuppoſitū in phyſicis: ꝙ nā eſt principiū motus: ſicut dixit in 2° libro huius ſciētie. Pertinet igitur hoc inquiſitiue ex cōmunibus refellere ad logicā que ad oīa methodoꝝ principia viā hȝ: aut ꝑ certitudinē ptinet hoc ad pħm primū: qui ex cōmunitate ſui ſubiecti ⁊ ſuoꝝ principiorū aliaꝝ ſciaꝝ principia hȝ probare ⁊ determinare. Fere aūt tm̄ falſum eſt dictū eius qui dicit oīa ꝯtinue moueri ⁊ ſemper: ſicut dicit Heraclitus. eſt eniȝ in re ipſa tātū falſuȝ vnū quātū aliud: ſed in mō quidē in phyſicis dictū eius qui dicit moueri eſt minus falſum: eo ꝙ eſt ſm ſcientiā nāle: ⁊ non ꝯtra principia eius. Suppoſitū eſt eni: ꝙ oībus phyſicis ineſt nā que eſt principiū motus ⁊ quietis: ⁊ ideo dicens motū nō negat principiū qđ eſt nā: ⁊ eſt principiū phyſicoꝝ. Similiľr aūt vna de paſſionibus reꝝ nāliū eſt motus. Paſſio aūt ꝓpria eſt etiā quoddā principiū icōpleтū in ſciētia in qua paſſio illa ꝓbatur ſubiecto ineſſe. Dicens ergo oīa moueri minus mentiť ꝙ̄ dicens oīa quieſcere. ¶ Quidā aūt dicūt: vt diximus ꝙ oīa que ſunt ꝯtinue ⁊ ſemp mouenť: ⁊ ꝙ non eſt talis diuiſio in entibus ꝙ alia quidē moueanť ⁊ alia non moueanť: ſed oīa moueanť ⁊ ſemper. Sed dicūt: ꝙ motus quorūdā latet nos ſm noſtrū ſenſum: qꝛ paulatim mouenť: ⁊ nō percipiť motus eoꝝ niſi poſt etates multoꝝ hoīum: ⁊ ꝯ̄ hec nō eſt difficile ꝯtradicere: precipue cū ipſi nō diſtinguāt quali motu moueanť ſemper ⁊ ꝯtinue oīa que ſunt: ſed potius videantur dicere ꝙ oībus motibus moueanť omnia.

[2° phy. t. c. 3.] [Tex. t. c. 23.]

Dicimus ergo ꝯtra taleꝭ: ꝙ nō eſt poſſibile vt aliquid augeať vel minuatur ꝯtinue: ſed potius eſt manifeſtū tempus inter ſtatū augmenti ⁊ diminutionis inceptionem. Probauimus enim in 6° libro: ꝙ neqȝ augmentū vel diminutio: neqȝ alius motus eſt ꝯtinuus tēpore infinito: qꝛ cū augmentū ſit finitū ſm menſurā diſtantie que eſt inter pfectioneȝ in quātitate: ⁊ inter imperfectionē ꝯtingentie ꝙ finitū moueretť tēpore infinito ſi augeret aliquid ꝯtinentie tempore infinito: ⁊ idem eſt de diminutione: ⁊ hoc quidē demonſtratuȝ eſt eſſe impoſſibile in 6° ſuperioꝝ libroꝝ. Nec iteꝝ pōt dici ꝙ res moueať ita ꝯtinue: ꝙ mutatio ſit ad mutationē eſſentialiľr: qꝛ iam in 5° libroꝝ ſuperioꝝ demonſtratuȝ eſt hoc eſſe impoſſibile: poſſibile tamen eſt ꝙ accidētaliľr motus terminetur ad motū: ſed hoc nō inducit neceſſitatē: qꝛ hoc qđ per accidens eſt hoc ꝯuenit ineſſe ⁊ nō ineſſe: opȝ ergo medium tēpus ſtatus inter augmentū ⁊ diminutionem eſſe: ⁊ hic eſt ſtatus rei anteꝗ̄ incipiat diminui: ſicut nos tēpus infantie ⁊ iuuentutis damus augmēto: ⁊ tēpus etatis virilis damus ſtatui: tempus ſenectutis ⁊ ſenij: vt in pluribus damus diminutioni: ita ꝙ in ſenectute ſit diminutio virtutis: ⁊ non ſubſtātie. In ſenio aūt diminutio ſubſtātie ſimul cū virtute.

[6° ph. t. c. 91. et infra.] [5° phy. t. c. 11. vſqȝ ad textū commētū 17.]

Eſt aūt de augmento ⁊ alteratione reꝝ rō ſimilis rōni huic que eſt de eo qđ eſt guttā cōterere: ⁊ pforare lapidem: ⁊ alia que ſunt apta nata ꝯteri: vel ei etiā qđ eſt lignū ſcindere lapidem: quādo plantať ſub lapide: ſicut enim dixiſſe nos meminimus in 7° ſuperioꝝ libroꝝ: nō eſt neceſſariū ſi gutta in aliquo toto tēpore tātū effodit de lapide: verbi gratia: in tribus annis: vel ſi plāta tātū pforat de lapide in trib⁹ annis: ꝙ medietatē illius fouee faciat in medietate illius tēporis: ⁊ tertiā in tertia: ⁊ milleſimā in milleſima: qꝛ ſic ꝯtingeret cū diuiſio vadat in infinitū in fouee quātitate temporis qđ in qualibet minima aliquid effoderet: ⁊ hoc nō eſt veꝝ: qꝛ huius partes nō ſunt niſi in potētia in ꝯtinuo ⁊ in tēpore: ſicut diximus in 7° ſuperioꝝ libroꝝ. Sed potius hoc eſt ſicut de tractu nauis preter hoc ſolū: ꝙ gutte cadētes ⁊ rodētes partes lapidis nō ſunt ſimul: ſed trahētes nauim ſunt ſimul: ⁊ ideo nō ſequiť: ꝙ tot gutte quot in toto tēpore fouee cadere poſſunt moueāt partē lapidis vt ſepareť a lapide ⁊ ſiat fouea: ꝙ pars illaꝝ guttaꝝ tertia vel aliquota in tertia parte tēporis aliquotā reddat partē fouee: qꝛ forte pars in nullo tēpore aliquid radit de lapide: vt fouea fieri poſſit: vel pars fouee: qꝛ lȝ qđ de lapide remotū eſt ſit quātitas que diuidi pōt in plurima ⁊ infinita: cū nulla eaꝝ partiū ſeorſum ⁊ diuiſim remota eſt a parte guttaꝝ precedentiū: ſed potius precedentes diſpoſuerūt ⁊ fecerūt ſimul aliquid ſeparabile qđ ad vltimā guttā que in actu eſt reſpectu precedentiū totum ſimul ſeparatū eſt: ⁊ huius pfectā rōneȝ reddidimus in 7°.

[A textu c. 35. vſqȝ in fine.]

Motus Autem qui est circularis erit vnus et continuus indeficienter.Nullu3 enim predictorum impossibiliu sequitur:si circularis dicat esse vnus et continuus semper.Qd enim movetur in ipso est circulus qui non movetur de contrario in contrariu:sed potius ab eodem in idem:sicut si punctus inceptionis ei9 signetur per.a.tunc movebitur per totum motum in ide punctum.a.fm eadem rationem et situm:qd non facit reflexu3: qd movetur ad contrarias oppositiones et situs.Omne enim qd movetur:movetur in hoc ad qd venit per motum suu3: sed circulus deveniet per motum suum in punctum:incipiet ergo moveri ab ipso:ergo mot9 eius est ab eode3 in ide: et sic nulla contrarietas situs vel formarum contrariaru3 impedit continuationem eius:qa non similiter alijs motibus movetur per contrarios situs:neq3 in oppositos terminos: et situs:non enim est verum q omnis motus qui est ex aliq sit contrarius illi qui est in illud vel oppositum ei.Sed hoc est verum de omnibus motibus qui sunt in linea recta:qa illa habent contrarietatem fm lineam rectam in qua maxima est distantia:sicut distantia fm extremitates distant plurimum:et sunt oppositi motus qui sunt fm eandem longitudinem in spatio fm terminos oppositos longitudinis eiusdem:sicut etiam sursum et deorsum.In spera autem non est maxima distantia.Spera enim dividitur in centrum et circumferentiam que maxime distant:et motus circularis no est nisi circumferentie:sicut subiecti qd movetur circa centrum:et non ad centrum:et ideo cum sit in eadem circumferentia nihil est qd prohibeat eum moveri continue fm continuum: et tempus nullu3 deficere continuationi eius:qa nullus punctus per motum spere in actu describitur super spera3:sed omnes sunt in potentia:et ideo nusq3 dividitur motus sicut patet ex predictis.¶Est enim circularis motus ab eodem in idem continue.Rectus autem est ab vno in aliud:qd est oppositum primo.Et est alia ratio eiusdem rei quam diximus:qa.s.quando motus est in circulo:tunc nequaq3 est motus in eisdem sepius fm situm sed semper fm duos arcus: quorum vnus elevatur et alter deprimitur:et per vnum motus fit:et per alterum regyratio.Motus eni qui reflexus est fm rectitudinem in eisdem est:qa super eandem longitudinem vadit et revertitur:et non ab eodem in ide3:sed de alio in alium.Quonia3 igitur motus circularis semper fit de arcu alio in alium convenit ipsum fm omne tempus moveri continue.Ille autem qui est in eisdem multotiens non convenit moveri continue:qa in eisde3 partibus positionis no potest esse nisi fm contrarios terminos:et tame a contrarietate terminoru motus sunt contrarij:oporteret q contrarij motus essent continui sicut patet ex prehabitis.Et hec eadem est causa:quare neq3 super semicirculum:neq3 in aliq portione circuli sive circulatione quacunq3:qd est eundo et revertendo super eadem arcu3 semicirculi ad duo extrema puncta chorde cuiuscunq3 subtense arcui non potest esse vnus et continuus motus:qa omnibus his modis oporteret:q id qd fertur multotiens transiret eundo et redeundo super arcum eundem circuli:que mutationes essent habentes in hoc contrarietatem:vt supra diximus:qa sisterent se:et corrumperent seinvicem.In nullo enim talium arcuum copulat finis ad principium:sed in omnibus eis per extremitates arcuum signantur duo puncta in arcu substantialiter diversa: et vtrusq3 eo in motu reflexo:super arcu3 accipitur vnu in substantia et duo in ratione.Quia enim finis motus ad ipsum:et vt ad principium motus ab ipso:et sic necessario illis duob9 motis interponitur quies:et sic discontinuatur motus.Motus enim qui est circulariter et est circuli circularis in quolibet puncto copulat finem ad principium:qa nullum h3 punctum actu descriptum in circumferentia:et ideo nusq3 intercipitur motus:sed semper manet continuus:et ideo solus hic

Nuc sit rō logica. vide etiā Cōmētatorē p celi cō.70. T.c. cō.71.

T.c.cō.72.

T.c.c.73.

In motu recto verū ē q ē a zrio i zriū.

motus est pfectus cui nihil addibile est: sicut nec circulo ali quid potest addi: sicut ostendemus in primo de ce. & mun.

Tex. t.c.74.

¶ Ex hoc autem diuisione omnium corpꝰ supra que vel inter que potest esse motus manifestum est: quoniam non cōuenit alios motus preter localem esse ꝯtinuos: & quiete non interruptos: qa omnes illi motus sunt inter illa extrema determinante contraria vel contradictoria: si debeat non deficere: oportet ꝙ eadem multociens moueantur sm easdē formarum distantias eundo vel reuertendo: & ideo sm predicta non possunt esse motus continui sicut in alteratiōe fit reflexio sm eadem media duorum extremorum inter que est motus alterationis: & similiter in motu augmenti & decrementi qui est quantitatis in genere motus reflexio fiet sm eadem media duorum extremorum inter que est augmentum & decrementum: & similiter est in generatione & corruptione quantum ad reflexionem que est inter esse & non eē: inter que sunt mutationes une generationis & corruptiōis Et non est differentia in hoc: verum media per que est reflexio sint pauca aut multa: aut nulla: quia interruptio motus non est propter media sed potius ppter extremum quo vtitur vno vt duobus in omni reflexione: sicut patet ex pbabitis: & ideo siue media sint multa: siue nulla: & siue mediuꝫ aliquid esse ponatur vel medium in toto auferatur semp accidit multociens reflecti propter eandem distantiam coruꝫ extremorum propter qḋ motus discontinuatur per quieteꝫ interpositam. Et ex his manifestum est: ꝙ phisiologi: hoc est loquentes de natura: qui consenserunt nobiscum ꝙ necesse est aliquem motum continuum esse in natura: & nō bene dixerunt specificando hunc motum in eo qḋ dixerunt ꝙ iste motus est quo mouentur omnia sensibilia semper. Si enim sensibilia moueantur. oportet ꝙ moueātur aliquo predictorum motuum qui sunt motus ad formam substantialem vel accidentalem: quia videmus bene: ꝙ semper mouentur localiter: & sm phisiologos magis mouentur motu alterationis. Dicunt enim omne corpus sensibile semp fluere & corrumpi propter actionem & passionem continuam primarum qualitatum in eis: ppter qḋ etiam indigent quidā eorum cibo ppter deperditi restaurationem. Adhuc dicūt ꝙ generatio & corruptio sit alteratio: & ꝙ accidentia in nulla hora vel parte hore remanent eadeꝫ: & huius fuit auctor primus Heraclitus Ephesius: & postea adhuc Seneca: & sunt adhuc multi defensores huius erroris. Ratio autem quaꝫ nos nunc induximus pbat de omni motu vꝫ: ꝙ sm illū motum euenit moueri continue nisi sm circulationeꝫ: ergo neqꝫ sm alterationem: neqꝫ sm augmentum vel decrementuꝫ conuenit moueri continue. Hec ergo nobis sufficienter sint dicta: ꝙ nulla mutationum est infinita: hoc est continua per totum tempus nisi illa que est circuli motus.

¶ Cap. 9m. Qꝫ solum motum circularem conuenit esse perfectum & primum incorruptibilem.

T.t.cō.75.

Quod Autem inter omnes motꝰ solus motus circularis primus & perfectꝰ sit: sicut solus est continuus & perpetuꝰ: erit manifestum ex his que nunc inducantur. Sicut enim diximus in prehabitis: omnis motus sm locuꝫ: aut est in circulo: aut in recto: aut est mixtus ex vtroqꝫ. Mixtum enī dicimus: aut in linea gyratiua que finem vel principiū non copulat: aut in linea curua: quia ille formaliter cōponuntur in recto & circulari. Rectum eniꝫ habet linea curua formaliter per hoc ꝙ est terminata punctis. Hoc enim cadit in diffinitione linee recte: sicē patet in primo Euclidis. Formam auteꝫ circuli hꝫ in hoc: ꝙ habet conuexum & concauum: sicut omnes arcus circuli. Sed ad hunc qui mixtus est necesse est prius esse illos qui sunt simplices: quia ex illis componitur vt dictuꝫ est: & componentia sunt ante compositum: sed circularis est prior recto: eo ꝙ ipse est magis simplex & perfectus magis ꝙ̄ rectus. Et ꝙ ipse sit magis simplex pbatur ex hoc: ꝙ lꝫ circulus duplicis sit forme concaue. s. & conuexe: & linea recta sit simplicis: & ideo linea recta sit ante circularem: tamen non est similiter de motu: & ideo cum motus circularis copulet fineꝫ principio: & rectus habeat diuersa actu finem & principium: ideo circularis motus est ante rectuꝫ: & simplicior ipso. Qḋ autem sit magis perfectus ꝙ̄ sit rectus: probatur ex hoc: qa motus rectus non pōt esse in infinitum protensus. Si enim protenderetur in infinitum hoc esset altero duorꝫ modorū: aut enim esset hoc ideo: ꝙ in linea super quam est motus ptenditur in infinitum: aut qꝛ reflectitur super lineam finitam: sed qḋ reflectitur nō opꝫ improbare: qꝛ satis improbatum est. Qḋ aūt non sit linea infinita actu ostensum est in 3° libro supra: vbi pbatuꝫ est ꝙ nihil est infinitum in actu. Et etiam si poneret per impossibile nihil moueret supra ipsuꝫ: qꝛ sicut pbauimus in fine tertii ꝙ impossibile est fieri nunꝙ̄ fit vel incipit fieri. ¶ In infinitū aūt impossibile erit motuꝫ fieri rectum: cū omne mouens intendat finem determinatū quē ꝯsequitur per motū: qꝛ aliter moueret in vanū: vanū aūt non est in operibus nature: sicut ostendimus in 2° libro supra. Si aūt diceretur ꝙ esset reflectens in eo qḋ est finitū rectum: & sic duraret in infinituꝫ: tunc esset ex duobus oppositis motibus: & essent duo motus: & nō vnus ꝯtinuus: qꝛ inter omnes eos intercidit quies: sicut ostēdimus prius. Opꝫ ergo ꝙ ois rectus sit finitus: ois aūt rectus finitus possibilis est ad receptionē additionis: ergo imperfectus est & corruptus: lꝫ enim forte ascensioni ignis nihil possit addi: nec descensioni terre: tamen motui in genere possibile est addi: sicut linee recte: ita ꝙ adhuc manet in rōne recti motus inquantū est rectus. Sed circulari inquantū est circularis nihil addi potest quin maneat circularis: ergo rectus est cessans in tempore: siue corruptus. Circularis aūt inquantum est circularis nunꝙ̄ potest cessare: qꝛ si cessaret hoc esset in pūcto qui actu describeret super circulum: & talis nullus est in circulo: qꝛ si aliquis esset in circulo: tūc in illo pūcto reciperet circulus additionē in potentia. Id aūt quod est perfectū & incorruptibile & incessabile sm tempus est prius tripliciter s. natura tēpore: & diffinitione: ꝙ̄ imperfectum & corruptibile: & veritas omnium haꝝ plana est ex supra habitis. Amplius inter motus prior motus est ille quem conuenit esse perpetuum ꝙ̄ ille quem nō cōuenit esse perpetuum: sed circularem ꝯuenit esse perpetuū & nullū alium: neqꝫ loci mutationē videlꝫ aliā: neqꝫ aliū motū quēcūqꝫ ꝯuenit esse perpetuum. In oibus eniꝫ talibus quādo reflectūtur: vel quādo sunt in extremo ad qḋ est motus: opꝫ fieri statum & quietem. Cum aūt quies sit priuatio motus: tunc oportebit motuꝫ cessare & corrūpi quādo intercidit quies. ¶ Et rōnabilr accidit vnū solū circularē esse vnū & ꝯtinuū & non rectū: eius enim quod mouetur in recto determinatū est principiū & mediū & finis: & oia hec in seipso habet sm actū: & nō sm potentiā. Principium enim recti est indiuisibile: & similiter finis: & ideo in oī motu recto necesse est esse duas quietes: vnā s. a qua est motus: & aliā ad quā est motus. Mediū aūt qḋ actu est in recto non est indiuisibile: sed totū qḋ interiacet duobus indiuisibilibus: hoc est in quo est motus ipse: qꝛ pbatum est in 5° ꝙ motus nō est nisi in intermedio & non in extremis que sunt principiū & finis: ergo quicquid mouetur in recto hꝫ determinare vbi īcipit qḋ mouetur: & vbi finiatur motꝰ: & vbi mouetur qꝛ oē qḋ mouetur quiescit iuxta terminos: vnde est motus sine sit terminus vbi: hoc est ad quē est motus. Hec aūt oia prout sunt ipsius motus circularis sunt indeterminata. Si enim hec in circūferencia accipiantur: que posset esse ratio: ꝙ pūctū vnū magis esset principiū vel mediuꝫ vel finis ꝙ̄ aliud: ex quo oia sunt in potentia & nullū in actu descriptum super periferiam. vnūquodqꝫ enim sm suam similitudinē & principium est & medium & finis: qꝛ in omni puncto possuꝫ imaginari principiū arcus: vel mediū vel finē: sm ꝙ voluero: ergo motus circuli semper est equalr in principio medio & fine: & nunꝙ̄ in aliquo istorum: qꝛ potentia semper est in principio medio & fine: & nunꝙ̄ sm actū: & hec est etiā causa: quare spera quodāmodo mouetur & quodāmō quiescit: sicut diximus ante finē tertii supra. Non quidē vt quidam dixerūt vt quiescat sm totū & moueatur sm partes: sed qꝛ sm totū mouetur formaliter & nō sm subiectū: sm partes aūt mouetur & formaliter & sm subiectū: qꝛ partes renouant situm in motu spere de vbi ad vbi. Spera aūt imobilis est sursū: qꝛ subiectū eius semper eūdem ꝯtinet locū. Cā aūt huius est: quia omnia hec que sunt principiū mediū & finis esse accidit centro spere: siue centrum accipiatur mathematice pro puncto indiuisibili: siue accipiatur phisice pro corpore sperico quod est in centro: hoc est pro terra. ¶ Spera enim tota diuiditur

in duo:

2. ph. L. c. 74. & inde.

Nō quo motui recto pōt additio fieri nō aūt circulari.

Tex. t. c. 76.

in duo: in circũferentiã .s. ⁊ centrũ: ⁊ centrũ est principiũ me-diũ ⁊ finis spere: ⁊ magnitudinis eius. Licet aũt ista rõ mathematica sit: tamen applicatur physicis inquantũ qõnes physicorũ subalternant̃ mathematicis: ita ꝙ in mathematicis est ꝓpter quid: ⁊ in physicis quia. Omnis enim spera magnitudinis sue principiũ habet centrũ: inquantũ est magnitudo circa centrũ vnũ equalr̃ circũducta. Mediũ aũt habet ipm̃ sm̃ ꝙ est motus eius vnus motuũ localiũ: q: tũc erũt motus tres .s. sursum ⁊ deorsũ: hoc est a medio ⁊ ad mediũ ⁊ circa mediũ. Finis aũt est ꝯtinuitatis: eo ꝙ magnitudo tota spere ipsius ꝯtinuat̃ ad centrũ: ⁊ ideo etiã oĩa virtus eoꝝ que sunt in circũferentia refertur ad centrũ: nec alibi vnitur nisi in ipso. Et huius dicti causam dicit Ptolomeus in libro qui vocatur arabice Alarba: ⁊ latine Quadripartitus: ꝙ radij stellaꝝ nõ ꝯgregant̃ nisi in cẽtro spere. Et forte etiã hui⁹ est causa ꝙ solum corpus essentialiter actũ in spera est perfectius locus generationis.

Nõ qõo aliq̃ rõ mathematica physicis subiectis applicari põt.

Ptolomei sententia.

Obiectio.

Sol.

¶ Si aũt quis obijciat ꝙ circũferentia vniuersi nõ est corpus generabile: sed corpus centrale: ⁊ ideo dicat̃ centrũ nõ esse principiũ generationis spere. ¶ Intelligat ꝙ nos nõ loquimur hic de corpore mobili contracto ad formã physicã: sed loquimur hic de eo solũ prout habet vbi solũ vnde mobile est in genere: ⁊ ad hec magnitudo sufficit: ⁊ si sic ꝯsiderat̃: tũc principiũ generationis ei⁹ est ex centro: ⁊ centrũ est ingenerabile quẽadmodũ principiũ generationis. Diximus enim in 6° libro ꝙ nihil prohibet aliquid accidere mobili inquantũ est mobile: qđ tamẽ non accidit alicui mobili physico inquantũ est mobile ad formã physicã determinatã: ꝓpter id ergo qđ principiũ ⁊ medium ⁊ finis spere extra circulationẽ que est motus circuli non est aliquod punctũ in quo quiescat id qđ fertur circulariter sicut in recto necessario sunt duo pũcta vt diximus: in precedentibus: semper enim fertur spera circa medium ⁊ nunq̃ fertur ad ipsum sicut ad vltimũ motus: ⁊ ꝓpter hoc ipsũ semper quiescit quodãmodo semp mouendo subiectũ suum in eodẽ loco totũ: ⁊ nõ mouetur ꝯtinue: q: motus suus accidit ꝯuersiue circa idem centrũ. Adhuc aũt alia rõ est: q̃re prior est ⁊ perfectior: ⁊ hoc est: q: est mensura oĩum motuum loci mutatio: sicut enim ꝓbari habet in prima phĩa: omnia que sunt dum mensurant̃ aliquo sui generis principio: ⁊ q: iste motus circularis est primus sicut iam dudũ ꝓbauimus: tũc opꝫ ꝙ sit omniũ motuũ alioꝝ principiũ. Adhuc aũt ⁊ hec cã est quare ꝯuenit ipsum solũ esse regularẽ: q: ille qui est in recto regulariter fertur a principio vsq̃ ad finem: omnia enim talia quanto plus distant a quiescente primo. a cuius quiete est motus eoꝝ velocius: ⁊ veloci⁹ ferunt̃: ⁊ huius causã diximus superius: q: omnes motus naturales intendũtur in fine: ⁊ violenti intenduntur in principio: sed cum circularis solum nec principiũ nec finem habet in se: nec aptum natum sit habere: sed extra ipsum: sicut habitum est iam: tunc semper equaliter distat a principio ⁊ a fine: ⁊ ideo semper est vniformis.

6. ph. t. c. 15.

7. met. t. c. 5. ⁊ 7.

¶ Cap. 10m. Q: omnes physice loquentes testantur motum localem primum esse: cui natura inest motus.

Tex. t. c. 72.

Quod aũt loci mutatio sm̃ genus sit primus motuũ testant̃ oẽs naturales phĩ quicunq̃ de motu fecerũt mentionẽ principia motus tradunt que sunt mouentia sm̃ huiusmodi motũ qui est localis motus. Disgregatio enim ⁊ ꝯgregatio sunt motus sm̃ locum: ⁊ tale motum dixerũt esse primum in entibus illi qui dixerũt principia prima mouentia esse ꝯcordiam ⁊ discordiam sicut fecit Empedo. horum enim duoꝝ principioꝝ disgregat discordia: ⁊ ꝯcordia ꝯgregat. Anax. aũt qui posuit intellectũ agentẽ esse primũ principiũ faciens motũ: dixit eundẽ primũ motũ facere ꝯgregando ⁊ disgregando. Similr̃ aũt: ⁊ illi qui nec vnã causam mouentem dicunt esse: eo ꝙ illi dicunt ꝙ primi motus fiunt p vacuũ: ⁊ illi quidẽ dicunt primũ motũ esse loci mutationẽ: ⁊ dicũt: ꝙ est natura prior ceteris hic motus. Motus enim per vacuũ aut est loci mutatio: aut est sicut in loco motus: q: vacuũ licet nõ sit actu: tamẽ ponitur sicut locus ab ipsis qui sũt auctores vacui. Alioꝝ aũt motuũ neq̃ vnũ dicũt inesse principijs primo que sunt sm̃ eos inane ⁊ athomi: sed poti⁹ opinantur ea que sunt ex athomis ⁊ vacuo: sicut ex principijs moueri alijs motibus postq̃ ꝯstituta sunt ex ipsis. Dicunt enim ꝙ res augmentatur: ⁊ quando imbibit in sua vacua athomos: ⁊ diminuitur quãdo emittit eas ex suis vacuis: ⁊ similiter dicũt: ꝙ res generant̃ ⁊ corrumpũtur ꝯgregatione ⁊ segregatione athomoꝝ: q: generationẽ dicũt fieri ꝯgregatione ⁊ segregatione athomoꝝ. Alterationẽ aũt non ponebant fieri nisi ex situ ⁊ ꝯuersione athomoꝝ: ⁊ ideo generationẽ dicebant esse quandã alterationem sicut determinare habemus in primo libro perigeneseos. Et hui⁹ quidẽ sententie auctores fuerunt Democritus ⁊ Leucippus. Eodẽ aũt modo quicũq̃ ponebant generationẽ fieri per dẽsitatẽ ⁊ raritatẽ dicũt loci mutationẽ esse primũ inter omnes motus. Omnes enim illi ponũt hec sensibilia generata per disgregationẽ raroꝝ: vel ꝯgregationẽ densoꝝ: prius aũt disgregationẽ ⁊ ꝯgregationẽ ostendimus fieri per motũ localem: q: ꝯgregata mouent̃ a circũferentia versus centrũ in locum paruum: ⁊ disgregata mouent̃ a centro versus circũferẽtiã in locũ magnum. Xutos aũt quidam Phs fuit huius secte defensor. Amplius aũt preter hos omnes Platonici dixerũt animã esse causam motus: ⁊ animã mũdi esse causã primi motus. Dicũt aũt loci mutationẽ esse primũ iter motus in generatione. Multi enim sunt qui dicũt: ꝙ illud est principium primi motus qđ mouet ipsum seipsũ: ⁊ hoc dicunt esse principium omniũ que mouent̃: sicut patuit in priori tractatu: quem ei in quo nũc sumus proposuimus. Constat autẽ: ꝙ anima ⁊ omne animatũ motũ ab anima mouet ꝓprie localẽ motum si mouetur sm̃ ipsum ⁊ nõ ab alio sicut nos probauimus supra. Cũ igitur sm̃ Platonem ita sit in maiori mundo: sicut est in minori ꝯsensus Platonis est primũ motum in vniuerso esse motũ localẽ. Sic igitur ab omnium naturaliũ Phoꝝ iudicio manifestũ est ꝙ motus localis prior est inter motus: hoc aũt rõnale est: q: etiã ipsi Phĩ victi rõne ꝯsenserũt in id qđ loci mutatio est prima: q: in veritate illud ꝓprie ⁊ per se dicit̃ moueri: ⁊ primo quidẽ mouet̃ sm̃ loci mutationẽ. Si eniꝫ aliquis quiescat in seipso a loci mutatione: ⁊ tamẽ augeatur: vel decremẽtum patiatur: vel alteretur: licet tũc ꝯtingat ipsũ quodãmodo moueri alijs motib⁹ qui sunt ad formã: dicimus: ꝙ ipsum nõ simplr̃ mouetur: sꝫ quodãmõ: ⁊ huius cã est: q: motus dr̃ p prius ⁊ posterius: ⁊ prius quidẽ est motus localis: sꝫ alij motus sũt modi quidã motus potius q̃ motus p se. Dictũ igit̃ est nobis sufficiẽter ꝙ aliq̃s motus est qui est semp sm̃ oẽ tẽp⁹: ⁊ dictũ est q̃s est ille motus qui erit in oĩ tp̃e: ⁊ dcm̃ est ꝙ est ꝑncipiũ mouẽs ꝓpe istius mot⁹. Adhuc aũt dcm̃ est q̃s est motus: ⁊ in gñe ⁊ in spẽ ꝑmus: ⁊ quẽ motũ solũ iter oẽs motus ꝯuenit eẽ ꝑpetuum ⁊ ꝯtinuũ: ⁊ dcm̃ est nihilominus a nobis ꝙ ꝑmo ꝑmũ mouẽs est imobile: trãsibimus igit̃ nũc ad ꝯsiderãda ea que h̃ dicẽda sunt de primo motore: ⁊ finiemus nostrũ librum.

Prio de generatiõe a tex tu cõmẽti primi vsq̃ ad. 25

Mot⁹ localis simplr̃ motus est: alij aũt poti⁹ sũt modi quidã mot⁹. vide cõ. q̃rtũ tertij phy.

¶ Tractatus quartus octaui libri physicoꝝ in quo intẽdit̃ ꝙ motores ꝑmi sũt ipartibiles nõ habẽtes magnitudinẽ.

¶ Cap. ꝑm. Que tractatus intentio: ⁊ quis dicendoꝝ ordo: ⁊ ꝙ nullũ finitum mouet mobile finitum sm̃ tẽpus infinitũ.

Tex. t. c. 78.

Nunc igitur dicemus in Vltimo tractatu nři libri: ꝙ ꝑmũ motorẽ necesse est esse ipartibilẽ: ⁊ nõ hr̃e magnitudinẽ penitus: h̃ aũt ꝯtẽplari ꝯgrue nõ possum⁹ nisi ponamus q̃dã ꝑmo de his que duo ad nos priora sũt .s. de motorib⁹ diuisibilib⁹: qui hñt magnitudinẽ ⁊ diuisibilitatẽ p accñs sꝫ nõ p se. Nõ .n. possumus in cognitionẽ ꝑmi motoris venire nisi ex posterioribus ipso que sũt priora quo ad nos. Moꝝ aũt vnũ ⁊ ꝑmũ est: ꝙ dicimus ꝙ ipoĩe est ꝙ aliqđ hñs diuisibilẽ ⁊ finitã ṽtutẽ moueat sm̃ tẽpus ifinitũ. Dico aũt diuisibilẽ ṽtutẽ: sicut est leuitas vl̃ grauitas vl̃ aliq̃ alia forma corporalis que in maiori mã est maior: ⁊ in minori minor: ⁊ huiusmodi quidẽ rãm iam ostẽdimus in 6°. q: nõ mouet̃ in tẽpore ifinito nisi sup spatiũ ifinitũ: ⁊ tale ipossibile est fieri: vel icipere fieri: ⁊ lõ nullius motoꝝ corpore⁹ est ad hoc ꝙ moueat tali motu. Mul⁹ tñ iducemus h̃ ꝓpriã demõstrationẽ dicẽtes: ꝙ talia sũt i oĩ motu .s. ꝙ mouet̃ hoc est subm motus: ⁊ mouẽs qđ est efficiẽs cã motus: ⁊ tertiũ in quo est motus: sicut in mensurante ⁊ hoc est tẽpus.

Hec autem omnia quando corporales sunt virtutes mouentes: aut sunt simul finita: aut simul infinita: aut quedam sunt finita ⁊ quedam infinita: ⁊ tunc aut duo sunt finita: ⁊ tertium infinitum: aut vnum est finitum: ⁊ duo sunt infinita: quecunque esse illa dicantur. Si ergo possibile est: ꝙ mouens finitum mobile moueat tempore infinito: ponamus in terminis vniuersalibus: ⁊ dicamus ꝙ.a.signet mouens corporeum partibile ⁊ finitum: ⁊.b.signet id qd mouetur qd est corpus finitum: ⁊.c.signet tempus infinitum in quo est iste motus. Cum autem corporea virtus particularis corporis diuisione non sit nisi in corpore: tale mouens necessario erit corpus: ⁊ supra habitum est: ꝙ corpus non mouet nisi motum ab alio extrinseco sibi: ergo tale mouens erit motum ab aliquo extrinseco sibi. Tali igitur positione facta ponamus etiam ꝙ qr.a.mouens est partibile: ⁊ ꝙ.d.significet aliquam partem mouentis que sit aliquota in ipso: sicut in decima vel quarta vel media: vel sm aliam aliquam ꝓportionem denominatam: sicut sub sexquialtera: ⁊ sub sexquitertia: ⁊ sic de aliis ꝓportionibus que possunt esse inter totum ⁊ partem. Similiter ponamus: ꝙ.e.significet aliquam partem eius qd fertur vel mouetur: hoc est ipsius.b.que in tali ꝓportione se habeat ad totum qd mouetur: sicut se habet.d.ad.a.tunc enim per ea que dicta sunt in vltimo tractatu septimi libri: sicut totum mouet totum: ita pars mouebit partem. Hac igitur positione facta: dico ꝙ.d.mouebit.e.qd est.b.in aliquo tpe qd est minus q̄ infinitum: qr iam posuimus ꝙ totum mouetur in tempore infinito: ⁊ ideo partem oportebit moueri in minori q̄ sit infinitum: ⁊ dicamus ꝙ illud minus tpus infinitum signatur per litteram.z.ergo si addam aliquotam equalem mouentis ad.d.mouens: ⁊ aliquotam moti ad motum.e.tunc mouebitur ipsum in maiori tempore q̄ sit.z.tantum quantum est ipsum.z.⁊ sic addendo opponam omnes partes mouentis ad mouens: ⁊ sm omnes partes moti ad motum: ⁊ tunc etiam quiescent incrementa temporis sm partes equales temporis: ⁊ qr partes sunt finite erit necessario tpus quod componitur ex omnibus illis partibus finitum: ergo mouens qd est equale omnibus partibus mouentis: ⁊ motum qd equale omnibus partibus moti mouet in tpe finito: sed equalia mouentia mouent equalia mota in equalibus temporibus: ergo tempus infinitum fuit equale tempori finito: ⁊ hoc est impossibile: ergo positio fuit impossibilis ex qua sequitur: ꝙ mouens finitum moueat aliqd finitum motum in tempore infinito. Istud autem qd dictum est sic intelligendum est: ꝙ non sit ꝓportio nisi in diuisione mouentis ad quantitatem temporis: ⁊ equalitas velocitatis semper moueat eadem: sicut si totum ex ꝯgregatione omnium partium suarum moueat decem dies ꝙ quelibet decima dat ei mouere vnum diem: ⁊ tunc necessaria est ista ꝯsequentia. Sic enim auferentes continue ipsi.a.qd diuidere possumus apponemus diuisas partes ab ipso ei qd est.b.⁊ tandem ꝯsumemus diuidendo per equalia totum.a.⁊ omnes eius partes apponemus ipsi.d.⁊ ipsi.e. Similiter ponemus omnes partes quas secamus equales ab ipso.b.⁊ cum perueniamus ad totum mouens ⁊ mobile: tunc non possumus peruenire per partes temporis ad totum tempus qd est infinitum: ⁊ ideo sequitur: ꝙ omnis pars.a.simul collecta mouet omnes partes.b.simul collectas in parte temporis.c.finita: qd erit impossibile: ⁊ contra hypothesim. Non igitur possibile est aliquid moueri a finito sm tempus infinitum: ⁊ motum infinitum. Et huius causa expressa est: ꝙ nihil mouetur sm tempus infinitum nisi moueatur sm motum infinitum: ⁊ nihil mouetur sm motum infinitum nisi quod mouetur sm spatium infinitum: vel sm reflexum motum. Cum autem modo contingat infinite moueri sm reflexum motum: oporteret infinitum motum esse sm spatium infinitum: ⁊ hoc non potest esse si motor sit finitus ⁊ motum finitum: sicut probatum est in sexto. Manifestum igitur est: ꝙ non ꝯuenit finitum mouere finitum sm tempus infinitum.

Cap.2m. Qz non est infinita potentia mouens in magnitudine finita.

Tex.t.c.79.

Quod autem omnino infinita magnitudine non conuenit esse potentiam corporalem infinitam ex his que nunc dicentur est manifestum. Supponamus enim quod in 6° libro est habitum: ꝙ scilicet potentia mouens quod est plus: hoc est maior in minori tempore facit equale: quia maior potentia necessario facit velocius mouens: ⁊ cum velocius sit quod in minore tempore facit equale ei quod tardius facit in maiori tempore: oportet etiam: ꝙ maior potentia faciat equale in tempore breuiori ei qd facit potentia minor in maiori tempore: sicut magis calefaciens: aut magis dulce inferens: aut prohibens ista: aut vniuersaliter maioris potentie in mouendo: ergo sm hanc communem conceptionem animi: que tamen etiam supra probata est: necessarium est: si aliquid finitum habeat potentiam mouentem finitam: ꝙ id quod patitur ab ipso breuiori tempore patiatur q̄ ab aliquo finito: ⁊ plus tamen patitur ab ipso q̄ ab aliquo finite potentie: eo ꝙ infinitum excellit: ⁊ plus est potentia infinita q̄ sit aliqua potentia finita. Sed sm rationem istam sequitur: ꝙ nullum tempus sit in quo moueat potentia infinita: sed potius ꝙ mouebit in nunc: ⁊ cum in nunc non possit esse motus: tunc ostendetur: ꝙ ista positio est impossibilis. Sit enim tempus in quo vis infinita calefaciat designatum per.a.ita tamen ꝙ a.sit tempus finitum: quodcunque voluerit: aut etiam in quo depulit motu violento.s.vis infinita: sed tempus quod signatur per.a.b.sit illud in quo depulit vel calefacit virtus finita: hoc enim necesse est esse longius q̄ tempus primum in quo mouet vis infinita: sed cum illud tempus virtutis finite in aliqua proportione se habeat ad tempus determinatum virtutis infinite: eo ꝙ triplum vel quadruplum ad ipsum vel in aliqua alia ꝓportione. Si ergo ego augeam virtutem finitam mouentem supra diminuetur tempus: ergo aliquando veniet ad tempus in quo mouet virtus infinita: ⁊ sic tunc virtus que aggregatur ex finitis erit finita: ⁊ ista mouetur tm in.a.tempore: sed si ego addam ad finitam potentiam nunq̄ veniam ad infinitam: quia ipse excellit omne infinitum: ⁊ hoc est siue auferam ab infinito: ⁊ faciam eam deficere siue addam: ergo tunc potentia finita ⁊ infinita mouebunt in tempore equali: hoc autem est impossibile: sicut per se patet cuilibet: ergo non conuenit ꝙ aliquid finitum in magnitudine habeat in se potentiam infinitam: quia aliter potentia mouens extenderet se vltra suum subiectum: ⁊ hoc etiam intelligi non potest.

Cap.3m. Qz in magnitudine infinita non potest esse potentia finita.

Tex.t.c.80.

Sed tamen Nec etiam infinita magnitudo habet in se potentiam infinitam: lz aliquando contingat in minori corpore esse maiorem potentiam q̄ in maiori: quia lz hoc aliquando contingat: tamen totiens posset accipi reduplicari maius: ꝙ in maiori esset plurima q̄ in minori. Si enim in maiori corpore ponatur esse minor q̄ in minori: sicut in lapide paruo cadente maior est caliditas: q̄ in magno aere: ⁊ in plumbo paruo maior grauitas est q̄ in spongia magna: tamen totiens potest reduplicari siue aer siue spongia: ꝙ maior esset in aere vel in spongia q̄ in lapide vel in plumbo. Si autem aliquis aduersarius ponit: ꝙ in magnitudine infinita conuenit esse potentiam finitam. Dicamus tunc ꝙ.a.b.sit infinitum sm magnitudinem: sed.b.c.sit aliqua pars eiusdem que in aliquoto tempore mouet hoc mobile quod signatur per.d.in aliquoto tempore finito quod signatur per e.z. Si igitur ego duplicem potentiam.b.c.finitam: tunc mouebit idem mobile in dimidio tempore.e.z.qr talis est proportio mouentis ad tempus: qr quanto mouens fuerit fortius super mobile: tanto in breuiori tempore mouebit: sicut patet ex his que dicta sunt in 7°. Hec vero medietas temporis sit signata per.z.e. Si igitur sic accipiam duplum ad.b.e. nunq̄ veniam ad quantitatem infinitam: que est ad.a.b.qr infinitum non conuenit transiri aliquo numero partium. Quocunque enim tempore dato: nos accipiemus semper minorem partem temporis in quo mouet maior potentia: que est accepta ex duplicatione prius date potentie: sed quod non conuenit transiri habet infinitam potentiam: vt dictum est in principio huius capituli: id enim subiecte magnitudinis quod remanet semper accipiendum vltra omne acceptum habet aliquid potentie: ergo sua potentia erit infinita: cum

infinitum sit quod excellit omne acceptum finitum: ⁊ hoc est contra hypothesim. Istud autem sequitur ex hoc: ꝙ oīs potentie finite necesse est tempus in quo mouet finitum. Si enim detur: ꝙ mouet hec potentia in quodam tempore causato: tunc maior mouebit in minori: sed cum finito ⁊ determinato scḋm quantitatem: sed scḋm conuersionem proportionis: vt quanto tempore fuerit minus: tanto potentia sit maior mouens ⁊ econuerso. Si autem aliquis dicat: ꝙ infinitis partibus subiecti sumptis conuenit potentiam esse finitam: hoc esse non potest: qꝛ diffinitio potētie infinite est: ꝙ sit sicut multitudo ⁊ magnitudo excellens omne finitum. Cum igitur loquantur de potētia corporis que mouet corpus īfinita potētia erit que erit ex infinitis partibus subiecti ex quibus p additionē ꝯstituitur magnitudo infinita: que excellit omne infinituȝ sicut partes numerate in ipsa excellunt omnes numeros partium in magnitudine finita.

Tex.t.c.86. ¶ Est etiam hoc aliter demonstrare leuiori modo ꝙ̄ dictuȝ est. Si enim dicatur: ꝙ in magnitudine infinita sit potentia finita: tūc accipiamus corpus eiusdem generationis: cuius est infinitum: ⁊ hoc sit finitum in quo sit tanta potentia quantum est potentia finita corporis infiniti: qꝛ omnis potentia infinita potest esse in corpore finito. Illa igitur in potentia finita que est in tempore infinito mensurabit per equalitateȝ potentiam finitam corporis infiniti. Hoc autē est impossibile: qꝛ sicut diximus in corpore quidem minori potest esse potentia maior ꝙ̄ in maiori: sed in corpore minori eiusdem generis non potest esse potētia maior: vel equalis ei que est in corpore maiori: ergo multo fortius in corpore finito non potest esse potentia eq̄lis ei que est in corpore infinito. Ex his patet: ꝙ non conuenit aliquo modo ꝙ potentia terminata sit in magnitudine infinita: neqꝫ ꝙ potētia sit infinita in magnitudine finita.

¶ Cap. 4m. De solutione dubitationis: que est in his que feruntur expulsa.

Tex.t.c.82. SEd quia Jam diximus in p̄cedētibus ꝙ aliquis motus est vnus ⁊ ꝯtinuus: ⁊ diximus ꝙ nō pōt esse mediū inter motorē ⁊ id qḋ mouet ab eo. ¶ Oportet nos mouere dubiū de his que ferūtur localr̄ per medium motu violento: quem expulsionē vocamus supra in 7°. Hanc enim dubitationeȝ antequā determinemus de primo motore opꝫ nos determinare: qꝛ forte aliter instaretur nostre determinationi p ea que videnṫ accidere in motibus expulsionis. Pōt enim aliquis dubitare ⁊ dicere: ꝙ si ea que mouenṫ de aliquo mouentur extrinseco sibi ꝯiuncto per tactum: quecūqꝫ non ipsa se mouent: sicut animata: quomodo potest esse ꝙ aliqua tunc mouenṫ ꝯtinue non existente aliquo mouēte: qḋ ꝯtinue tangat ea que mouenṫ: sicut sunt proiecta ⁊ sagittata. Si autē dicaṫ ꝙ in talibus motibus nō est nisi vnum primum mouēs: sed est ⁊ aliud mouens a primo mouente: sicut aer qui mouetur a manu ⁊ chorda: ⁊ mouet lapidem vel sagittam proiectaȝ: tunc adhuc videṫ sequi impossibile: qꝛ supra determinauimus: ꝙ quādo primum mouens qḋ non ꝯtingit motum nō mouet: tunc non ꝯuenit moueri ab aliquo scḋoꝝ mouentiū: sed potius scḋm ea que sunt determinata ꝯuenit simul omnia moueri primo mouente: aut simul omnia quiescere: cuȝ primum mouens quiescit: aut etiam si facit sicut lapis dictus magnes mouere qḋ mouet: tunc adhuc videmus: ꝙ primo non mouente nihil mouet scḋoꝝ mouentiū: qꝛ iȝ lapis magnes moueat actum: vel aliud ferrū ⁊ aliud motuȝ a magnete moueat aliud: tamen subtracto magnete primo lapide a primo ferro moto per lapidem: ferrum qḋ scḋo mouet non mouebit: ⁊ sic adhuc sequitur ꝙ primo non mouente non debet manere motus proiectionis: ⁊ vniuersalr̄ omnis expulsionis: ⁊ hoc nos nō videmus accidere: qꝛ manu quiescente ⁊ chorda arcus stante quieta: adhuc mouetur lapis vel sagitta. Ex hoc videṫ adhuc: ꝙ ad hoc ꝙ sit motus cōtinuus non opꝫ motorem mouere ꝯtinue: ⁊ sic superius habita doctrina tota est vana ⁊ nulla: vt videtur. Sed ad hoc dicendum est: ꝙ necesse est dicere ⁊ concedere: ꝙ primum mouēs nō ꝯtinue mouet: sed potius motu suo facit ⁊ agit virtutem ⁊ robur suum in hoc ꝙ possibile est suscipere vim ⁊ robur suum qḋ est aer aut aqua: aut aliquid talium: qḋ aptuȝ est de facili moueri ⁊ mouere: sicut nubes vel nebula: vel cetera corpora que sunt media inter aquam ⁊ aerem. Talia autem corpora sunt que tria maxime in seipsis habent: quoꝝ vnuȝ est: ꝙ nullius sunt figure determinate: qꝛ per hoc sūt omnis figure susceptibilia: ⁊ tūc necessario erūt humida: sicut aqua ⁊ aer. Scḋm est: ꝙ talia sunt quoꝝ vna parte mota non necesse sit aliam partem moueri: ⁊ hoc habent ista corpora inquantū sunt spiritualia: sic enim accidunt corpori qḋ proijcitur in ipsa: ⁊ tunc vna pars inundat supra aliam: ⁊ expellit vna aliam donec cessat violentia: sicut videre possumus in lapide proiecto in aqua qui circulum aque a se expulse facit: ⁊ ille alium maiorem: ⁊ sic circuli crescunt donec deficit violentia multitudine media. Et ꝙ quideȝ cedunt aer ⁊ aqua corpori in se proiecto hoc habent inquantuȝ corpus: qꝛ duo corpora non possunt esse simul in eodem loco. Qḋ autē pars inundat supra partem ⁊ non extendat eam cōtinue: hoc est inquantum est spirituale corpus aliquo modo: qꝛ si esset terminatum: pars extenderet partem vsqꝫ ad circūferentiam vltimam celi: ⁊ tunc tumultuaret celum ad iactum lapidis in aerem vel in aquam: ⁊ hoc est inconueniens: ⁊ ideo pars stat supra partem ⁊ cessat motus. Tertium autem est vicinitas talium corpoꝝ ad materiā: ex qua vicinitate omnes motus de facili recipiunt: ideo concedendum est: ꝙ taliter mota mouentur ab aliquo extrinseco sibi: sed tamen non simul pulsat scḋm ⁊ tertium mouens pausante primo mouente: sicut exemplum dedimus in circulis in aqua: qꝛ lapide proiecto stante: adhuc circulus vnus mouetur ad scḋm circuluȝ: ⁊ sic deinceps: vnde quod mouetur adhuc est mouens: cum quiescit primum mouens in omni tali motu: ⁊ ideo in talibus habitum qḋ est conueniens prius mouens mouetur ab ipso: ⁊ in hoc scḋo mouente est eadē ratio: qꝛ etiā illud mouet tertium mouens: ⁊ tertium mouens quartum: ⁊ sic procedit semper ꝙ̄diu durat motus expulsionis: cum in habito hec est ꝯsequenter moto fiat potentia ⁊ virtus minor ꝙ̄ in antecedenter motis ⁊ mouentibus: ita. s. ꝙ vltimum habitum non nisi moueatur: ⁊ non moueat: tunc aliquid vlterius id qḋ ferebatur expulsum pausat: qꝛ finis vltimus mouentium quiescit a mouendo: cum primum hoc est proximū mouens non agit amplius: sed ipsum mouetur tm̄: ⁊ nō mouet aliud: eo ꝙ iam cessauit impetus violentie primi mouētis. Per hoc autē: ꝙ illud pausat necesse est simpliciter pausare ⁊ mouens ⁊ totum motum expulsionis qui fuit per diuersa mouentia successione per aerem ⁊ aquam. Hic auteȝ motus sicut ⁊ prius diximus non fit nisi in illis corporibus que conuenit de facili aliquando moueri: ⁊ aliquando quiescere: ⁊ illa sunt humida propinqua materie aliquid spiritualitatis habentia: per hoc enim illa scḋm partē aliquā mouenṫ: ⁊ nō scḋm totū: ⁊ vna pars ipsoꝝ pōt mouere: ⁊ alia moueri ab ipsa: ⁊ de facili generātur in ipsa forme ⁊ violentie: ⁊ virtutes mouentiū: ⁊ talia sunt neqꝫ simpliciter leuia: neqꝫ simplr̄ grauia: ⁊ ideo de facili in oēm situm mouentia: ⁊ sic coadiuuant motum expulsionis: qui fit per ipsa ad quācūqꝫ differentiam situs fiat: ꝑpter qḋ etiam ista duo sola corpora sunt media sensuum illoꝝ qui sentiunt eminus remoti a suis sensibilibus. Et opꝫ scire: ꝙ quando impetus generatur in talibus: opꝫ ꝙ ad perfectam virtuteȝ impetus fiat generatio in pluri aere vel aqua ꝙ̄ sit ille quem percutit expellens: ⁊ hoc est videre in eo qui proijcit lapidem in aquaȝ: ita ꝙ iuxta centrum lapidis cadentis iaceant ligna parua vel media in quantitate: ⁊ remotius aliquantulum alia iaceāt: tunc enim circuli aque generati a lapide cadente fortius impellunt ligna que aliquantulum distant ꝙ̄ illa que sunt vicina multum centro. Queritur igitur impetus quantitatem mediam debitam: in qua sit summa virtus eius: ⁊ illa non est que primo percutitur: eo ꝙ illa est minus parua. Hinc est etiam ꝙ arcus: ⁊ baliste: ⁊ blide: ⁊ tribuchi: ⁊ cetera instrumenta fortius proijciunt ad debitam quantitatem vel distantiam: ꝙ̄ iuxta chordam que primo percutit: eo ꝙ iȝ aer primo percussus fortiorem habeat impetum in potentia: tamen ille educitur in actum: quando fuerit in debita materie quantitate: sicut ⁊ alia omnis virtus corporalis. Motus autem talis nequaꝙ̄ est continuus: sed sunt multi successiue: licȝ scḋm sensum continuus esse videatur. Aut enim eorum que sunt consequenter mouentium: ⁊ motoꝝ: aut eoꝝ

Ad conuenit aeri ⁊ aque ꝙ sibi inuicē cedūt ⁊ ꝙ pars iundat supra partem.

que se tangentia mouent ⁊ mouentur. In aqua enim qȝ est elementum spissius videmus: ꝙ circuli sunt consequenter generati: ⁊ non per se tangentes: sed in aere propter subtilitatem elementi sunt tangentia: non enim vnum est mouens sicut in continuo motu est vnum. Sed mouentia sunt habita: ⁊ consequentia: vnde in duobus elementis que sunt aer ⁊ aqua: sic tm̄ huiusmodi motus: quē quidā obijciūt ferentes instantiā ꝯtra motus ꝯtinuitatē: ⁊ ad hoc qȝ dicimus in ꝯtinuo motu motorē esse imediate ꝯiunctum mobili qȝ mouet ab ipso. Sūt aūt Platonici qui ista obijciūt: ⁊ etiā isti qui hūc motū vocauerūt successionē: ⁊ denoiauerant ab ea eū: eo ꝙ isti dixerūt: ꝙ nō est ibi mouēs: nisi primū mouens: hoc est primū percutiens ⁊ expellens: preterq̄ ꝙ virtus eius generatur in alijs mouentibus ꝯsequēter. ¶ Sed dicunt: ꝙ continuitas istius motus fit per materiam expulsi: quia dicunt ꝙ quelibet pars expellit aliam successiue q̄diu durat vis primi percutientis in percusso: hanc enim dicunt manere in percusso: ⁊ aerem non percutere: sed per expulsionem successiuam dare locū ei quod fertur primo impetu per ipsum. Hoc aūt modo non potest solui predicta questio: q2 sic primo motore penitus quiescente remanet motus in eo qȝ mouetur tm̄: ⁊ sic separatum id qȝ mouetur a motore mouebitur: ⁊ hoc est cuius ꝯtrarium est supra demonstratum in 2° tractatu. Opposita igitur non possunt solui nisi predicto modo: qui dictus est a nobis: opȝ enim sic dicere sicut dictum est: aut sm̄ Platonicos opȝ dici ꝙ successio expulsorum esset in causa: ⁊ tunc absq3 dubio sequitur: ꝙ oia mouent simul ⁊ mouentur: ⁊ simul omnia quiescunt: q2 primum expellens est simul cum expulso: ⁊ scdm cū tertio: ⁊ sic deinceps: ergo primū est cū vltimo: ⁊ si ꝯcedatur vis motiua non successiue generari in expellētibus: q2 tunc nulla vis est ibi mouens nisi primi percutientis: ⁊ cum illa quiescit tota expulsio cessat ⁊ quiescit. Sed hoc nō est verū etiam sm̄ sensum visus: q2 expelli videtur vnum aliquid: sicut sagitta vel lapis ꝙ mouetur ꝯtinue: quo ad hoc ꝙ non interrūpatur aliquid de tempore ⁊ mouetur a quolibet mouente scdo ⁊ tertio: ⁊ sic deinceps scilicet modo qui dictus est supra: nō tamen est ibi vera motus ꝯtinuitas: quam diuersitas mouentium impedit: q2 in vere ꝯtinuo motu est vnum ⁊ idem mouens. Qȝ aūt illud moueatur a quolibet mouentium dictorum: probatur ex hoc: ꝙ nos scimus ꝙ non mouet a seipso: ⁊ sm̄ dicta oportebit ꝙ moueatur ab alijs successiue sibi cōiunctis. Est aūt hic error Auerrois grauis: q2 dicit ex isto manifestum esse ꝙ stelle non mouent per medium: q2 sequeretur ꝙ motus eaꝝ non esset ꝯtinuus. Et intendit improbare mathematicoꝝ quorūdam opinionē dicentium ꝙ stelle non mouent motu circuloꝝ aliquoꝝ deferentiū eas: sed mouentur a se per medium corpus ethereū: ⁊ motu suo describunt in eo circulos non reales: sed intellectuales: ⁊ hec fuit opinio mathematicoꝝ egyptioꝝ. Et lȝ nos opinemur hanc opinionē non esse verā: tamē nō dicimus falsitatis eius esse causam quam dicit Auer. ꝙ. s. sm̄ opinionem illam motus earum non esset continuus ⁊ vnus. Si enim nos dicamus: ꝙ motus earum per medium ethereum est motus intellectus: sicut in precedentibus diximus ꝙ intellectus mouet corpora celestia: tunc non sequitur quod dicit Auer. quia intellectus vno modo se habet in mouendo: ⁊ mobile suum vno modo se habet in moueri absq3 eo ꝙ intellectus moueat aliquod corpus qȝ dicimus moueat stellas.

Error Auerrois.

¶ Cap. 5m. Qȝ motus primi motoris est infatigabilis ⁊ regularis motus.

Tex. c. 38.

Quoniā aūt sicut diximus a principio istius libri necesse est ꝙ in his que sunt sit motus aliquis continuus vnus: qui sit tanq̄ vita quedam omnibus existentibus. Cōtinuus autē ⁊ vnus oportebit mobile esse vnicū ⁊ indiuisum sm̄ actū: lȝ sit diuisibile sm̄ ꝙ est quantū: sicut etiā diximus: ꝙ necesse est esse vnū motorē: necesse est ꝙ iste motus sit alicuius mobilis: non renouari vel multiplicari sm̄ formas peregrinas in ipso: ⁊ necesse est: ꝙ hoc sit alicuius magnitudinis: q2 sicut nos ostēdimus in prehabitis ꝙ impartibile nō est mobile: ⁊ necesse est ꝙ sit vnus ab vno motore: q2 ab vno motore simplici non pōt esse nisi vnus motus. Si enim mouens nō esset vnū: aut etiā si mobile nō esset vnū: tūc motus nō esset ꝯtinuus: neq3 vnus: sed etiā diuisus ⁊ habitus sine successiuus: sicut ex prehabitis satis habet. Si autē dicit: ⁊ ꝯcedatur mouens esse vnū: tunc opȝ alterū duoꝝ dare ꝙ. s. aut mouet in eo qȝ mouet: aut imobile est in eo qȝ mouet. ¶ Si aūt detur ꝙ mouet in eo qȝ mouet: tūc cū illo oportebit sequi ꝙ ipsum mutant motu quo mouet. Mouens aūt qȝ ⁊ ipsum mutat per se vel per accidens non est motor primus. Omne enim qȝ mouet mouetur ab aliquo extrinseco vel intrinseco sibi: ⁊ illud mouēs aut mouet ab alio: aut a se ipso: ⁊ hāc resolutionē oportebit stare in primo mouēte imobili sicut sufficienter ꝯstat ex predictis. Hoc aūt qȝ sic est: immobile tam per se q̄ per accidēs nō est necesse simul mutari cū eo qȝ mutat: q2 nō est actus alicuius corporis: sed semp poterit mouere ⁊ mutare. Talē aūt motorē mouere est infatigabile: q2 ois fatigatio aut ꝓuenit ex motore: aut ex eo qȝ mouet: ⁊ ex motore quidē separato nō poterit ꝓuenire fatigatio: q2 per hoc ꝙ ipse nulla est virtus que situm habeat in mā subiecti: tūc ipse nō mouetur: ⁊ ois fatigatio est ex motu aliquo vincente super facultatē eius qȝ mouet. Mouēs igitur illud nō fatigat ex seipso: ex eo aūt ꝙ ipse mouet nō fatigat etiā: q2 corpus hoc ex se est ad motū ordinatū quo mouet a motore: sicut nos supra ostēdimus. Fatigatio aūt ꝓuenit ex inobedientia eius qȝ mouet ad motorē: ⁊ ideo ex neutra causa fatigationis fatigat ⁊ hoc in 2° de ce. ⁊ mū. ⁊ in 10° prime phie latius hȝ tractari. ¶ Ex hoc autē qȝ diximus ꝙ celū ordinat ad suscipiendum motum primi motoris sumit Auer. actionē: ⁊ reprehēdit Auic. dicentē ꝙ celū ⁊ oē corpus ⁊ omne creatū possibile est ⁊ nō necessariū: q2 necessariū non est nisi prima causa qȝ est ens primū. Dicit enim Auer. ꝙ celū est ens necessariū: lȝ necessitas eius in suscipiendo sit: ⁊ nō in agēdo. Et hec reprehensio nō est rōnalis: q2 necesse dicit dupl'r. Dicit. n. necesse qȝ suū esse non debet alij: ⁊ est sine oī dependentia ad aliud: ⁊ hoc mō nō est necesse nisi prima cā: que causam nullā habet: q2 omne qȝ hȝ causam vel causas sui esse esse suū dȝ alij: ⁊ hoc mō corpus ⁊ oē causatū est possibile esse. Alio iterū mō dicit necesse esse: qȝ non pōt nō esse: ⁊ cuius causa nunq̄ fuit sm̄ actū extra ipsum: causa inquam essentialis sicut forma vel mā: ⁊ hoc mō celum ⁊ cetera immortalia sunt necesse esse. Sed in hoc sensu nō loquit Auic. sicut pȝ inspicienti verba sua in prima phia. Ex predictis etiā pȝ: ꝙ solus iste motus qui est primi motoris vno mō se habētis: ⁊ qui est mobilis primi vno mō se habentis ⁊ regularis: aut maxime regularis ⁊ vniformis: mouēs enim suum nullā hȝ mutationē semp vno mō se habens: ⁊ oportebit ꝙ id qȝ mouet ab vno ⁊ iuxta ipsū ⁊ simile sibi sit in hoc ꝙ nullā habeat mutationē: quatenus vno mō ⁊ semp ⁊ simul se habēs sit motus. hec sic oia patēt sufficiēter ex pmissis.

2° celi. t. c. 70 ⁊ 71. t. c. 83.

Auer. 3 celi. co. 7?

Defensio Auicene.

¶ Cap. 6m. Ubi sit in spera primus motor.

Tex. c. 84.

Nunc aūt motorē qui nec corpus est nec aliqua virtus que sit act' alicuius corporis necesse est sm̄ aliquid esse in mobili: ⁊ cū totū nō diuidat nisi in duo principia motus: ⁊ hoc est in circūferētiā ⁊ centrū spere: necesse est ipsum esse in altero istoꝝ. Uidemus enim in motibus mēbroꝝ aialiū: ꝙ omne qȝ mouet in eis circa aliquid immobile mouetur: in quo situs est motor eius: ⁊ ideo virtus motiua membri que coniuncta est organo sita est in neruis motiuis ⁊ musculis. Musculus aūt mēbrū mouens semper est extra illud quod mouet: ⁊ membrū motū iungitur ei articulus circa quē mouetur qui in motis est motu mēbri: lȝ alio motu moueatur: sicut manus: que mouetur in articulo reste manus: vbi ꝯiūgitur ad assein bracchij que dicuntur arundines bracchij: ⁊ bracchiū cum mouetur motu ꝓprio voluitur in cubito qui non mouetur: ⁊ sic de alijs. Nisi enim sic esset: tunc ad motū vnius membri: quodlibet extenderet de loco suo: ⁊ hoc non ꝯuenit. Omnia autem membra motiua ad vnū vniuersalē motorem ordinant: que vis sita in posterioribus partibus cerebri: vel in vicario cerebri que est nucha per spondiles dorsi descendens: vel aliquid loco cerebri vel nuche in animalibus que nō habent cerebrū vel nuchā: ⁊ hec est vis immobilis ibi ꝯsistens: a qua fluit totus motus in totum corpus animalis. Et siquidem primus motor esset virtus ta-

lis vt haberet situ in corpore: et esset actus eius: absque dubio oporteret quod ipsum esset situ in centro super quod est motus: ipsum enim est imobile. Huiusmodi enim virtus est stare perpetuo: quia aliter extruderet motus totius mundi totus de loco ad locum: et hoc non conuenit. Sed quia ipse est virtus separata et substantia non infusa alicui materie: oportet ipsum esse vbi maior est effectus eius qui est motus: erit igitur in circumferentia: eo quod circumferentie influit motum qui in omnibus partibus circumferentie est equalis: et hoc maxime verum est de primo motore et primo mobili: quia illius est totius mundi motus primus qui velocissimus est: et quem participant omnia mobilia inferiora: et cum in spera sint multi circuli imaginati: sicut paralelli circuli quos describit Axis circuli signorum circa polos: et paralelli circuli quos describit sol motu suo diurno: quorum sunt duo solsticiales qui maxime distant: et vnus equinoctialis qui maximorum circulorum est vnus: constat quod motus velocissimus est orbis super circulum illum equinoctialem. Dicimus enim propter hoc: quod motus totius orbis diurnus est super circulum equinoctialem: et super polos eius: et videmus oculis nostris: quod stelle que sunt in hoc circulo velocioris sunt motus quam stelle iuxta polos site: tunc oportet quod vis motoris maxime sit in circulo qui equator diei et noctis appellatur: non ita quod sit ibi: vt in loco qui nullum habet locum proprie loquendo: sed quia est ibi effectus potius: cum tamen ipse sit secundum esse separatus: et non sit actus alicuius corporis quemadmodum diximus sepe. Hec autem est causa quod omnes gentes in hoc conueniunt quod deus est in celo: videntes ibi maiores effectus eius apparere.

Pro hoc vide de primo celi t.c.32.

¶ Cap. 7m. Quod primus motor neque corpus est: neque virtus in corpore: sed est indiuisibilis perpetuus.

Tex. c. 85.

Habet autem dubitationem vtrum aliquid eorum que mouentur conuenit moueri continue omnino: et hoc est querere vtrum primus motor sit corpus vel alia virtus situm habens in materia corporis. Videtur enim omne quod mouetur mouere sicut impellens iterum et iterum hoc quod sequitur ipsum continue sine temporis interruptione: quia aut oportet primum motorem impellere: ita quod non deficiat impulsio si habet motum a seipso: cuius mobili non deficit: aut oportet ipsum trahere si motum habet ad seipsum: aut oportet ipsum vtroque modo istorum modorum mouere: sicut si vertigine ducit: aut oportet esse aliquem alium motum sub alio factum per expulsionem in qua mouens deficit ei quod mouetur: sicut olim diximus in his que projiciuntur. Diximus enim in 7° quod licet isti motus sint violenti: tamen etiam motus naturales similes sunt illis. ¶ Si autem dicatur: quod aliquo istorum modorum mouet motor primus: tunc absque dubio ipsum erit corpus mouens et moueret secundum hoc situm in aere: aut in aqua: quia illa duo elementa sunt facile diuisibilia: sicut patet ex dictis: sed si sic moueret: tunc motus ille esset sicut motus qui fit iterato semper et succedente motore: sicut diximus quod multis motoribus perficiuntur motus eorum qui feruntur expulsione. Et similiter his habet motor naturalis qui est corpus eo quod ipse non in vna dispositione se habet ad mobile suum: eo quod non equaliter vincit ipsum in principio et fine: sicut patet ex prehabitis: et ideo licet motor naturalis vnus sit in substantia: tamen multus est in dispositionibus: et non vno modo mouet. Unde vtrobique tam in motu in quo non deficit mouens mouenti: quam in motu expulsionis in quo deficit mouens mouenti non possibile est motum vnum et eundem esse omnino: sed potius est habitus: et consequens ad minus ex parte mouentium: licet forte nihil intercipiat de tempore ex parte eius quod mouetur. Cum autem primus motus sit continuus omnino: sicut in prehabitis probatum est: non potest primus motor esse corpus vel aliqua virtus in corpore sita: sicut in materia: et quia ipse solus separatus est et vno modo se habens suus motus continuus est: eo quod ipse est immobilis per se et per accidens existens: et similiter se habet in se et in comparatione ad mobile: et ad id quod mouetur ab eo se habet vno modo. Secundi autem motores inferiorum orbium eo quod ipsi sunt separati per diffinitiones suas: etiam vno et continuo mouent motu. ¶ Determinatis autem his manifestum est: quod impossibile est quod primum mouens quod est immobile habeat magnitudinem aliquam: eo quod ipsum non est corpus: sicut iam probatum est. Si enim diceretur quod magnitudinem habet: necesse esset: quod finitum aut infinitum esset secundum virtutem et quantitatem. Probatum est autem: quod non conuenit magnitudinem aliquam esse infinitam secundum actum in 3° libro supra. Quod autem corpus finitum impossibile sit habere potentiam infinitam: et iterum quod a finito corpore possibile est moueri aliquid secundum tempus infinitum demonstratum est nunc in isto vltimo tractatu: et habitum est iam ante: quod primum mouens immobile mouet motu perpetuo secundum tempus infinitum secundum naturam. Manifestum est igitur: quod neque corpus est: neque virtus aliqua que sit actus corporis: ergo est indiuisibile in se et impartibile: et cum nec corpus sit vt per se diuidatur: nec virtus corporis vt diuidatur per accidens: et etiam est incorruptibile in se et inquantum mouet. Causa autem incorruptionis eius in se est: quia separatus est per diffinitionem: et causa incorruptibilitatis eius inquantum est mouens est: quia non est actus corporis: sicut ex prehabitis est manifestum: et ideo est simplex nullam habens magnitudinem penitus. Hec autem est conclusio vltima a nobis in hoc opere intenta. Et penitus ab omnibus hoc opus inspecturis vt diligenter examinet non conceptiones suas: sed dicta antiquorum peripatheticorum: et tunc vel reprehendant: vel diminuant secundum quod placuerit eis.

Tex. c. 86.

¶ Explicit commentum doctoris excellentissimi Alberti magni ordinis Predicatorum in libros Phisicorum.

Venetijs impensa heredum quondam Domini Octauiani Scoti Modoetiensis: ac sociorum.
19. Februarij.
1517

Registrum.

a b c d e f g h i k l m n o p.

a Duernus. o p Terni: et alij quaterni.

¶ Incipit liber primus de Celo ⁊ Mūdo Alberti Magni philosophi clarissimi.

¶ Tractatus primus q̄ mūdus est pfectus.

¶ Capl'm pmū. Qđ libri subiectum: qđ nomen: ⁊ que ipsius diuisio: ⁊ quis ordo.

Libri intentio.

E celo autē et mūdo in hoc libro nostrarū naturaꝝ loqui cupiētes. Primo visū est nobis tangere quecūq; prelibanda sunt ad noticiā istius libri faciliorem habēdam: sicut est de subiecto ⁊ nomīe: ⁊ diuisione ipsius ⁊ ordine. Diximus autē in his que pbabita sunt in libro phicoꝝ: q̄ mobile ad vbi est subiectū huius libri qui de celo ⁊ mūdo noīatur. Ex quo de mobili ad vbi siue ad locū qđ simplicius est inter mobilia ⁊ sensibilia contracta ad materiā per totū istum librū intendimus.

Mobile ad vbi est sbz libri huius.

Dubiū ꝯ cōclusionē pᵃᵐ

¶ Potest quis forte dubitare: qa mobile ad vbi est corpus motū circulariter: ⁊ corpus motū motu recto. Corpus autem qđ mouetur motu circulari est incorruptibile: ⁊ corpus qđ mouet motu recto est corruptibile: ⁊ corpus corruptibile ⁊ incorruptibile non sunt vnius generis: neq; vnius potentie: neq; vnius diffōnis: vt tradit Aristo. in .9. phie pme. Quecunq; autē nō sunt vnius generis: neq; potētie: neq; diffōnis illoꝝ non est sciētia vna: cum sciētie diuidātur fm genera de quibus sunt: ⁊ sic de mobili circulari: ⁊ mobili motu recto: alicui fortasse videbitur nō eē scientia vna libri vnius. Adhuc autē qa sicut nos in pcedenti libro docuimus motus qui est corporis hūris rectum motū quādo simplex est: a generāte quodam alio corpore est. Motus autem circularis est eius qđ mouet ab imobili primo. ¶ Amplius qa circularis motus perpetuus est ⁊ qlibet motus rectus corruptibilis est et cessans: necessario ergo videbit istis rōnibus non eē vnius sciencie tractare de istis mobilibus.

Solō ad obiecta.

¶ Sed ad hoc videtur posse dici q̄ in veritate vna sciētia in cōmuni est de simplicibus corporibus que mouent motu locali fm q̄ sunt mobilia motu locali. Motus enim ille est entis perfecti: ⁊ nihil trāsmutat in subiecto qđ insit ei substātialiter vel accidētaliter absolute: sed totū subiectū mouet de loco vno ad locū aliū: ⁊ ideo lz aliqđ mobiliū motu locali sit corruptibile: tñ hoc nō hz a motu locali: sic autē nō est de alteratiōe augmētatione: ⁊ diuisiōe qui motus sunt aliqd variantes in subiecto ⁊ corruptionē inducētes: ⁊ ideo mobile de quo agit hic: si in cōmuni accipiat abstrahit a mobili corruptibili ⁊ a mobili incorruptibili: sic aūt in cōmuni hz vnū genus ⁊ vnā potentiā ⁊ vnā diffōnem: que tñ logicalis nō est: sed tñ realis ⁊ nālis a cōmuni nā sumpta. Si aūt ista accipiant fm esse pprium. s. quo corruptibile diuisum est ab incorruptibili: tunc fm hoc eē nō sunt: neq; vnius generis: neq; vnius potētie: neq; vnius diffōnis.

Sz cogita q̄mō illa diffōcōis ab vna nā cōi sūpta ē cuz nulla nā cōis eē videatur respectu corruptibiliū ⁊ eternoꝝ sic vt colligi possit ex cōmēto 59. pmi metaphysice.

Qđ autē dicit q̄ sunt a diuersis motoribus fm nām: nō impedit quo minus sit vna scia de ipsis: qa nō attendunt hic put a diuersis mouent: sed potius put sunt vnius potētie in cōmuni ⁊ vnius actus qui est mot' localis: hoc eni modo cōsideratū corpus phycum pprīa hz pncipia ⁊ pprias passiōes que considerata faciūt sciam vnā de ipsis. Et qđ dicit q̄ circularis est perpetuus ⁊ motus rectus corruptibilis nō officit: qa non considerant hic differētie ipsoꝝ motuum: sed potius actū est de illis in phycis: sz consideratur in eis natura simplicis cōtinui corporis in cōmuni relata ad motū localē quantū ad libri totalitatē in cōmuni: in partib' autē specialibus tangunt differētie speciales.

Ordo libri.

¶ Ordo istius libri est: qa est ante alios libros nāles pter librum phycoꝝ: eo q̄ suum subiectū qđ est simplex corpus mobile ad locum prius est natura q̄ subiecta aliorum librorum cōsequentium. In cōsequentibus eni libris subijcitur corpus mobile ad formā: ⁊ bene scimus q̄ quicqd est mobile ad formā: etiam est mobile ad locū sed non conuertitur: ⁊ ideo qa nō cōuertitur cōsequētia a mobili ad locū: ad mobile ad formā: prius in nā est mobile ad locū q̄ mobile ad formā.

Nomē libri.

¶ Ex dictis autē illucescit istius libri nomen qđ est de celo ⁊ mūdo. Vniuersū eni celi cōtinentis ⁊ mundi sensibilis contēti cōsistit sicut ex primis pz in nā corporib' mobilibus fm locū: ⁊ qa in cōmuni agit de his in isto libro: ideo bene vocaf de celo ⁊ mūdo: nec vocari pōt de celo solū: quoniā illud nō est mobile nisi circulariter. Nec pōt vocari de mūdo sensibili: qa mouētur corpora mundi sensibilis fz motum rectū tñ: sed perfectio nois eius est q̄ de celo ⁊ mūdo simul appelletur. Et qa nos hic intēdimus de huiusmodi corporibus que sunt in cōmuni mobilia fm locū: ⁊ nō est aliqua forma substātialis vel accidētalis que faciat mobile in cōmuni fm locū: ideo opz nos hic dicere subm esse corp' fm q̄ consistit ex magnitudinibus suis. Qđ autē dictū verum sit: pz ex hoc q̄ siue accipiatur forma celi vt celū est: siue forma elementi: vt elemētū est: ipsa disponit ad hunc motum localē vel illū: ⁊ nō ad motū localē in genere. Celū eni mouet circulariter ⁊ elementum recte. Sed corpus in eo q̄ corpus phycum est in genere mobile motu locali per hoc q̄ est diuisibile: sicut docuimus in sexto phycoꝝ: hac igit de causa in scientia ista habemus dicere q̄ cognitio nature que est in principijs nature ⁊ sciētia que est in cōclusionib' naturaꝝ: in cōmuni ⁊ in summa maxime consistit in scientia subiectorum ⁊ passionū ⁊ viarum in subiectū.

6. ph. t. c. 32.

Et accidētia siue passiones que sunt accidentia ppria: in cognitiōe pprioꝝ principioꝝ: per que talia accidentia de talibus subiectis poterūt denumerari. Et etiā in his que sunt similia his ⁊ sunt sicut partes subiectoꝝ ⁊ cōtenta sub ipsis ⁊ passiones partium.

Tex. cō. pmi.

¶ Dicimus autē q̄ subiectū est corpus: ⁊ alie dimensiōes que dicuntur magnitudines que sunt linea ⁊ superficies. Passiones autē vocamus accidētia propria que imprimūtur talibus subiectis a suis proprijs pncipijs actiuis. Et vias in substātiam eorum ⁊ accidētia vocamus motus quibus mouētur: eo q̄ omnia naturalia vel in motu sūt vel ad motum referūtur. Que autem talibus naturis sūt similia: sunt sicut partes eoꝝ subiectorum: vt stelle ⁊ composita ex elemētis que etiam habēt suas partiales passiōes ⁊ pncipia specialia: qbus talia accidētia suis pbantur inesse subiectis. Sciētia autē perfecte notificans ⁊ significās nobis talia completa erit quantū ad subiectum hoc loco intētū. Cuius pbatio est: qa naturales res non sunt plures quo ad numerum subiectoꝝ in cōmuni nisi q̄ earum quedā sunt corpora ⁊ magnitudines: ⁊ alique sunt ex primis corporib' simplicibus que dicunt habere corpora ⁊ magnitudines ⁊ principia istoꝝ: siue illa sint cause: siue passiones: quibus ex maxima parte cognoscitur qđ quid est.

Qualiter diuisi mode nālis ⁊ mathematic' de magnitudib' ꝯsiderāt.

¶ Non lateat autē nos quia differenter phycus ⁊ mathematicus inquirūt de corpore ⁊ magnitudinibus. Phicus eni de his cōsiderat put sunt vltima materia physice: ⁊ dimēsiōes eius. Mathematicus autem inquirit de his prout sunt separata per diffinitionem a materia physica ⁊ sensibili: ⁊ ideo mathematicus considerat indiuisibile a quo fluunt huiusmodi magnitudines ⁊ illud est punctus: de quo nos nō oportet hic facere mētionem: cum sciamus a prima philosophia: q̄ ista fm eē nō fluunt a puncto: sed potius a materia. Hec igitur sint dicta vobis de prohemio.

Sed cōz mathematicoꝝ ymaginatiōem magnitudines fluunt a pūcto sz fm pᵐ phiā fluūt fm eē a materia.

¶ Cap. 2ᵐ. De perfectione corporis fm rōnem dimēsionū.

Um autem intendimus probare mūdum esse perfectissimum absolute ita q̄ non sit amplioris perfectionis susceptibilis fm naturā: ⁊ mūdus cōstet ex naturalibus corporibus: oportet nos ostendere corpus esse perfectissimū in genere eorum que habēt dimensiones quantitatiū: qđ ratione facere non valemus: nisi de continuo: ⁊ eius partibus mētionem aliquam faciamus. Incipiētes igitur a rōne continui: quā in sexto phycoꝝ pbauimus: dicimus q̄ continuū est qđ diuidit in semper recipiētia diuisionē: hui' autem causa est: qm diuisio cōtinui formā continui non tollit a diuisis. Nō eni diuidit aliqd nisi in partes cōstituētes ipm: cum igit nulla pars cōtinui sit indiuisibilis sicut pūct'

non diuiditur aliqd cõtinuum ad pũcta: sed ad partes cõtinuas: qa continuũ quantum cõstituit: nõ nisi ex partib⁹ cõtinuis ⁊ quantis: partes autẽ ↄtinue semper sunt quãte ⁊ diuisibiles: ergo ↄtinuũ in semper diuisibilia diuidit: hui⁹ autẽ continui in genere accepti sunt spẽs corpus: superficies linea: tẽps enĩ motus ⁊ locus: ⁊ si cõtinua sint tñ hec ad consideratiõẽ nostraȝ nõ pertinẽt: sed inter has spẽs cõtinui corpus est diuisibile magis ceteris: qa diuidit fm oẽs dimensiones ⁊ sic hȝ dimẽsiones: ⁊ ideo cũ nõ sit receptibile alicui⁹ dimensionis: amplius ipm est perfectũ in genere quantitatem habẽtium: magnitudinis autẽ spẽs que habẽt vnaȝ tñ trium dimẽsionum est linea que vnica tñ dimensio: ⁊ pma non põt imaginari in cõtinuo nisi inter duo pũcta: que principia sunt dimẽsionum. In ↄtinuo autẽ a quolibet pũcto ad quẽlibet punctum erit ducere lineam rectã.

Linearũ alie simplices ⁊ alie sũt cõposite.

Et linee quidem sunt simplices ⁊ cõposite: simplices qdeȝ sunt sicut recte ⁊ circulares: sed recta est simplex: ⁊ fm formam ⁊ ẽentiam: qa ex vtraqȝ parte nõ habet nisi formã recti: circularis aũt nõ simpliciter simplex est: qa in vna parte habet formam cõcaui: ⁊ in altera conuexi. Essentialiter tamẽ est simplex. Est autem composita que est pluriũ formarũ ⁊ plurium ẽentiarum: sicut illa que vocat curua quocunqȝ mõ dicat curua: ⁊ de hoc diximus in phisicis. Spẽs v̾o magnitudinis que duas habet dimensiones est superficies: eo ꝙ sit superior facies quãtorum corporũ ⁊ huiusmodi causa est: qa sicut a pũcto ad pũctum in cõtinuo nõ contingit nisi lineaȝ ducere. Ita de linea in lineam in cõtinuo nõ contingit nisi superficiẽ expãdere: ⁊ ideo necessario habet duas dimẽsiones: vnaȝ qdem sui pncipij a quo fluit: ⁊ hec est linea. Alteram hȝ ppriã inquãtum est quãtitas producta: sic autẽ non sit in linea qm illius principiũ cũ sit pũctus: non potuit habere a pncipio illo aliã ↄtitatem diuisibilem. Spẽs autẽ magnitudinis que tres hȝ dimensiones est corpus tripliciter diuisibile: ⁊ illius causa est: qa non conuenit inter superficies duas ẽẽ nisi corpus in cõtinuo. In plano enim cõtinui non cõuenit accipi aliq̃s duas superficies: ita ꝙ tertia sit bis cõtinua per oia: qa tres superficies erunt superficies vna numero: vnũ numero ⁊ idem nõ producit a seipso fm nũm: qa fm hoc esset idem pducens ⁊ productum ⁊ in potentia ⁊ in actu simul ⁊ semel. Ergo imaginari opȝ duas superficies distare in cõtinuo fm pfunduȝ: ⁊ tunc necessario a superficie producet corpus: qd vnaȝ habet linee dimensionem: que est principium superficiei: ⁊ alteram dimensionẽ habet sui principij: qd est superficies: tertiam habet ppriam inquãtum est quantitas pducta.

Nota mathematicã cãm q̃re nõ dãt q̃rta mẽsura.

Et preter istas non est aliqua magnitudo differens fm species ab illis: quoniam ⁊ locus quedaȝ est superficies. Causa autem huius mathematica quidem est: quoniam intelligi non potest ꝙ amplius ꝗ̃ tres diametri secent se fm rectos angulos: quoniaȝ cum nos pertrahimus inter quelibet duo pũcta lineam facimus quãtitatem primam: ⁊ cum omnis superficies sit linea: vel lineis contẽta protrahimus aliam lineaȝ orthogonaliter a puncto illius: ⁊ quocunqȝ modo concludimus eam ad aliam inuenimus superficiem: volẽtes autẽ pducere aliam speciem quãtitatis a puncto orthogonij: hoc est ab angulo recto: intelligimus alteram stare superficiem: ⁊ orthogonaliter descendere in pfundum: ⁊ quocũqȝ modo illam concludimus iterum cũ alijs inuenimus corp⁹. Nec possumus dicere ꝙ lȝ fm rectos angulos se nõ secẽt nisi tres diametri: tamen fm angulos acutos vel obtusos secare se possunt multo plures. Quia lȝ hoc verum fuerit hic non facit aliam spẽm ↄtitatis: cuius cause sunt tres: quarum vna ẽ: qa rectus est primus angulus: per quẽ alij diffiniunt: qa hebes est qui maior est recto: ⁊ acutus est qui est recto minor: ⁊ ideo alij anguli nõ faciunt aliqd qd specie differat fm rõnẽ continui: cũ ipsa a recto deficiat: vel abundent in dimẽsionibus eiusdem que a recto sunt cõstitute. Alia causa est: qa in infinitum multiplicabilis est hebes: ⁊ in infinitũ multiplicabilis est acutus: sed rectus vno mõ: ⁊ ideo ois rectus angulus equalis est omni angulo recto: ⁊ qa omnis scientia ⁊ natura refugit infinitum: ideo non possunt constitui plures species continui fm diuersitatem acuti vel hebetis anguli. Tertia autem causa est: quia si nos ↄtinua pducimus ex discretis: sicut etiaȝ docetur in secũdo arithmetice: eo ꝙ numeri quodãmõ omnium sunt principia: tunc nõ possumus variare fm genera numeros nisi linealiter superficialiter ⁊ corporaliter: omnis enim numerus aut in seipso accipitur pꝫ ut vnitatibus suis perficitur: sicut si dicamus trinariuȝ per vnum: vnum vnum aut accipit numerus dictus in se vel in alium semel sicut si dicatur bis tria vel ter tria: ⁊ necesse est ꝙ ex illo ductu diuersus a priori numero constituatur: eo ꝙ sicut superius diximus productum ab alio vt a pncipio suo semper est diuersum in forma ab ipso: si autẽ nos ducamus numerum semel in se vel in alium: ⁊ postea ducamus eũ iterum in hoc totum: sicut si dicamus ter tria ter: vel ter tria .s. alio quocunqȝ modo necessarium est ꝙ iterum product⁹ numerus differat in forma ab eo a quo ducitur: cũ enim linearis per additionem vnitatis multiplicetur in longum: constituit lineam quasi ex partibus collectam. Sed cũ ductus in se numerus non possit crescere in longuȝ sicut simpliciter vnitatum aggregatio ipse crescit in latum: ⁊ tunc erit superficialis ⁊ est terminus illius linearis qui est vnitatuȝ aggregatio sicut cum dicitur bis duo vel bis tria. Cum autem hoc totum iterũ in se vel alium ducatur numeruȝ: oportet ꝙ terminetur illud pductuȝ a duobus superficialibus numeris: sicut quãdo dicitur ter tria ter: vel bis duo solũ: vel ter tria quater: nec potest inueniri productio que alios fm speciem terminos habeat. Et ideo necesse est ꝙ nõ sint nisi tres species continue quantitatis. Ratio autem huius phisica est: quia situs differentie fm veritatem sunt in mundo: ⁊ in corporibus animatorum sensibilium: sicut supra ⁊ infra dextrũ ⁊ sinistrũ: ⁊ ante ⁊ retro: sed inter sex opposita oportet ꝙ sint tres vie continue: ergo non erunt continue vie maxime distantium nisi longitudo latitudo ⁊ profundũ: quia inter sursuȝ ⁊ deorsum est longitudo: inter dextrum ⁊ sinistrum est latitudo: ⁊ inter ante ⁊ retro est profundum: ⁊ iste sunt dimensiones corporum: ergo preter istas nõ est aliqua magnitudo alia: quoniam omnia recta apud naturam corpora fm dimensiones suas non sunt nisi tria: eo ꝙ diuiduntur fm tres dimensiones: hoc autem confirmatur per leges Pithagore: in quibus dicitur ꝙ totum ⁊ ratum apud naturam ⁊ cõpletuȝ terminatur tribus dimensionibus: que sunt finis medium ⁊ principium.

Pithagore sñia d̾ nũero ternario.

Principium enim dimensionum qd est in genere dimensionum est longitudo: sed principium extra genus dimensionum est punctus: sed de hoc principio non est tractare ad presens: quia corporum quantitas producitur non ex punctis: medium autem qd est ⁊ producens ⁊ pductum: est superficies: sed finis est corpus qd est productũ tñ: ⁊ in quo perficitur omnis dimensio: ⁊ iste quidem numerus est omnis rei que rata est apud naturam: ⁊ significat trinitatem rerum naturalium. Nos v̾o non extraximus hunc numerum nisi ex natura rerum: ⁊ retinuimus ipsum pro lege: eo ꝙ reb⁹ naturalibus similis est: ⁊ ideo in lege Pithagore in qua docuit colere deuȝ: adhibuimus nosipsos magnificare sacrificijs ⁊ cultu deum vnum fm istum numerũ: quoniam magnificamus deum creatorem: qui eminet proprietatibus omnium creaturarum tribus vicibus ⁊ tribus sacrificijs colendo eum per diem: eo ꝙ eius actus manifestatur in naturalibus que perficit tribus dimensionib⁹ modo quo diximus: ⁊ etiam tribus perficit cognitionẽ que est de ipso sensu ⁊ ratione ⁊ intelligentia: sicut dicit Trimegistus Mercurius in libro de natura deorum sensu quidem: quo manu ducimur: ratione qua indagamus: veruȝ ex his que nos manu ducunt: intellectu quo mente cõspicimus inuentum: propter qd in tribus honoramus euȝ adoratione: ⁊ sacrificio thuris: ⁊ hymnis: ⁊ tribus vicibus fm tria puncta hemisperij: hoc est mane vespere ⁊ meridie: ⁊ ideo leguȝ aliqua precipit adorare ad orientem: ⁊ hec prima fuit Pithagore ⁊ consonat legi christiane: quantum ad hoc.

Nõ qdo cultus dei ternario nũõ conficitur.

Et aliqua precepit adorare ad meridiem: vt Trimegisti prima ⁊ huic ↄsonat lex Machometi. Et aliqua ad occidentem ⁊ hec fuit lex Moysi: ⁊ iudeorum.

Nõ q̃re alie leges adorãt deũ ad orientẽ aliq ad meridiẽs ⁊ aliq ad occidẽteȝ.

Causa autem huius est: quoniam motus diurnus est ab oriente: planete autem qui fm traditioneȝ Ptolomei quasi anime sunt signorũ celi: voluũtur ab occidente: sed vniuscuiusqȝ tamen fm circulum obliquũ reuertitur a meridie. Ratio adorationis est reuerẽtia. Et ratio thuris est distributio suauissime cognitiõis diuine in virtutibus discretiuis tam celestium ꝗ̃ hominuȝ terrestrium. Ratio autem hymnorum suaue sonantium est concen-

tus celi vt dixit Pithagoras: ⁊ hoc etiã dixit Hermes tri megistus: qui fuit ante Pithagoram. Scdm autem Peripatheticorum traditionem significat armoniam separatarum substantiarũ in laude intellectuali: ⁊ iocunditate: hec autem non ob aliud dicta sunt: nisi ꝙ he tres dimensiones manifestantur: ⁊ perficiuntur in celo relato ad terrã fm ordinationem prime cause: diuiditur enim spera in circũferẽtiam ⁊ centrum: ⁊ relatio circũferentie ad centrum facit longitudinẽ ascendẽdo ⁊ descẽdendo. diuiditur etiã circũferẽtia fm duplicẽ eius motũ in duo: hoc est in dextrum ⁊ sinistrũ: ⁊ hoc causat latitudinẽ: ⁊ in ante ⁊ retro: ante enim celi (vt dicũt astronomi) est fm ordinẽ signoꝝ ab occidente in orientẽ in circulo obliquo: retro eiusdẽ est conuersus respectu in eodẽ circulo ab oriente in occidẽtẽ fm obliquũ circulum. Nos igitur numeramus hũc numerũ tripliciter: loquimur enĩ de ipso fm ꝙ est formalis: ⁊ fm ꝙ est mãlis: ⁊ fm ꝙ est perfectus ipsius rei perfectiõe. Cũ enĩ loquimur formaliter: dicimus ꝙ nũerus qui est duo hoc est binarius est absolute duo sine determinatiõe: qa ipse est ipsa dualitas siue binarius. Cũ autẽ loqmur de ipso prout est mãlis tunc nõ dicimus ꝙ absolute est numerus: sed cũ determinatiõe materie numerate dicimus ꝙ duo viri sunt duo viri: duo equi sunt duo equi: ⁊ nõ simplr sunt duo: qa non sunt dualitas: siue binarius: sed neq̃ oẽm formalẽ: neq̃ oẽm materialẽ dicimus omnẽ vel totũ nisi a materia rei habeat perfectiõẽ: ⁊ qa res tribus perficit: ⁊ substãtia spiritualis tribus perficit: ponimus omne ⁊ totũ super tres in p̃mis: ⁊ ideo opꝫ ꝙ omne qd distribuit ꝓ subiectis partibus tria habeat appellata: vel plura: ⁊ totũ qd distribuit pro integrãtibus: ꝫ tria habeat integrãtia ad minus: hoc autẽ inuenimus sic in legibus vocis articulate ⁊ litterate hoc est in grãmaticis imponẽtibus ei noia ideo ꝙ natura apta nata est taliter in tribus perficere sua opera: sicut nuper diximus: ⁊ nos imponẽdo nomina imitamur eius operationẽ ⁊ ideo (vt inqt Trimegistus) perficitur mũdus in tribus: hoc est imarmene ⁊ necessitate ⁊ ordine: ita ꝙ imarmenes iacit semen qd necessitas explicat ⁊ dispensat ordinate. Imarmenes enim est causarũ implexio: necessitas aũt est executio earũdẽ per motũ ad esse: ⁊ ordo est distributio cuiuslibet ꝓducti ad locũ suũ ⁊ officiũ. Casus autẽ nõ est aliquid de mũdo: sed est qd dã permixtũ ordini ⁊ necessitati. Sic ergo perfectio cuiuslibet est in trinario: ergo trinarius numerus est qui indicat rem perfectã in esse. Dixit autẽ insuper Pithagoras: ꝙ etiã totũ ⁊ vniuersũ: siue omne deitatis perficit trinario eo ꝙ est deitas deoꝝ supercelestiũ incorporalium: ⁊ deitas deoꝝ celestiũ corporaliũ: ⁊ deitas deoꝝ terrestriũ quoꝝ mortale exuitur: ⁊ imortale in celesti sede collocatur: ⁊ de his oibus nos domino cõcedente tractabimus quando disputabimus de deoꝝ natura ⁊ deitatis distinctiõe. Sed vnum obseruandũ est qd Pithagoras in lege de deoꝝ cultu nõ precepit offerri sacrificiũ aialium: eo ꝙ nefas putauit occidere animalia: ⁊ qa non opꝫ aliquid talium offerri deo: qa nullo caret eoꝝ que condita sunt ab eo. Sic igit: qa omne ⁊ totũ completum tã substantie corporalis q̃ etiã ipsius spiritualis: q̃ ipsius vniuersi: ⁊ ipsoꝝ deoꝝ ↄsistit in tribus: nos opꝫ distinguere in quo differant illa. s. omne totum ⁊ cõpletum: quãdo de rebus naturalib⁹ dicunt. Dicamus igit ꝙ ista non differunt in forma: eo ꝙ omnia noiant formam vnam: sed ipsoꝝ diuersitas est in materia ⁊ in accidẽte ⁊ hoc est dicere ꝙ per esse qd habet forma illa ex diuersa cõparatione ad materiã differũt ista. Si enĩ accipiat forma illa ꝓut ipsa potẽtia est in multis: ⁊ de multis nõ diuisa ab ipsis tũc diceretur omne: ⁊ comparatur ad partes subiectas: que discrete sunt abinuicẽ: si vo accipiat ipsa eadẽ forma fm comparationẽ ad partes integrales quas vnit: tunc ipsa dicitur totum: qa continuatio partiũ integraliũ hoc modo colligit et vnit in ipsa: ⁊ ideo diximus in quinto phisicoꝝ: ꝙ finis continuitatis in physicis est vnio que fit per formã nãlem: si autẽ eadem forma cõparetur absolute ad materiã: que subijcit generationi: tunc ipsa est cõplemẽtum: qa sic completũ esse dat ei ꝙ erat in potẽtia ante ipsã. Si autẽ adhuc eadẽ forma accipiat: ꝓut ipsa dat nomen ⁊ rõnẽ ei cuius est forma tũc ipsa dicit res huius speciei vel illius: sicut homo vel asinus: ⁊ sic substat id ei qd vocamus suppositũ: qd demõstratur cũ dicitur hic est homo: ⁊ hic est asinus: ⁊ ille est leo. Cum ergo ista sint fm qd dictum: tunc ex oibus dictis manifestum est ꝙ solum corpus inter cõtinua est completum: ⁊ omni alia magnitudine cõpletius: ⁊ hoc est ideo: quia solũ corpora terminant tres dimensiões: ⁊ reliquarũ specierũ continui est aliqua que habeat duas dimensiones: ⁊ aliqua est que habet vnã tñ. Et inquantũ recipiant nomẽ dimẽsionis in tãtũ ⁊ participant nomen cõtinuitatis ⁊ diuisibilitatis siue separatiõis: eo ꝙ numerus quiddã cõtinuum est: qa numerũ cognoscimus diuisiõe continui sicut in physicis dictũ est. Cui enĩ conuenit tñ vna dimensio: vocatur continuum a copulatiõe suarũ partium ad pũctum ⁊ cui cõueniunt due dimẽsiones: lꝫ sit cõtinuum: tamen vocatur separatum: eo ꝙ iã per duas formas cõtinui numerat: qa vna est longitudinis in ipsa forma ⁊ altera latitudinis: sed corpori cõueniunt vtraq̃ noia simul: quia corpus mathematicũ ꝓducitur ꝓductiõe a superficie ⁊ linea directa in ꝓfundum: ⁊ ideo habet in se formam linee: que est cõtinuitas: ⁊ formã supficiei: que est separatio per duas formas: ⁊ quo ad hanc iterum cõnem corpus est perfectius alijs duabus dimẽsiõibus. Amplius ꝙ omnis magnitudo habẽs in se formam separatiõis: habet etiã in se formã cõtinuitatis: qa omne diuisibile est cõtinuum ꝓculdubio: vtrũ autẽ omne cõtinuum tã mathematicũ q̃ physicũ sit diuisibile nõ est sufficiẽter notum ex his que hic dicta sunt: ⁊ in quinto physicoꝝ: sed erit manifestum in p̃mo libro perigeneseos: ⁊ in prima phia vbi ostendet ꝙ nulla sint corpora indiuisibilia. Qd autem iã notum ⁊ manifestum est ex his que dicta sunt hic: hoc est ꝙ nõ est possibile vt corpus permutari intelligat ad aliquod aliud quartũ genus aliarũ dimẽsionum: sicut diximus lineã permutari ad superficiẽ per hoc ꝙ ducit in seipsam: ⁊ permutari superficiem ad corpus per hoc ꝙ ducit in seipsã: si enĩ esset via ad hoc ꝙ corpus permutaret in aliã quartam dimensionẽ: tũc non esset magnitudo cõpleta: cũ essent diminuta ad vltimã dimẽsionem que cõpleta esset respectu oiũ aliarum: in solo enĩ eo qd diminutum est ab vltimo complemẽto: possibilis est permutatio. Cũ ergo hoc sit vt dictũ est: tunc impossibile est ꝙ illud cõpletũ qd separatur ⁊ diuidit in omnes dimensiones sit diminutũ: hoc autẽ est corpus: ergo nõ possibile est vt corpus sit diminutum: sed hoc dctũ est de corpore in se in vniuersali considerato. Si autem nos cõsideramus corpora mũdi: nos inuenimus aliqd qd est continens ⁊ nõ contentũ ab aliquo: cui nihil addi potest nec intus nec extra: quẽadmodum est celum primũ: ⁊ mũdus ipse ⁊ inuenimus aliqd continens ⁊ contẽtũ: quẽadmodũ sunt spere inferiores ⁊ tres spere elemẽtorũ. Et inuenimus aliqd contẽtum ⁊ non cõtinens: quẽadmodum est spera terre: ⁊ ideo dicimus ꝙ corpoꝝ simpliciũ que sunt reliqua sub corpore in vniuersali accepto: vnũquodq̃ cõpletum est fm modum sue dispositiõis sicut iã diximus de termino sui complementi qui terminus est cui nihil addi potest: nec intra nec extra: diximus enim ꝙ qdlibet corpoꝝ habet tres dimẽsiones: ⁊ sic intra se est cõpletum: veruntamẽ cõtentis corporib⁹ est terminus extra qa cõtenta corpora tangit aliquid extra se: ⁊ illud cõtinendo mensurat ipsa: qa concauum cõtinẽtis tãtũ est quãtum cõuexum corporis contenti: ⁊ illud cõtentuꝫ est in multitudine: qa cõtenta sunt sicut materie cõtinẽtiũ: ⁊ partes quedam iũcte in continẽtibus: ⁊ ideo videmus ꝙ qdlibet corpus qd est in multitudine cõsistens est imperfectum: qa si esset perfectũ saluaretur in vno. Et hec multitudo est duplex. Aliquãdo est vnum in substãtia: ⁊ incorruptibile: multa tamẽ in formis partiũ ⁊ in motibus: sicut in multitudine sunt celi inferiores: sicut nos ostẽdemus in secũdo huius sciẽtie: ⁊ hoc cõtingit ꝓpter imperfectionẽ potentie mouentis ⁊ mobilis que nõ potest assequi finẽ sui mot⁹ nisi per multa: ⁊ per multos modos. Motus aliquãdo consistit in multiplicatione indiuiduoꝝ: que ideo multa sunt: qa eẽ diuinum in periculo salutis esset in paucis eo ꝙ generãtur ⁊ corrũpuntur: sed totũ cuius omnia ista corpora sunt partes: qd est celũ primum vel ipse mũdus est omnibus modis his completum: ⁊ nulla parte diminutum: ⁊ ideo illud ꝓprie habet nomen totius ⁊ omnis: ⁊ est ei essentiale nomen istud et conueniens per prius: ⁊ perpetue conuenit ei eo ꝙ conuenit fm essentiam. Illud enim est totum ratione absolute: ⁊ non

Nũerus formal ⁊ nũer⁹ mãlis.

Mũdus in cõsistitie Trimegisti trib⁹ perficitur.

Tex. cõ. 3.

Nõ qdo oẽ totũ ⁊ cõpletum differũt vt de rebus nãlib⁹ dicũt.

Tex. cõ. 4.

totum ad quedam: ⁊ ad quedaʒ non totum: sicut sunt corpo-
ra particularia que sunt continentia ⁊ contenta. In sequen-
tibus autem declarabimus que sit natura totius: ⁊ utrum sit
finitum aut infinitum sm aliquaʒ eius dimensionem. Ab illo
enim depēdet perfectio istius capituli: q2 si sit infinitū: tunc
non erit completū: eo ꝙ nihil infinitum est cōpletuʒ: ut ostē-
dimus in tertio physicoꝝ. ¶ Est autē abbreuiatio omniuʒ
horum que diximus hic ꝙ differētia inter corpus ⁊ quālī-
bet aliam dimēsionem huiusmodi est ꝙ corpus distenditur
ad omnes dimēsiones: sed magnitudo que habet unam di-
mēsionem vocatur linea: que habet duas vocatur superficies:
que habet tria spatia vocatur corpus: ⁊ post tria spatia nō re-
stat aliqua dimensio quarta: ⁊ hoc sciatur per hoc ꝙ nō pos-
sumus intelligere aliquid aliud ad qd corpus mutetur: ut
addatur ei aliqua alia dimensio: sicut mutatur linea ad sup-
ficiem: quando eius lōgitudini additur latitudo: ⁊ sicut su-
perficies mutatur ad corpus quādo eius longitudini ⁊ lati-
tudini per intellectū additur altitudo. Cōstat igitur ex hoc
ꝙ in rebus quātitatem habētibus corpus perfectius est: eo
ꝙ cōtinet in se omnes dimēsiones: ⁊ unūquodqʒ corpoꝝ hu-
ius mūdi perfectum est hac perfectiōe: sed tamen hʒ quan-
dam imperfectionem: eo ꝙ terminatur ad aliqd corp⁹ extra
continens ipsum: totus autem mundus utroqʒ modo per-
fectus est. Habet enim tres dimensiones: ⁊ nō terminatur
ad aliquid extra. Hec aūt abbreuiatio colligitur ex verbis
Auicēne qui sic abbreuiat sermonem istum.

Abbreuiatio oiuʒ pdictoꝝ ex dbis Auicēne collecta

¶ Cap. 3m. De probatione subtili ꝙ oportet esse aliquid sim-
plex cui naturalis sit motus circularis per hoc ꝙ sunt corpo-
ra simplicia: quibus est naturalis motus rectus: ⁊ de obie-
ctione contra hoc.

Tex. cō. 5.

Nunc autem intendimus de partibus mūdi sim-
plicibus que differunt formis substantialibus
abinuicem: ⁊ differunt accidentibus proprijs
que consequuntur substātiales formas earum
ad hoc ꝙ nos inueniamus corpus celeste per
motū qui est ei nālis sm conuenientiam sue for-
me naturalis. Ad hoc aūt inuestigandum ponemus pricipia
inuestigationis istius sic penes propositionem istam: ꝙ uʒ
omnia corpora naturalia ⁊ magnitudines per se mouentur
aliquo locali motu: q2 lʒ cetere magnitudines non mouent
nisi in corpore: tamē corpus ab eis habet ꝙ sit mobile motu
locali sicut diximus. Huius autem ratio patet ex his que di-
cta sunt in diffinitione nature in secūdo physicoꝝ. ꝙ uʒ na-
tura est principiuʒ motus ⁊ quietis eius in quo est per se et
non sm accidens. Cū ergo qdlibet corpoꝝ sit alicuius na-
ture formalis: ⁊ nos diximus q2 motus est de cōsequentib⁹
formam substantialem in corpore qd mouetur per se non per
accidēs: oportet ꝙ habeat quodlibet corpus physicū motuʒ
naturalem suā formaʒ cōsequentem. Omnis autē mot⁹ lo-
calis sicut patet ex octauo physicoꝝ. aut est equalis: aut cir-
cularis: aut cōpositus ex vtrisqʒ. Duo autē priores istorum
motuū sunt simplices. s. equalis ⁊ circularis. Equalis enim
dicit cuius mobile rectarū ⁊ equalium in partibus est dimē-
sionum: ⁊ circularis est cuius mobile est dimensionū circu-
larium: ⁊ lʒ equalis motus ⁊ rectus sit etiaʒ super spatiū eq̄-
le ⁊ rectum: tamē hoc nō est causa ꝙ motus est rectus ⁊ eq̄-
lis: quia circularis nō est super spatiuʒ circulare siue in spa-
tio circulari ꝙ sit extra ipsuʒ vel in ipso: quia nō est spatium
aliquod circulationis nisi ipse circulus. Nihil autem mouet
in spatio qd est sub ipso: ⁊ sic patet ꝙ circulare spatium non
est causa circularis motus: ergo a simili neqʒ rectum spatiū
potest esse causa recti motus. His autē habitis cum cā mo-
tus diuersi sit causa mobilis qd mouetur diuersimode: ita
ꝙ mobilis unius sm formaʒ sit motus unus sm formam: ⁊
diuersoꝝ in forma mobilium sunt diuersi motus in forma.
Itē causa diuersitatis horum motuū qui sunt circularis et
rectus est diuersitas mobiliū sm formam: unum est eni for-
me que est in dimensionibus rectis ⁊ longis: alteruʒ vō for-
me que est in dimensionibus circularibus. Motus autem
circularis est ille qui est circa medium: ⁊ motus rectus diui-
ditur in duos: q2 est unus eorum in sursum sicut mot⁹ eius
qd est leue: ⁊ alter deorsum est sicut motus grauis. Dico au-
tem motum sursum: motum qui est a medio: ⁊ motuʒ deoꝝ-

Tex. cō. 6.

sum qui est ad medium. ¶ Ergo manifestū est ꝙ erūt tres
motus locales simplices: ad mediuʒ: a medio: ⁊ circa medi-
um. Et signant isti tres motus tria mobilia in forma diffe-
rentia: ⁊ sic est aliqd corpus sm substantialem formam diffe-
rens ab elementis ⁊ cuius naturalis motus est circularis si-
cut naturalis motus est rect⁹ corpori qd est elemētū. ¶ Est
autem hic non paruus locus ambiguitatis. Nos eniʒ osten-
dimus in octauo physicoꝝ. ꝙ forma illa quā naturaliter cō-
sequitur motus localis est forma data a generante: ⁊ res in
potentia ad motū hoc modo quo est in potētia ad formaʒ il-
lam: talis enim forma est elementi simplicis quā consequit
motus sursum ⁊ locus sursum: ⁊ motus deorsum ⁊ locus de-
orsum. Si ergo elemētalem formaʒ cōsequitur motus circu-
laris: videbitur necessario ꝙ celum sit compositum ex elemē-
tali forma que est actus ⁊ perfectio materie: ⁊ ex mā. Omne
autem sic cōpositum est generabile ⁊ corruptibile: igitur ce-
lum generabile ⁊ corruptibile videtur: cuius cōtrarium di-
no probatur inferius: q2 ibi ostēdemus ꝙ celum ex mā sua
tota est: ⁊ ꝙ non habet compositionem forme cum materia:
ita ꝙ forma sit actus acceptus per generationem. Si autem
aliquis forte velit dicere ꝙ celi motus est mot⁹ forme sue:
que non accipitur per generationem: sed inest ei semper sicut
in generabili ⁊ in corruptibili: ⁊ ꝙ ideo est mot⁹ suus inge-
nerabilis ⁊ incorruptibilis: tūc omnia illa que dicta sunt in
principio. 7. physicorū: ⁊ in secūdo tractatu. 8. physicoꝝ erūt
falsa. Ibi eniʒ ostēsuʒ est ꝙ omne qd mouetur per se hʒ mo-
torem a se distinctum per esse ⁊ diffinitionem: vel saltem per dif-
finitionem soluʒ. Si enim diceretur celum moueri a forma
sua corporali: que est ut ita dicam celeitas: tunc a nulla par-
te nec a toto distinguitur motor: nec per esse: nec per diffini-
tionem. Itē quia corpus mobile non est motū nisi per hoc ꝙ
est in potentia ad locum: sicut corpus mobile ad formā non
est motum sm actum: nisi per hoc ꝙ est in potentia ad for-
mam: non autem est in potentia ad locum: nisi per se vel per
accidens: ⁊ si est in potentia ad locuʒ per se mouebitur a ge-
nerante: ⁊ non mouetur plus quando adeptuʒ fuerit formā
generantis ⁊ locum: quia tunc stabit. Si autem est in poten-
tia ad locum per accidens: tunc est extra locum suum violē-
ter: ⁊ mouebitur ab eo qd remouet impedimentum: ⁊ quā-
do adeptum fuerit locum suum iterum quiescit: ⁊ nihil oi-
um istorum videmus in celo ꝙ mouetur ꝯtinue in loco suo:
⁊ non a generante neqʒ a remouente prohibens. Adhuc au-
tem ostendimus in secūdo tractatu. 8. physicorum ꝙ neces-
se est ꝙ primum qd mouetur: mouetur non a generante:
sed a seipso: quia illud mouetur in loco suo: postqʒ iam com-
pletuʒ est in esse sicut animal: ⁊ ostendimus ꝙ iste motus nō
est omnino naturalis: quia omnia videtur falsificare ea que
hic sunt inducta. ¶ Ad ois autē hec videtur soluere Auer-
rois dicēs ꝙ natura sumit equiuoce: quādo dicitur motus
rectus esse naturalis: ⁊ quādo dicitur motus circularis esse
naturalis: eo ꝙ motus rectus est cōsequēs formam per ge-
nerationem dataʒ a generāte: que actus est cōpositi a generā-
te per generationē ex forma ⁊ materia: cuius forma genera-
tiōis est finis: ⁊ materia generatiōis est subiectū. Mot⁹ au-
tem circularis est a forma que est substātia separata que non
est actus alicuius corporis: neqʒ alicuius generatiōis finis:
neqʒ materia est alicuius gnationis subm. ¶ Sed si hoc est
veruʒ qd dicit dictus phs tūc nō videtur ratio inducta vale-
re: q2 equocatio impedire videt eius ꝓcessuʒ. Sed ad hoc
iterū potest dici per illud qd in octauo determinatū est: ꝙ ca-
lis motus est naturalis sm ꝙ totū illud qd mouet compa-
ratur ad motorē: ⁊ nō sm ꝙ illud qd mouetur cōparatur ad
motū: vel partes eius qd mouetur cōparātur ad motū. Est
eniʒ totius animalis natura aia que mouet localem motū: lʒ
ipse motus nō sm naturaʒ sit corporis moti vel partiū ipi⁹
corporis moti: ⁊ quo ad hoc est similitudo ꝓportionis: quo-
niaʒ sicut naturalis est motor generās dādo formam suā ge-
nerabili: ⁊ per hāc est mouēs sm locū: ita naturalis est mo-
tor: qui est substātia separata ei qd mouetur quādo influit ei
motū localē per intellectū vel appetitū: vel possumus dicere
ꝙ sicut forma que est cōiūcta corpori: ⁊ est actus corporis hʒ
mouere dando formaʒ suaʒ corpori recto: ꝙ habet grauita-
tem ⁊ leuitatem: ita forme ⁊ substātie separate est mouere cor-
pus rotūduʒ: neqʒ habēs grauitatem: neqʒ leuitatem: ⁊ hoc re-
dit fere ad idem. ¶ Sed tunc surgit maior ⁊ magis difficilis
questio:

Di gressio quam mouet Albro. l. c. 5.

Solo Albro is in. cō. 5.

Obtio ꝯ so-lutionem.

Solo

Alia obtio difficilioꝝ pˀ.

questio: ⁊ illa fundatur super duo: quorum vnum est: ꝙ nos videmus ꝙ hec forma que datur ab hoc generante non hz mouere nisi per esse qd habet in eo qd mouetur per hoc qd indiuiduatur in ipso. Et scdm est ꝙ formarum talium diuersitas in specie diuersificat corpora que mouentur in specie: ⁊ et mot⁹ ipsos diuersificat in specie. Si ergo ponat forma separata: que per esse nullius corporis est actus: ⁊ ideo indiuiduationẽ nõ habet ab ipso subiecto in quo est: illa videt nõ posse mouere subiectũ cuz per esse nõ sit ei cõiuncta. Et iterum ꝓpter scdz nulla diuersitas motus videbitur posse esse ex talibus motibus cũ omnes ipsi sint substãtie separate: ⁊ per hoc nõ habentes diuersitatẽ neqz diuersitatem aliquaz causantes vel facientes in corpore qd mouetur ab eis: neqz etiaz in motibus qui sunt ab eis.

Opinio Auicẽne circa quesitum.

¶ Et scias ꝙ hec difficultas multos compulit dicere ꝙ celũ cõponitur ex motore qui est act⁹ corporis ⁊ virtus eius in corpore qd mouetur. Et dederũt illi motori celi imaginationem qua intẽderet hunc motũ particularem quo mouetur corpus celi ab ipso: quia non viderunt qualiter intellectus qui est substãtia separata intendere possit nisi ratione motus in vniuersali: ⁊ ideo dixerũt consequenter ꝙ esse istorum motorũ diuersum est: sicut eẽ formarum que sunt in generatis ⁊ corruptis: ⁊ ab illa diuersitate prouenit diuersitas motus ipsorũ.

Impugnatio eiusdem.

Hec omnia autẽ absurda sunt: sicut nos probare intẽdimus in phia prima: ⁊ in parte probauimus in octauo physicorum: ꝙ si esset sicut isti dicunt motor talis moueretur per accidens: ⁊ sic nõ eẽt act⁹ primus neqz separatus: ⁊ esset finitus nõ infinitus in virtute mouendi que omnia ostẽsa sunt nõ cõuenire motori primo separato.

Solutio ad quesitum.

¶ Propter qd quantũ sufficit presenti negocio dicẽdũ est ꝙ motores sperarũ celestiũ: lz moueãt per modum nature eo ꝙ mouent vno modo: ⁊ ꝙ motus ille est naturalis corpori celi plusqz motus ꝓcessiuus cõueniat corpori animato: tamẽ sunt separati: neqz per esse: neqz per diffinitionẽ dependentiam habẽtes ad corpora ipsa: sed cõparantur ad ipsa sicut intellectus artificis cõparatur ad corp⁹ qd mouetur instrumẽtaliter ad formaz artis inducendaz in materia ꝓpter qd forma que est in motore proprie est: neqz vniuersalis: neqz particularis: eo ꝙ hoc accidit formis prout abstrahũtur a rebus per potẽtias apprehensiuas: nisi forte diceret ꝙ est vniualis eo modo quo vna numero causa dicitur vniuersalis: qa factiua est multorũ. Talis autẽ intellectus sic informatus influit motũ particularẽ corpori: qui quidem particularis est prout est in eo ꝙ particulare ⁊ singulare mobile: habet tamen vniuersalẽ virtutẽ explicãdi omne illud cui debet induci forma quaz intendit inducere motor per suaz scientiaz actiuaz: ⁊ sic patet aliqualiter solutio primi.

Et ꝙ sic diuersitas motorum in celestib⁹. vide et cõ. 44. 12. metaphysice.

¶ Diuersitas autez istorum motorũ est ex diuersitate ordinis scdz distare plus vel minus a causa pma: ⁊ huic diuersificati respõdet diuersitas mobiliũ sperarũ: ⁊ per cõsequens diuersitas motus in speris ipsis: ⁊ sic propalata est solutio scdi. De hoc tamẽ plus dicemus in libro scdo istius operis: sed cuz subtilitate inquiremus de his in phia pmai ꝗ que hic dicta sunt cõcordãt cuz his que dicta sunt in octauo physicorũ. Diximus eniz ibi ꝙ motor est separatus nõ indigens corpore: nec motus motu corporis per accñs: quoniam est sicut intellectus actiuus mouẽs. Et diximus dissimilitudinez eẽ inter id qd mouet ab aialium aia: ⁊ illud qd mouetur a motoribus separatis: qa corpus aialiuz de se nõ est susceptibile motus ꝓcessiui: quo mouet aia aialis perfecti: ⁊ ideo natura fecit ei fila ⁊ chordas per que trahit membra ad motuz: ⁊ fecit ei musculos in qbus sedẽt virtutes assire in mẽbris que mouent ad imperiũ itellectus mouẽtis. Corpus autẽ celi de se susceptibile est motus istari ei per suum motorẽ separatum ꝓpter qd nec indigẽt filis ⁊ chordis nec virtutibus organicis affixis istis partibus moti: ⁊ quia talibus non indiget: ideo nullã habet virtutẽ que sit corporis virtus ⁊ actus eius: sed totus est separatus: ita ꝙ nihil accipit a corpore: nec esse habet a corpore neqz diffinitionẽ: ⁊ sic debet itelligi ꝙ dicitur motus naturalis celi qui est circularis sicut motus rectus naturalis est elemento. Simplices autẽ motus locales in genere sunt tres: sed in specie plures: quorũ vnus est a medio ⁊ est duorũ elementorũ: ⁊ alius est ad medium ⁊ etiam est duorũ elemẽtorum: ⁊ tertius est circa mediũ: ⁊ ille est multiplex ⁊ cõuenit corporibus celestibus. Hoc autem conuenit cum eo qd diximus superius vz ꝙ corpus est cõpositũ ex tribus dimensionibus: sm eniz tres dimensiões corpus mouetur trib⁹ motibus: quia cum dextrũ ⁊ sinistrũ sit primũ latitudinis: erit illud pncipiũ motus circularis: vt in scdo huius sciẽtie ostendemus. Similiter ante ⁊ retro erit principiũ cuiusdam motus qui est inferiorũ motorũ ⁊ mobiliũ sm circulũ: sicut illorũ quorũ motus est super polos orbis signorũ. Sursũ autem ⁊ deorsũ sunt principia duorum motuũ ascensionis ⁊ descensiõis: sz diuersitatem suorum terminorũ: ⁊ ideo errant qui dicunt tres dimensiones non habere consonantiaz cum tribus motibus localibus corporum simplicium nisi in numero: qa sicut iam patuit tres dimensiones sm sua extrema que sunt in mundo habent causalitatem ad tres motus. Cum nos autez vnum istorum motuũ dicimus esse circa mediũ sunt quidam quorũ princeps ⁊ dux Auerrois qui dicunt ꝙ istud medium est physicũ ⁊ nature vnius ⁊ determinatũ: ⁊ hoc est medium terre: quia hoc est medium mundi: ⁊ sic volunt mentiri astrologos in hoc ꝙ ponunt epiciclos qui voluuntur circa medium acceptũ in deferentib⁹ circulis: ⁊ dicunt falsũ eẽ ꝙ de circulis dicitur eccẽtricis sine circulis egresse cuspidis: quia illorũ medium: neqz est vnum: neqz terre mediũ: sicut probatur in Almagestis Ptolomei. Sed qa de his hic nõ potest sufficiens inuestigatio haberi: ideo trãseundo dico ꝙ dictũ Auerrois nõ tenet nisi dicant omnes orbes celi eẽ vnius nature ⁊ vnius speciei ⁊ vnius materie: quemadmodum vnius materie sunt elementa: ⁊ nihil horum verum est sicut ostẽdemus in scdo libro: ⁊ ideo si corpora celestia diuersa sunt in forma ⁊ in materia: ⁊ in motu diuersa erunt: ⁊ ideo non erit inconueniens ꝙ etiam diuersa habeant centra.

Nota contra Auerroim.

Sed Auerrois nequaqz bene sciuit naturas celestiũ: ⁊ ideo multa abusiua ⁊ absurda dicit de celis: que etiam falsa esse conuincitur per visum: redeamus nũc ad propositum adhuc inducentes rationes ad probandum ꝙ celũ est corpus quoddaz simplex preter quatuor oia elementa existens.

T.c.7.

¶ Dicimus igitur ꝙ cũ inter corpora quedam sunt simplicia quedam composita: ex simplicibus erũt profecto simplicia in qbus ideo est motus simplex: qa in eis natura mouens nõ est nisi vna quecunqz sit illa que est principium motus naturalis: sicut est ignis ⁊ terra ⁊ similia formis horum duorum que sunt media: quia aer est sm formã ignis in leuitate: ⁊ aqua sm formam terre in grauitate. Et sunt etiaz hec duo similia generi ignis ⁊ terre: lz Joannes grãmaticus velit hoc eẽ falsũ propter hoc ꝙ quatuor elementa differunt in formis ⁊ differunt locis ad que mouẽtur: sed in genere grauis ⁊ leuis conueniunt: lz differãt sm species grauitatis ⁊ leuitatis. Sunt autem corpora cõposita in quibus sunt plures nature mouentes: sicut natura leuis ⁊ natura grauis: ⁊ sm hoc necessario diuersificãtur motus qa alij sunt motus simpliciũ: ⁊ alij motus compositorum: motus autem corporum compositorum diuersificantur sm diuersitatem compositionis: sed tamen quia nõ potest esse compositio ad equalitatem omnimodam componentiũ ideo motus compositorum est idem in specie sm naturam mouentẽ que vincit in composito.

Nota rõnem ꝓp quã nõ ẽt eẽ cõple ad põdus. vide etiã Cõmẽtatorẽ hic.

Si eniz esset compositio ad equalitatem omnimodam tũc compositum nec locum nec motũ haberet: sed in omni loco in quo poneretur ibi ⁊ maneret fixum: qa cõponentia equaliter mouerẽt ipsũ sursum ⁊ deorsũ.

Obiectio 3 pdicta.

¶ Sz tunc forte obijciet aliqs dicens ꝙ sm hoc cõpositio dissolueret: qa vincẽs in ipsa alia vel expellet vel trãsmutabit ad seipsum.

Solutio

Nota de duplici eqlitate.

¶ Sed ad hoc respondemus ꝙ est cõpositio sm equalitatẽ geometricaz in cõpositis per naturam: ⁊ non sm equalitatẽ arithmeticam: non eniz cõponentia in cõposito sunt sm equalitatem in quãtitate componentiũ acceptam: sed potius sm similitudinem acceptã in equalitate proportionis cõponentiũ: qa cum sint in composito terminato ⁊ continuato: ⁊ tãtũ est in cõpositione de sicco terre: quantũ passiue sufficit ad terminationem ⁊ figurationem cõpositi: ⁊ est in eo de frigido quãtũ sufficit terminationi ⁊ figurationi actiue: quãtum autẽ sufficit ad continuationẽ est in eo de humido cõtinuante. De calido autez quãtum sufficit mouere ad ista ⁊ actiones compositi. Dicemus autẽ plura de hoc in primo libro perigeneseos in tractatu de mixtiõe.

Tex. cõ. 8.

Cum igitur (vt predictũ est) motus simplex sit nature sim-

plicis mouentis: cū motus circularis sit simplex vt ꝓbatū est in octauo phy̆sicorum: sicut ⁊ motus equalis sine termino: oportet ꝙ sicut corpori simplici ꝯuenit motus simplex: ꝙ ita sit ecōuerso ꝙ motui simplici aptetur simplex corpus qđ moueatur motu illo. Si autē inueniatur aliquādo in phy̆sicis motus simplex in corpore cōposito: tunc oportet ꝙ ille sit illius compositi: nō sm̄ ꝙ est compositū: sed potius sm̄ ꝙ dominatur in ipso aliquod simplex vincens in compositione: sicut quādo videmus lignū descendere: ⁊ possibile est ꝙ etiā simplex aliquādo sequaē motū ꝯtrariū simplicis qđ dn̄atur super cōpositū: sicut quādo videmus ignē descēdere in stipite accēso: qa tūc ꝓfecto seq̄tur materiā suā que est terrestre cōbustibile. Ex oībus autē his que dicta sunt manifestū est ꝙ motus simplex est corporis simplicis per se: ⁊ ideo cum circularis sit motus simplex: oportet ꝙ sit aliqđ corpus simplex qđ natura sua simplici moueaē motu illo: ⁊ sicut est motus rectus distinctus a circulari: ita est distinctio in mobilibus: ꝙ videlicet id quod circulariter mouetur distinctū est ab omnibus his que recte mouentur.

¶ Cap. 4m. Q: nullo modo motus circularis simplex potest esse celo accidentalis.

Tex. co. 9.

Deinceps igitur probetur corpora recta eē finita: impossibile est enim vt corpora recti motꝰ existentia sint infinita fm̄ vltima: siue moueātur ad medium deorsum: siue ad mediū sursum: est enim motus sursum diuersus a motu deorsum ⁊ contrarius eidem. Motus autē diuersi contrarij inter se sunt diuersa ad loca ꝯtraria: ⁊ diuersa inter se ⁊ inter se contraria. In contrarijs autem sic est ꝙ quando sunt extrema contraria: si vnum est determinatum oportet ꝙ aliud sit determinatum ⁊ finitum. Si enim daretur ꝙ alterum non esset determinatū: tunc non esset extremum: ⁊ sic esset ei aliquid addibile per qd̄ fieret extremū: ergo possibile esset ꝙ vnum contrarietur duobus vel pluribus: quia ꝯtrarietur determinato ⁊ īdeterminato fm̄ vnū modum ⁊ fm̄ vnam formam contrarietatis qd̄ est impossibile. ergo vno istorum existente determinato scꝫ oportet eē determinatum: medium autem spere determinatum est: ergo ⁊ superius determinatum est. Qꝫ autem medium spere determinatum sit: probatur per motum omnium grauium descendentium deorsum a quocunqꝫ loco concaui spere descendant: omnia enim perpendiculariter descendūt ad medium: ac si omnia contēdant pertingere punctū qui est centrum: ⁊ nullum eorum super parallellum iuxta medium: vt fm̄ ꝙ elongantur a medio qd̄ non facerent si medium ad quod est motus eorum que simpliciter sunt grauia non esset determinatum ⁊ finitum. Si autem aliquis dicat ꝙ ista probatio non procedit nisi nos dicamus celum esse sphericū: quia tunc equaliter a centro distabit: dicemus celum eē sphericum: probat sensus ⁊ probauit ratio in octauo physicoꝝ. vbi probatum est ꝙ motus huius corporis primi est circularis: quem motum habere non posset nisi esset spera integra vel dimidia ad minus. Non autem potest esse spere medietas per ea que diximus in prima parte istius libri: quia si esset medietas non esset perfectum maxima ⁊ vltima perfectione: est autem perfectum maxima ⁊ vltima perfectiōe: ergo ipsum est finite spere integre. Habito ergo sic ꝙ locus grauiū est finitus ⁊ determinatus necessario sequitur per rationem contrarietatis ꝙ locus leuium est determinatus ⁊ finitus: sꝫ determinatio non sit omnino vno modo. Medium enim spere centrum est ad id quod contendunt grauia: locus autem extremus est iuxta concauū orbis lune ad quod contendunt ea que sunt simpliciter leuia: ⁊ centrū quidem est indiuisibile: sed concauū leue non est indiuisibile: ⁊ hoc contingit propter diuersitatem spere in centro ⁊ circūferentia: ⁊ ideo hec duo ꝯtraria sꝫ fm̄ quantitatem non sint equalia: tamen formas habent que sunt sursum ⁊ deorsum per quas contrariantur. Sursum enim est vbiqꝫ iuxta circūferentiam: ⁊ deorsum est vbiqꝫ in ꝯcauo corporis aque versus centrum spere. Si autem loca sic fm̄ formas sint finita: oportet ꝙ corpora simplicia que sunt ignis ⁊ terra: quorum vnum est simpliciter leue: ⁊ alterum simpliciter graue sint finita necessario: quia si non starent in propria loca: tunc procederent loca eorum in infinitum: ⁊ hoc est improbatū per hoc ꝙ loca sunt determinata: habito autem ꝙ loca extrema cum suis locatis sint finita: probauimus eodem modo ꝙ loca mediorum hoc est aeris ⁊ aque cum suis contentis sint finita: quandocūqꝫ enī extrema que superius ⁊ inferius sunt finita: ⁊ determinata: oportet ꝙ media distātia inter extrema illa sunt finita ⁊ determinata. Dicitur enim medium in spatijs dupliciter: est enim medium qd̄ per equalem distantiam est mediū: qd̄ etiam vere est medium ⁊ hoc medium est centrum spere. Etiam est medium qd̄ habet rationē medij per hoc ꝙ est inter extrema: ⁊ sic centrum non est medium fm̄ extremum in loco: nec concauum lune: sed ꝙ est inter extrema: ⁊ sic centrum non est medium: sed extremū in loco: neqꝫ cōcauum lune: sed qd̄ est inter hec extrema hoc est inter locum ignis ⁊ terre dicitur media regio: ⁊ hoc est ad quam diuersimode mouetur aqua ⁊ aer. Extremum ergo in spatijs determinatis oportet mediam regionem esse determinatam ⁊ finitam. Si enim poneretur hanc esse infinitam: oporteret ꝙ ignis ascendens per eam ⁊ terra descēdēs per eandem mouerentur in infinitum anteꝙ transirent eā: ⁊ sic nunꝙ contingeret ignem ⁊ terram deuenire in locū suum: ⁊ hoc est impossibile quoniam nos ostendimus in physicis ⁊ exposuimus per exempla multa ꝙ non potest eē motus infinitus: ⁊ hoc probatum fuit in fine .6. physicorum. Si ergo hec ita se habent: oportet mediam regionem esse finitam ⁊ determinatam: quia in loco finito oportet locatum eē finitum: tunc sequitur necessario ꝙ corpora que sunt in hac media regione actu vel que possunt esse in ea potentia: etiā si actu sint extra ipsam sint finita: sed non est possibile ꝙ in hac media regione sit corpus qd̄ simpliciter moueatur sur-

Tex. cō. 45.

Mediū in spatio duplr̄ sumi pōt.

sum: vel corpus qd simpliciter movetur deorsum: cum unu illorum moveatur a medio sursum super omnia corpora recti motus: & alterum descendit deorsu sub corpore recti motus que sunt ignis & terra: ergo reliqua duo que sunt aer et aqua sunt in ista media regione: & sunt finita. Ex hoc autem iam verificatum est quod non est possibile quod gravitas alicuius corporis sit infinita: quia cum gravitas & levitas sint forme crescentes & decrescentes secundum quantitatem corporum in quibus sunt: non potest esse gravitas infinita: nisi sit corpus magnitudinis infinite: absque dubio autem inconveniens est quod aliquid de numero corporum habeat gravitatem infinitam: & huius causa est: quia gravitas infinita nō attribuitur nisi corpori infinite magnitudinis: & idem omnino iudicium est de levitate & gravitate: quia cum gravitas & levitas sint contraria: si unum eorum est infinitum & reliquum necessario sit infinitum per rationem quam supra assignavimus de contrarietate. Aliter enim accideret unum pluribus contrariari: & contrariorum virtutes non esse equales contingeret: ita quod alterum destrueret reliquum: que sunt omnia inconvenientia. Levitas enim infinita esset que faceret levia corpora ascendere in infinitum: ergo in mundo non invenietur levitas infinita: nisi inveniatur quod aliquod est corpus stans sursum motum ad sublimitatem que infinite distat a centro: & tale non est: nec potest esse aliquod corpus leve. ¶ Et verificatio illius est per demonstrationem quam hic inducemus. Si enim est corpus infinitum: aut habebit tunc gravitatem finitam aut infinitam: & ostendemus primo quod non potest habere gravitatem finitam: & postea quod non potest habere gravitatem infinitam. Demonstratio autem ad hoc quod non potest habere gravitatem finitam est ista: detur enim corpus infinitum habere gravitatem finitam: & queramus utrum sit hoc possibile: si enim sit falsum & non possibile: tunc qd accidit ex ista positione est falsum & non possibile. ¶ Ponamus igitur corpus infinitum significari per lineam .a.b.: & non faciamus differentiam: utrum sit infinita in una extremitate: vel in utraque: & ponamus gravitatem illius corporis infiniti esse finitam: & significari per finitam lineam .c. Resecemus que significet partem infiniti corporis finitam que significetur per lineam .a.b. cuius gravitas: que pars est gravitatis totius significetur per lineam .e. Nos enim possumus resecare a corpore infinito partem finitam sive sit infinitum in utraque extremitate: sive in altera dummodo illa pars non sit aliquota in toto. ¶ Cum igitur secundum istam hypothesim pars minoris sit gravitatis quam totum erit .e. minor gravitas quam sit .c. gravitas enim minoris corporis minor est quam sit gravitas maioris: pars autem minor est quam totum. Sed cum omne totum finitum numerabile sit a sua parte finita inveniemus gravitatem totam maioris corporis per partem gravitatis minoris corporis: ergo gravitatem .a.b. infiniti inveniemus per gravitatem .d.b. finiti: quia addemus gravitati minori tot partes gravitatis maioris donec efficiatur ei similis. Sed sicut se habet pars gravitatis ad totam gravitatem: ita se habet pars quantitatis corporis ad totum corpus: ergo etiam tota quantitas erit numerabilis & mensurabilis per minorem. Non enim tota gravitas est nisi in toto infinito: sicut nec pars est nisi in parte sibi proportionali. Huius autem exemplum est sicut si dicatur quod pars minor corporis infiniti est pars que est .b.d. & pars maior que est .b.e. Ex corpore enim infinito possumus resecare maius & minus secundum quod volumus: & dicamus quod gravitas .e. est .b.d. cui cum additum fuerit in gravitate duplum vel triplum: vel in alia proportione quam voluerimus: tunc crescit ad hoc quod efficiatur gravitas figurata per lineam .c. & dicamus quod tot incrementis crescit .b.d. ita quod efficiatur .b. & quod tot incrementis crescit .e. quod efficiatur .b. & quod tot incrementis crescit .e. quod efficitur .c. tunc enim qualis proportio est .e. ad .c. talis est proportio .b.d. ad .b. figura autem huius descriptionis est ut vides hic. Redeamus igitur nunc ad corpora simplicia & dicamus si magnitudo corporum secundum proportionem ad partes suas est secundum proportionem gravitatis eorum: sicut necessarium est in omni forma que est corporis virtus in corpore: ut diximus in octavo physicorum. et est gravitas minor in minori subiecto: & gravitas maior in maiori: tunc sequitur ex ista demonstratione quod gravitas corporis infiniti & gravitas corporis finiti sunt equales: hoc est de numero impossibilium: ergo illud ex quo sequitur hoc impossibile erit: sequitur autem illud qd diximus per hunc modum: quia gravitas .e. est partis corporis que est .b.d. duplicata igitur gravitate: & sit illa gravitas .e. duplicata erit quantitas: & tunc .c. erit quantitas .b.e. & si duplicatio nō reddit totam quantitatem .c. iterum & iterum duplicabo donec perveniam ad gravitatem .c. qd autem duplicatur ex finitis finitum est: ergo corpus eius cuius gravitas est .c. est finitum: ergo .c. est gravitas alicuius finiti corporis qd posuimus esse .b. & plus quod etiam posueramus quod .c. est gravitas corporis infiniti: ergo gravitas finita & gravitas infinita sunt equales. Sequuntur autem ex hoc plurima impossibilia: si enim gravitas maioris maior est gravitate minoris secundum veritatem debet esse maior gravitas corporis infiniti gravitate corporis finiti: tunc enim sequitur quod iste gravitates sint equales: ut iam patuit: & hoc est unum impossibile. Et iterum quamvis corporis maioris sit gravitas maior: & minoris minor: sequitur tamen ex isto corpore quod gravitas minoris est maior gravitate maioris: quoniam cum .b.d. sit pars finita corporis infiniti: & .b.c. sit pars infinita in altera extremitate: et nos diximus quod est duplicata .e. sicut .c. si bis decupletur erit in dupla maior quam sit .c. cum autem bis fuerit decuplata adhuc est finita: eo quod componitur ex finitis: ergo tunc erit alicuius partis finite corporis infiniti: pars autem ista minor est toto infinito: ergo gravitas minoris est in duplo maior gravitate maioris qd est impossibile alterum: & gravitas corporis infiniti est duplo vel triplo vel quanto voluerimus maior gravitate corporis infiniti: & per eandem rationem sit equalis gravitas corporum omnium inequalium in quantitate: & hec omnia sunt impossibilia & absurda. Si quis autem fortasse vellet dicere quod corpus infinitum non sit similium partium: sicut si diceremus ipsum componi ex plumbo & ere & ligno: & ideo non sequitur quod partis minoris sit gravitas maior: & maioris minor: quia pars plumbi gravior est maiori parte ligni: dicamus quod istud quo ad demonstrationem inductam nullam omnino generat diversitatem: omnino enim simile sequitur inconveniens qd prius. Nos enim possumus accipere partem proportionalem in gravitate: licet non sit eiusdem quantitatis: sicut si diceremus quod decem libre ligni non sunt leviores decem libris plumbi: licet maioris sint quantitatis: sicut ergo in linea infinita accipimus partem finitam que fuit .b.d. ita accipiamus partes equalium ponderum finites & equales in quantitate: possumus enim resecando addere quantitati & diminuere: sicut patuit in superius inducta figura: & semper eadem sequantur inconvenientia. ¶ Manifestum igitur ex dictis quod nō est possibile: quod in corpore infinito sit gravitas finita: fuit autem concessa esse finita vel infinita: ergo erit infinita gravitas in corpore infinito si ipsum possibile est esse. Si igitur probatum fuit impossibile in corpore finito esse gravitatem infinitam: tunc non erit possibile corpus aliquod esse infinitum. Ad modum autem sermonis per quem probavimus quod in corpore infinito non est gravitas finita: probabimus etiam quod non est in ipso levitas finita. ¶ Amplius autem dicimus impossibile esse quod sit altera pars disiunctive superius posite vera. scilicet quod corporis infiniti sit gravitas infinita: huius autem verificatio & demonstratio est per illud quod hic inducimus: diximus autem ex his que ante finem .8. physicorum diximus: quod si aliqua magnitudo note quantitatis & note gravitatis movetur in aliquo tempore note quantitatis: tunc maior illa quantitas que est maioris gravitatis movetur per idem spatium in minori tempore & maxima quantitas maxime gravitatis movebitur in uno minimo temporis: ita quod comparatio temporum adinvicem est secundum comparationem gravitatum adinvicem: sed in hoc differunt comparatio temporum & gravitatum: quia crescente gravitate respectu motus per idem spatium decrescit tempus motus: ita scilicet quod si gravitas media movet per aliquod spatium in aliquo tempore duplum gravitatis eiusdem movebitur idem motus per idem spatium in dimidio eiusdem temporis: dummodo figura sit eadem: & spissitudo medii per quod est motus: & sint in omnibus aliis paria & equalia nisi in sola gravitate. ¶ Adhuc autem notum esse per se dicimus: quod cum

Tex.c.46. Tex.cō.47. Tex.cō.48. Tex.cō.49. Tex.cō.50. Tex.cō.51. Tex.cō.52.

omne

omne finitum ad omne finitum aliquam habeat proportio/
nem: ⁊ omnis grauitas finita comparata ad omnem graui
tatem finitam mouetur per spatium finitum in tempore fi/
nito: si autem hec subiecta esse ponatur: tunc dicamus im/
possibile esse ꝙ sit aliqua infinita grauitas: quia sequere/
tur ꝙ ipsa moueretur ⁊ ipsa non moueretur: ⁊ sic contradi/
ctoria simul verificantur de eodem. Si autem moueri dare
tur: cum omne id quod mouetur mouetur in tempore: si/
cut ostensum est in sexto phy*sicorum*: ⁊ nihil omnino moue/
tur in nunc temporis: tunc oporteret ꝙ ipsa moueretur in
tempore: sicut ⁊ grauitas finita mouetur in tēpore: sed per
idem spatium moueretur in tempore minori ꝙ̄ aliqua gra
uitas finita: quia sicut diximus velocitas motus per spatiū
est fm modum quantitatis magnitudinis ⁊ grauitatis cor
poris qd mouetur: quia quando est corpus magnum ⁊ ma/
gne grauitatis illud transit velocius ⁊ in minori tempore ꝙ̄
corpus paruum: qd est parue grauitatis: tempus enim mi/
nus comparatur ⁊ proportionatur ad grauitatem maiorē
⁊ tempus maius proportionatur ad grauitatem minorem:
sic ergo sequitur ꝙ infinita grauitas mouetur in tempore
infinito qd minus est omni tempore per naturam mot⁹ qui
non potest esse nisi in tempore: sicut diximus in sexto phy*si*/
corum: diximus autem supra ꝙ etiam sequitur grauitatem
infinitā non moueri omnino: ⁊ hoc est ideo: quia inter gra
uitatem finitam ⁊ grauitatem infinitam non est proportio
aliqua: grauitas enim omnis que finita est pertrāsit spatiū
in tempore finito: igitur grauitas infinita pertransit idē spa
tium in eo qd non proportionatur alicui tempori: igitur si
pertransit spatium tunc pertransibit ipsum in nunc tempo/
ris: ⁊ hoc est impossibile: ergo grauitas infinita non potest
pertransire spatium in aliquo minimo qd sit corporis: ergo
non mouetur omnino aduersarius ꝙ grauitas īfinita per/
transit in minimo temporis spatium dicens esse aliqd mi/
nimū tempus: qd non est proportionale alijs temporibus:
sicut ⁊ grauitas infinita non est proportionabilis alijs gra/
uitatibus finitis: hoc nō potest sibi valere ad hoc ꝙ sit ali/
qua grauitas infinita: quia aliter probabimus ex his que
dantur ex ipso non esse grauitatem infinitam. Si enim gra/

Tex. co. 53.

uitas infinita mouetur in tēpore aliquo: tunc grauitas alia
finita moueretur in tēpore qd est maius illo tēpore. Omne
autē maius aliquo aliquot partibus maius est illo vel ali/
quot partium partibus: ergo tempus quo mouetur graui/
tas infinita est pars aliquota vel partis pars temporis quo
mouetur grauitas finita: sed si acceperimus duplum illius
grauitatis finite: tūc pertransit illud spatium in dimidio tē
poris illius: ⁊ sic augebimus grauitatem finitam per finitā
additam: donec pertrāsit illud spatium in eodem tempore
in quo pertrāsit ipsum grauitas infinita: tunc igitur graui/
tas finita ⁊ grauitas infinita pertrāseunt idem spatium in
eodem tempore: ⁊ hoc est impossibile: quia tūc grauitas in/
finita que in infinitum maior est perambularet spatium ali
quod per aliquam horam diuisibilis temporis: ⁊ grauitas
alia finita que in infinitum minor est pertrāsit idē spatium
in eadē hora qd impossibile est fm principia que per se no/
ta esse supposuimus. ¶ Manifestū igitur est per ea que su

Tex. co. 54.

pra diximus ꝙ impossibile est esse aliquam grauitatem infi
nitam: per easdem autem ratiōes manifestum est ꝙ impos
sibile est aliquam leuitatem esse infinitam: si autem hoc fm
ea que diximus impossibile tūc est vt alia corpora leuia vel
grauia sint infinita: quia cum leuitas ⁊ grauitas sint virtu/
tes que sunt materiales in corpore non possunt esse infinite
nisi in infinitis magnitudinibus: ⁊ quando sunt finita: tunc
sunt in magnitudinibus finitis. Sciendum autē ꝙ ea que
hic diximus de infinito differūt ab his que diximus in ter/
tio phy*sicorum* in hoc ꝙ hec dicta sunt particulariter cōtra
id quod dictum est mobile fm locum: in phy*si*ca autem di/
cta sunt vniuersalia: eo ꝙ est corpus phy*si*cum in eo qd hu/
iusmodi: quia ibi locuti sumus de pricipijs in cōmuni: hic
autem non loquimur nisi de mobili fm locū: in phy*si*cis enī
diximus qualiter est corpus infinitum in potentia: ⁊ quali/
ter non est infinitum actu in genere: hic vero diximus idē fm
modum alium sicut prediximus. Particularius enim cor/
pus mobile fm locum ꝙ̄ corpus phy*si*cum inquantū phy*/
si*cū: ⁊ ideo per hec dicta non ostendimus nisi ꝙ corpus sim
plex mobile fm locum non est infinitum actu: ⁊ qr mundus
componitur ex talibus simplicibus corporibus sequitur cō/
sequenter: ꝙ etiam mundus non est fm actum infinit⁹ cū
id quod componitur ex finitis numero ⁊ fm vltima sit fini/
tum: sicut sepius in antehabitis est probatum.

¶ Cap. 4m. Qr corpora componentia mundum non sunt infi
nitarum formarum: neq̄ infinitorum vltimorū: neq̄ vtro/
q̄ modo sunt infinita.

Tex. co. 55.

Oportet autem de predictis alio modo inqui/
rere: lʒ enim in phy*si*cis ostensum est ꝙ partes
huius mundi sint finite numero ⁊ quantitate:
⁊ per consequens mundus iste sit finitus tot⁹:
tamen posset aliquis dicere ꝙ mundus iste est
compositarum partium ⁊ non simplicium: ⁊ di
ceret forte ꝙ est compositus ex partibus īfinitis sine forma
⁊ sine magnitudine: ⁊ ideo oportet nos inquirere de isto: et
forte aliquis posset dicere ꝙ multi sunt mūdi: ⁊ omnes ha/
bent partes simul infinitas fm speciem vel magnitudinem
vel altero modo: sicut dixit Anaxa. ꝙ mundus componitur
ex infinitis similibus partibus: ⁊ tunc non valent prius indu
cte rationes: oportet ergo nos iterum redire ad questionē
prius inductam: ⁊ inquirere an mūdus sit vnus an plures:
⁊ per illum modum quo aliquis diceret ꝙ componitur ex
his que quidem infinita sunt specie: finita autem fm vlti/
ma est infinitum. dico autem primum de hoc ꝙ si nos pro/
bauerimus ꝙ corpus vniuersi mundi est finitum: ⁊ ꝙ im/
possibile est vt sit infinitum: tunc sequeretur ex illo ꝙ impos
sibile est vt sint multi celi: quoniam si multi essent celi cum
non esset ratio finitatis numeri eorum: impossibile esset ꝙ
mundi corpus esset finitum: ⁊ sic ista questio de finitate mū
di multum proficit ad questionem de vnitate mundi ⁊ mul
titudine. Questio enim de vnitate mundi ⁊ multitudine est
questio que desideratur sciri per se: ⁊ ideo a quibusdam in/
uestigatione vltima inuestigatur. Et dicunt multi vulga/
riter loquentes ꝙ lʒ iste mundus qui nos continet sit situs
⁊ permanens ⁊ finitus: tamen non est inconueniēs propter
hoc ꝙ sint mundi plures isto etiam permanentes sicut iste:
⁊ si non sunt infiniti fm magnitudinem: ⁊ hij mundi pote/
runt esse infiniti fm cōponentia que sunt infinita in specie:
huius autem inquisitio lʒ sit quantū ad extrinsecus fm ra/
tionem ⁊ non veritatem: tamen forte posset mouere aliqs:
quia sicut nos videmus ꝙ homo vnus est in specie: tamen
habet multa indiuidua: ita forte videtur alicui ꝙ mundus
est vnus: ⁊ habet multa indiuidua sicut nos inducemus in
sequentibus: oportet inquirere de vnitate mundi ⁊ multi/

Tex. co. 56.

tudine. Sed quia dependet hec questio a questione de fini
tate mundi ⁊ infinitate: ideo prius queremus an mundus
finitus sit an infinitus. Incipiam ergo ab his que sunt pre/
mittenda in questione ista ⁊ dicam ꝙ omne corpus aut est
finitum fm actum: aut infinitum: si autem est infinitū: aut
est finitum: aut est similium partium per totum in forma ⁊
figura ⁊ specie: aut dissimilium partium per totum. Si autē
est dissimilium partium: aut finitarum dissimilium: aut in/
finitarum dissimilium: ⁊ non oportet nos disputare ad hoc
vtrum sit ex partibus finitis: aut ex partibus infinitis: quo
niam sufficienter habitum est in phy*si*cis ꝙ mundus con/
stat ex omnibus partibus finitis fm vltima. Eadem autē
ratione constat ꝙ non oportet nos disputare vtrum sit si/
milium partium totum: quia nos iam supra ostēdimus ꝙ
non est vnus motus omnium partium mundi: ⁊ per hoc cō
stat ꝙ non componitur ex partibus similibus per totum: de
hoc igitur solo inquiremus hic inuestigando vtrum mun/
dus sit infinitus hoc modo quo infinitum est compositum
ex infinitis fm vltima que sunt finita fm speciem ⁊ figurā:
vel infinitus sit eo ꝙ compositus sit ex infinitis fm speciem
⁊ figuram: finitis autem fm vltima: aut vtroq̄ sit infinit⁹:
lʒ cōpositus ex his que vtroq̄ modorū sunt infinita. ¶ Di

Tex. co. 57.

co igitur ꝙ est impossibile vt sit compositus ex his que sunt
infinita fm formas: siue sint fm vltima infinita: siue finita:
⁊ hoc quidem iam notum est ei qui recipit ⁊ ꝯfitetur ea que
in antehabitis exposita sunt fm principia motus localis
inducta fm demonstrationes que cōueniunt principijs il/

lis. Nos enim diximus in prehabitis ꝙ motus corpoꝝ sunt sm formam eorum inclinantes ad motū: ⁊ hoc precipue verum in simplicibus corporibus componentibus mundum: motus enim corporum simplicium sunt simplices sm simplicitatem formarum ipsorum: motus autem simplicium sunt infiniti: ideo habitum est ꝙ in genere non sunt nisi tres hoc est circularis: ⁊ leuis ⁊ grauis. Cum ergo omni corpori naturali sit motus sm modum forme sue: oportet ꝙ forme in genere non sint nisi tres: hoc est circularis ⁊ leuis ⁊ grauis: sm tria in genere motus qui sunt circa mediuꝫ a medio ⁊ ad medium: ergo non ex formis infinitis. Si autem ꝓpter hoc dicatur ꝙ forme quidem sunt finite sm partes componentes que subsistunt illis formis infinite sm vltima: tunc oportet ꝙ sub forma aque sit aq̄ infinita: ⁊ sub forma ignis sit ignis infinitus: ⁊ sic de alijs elementis componentibus mundum: sed si hoc est verum sub forma terre: tunc infinitum erit grauitatis infinite: ⁊ infinitū sub forma ignis erit leuitatis infinite: ⁊ vtrūqꝫ istorum mouebitur sm distantiā infinitam: ⁊ hoc constat esse impossibile in prehabitis: vbi

Tex.cō.58.

ostensūꝫ est ꝙ nulla grauitas vel leuitas est īfinita. ¶ Amplius autem si dentur forme esse infinite elementorum componentium mundum: ⁊ dicatur ꝙ forme sunt infinite: ⁊ ꝙ subiecta earuꝫ sunt infinita sm vltima: sicut dicit Anaxa. ꝙ sunt infinita elementa sm numeruꝫ ⁊ vltima: tunc absqꝫ dubio sequētur duo impossibilia simul. s. ꝙ loca ad que est motus sunt infinita formaliter differentia adinuicem: sicut differant forme mouentes: ⁊ ꝙ in infinitum distant vt ad ipsa in infinito tempore moueantur elementa: ita ꝙ graue in infinitum moueatur inferius ⁊ leue in infinituꝫ moueatur superius: ⁊ sic de alijs: hoc autem impossibile est omni ei qui iam imbutus est his veritatibus quas in physicis determinauimus: quia sicut diximus in fine. 6. physicorum: impossibile est incipere ꝙ impossibile est finiri: ⁊ per hoc probauimus motum localem non esse infinitum: sed distantiaꝫ per quaꝫ transit id quod mouetur: ⁊ hoc quidem inductum est sine instantia: ⁊ recipitur equaliter in motu qui est in qualitate ⁊ quantitate: sicut in motu locali: quia si ponamus impossibile esse ꝙ corpus sit album vel cubitale sm mensuras: tunc neqꝫ in Egypto: neqꝫ in aliquo quouis loco nunq̄ conuertitur ad aliquod eorū que diximus impossibilia sibi inesse: ergo a simili impossibile est vt eat ad locum quem impossibile est ipsum consequi: ⁊ ad terminum quem impossibile est ipsum peruenire: ⁊ talis est locus qui distat in infinitum.

Tex.cō.59.

¶ Si autē aliquis propter omnia prehabita dicat ꝙ impossibile est corpus simplex continuum esse infinitum: et ꝙ impossibile est ꝙ mundus constet ex formis īfinitis que componunt corpus vnum vel mundum: tamen est possibile ꝙ corpus vnius forme sicut ignis sit diuisum in infinitas partes: sicut dixerunt Democritus ⁊ Leucippus: ⁊ sic erit mundus infinitus: tunc diximus contra hoc ꝙ infinite partes ignis mouentur ad locum vnum: ⁊ sic cōtinuantur in loco illo. Continuum autem compositum ex infinitis est infinitum: ergo ignis est infinitus: ⁊ sic omnia inconuenientia que dicta sunt de corpore infinito sm vltima sequentur ad positionem istaꝫ: ergo ipsa stare nō potest: sicut nec alie que

Tex.cō.60.

inducte sunt. ¶ Iam ante diximus in eis que dicta sunt ꝙ corpus habet tres dimensiones tm̄: ⁊ sm tres dimensiones habet tres motus: ⁊ sm tres motus sunt corpora trium formarum disponentium ad motum ⁊ non plurium in genere: ⁊ ꝙ nullus istorum motuum est infinitus sed determinat⁹: quomodo ergo potest aliquis dicere ꝙ corpora huius mundi sunt multa ⁊ dissimilia in formis: ⁊ quodlibet ipsoruꝫ est infinitum: sic ergo non potest corpus esse finitarum substā-

Tex.cō.61.

tiarum formarum: ⁊ infinitorum vltimoruꝫ. ¶ Amplius nō potest esse ꝙ corpus infinitum sit per totum forme similis que forma sit elementi alicuius: siue corporis sperici infiniti: ⁊ primum quidem per quod hoc ostenditur impossibile esse: est ꝙ sicut superius determinatuꝫ est non est possibile: vt sit aliquis motus alius a tribus motibus superius determinatis: oportet ꝙ aliquis illorum trium motuum conueniat corpori infinito qđ similis forme esse dicitur: si ergo dicatur esse rectum corpus illud: tūc oporteret ꝙ aut esset grauitatis infinite: aut leuitatis infinite: ⁊ vtrūqꝫ istorum iam superius improbatum est. Si autem diceretur ꝙ est corpus circulare: vel simile sperico corpori qđ mouet circulariter: ⁊ qđ infinitum est. hoc iterum stare non potest: quia demōstratum est ꝙ impossibile est vt corpus infinituꝫ moueatur circulariter. Qui ergo dicit motum circularem esse sic sempiternum ꝙ nunq̄ moueatur ab eodem in idem propter infinitatem: aliquid simile dicit ei qui dicit celuꝫ esse infinitū. Est autem in physicis ostensum ⁊ sufficienter explanatum ꝙ hoc est omnino impossibile: insuper ostensum est superius in hoc libro: ⁊ in physicis ꝙ infinitum corpus non potest

Tex.cō.62.

omnino moueri. ¶ Amplius si dicatur moueri corpus infinitum: aut mouebitur naturaliter: aut violenter: ⁊ siquideꝫ detur moueri violenter cum violentia non sit nisi per comparationem nature dicta: oportebit ꝙ habeat alium motuꝫ naturalem qui violento opponitur: omne autem qđ mouetur naturaliter sm locum habet locum naturalem ad quem mouetur: ⁊ motum innaturalem a quo recedit: ⁊ locum per queꝫ transit: ⁊ similiter est de eo qđ mouetur violenter: hoc auteꝫ fingere volentibus impossibile est assignare ꝯtra motum corporis infiniti: cum ipsum omnem locum excedat: si est infinitum sm vltima.

¶ Cap. 5m. In quo ostenditur corpus non esse infinitum: et ꝙ nō est proportio actionis vel passionis corporis finiti ad corpus infinitum.

Tex.cō.63.

Possumus autem vniuersales inducere demōstrationes ex quibus probabimus nulluꝫ corpus esse infinitum: siue sit rectum: siue sit rotūdum. Sumemus ad id demonstrandum ea que conueniunt corpori tam recto q̄ rotundo: sicut ꝙ omne corpus est actiuum vel passiuuꝫ vel vtroqꝫ modo se habeat ad illa ꝙ est tam actiuum q̄ passiuum: sicut corpus celi actiuum est tm̄: passiua autem ⁊ actiua simul sunt corpora inferiora. Si ergo corpus aliquod est infinitum: tunc oportet ꝙ sit actiuuꝫ vel passiuuꝫ: vel vtrūqꝫ horum habet simul. Si autem dicatur esse actiuum vel passiuum: aut est actiuum vel passiuum in corpus finitum: aut in corpus infinitum: ⁊ accipiamus primo ꝙ patitur ab eo qđ est finitum: ostendemus vna ⁊ eadem demonstratione: ꝙ nec agit in infinitum: nec patitur ab ipso: nec ecōuerso: ⁊ illius quidem demonstratio verificans erit hoc qđ diximus per hoc qđ dicturi sumus: si eniꝫ possibile dicat esse aduersarius infinitum pati a finito ponamus lineam. a. esse notam corporis infiniti: sit autem aliud ab ipso finitum corpus qđ significetur per lineam. b. si agat. b. in totum. a. in tempore quod est significatum per litteraꝫ. c. impellatur autem in infinitum. a. vt recipiat aliquam impressionē vel formam transeuntem ab agente finito qđ est. b. in tempore finito qđ significatur per litteram c. Ponamus iterum ꝙ. d. significat agens finitum qđ est minus q̄. b. ⁊ est aliquota ex pars eius: ⁊ agat in patiens finitum qđ est. e. in eodem tempore qđ est. c. hoc est possibile: ⁊ ideo ex ista positiōe nihil debet sequi impossibile. Dicamus igitur ꝙ pars illius patientis finiti sit littera. ȝ. ⁊ sit tota pars patientis quota est pars d. ipsius agentis primi qđ est. b. hac enim proportione facta dico ꝙ qualis est proportio agentis minoris ad agens maius qđ est. d. ad. b. talis est proportio patientis ad patiens: hoc est. e. ad. ȝ. si enim non sit equalis proportio patientium adinuicem que est ipsorum agentiuꝫ: tunc oportet ꝙ sit maior vel minor: siquidem est maior resecetur ad equalitatem ipsius: tunc eniꝫ sicut se habet. d. ad. b. ita se habet. e. ad partem. ȝ. ergo permutatim sicut se habet. d. ad. e. ita se habebit. b. ad partem. ȝ. sed. d. mouet. e. in tempore. c. scilicet sicut dixit hypothesis: ergo in codeꝫ tempore mouebit. b. partem ipsius. ȝ. qđ est impossibile: cū enim in illo tempore moueat totum in minori tempore mouebit partem: ergo proportio patientium non fuit in equali proportione agentiuꝫ.

Tex.cō.64.

¶ Amplius autem dico ꝙ ad complendam demonstrationem: oportet accipere propositiones per se manifestas: quarum vna est ꝙ quecunqꝫ corpora sint equalia in magnitudine mouentur motu equali in tempore vno: quia equalē magnitudinem sequitur equalis virtus mouens: sicut grauitas vel leuitas: ⁊ ex ista propositiōe sequitur alia ꝙ corpus minoris magnitudinis mouetur in eodem tempore minus

q̄ corpus

q̄ corpus maioris magnitudinis propter eandem causam: quia scilicet est minor virtus in eo mouens. Omne eniꝫ corpus qđ mouetur virtute que est in corpore velocius ⁊ tardius mouetur sm modum sue maioritatis ⁊ minoritatis: ⁊ his suppositis dicimus simile esse in proportione agentium ⁊ patientium adinuicem: quia plus agit ⁊ maius est sm modum sue maioritatis: hoc est ꝙ quanto maius est tanto velocius agit: dūmodo patientia sint equalia: dicimus igitur ꝙ si talis est proportio.d. ad.b.que est.e. ad.z. ⁊ econuerso: tunc permutatim sm proportionem qua.d. agit in.z.sm eandem.b.aget in.e.dicamus igitur.e.⁊.z.partem esse infiniti patientis qđ est.a.⁊ minorem hac parte.e.esse pars que est z.tunc eniꝫ.b.aget in.e.in aliqua parte temporis.c. in dupla ergo parte illius temporis aget duplum eius qđ est.e. ⁊ sic duplicabimus donec veniamus ad totum tempus.c. tunc enim aget in aliquot finitas partes eius patientis qđ est infinitum: ergo in eodem tempore idem agens finitum aget in totum infinitum: ⁊ in partem eius finitaꝫ aliquam: hoc autem est impossibile: quia finiti patientis non est proportio ad infinitum patiens: ergo agentis in patiens finitum non est proportio ad agens in patiens infinitum: cum supra habitum est ꝙ que est proportio patientis ad patiens eadem est proportio agentis ad agens: ergo corpus infinituꝫ non patitur a corpore finito in aliquo finito tempore propter eandem causam: ⁊ etiam econuerso corpus infinitum non potest mouere corpus finitum in aliquo tempore: sed si moueret ipsum moueret in nunc temporis cum non sit proportio. Si enim detur ꝙ mouet ipsum in tempore: tunc inuenietur aliud corpus finitum qđ mouebit aliquod minus se in eodem tempore: quia quācunq; eius partem paruam moueat: tunc totiens reduplicabimus eam: ⁊ augebimus tam mouens finitum q̄ patiens donec finitum moueat finitum qđ est pars infiniti: vel donec pars infiniti mouentis moueat finitum corpus equale ei qđ mouetur ab infinito: ⁊ tamen sequitur ꝙ in eodem tempore finitum ⁊ infinitum mouent finitum qđ est impossibile: cum inter motum infinitum ⁊ motum finitum sit proportio: inter mouens autem finitum ⁊ mouens infinitum nulla sit proportio omnino neq; propinquitas: neq; comparatio aliqua. Sunt autem linee illius demonstrationis sic ordinande ꝙ vna sola linea infinita protrahatur que sit.a.⁊ sub illa finita sit alia que sit.b. que partialis est ad ipsam: ⁊ minor illa sub ea que sit.d.⁊ super lineam.a.in parte aliqua significentur due partes: vna maior altera minor que sunt.e.⁊.z.sicut hic vides. In proportione autem ignotis ꝙ quare est passio infinita ꝙ quare per proportiones que supponuntur: vt note que sunt agentis finiti ad agens finitum: ⁊ patientis finiti ad patiens finitum: ⁊ ideo primum in proportione est.b.secūdum est.d. tertium est.e.⁊ quartum.z.⁊ ideo cum permutatur proportio: tunc comparabitur primum ad tertium: hoc est.b.ad.e. ⁊ aget in ipsum in parte temporis.c.eo ꝙ in totum infinitū aget in toto tempore: ⁊ secundum comparabitur ad quartum hoc est.d.ad.z.⁊ agit in ipsum.z.in parte temporis.c.cū positum sit ꝙ in totum.e.cuius.z.pars agit in toto tempore.c.⁊ sequitur ꝙ vlterius inducitur: ⁊ tunc.b.agit in duplū vel in triplum eius qđ est.e.in toto tempore.c.⁊ tunc ideꝫ in eodem tempore aget in patiens infinitum sm eandē actionem. Si autem iste littere forte in libro Aristo. quem nos promisimus sequi non sic ordinantur non est curandum: q: propter breuitatem Aristo. multa subticet: sed sic ordinande sunt: sicut hic est dictum: sicut omni homini patet qui bene considerat in natura proportionum traditarum ab Euclide in.5.geometrie. Eodem autem modo probatur hoc qđ diximus superius: ꝙ scilicet finitum corpus non patitur ab agente infinito: ⁊ quia in hoc demonstratio Aristo. obscura valde est: ⁊ in diuersis libris diuersimode posita inuenitur: ideo ponimus primo ꝓportiones: deinde redibimus ⁊ explanabimus verba eius diuersa: ⁊ dicemus que littera sit verior: dicimus ergo ꝙ illud qđ per proportiones intendimus inuenire est potentia passiua finiti patientis ab infinito agente: hec igitur est vt ignota: ⁊ quia nos ignotum in proportione inuenire non possumus: nisi per proportiones notas plures vna: ⁊ ideo ponemus notas proportiōes agētium ⁊ patientium. Dicamus igitur sm principia superius posita: ꝙ scilicet maius agens agit velocius q̄ minus in idem vel simile patiens sm vnum ⁊ idem genus actionis: ꝙ ergo linea.a.sit nota agentis infiniti: linea.b.z.sit nota patientis finiti: ⁊.c.sit nota temporis in quo infinitū aget in totum finitum. Dicamus igitur ꝙ littera que est.d. sit agens finitum: quia qđ minus est q̄ infinitum agit in patiens qđ minus est q̄ totum.b.z.⁊ in tempore eodem: sit ergo ꝙ agat in vnam partem quaꝫ voluerimus eius quod est b.z.⁊ dicamus ꝙ agat in.z.que est altera pars eius. Resecemus autem ab infinito agente partem duplo tantum quantum est agens.d.⁊ illa sit.a.b. quia ergo.a.b. duplum est q̄ d.tunc.a.b.aget in.b.z.in toto tempore qđ est.c. Dicat igitur ꝙ in proportione primum sit.d. secundum.a.b. tertium z.⁊ quartum.b.z.sicut enim se habet.d.ad.a.b. ita se habet z.ad.b.z.ergo permutatim se habet sicut primum ad.z.⁊ hoc est.d.ad.z.ita se habet secundum ad quartum hoc est.a.b. ad.b.z.sed.d.mouet.z.in toto tempore.c.sicut dicit hypothesis: ergo.a.b.mouebit totuꝫ.b.z.in toto tempore.c.sed prius erat positum ꝙ totum.a.infinitum mouet.b.z.in tempore.c. ergo infinitum totum ⁊ pars eius finita mouent idem sm eandem actionem in eodem tempore qđ est inconueniens: ergo inconueniens fuit ponere infinitum agere in corpus finitum. Qđ ergo dicit Aristo. ꝙ.a.sit corpus infinituꝫ qđ habet potentiam infinitaꝫ: ideo est quia non potest habere potentiam infinitam: nisi habeat infinitam magnitudinem sicut sepius superius: ⁊ in octauo physicorum est dictuꝫ: ⁊ postea adiungo ꝙ.b.z.sit patiens infinitum: ⁊ ꝙ.c. sit tempus motus eius. Qđ auteꝫ dicit ꝙ littera.d.mouetur minus in eodem tempore q̄ sit.b.c. intelligitur sic ꝙ hoc quod dicit littera.d.sit ablatiui casus: ita ꝙ aliqđ littera.d.minus moueatur in.c.tempore q̄ sit.b.z.⁊ sit illud minus dimidiuꝫ qđ est.z. Qđ autem subiungit postea ꝙ non erit proportio talis que est super.b.z.totum ⁊ partem eius que est.z.que est proportio dupli: sicut est proportio motus que est littere.d.agētis ad.a.b.agentis: tunc enim oportet ꝙ inter.d.⁊.a.b. etiam sit proportio dupli: ⁊ tunc planuꝫ est qđ sequitur hoc qđ diximus virtute proportionis: littera tamen quam exponit Cōmentator non habet nisi ꝙ erit proportio totius.b.z. sicut proportio motus.d.ad.a.b.que est altera pars patiētis: ⁊ licꝫ ista littera sit planior: tamen prima cōmunior est verior: figura autem est ꝙ ducatur linea infinita que sit.a.qua signatur pars abscisa per punctum.b.sub qua producatur linea.b.z.habens notas diuisiōis in medio: ⁊ postea linea.d. sm dimidietatem partis.a.b. Cum igitur sequitur ex istis propositionibus idem ab infinito ⁊ finito moueri in eodem tempore: illud est incōueniens per antedicta principia que ostendimus superius ꝙ corpus maius mouet rem patienteꝫ ab ipso in tempore minori q̄ sit tempus quo mouetur a minore: hoc enim generale est in omni tempore in quo ponitur expleri actio corporis infiniti in corpus finitum: quia eadem efficiet corpus finitum in eodem vel in equali tempore. Scias auteꝫ ꝙ contra hoc quod hic demonstratur non est qđ diximus in octauo physicorum: ꝙ primus motor mouet motum infinitum sm naturaꝫ: quia primus motor non habet quantitatem: ⁊ mouet in motum per se ⁊ per accidens: que autem hic demonstrantur sunt intellecta de mouētibus habentibus quantitatem finitis vel infinitis: in quibus possunt partes accipi: sicut factum est in demonstrationibus ante inductis: nec est possibile ꝙ aliquid de numero mobilium moueatur tempore infinito: quia tempus infinituꝫ vltimum non habet: sed omnis motus vnus habet vltimum in quo stat. Si enim motus ponatur esse infinitus: tunc motus esset endelechia: sine actus non recipiens formam vel vbi impressum qđ est actus simpliciter ⁊ finitus: ⁊ motus circularis: aut motus celi qui infinitus est sm naturam non sic infinitus est: eo ꝙ ambiens circunferentie sit infinitus: sed ideo quia est ab eodem in ideꝫ completus: pars ⁊ finis eius non est aliqua forma singularis: vel non determinata sed potius ꝯtinuatas esse: ⁊ ideo oportet ipsum semper esse: hec autem in sequentibus demonstrabuntur. Quia autem nos declarauimus infinituꝫ nō moueri a finito: ⁊ iterum infinitum mouere finituꝫ vel age-

Tex.cō.65.

Documentū

T.cō.66.

re in ipsum: restat igitur nobis ostendere q infinitum non agit in infinitum in tempore finito. Si autem aduersarius dicat q possibile est vt corpus infinitum agat in corpus infinitum tempore finito. Ponamus infinitum esse agens lineam .a. infinitum patiens lineam .b. et sit tempus in quo cõpletur actio agentis in totum patiens linea .c.d. que duas partes habet: quarum vna sit .c. et altera .d. extraham et separabo ex patiente infinito qd est .b. partem vnam finitã que finiatur ad punctum .e. ita q pars eius finita sit linea .b.e. et ponam q etiam in illam partem sui seorsum agat agens infinitum qd est .a. ita q habeat duo patientia ab ipso vnuz infinitum qd est .b. totum: alterum autem finituz quod est pars eius qd est .b.e. verũtamen cum agit in duo patientia non agit in ipsa in tempore vno: qz in maiori tempore agit in maius: in minori vero agit in minus sm superius habita: ergo in infinitum agit incomparabiliter in maiori tempore: q̃ in partem eius finitam. Constat igitur q agens infinitum mouet .b. hoc est primam partem .b. non in toto etiã tempore quo mouet totum infinitum: sed in parte temporis illius que sit .d. tunc ergo inueniemus proportionem: quoniam nos primum proportionem ponemus sm partez temporis que est .c. et secũdum in proportione ponemus sm partem temporis que est .d. et iterum tertium in proportione ponemus partem patientis vnam quam agens infinitũ mouebat in temporis parte qd est finitum: illa autem pars est .e. quia positum fuit q in .d. mouebat agens infinitum partem finitam patientis: quantum autem in proportione ponemus partem infiniti patientis remanentem super partem que separata est ab ipso: et hec necessario est infinita: quia aliter patiens totum non esset infinitum. ¶ Et arguemus sic. Sicut se habet .c. ad .d. hoc est pars vna temporis ad aliam partem temporis: ita se habet .e. que est pars patientis ad residuam partem patientis: sed pars temporis ita se habet ad aliam partem temporis qd est finite alicuius proportionis: ergo etiam finite proportionis erit .e. ad residuum .b. ergo totum patiens compositũ ex infinitis erit finitum et datum erat q esset infinitum: et ideo ex proportione sequitur q residua pars totius .b. sit finita. Qd autez sit similis proportio inter partes temporis et partes patientis patet ex hoc q agens .a. agit tam in maius patiens q̃ in minus in temporibus diuersis sm magis et minus: ergo in eq̃libus agit in equalia. Cum ergo totum .c.d. tempus diuisum sit in duo equalia: et datum sit q in vna parte .a. agit in .b.c. et sequitur necessario q in reliqua parte agit in residuũ .b. patientis: ergo residuum equale erit parti que est .b.e. et sic totum .b. est finitum qd est contra hypothesim: dispositio autem lineatum huius demonstrationis est hec quam vides.

T.c. 67.

¶ Manifestum igitur est ex dictis q impossibile est q corpus infinitum moueat agendo corpus aliquod patiens infinitum in tempore finito. Et si forte diceret aliqs q corpus infinitum mouet corpus aliud infinitum in tempore finito: dicemus contra hoc q tempus infinitum sm vltima est quod non habet vltimum: et qd mouetur in ipso nõ peruenit ad vltimum sui motus: quia vltimum temporis adiacet vltimo motus: sicut tempus motui. Qd ergo generatur in ipso semper generatur: et nunq̃ peruenit ad complementum: et similiter est de augmento et alteratione et loci mutatione. Omne autem corpus qd mouetur peruenit ad finem motus necessario: sicut ostendimus in fine .6. phisicorum. Similiter autem corpus omne quod mouetur est finitum: et ideo passio eius finita: et motus eius: cum enim passio infinita esse nõ possit nisi in subiecto infinito: si passio esset infinita: esset et subiectum infinitum: et ideo qui dicit corpus infinitum: et passionem infinitam petit principiũ.

Tex. c. 68.

¶ Adhuc autem dico q omni corpori sensibili est virtus agẽs tñ: sicut celo: aut virtus patiens tñ: sicut corpori qd est materia: aut vtrũq3 scilicet agens et patiens est sicut se habent elementa: hec autem omnia voco sensibilia sensu tactus: quia antiqui dixerunt celum esse igneum: et precipue stellas: et ideo licz ipsum sm veritatem non sit sensibile: tamen ab his qui esse asserunt infinitum ponitur sensibile. Arguo igitur ex predictis et ex his que nunc dicta sunt: q cum omni corpori sensibili sit potentia actiua: aut passiua: aut vtraq3: infinito vero corpori: nec sit potentia actiua: nec passiua: nec vtraq3 sicut habitum est ex predictis demonstrationibus manifestũ est q infinitum corpus non est corpus sensibile vt dicunt antiqui: ergo nullum omnino corpus est infinitum.

Tex. c. 69.

¶ Si autem aliquis fortasse dicat q finitas non accidit corporibus sensibilibus: nisi eis que sunt intra celum: extra celum autẽ sunt corpora tenuia spiritualia non sensibilia que sunt infinita. Inducemus contra hoc qd quidem ad sensuz manifestũ est: q omne corpus sensibile est in loco aliquo qui quidem est principium sue generationis: sensibile enim vocatur: quia est distinctum primis sensibilibus que sunt opposita tactus: et dicuntur qualitates prime: et tunc sumemus conuersam istius propositionis: scilicet omne qd est in loco est sensibile. Diximus enim in phisicis q locus non proprie cõuenit sperico corpori: eo q illud non est sensibile: et per consequẽs non generabile: et arguemus tunc sic. Omne qd est in loco est sensibile: extra celum autem non est locus: ergo extra celum non est corpus sensibile: ergo nec infinitum corpus sensibile: nec infinitum est extra celuz: et hec conclusio sequitur quo ad antiquos sufficienter: quia ipsi dixerunt omne corpus sensibile: et licz quo ad veritatem non sit verum eo q spericum non est sensibile: tamen ostendemus iam inferius q nec spericum corpus potest esse extra celũ. Ostensuz est igitur ex predictis q extra celum non est aliquod corpus aliud ab ipsis corporibus que sunt sensibilia apud nos: et si aliquis dicat q possibile est q extra celum sit corpus spirituale tenue: tunc necessarium est ipsum confiteri q illud corpus qd est illic sit in loco: quia extra et intra sm q de corporibus cõtentis: et suis continentibus dicuntur dicunt locum: licz nõ necessario dicant locum quando dicuntur de his que nõ sunt corpora: sicut quando dicuntur de animabus et intelligẽtijs substantijs: et de suis continentibus: sicut quando anima dicitur in corpore esse vel extra corpus: et intelligentia dicitur esse in orbe: vel extra orbem: in talibus enim substantijs incorporeis illud quod dicitur esse intra cõtinet et illud in quo esse dicitur continetur cuz econuerso sit in corpore et loco intra quem dicitur esse corpus: cum ergo intra et extra dicant locum: et prius habitum est q illud quod est in loco sit corpus sensibile: sequitur necessario q corpus spirituale qd est extra mundum sm aduersarium sit sensibile: et vlterius tũc sequitur q est actiuuz vel passiuum: et ita non potest eẽ infinitum cũ infinitũ nec possibile sit esse actiuum vel passiuuz.

¶ Cap. 6m. In quo probatur per rationes logicas: q nullum corpus est infinitum sm actum.

T.c. 70.

Que sint rõnes dialectice

Adhuc autem ad predicta abundabimus: aliter etiam adducentes ad hec syllogismos dialecticos adhuc ex propositionibus communibus et veris licz non sint sumpte ex proprijs et cõuenientibus causis conclusionis. Si enim aliquod corpus est infinitum: aut mouetur circulariter: aut recte. Et si dicatur moueri circulariter: dicemus q omne quod mouetur circulariter reuoluitur contra medium qd est centrum finitum et determinatum: qd autez mouetur contra medium finitum et determinatum est finitum: ergo infinitum est finitum qd est impossibile: ergo infinitum non habet medium supra qd reuoluitur: ergo nõ mouetur circulariter. Si vero dicatur moueri motu recto: tunc oportet q locus ad quez mouetur: et in quo mouetur sit maior ipso: quia aliter non moueretur in ipso: ergo infinitum vnum maius erit q̃ aliud: locus enim in quo mouetur per hoc q non habet vltimum est infinitus: per hoc q maior est infinito: est ergo sine fine maior. Adhuc dicunt hoc ipsuz infinitum tribus indiget locis infinitis: indiget enim vno ad quem moueatur naturaliter: et indiget alio ad quem moueatur accidentaliter siue violenter: hec enim duo loca differunt sm oppositionem in forma: et indiget tertio loco per quem moueatur tam naturaliter q̃ violenter: et necesse est q omnia hec loca sint infinita. Idem eniz locus est per quẽ mouetur aliquid taz naturaliter q̃ violenter: sed maior est ipsum motum: sed duo loca alia tanta sunt quantum ipsum qd mouetur infinitũ et necessario est q hec loca infinita sunt: et vnus locus maior sit alijs duobus: et q in infinituz distẽt: que omnia sunt absurda quantũcunq3 sunt duo suis formis

distincta:

distincta: ⁊ terminata: ⁊ diffinita: ⁊ hec necessario sunt finita. Et similiter est de eo qđ est vnum: quia hoc est in se indiuisum ⁊ nihil sui habet extra: cum de infinito cōtinue sit aliquid extra accipere sicut probamus in tertio physicorum nostrorum. ¶ Amplius si dicatur corpus infinitum esse ex equalibus superficiebus ⁊ dimensionibus ⁊ esse motus recti: tūc oportet ꝙ habeat virtutem infinitam mouentem: siue motus eius sit naturalis: siue accidentalis: quoniam virtus infinita est corporis infiniti: ⁊ econuerso corpus infinitū virtutis infinite: sicut sepius in premissis habitum est a nobis.

Tex. cõ. 71. ¶ Similiter autem cum in physicis nostris de motibus localibus ⁊ mouentibus in octauo libro ageretur: nos ostendimus ꝙ corporis infiniti non potest esse virtus finita. Si ergo hec ita se habent cum dicatur corpus infinitum habere duplicem motum scilicet naturalem ⁊ accidentalem oportet ꝙ ipsum infinitum componatur ex oppositis virtutibus mobilibus: quoniam sicut opponitur motus naturalis ⁊ accidentalis: ita necesse est opponi virtutes mouentes: virtutes autem iste non sunt nisi oppositarum formarum substātialium: ergo infinitum corpus habet in se formas substantiales oppositas: sicut igneitatem ⁊ terrestreitatem: formas autem diuersas substantiales sequuntur diuerse qualitates ⁊ quantitates: ⁊ ꝙ vnum sit alterius quantitatis ⁊ figure ꝗ̄ aliud causa est forma substātialis: ergo infiniti vna pars est maior ꝗ̄ alia: que omnia sunt absurda ⁊ inconuenientia: ⁊ ideo non est ponere esse aliquid actu infinitū: ⁊ si esset tūc esset vnius forme ⁊ vnius virtutis: ⁊ vnius motus: ⁊ non posset moueri motu aliquo: nec a se: nec ab alio corpore.

Tex. cõ. 72. ¶ Amplius cum nos in octauo physicorum nostrorum probauerimus ꝙ omnis motus localis causatur: vel ab anima: vel ab eo qđ dat formam: dummodo sit naturalis istud infinitum qđ dicitur moueri: aut est animatū qđ habet spiritum: aut inanimatum non habens spiritualem substantiam. Si autem est animatum qđ habet spiritum: tunc erit animal infinitum: ⁊ qualiter est hoc possibile vt sit animal infinitum: istud enim animal indiget cibo infinito: ⁊ eius organa erunt infinita: ⁊ cum eius organa sint partes eius: ⁊ infinitum vnum est tantum quantū aliud: sequitur ꝙ pars ipsius animalis tanta sit quantum totum animal: ⁊ cum infinitum replicat infinitum locum: sequitur ꝙ est in loco partis illius animalis: sicut totū animal: ⁊ ꝙ vna pars eius sit vbi alia pars eius est: ⁊ multa alia absurda ⁊ incōuenientia. Si autem sit non animatum ⁊ non habens spiritualem substantiam: tunc sicut in octauo physicorū nostrorum probauimus: necesse est ꝙ moueatur ab alio moto corpore: ⁊ necesse est etiam ꝙ hoc sit infinitum: ⁊ sic erunt duo infinita: vnum mouens ⁊ alterum motū: ⁊ necesse est ꝙ hec differant in forma substantiali per mouentem potentiam ⁊ potentiam eius qđ mouetur: quia aliter vnū non esset agēs ⁊ reliquum patiens: ⁊ si duo dicantur in forma diuersa infinita: iam ostendimus ꝙ ad hoc plurima sequuntur incōuenientia ⁊ absurda: omnino ergo impossibile est ponere aliquid esse infinitum sm̄ actum.

¶ Cap. 7m. In quo habetur de probatione ꝙ corpus non est infinitum: licet Democritus ⁊ Leucippus dicebant componi corpus ex athomis infinitis.

Tex. cõ. 73. Quoniam autem iam in antehabitis probauimus corpus infinitum non esse simplex nec cōpositum: quoniam si esset compositum infinitū oportet ꝙ simplicia componentia essent infinita: aut specie: aut sm̄ vltima: aut vtroqȝ modo: ⁊ nos ostendimus ꝙ nihil horū potest dici: tamen quia Democritus ⁊ Leucippus dicebant fieri cōpositionem ex his que finita sunt sm̄ vltima: ⁊ sm̄ speciem: sed sunt infinita in numero indiuiduorum solummodo: et ideo compositum ex his est infinitum: ⁊ ideo oportet nos inquirere de compositione ista: ⁊ tunc complebimus tractatū de infinito. Dicamus igitur ꝙ si corpus elementale totius vniuersi non fuerit continuum: sed fuerit discretum ⁊ partium separatarum infinitarum sm̄ numerum: vt Democritus ⁊ Leucippus dicebant: tunc necessario sm̄ opinionē eorum sequitur ꝙ omnium partiū vniuersi motus sit vnus consimilis: dicebant enim predicti philosophi vnam eē naturam omnium athomorum: licet sm̄ figuras ⁊ ordinem differentiam inter se haberent: ⁊ huius simile dabant in auro cōminuto in partes plurimas: cuius oēs partes sunt aurū: licet figuras habeant diuersas: ⁊ diuersimode ordinatas in cōpositione. Tria enim dicebant scilicet ꝙ essent vnius nature: ⁊ ideo elementales: ⁊ ꝙ essent athomi: ⁊ ideo prima: ⁊ ꝙ sint infinita sm̄ numerum: ⁊ ideo nihil esse extra ipsas. Si ergo hoc est verum qđ ipsi dicunt ꝙ scilicet natura omniū partium est vna ⁊ eadem: tunc sequitur necessario ꝙ motus omnium est vnus ⁊ idē: quia sicut diximus in physicis nostris quo motu mouetur vna gleba mouetur tota terra: ⁊ quo motu mouetur scintilla: mouetur ⁊ totus ignis ⁊ sunt in vno loco ambo per naturam. Declaratum est ergo nunc sm̄ positiones istorum philosophorū ꝙ si ista corpora athomalia sunt omnia grauia: ꝙ tūc nihil erit in eis qđ sit leue: ⁊ si sint omnia leuia: tunc nihil omnino erit in eis qđ sit graue qđ est contra sensū: ⁊ hoc quidem sequitur ad oppositū istorum inquantū dicunt ista corpora esse infinita extra que nihil est accipere: quia cum tūc ponantur omnia esse vnius ⁊ eiusdem nature non erit inuenire in eis: nec extra ipsa aliquid ꝙ non habeat naturam illam: ⁊ sic in omnibus rebus mundi non inuenietur nisi vnus motus qđ est contra sensum.

Tex. cõ. 74. ¶ Amplius si dicant corpus compositum ex his esse infinitum quocunqȝ modo hoc fiat adhuc oportet eos concedere ꝙ hoc sit graue vel leue: ⁊ tūc si leue mouetur a medio ⁊ si graue mouetur ad medium: ⁊ tunc vtrunqȝ istorum impossibile est conuenire corpori infinito: corpus enim ponitur esse infinitum: infinitum autem non habet mediū: mediū enim est contentum corpore qđ est circa medium: contentū autem alio corpore circundante non est infinitum: ⁊ ita nō potest in ipso esse infinitum sicut in loco. Similiter autē qđ est infinitum non est in orizonte: quia orizontem non potest habere infinitum corpus. Cum enim vt tradidit Ptolomeus in libro introductionum suarum orizon sit duplex artificialis: ⁊ rationalis: siue naturalis artificialis est dimidium spere comprehensum per visum: rationalis autē dimidium spere totius que intelligitur diuidi superficie secante centrum terre: ⁊ extensa per quatuor puncta aquilonis ⁊ meridiei: orientis: ⁊ occidentis: talis autē orizon habet extra se corpus continens qđ est sphericum: habens autē extra se corpus continens ipsum impossibile est esse infinitum: ergo nec motus ad orizontem: ⁊ contentum in orizonte est infinitum: nec potest dici ꝙ quoddam ens moueatur inferius: et quoddam superius: quia superius ⁊ inferius non habet vt iam probatum est.

Orizon duplex.

¶ Si ergo hoc est sicut nos diximus: tūc non mouetur ad aliquem locum omnino: quia si non est ei conueniens aliquis locus: tunc non erit ei conueniens aliquis motus omnino. Corpora autem omnia mouētur: aut motu naturali: aut motu accidentali: aut motu necessario: sicut ostensum est in octauo physicorum vbi probatū est: ꝙ nihil omnino est immobile nisi motor spere: ⁊ corpora que mouentur naturaliter terminata ⁊ finita sunt sine locis suis naturalibus: eo ꝙ quantitas eorum finitur ad locum: et que mouentur violenter sunt finita etiam in his que non sunt per naturam in loca sua propter eandem causam: ergo nullum corpus infinitum est in aliquo loco motum vel non motum.

Tex. cõ. 75. ¶ Amplius si dicat aduersarius ꝙ loca superius ⁊ inferius sunt eorum que mouentur naturaliter: ⁊ non eorum que mouentur violenter: ⁊ ideo diceret forte probationem inductam non valere: quia potest dici ꝙ athomi infiniti mouentur ad vnum locum per naturam tm̄: ⁊ ad alterum per violentiam: tunc dico contra hoc: ꝙ quodcūqȝ horum diuersorum corporum dicatur fixum hoc est quiescēs: aut motum ad locum aliquem per accidens: oportet ꝙ idē locus sit alij corpori naturalis: quia per accidens ⁊ violenter non sunt nisi in comparatione ad naturam: ⁊ verificatio istius est: quia in omnibus rectum motum habentibus necessario consequitur istud: sicut in physicis dictum est: quia scilicet qđ vni est naturale ⁊ alteri accidentale: in motibus ⁊ locis ecōuerso: qđ vni est accidentale ⁊ alteri naturale. Si ergo eadem loca sunt naturalia ⁊ violenta: ⁊ sic non stat dictum aduersarij. Ex his ergo dicemus ꝙ non omnibus oportet ꝙ omnia corpora huius mūdi sint leuia tm̄ aut grauia tm̄. Sed quedam eorum sint grauia: quedam leuia: et finita formis ⁊ quātitatibus ⁊ locis: ⁊ ideo mundus ex his

compositus necessario est finitus: sic ergo ostensum sit ⁊ verificatum ex antecedentibus rationibus: ⁊ philosophie principijs ꝙ corpus totius vniuersi est finitum sm actum: ⁊ ꝙ ipsum esse infinitum est impossibile.

¶ Cap. 8m. Et est digressio declarans septem vias ex quibus posteriores Peripathetici probare nituntur non esse corpus infinitum.

Licet autem melior modus quo probatur celū ⁊ cetera corpora simplicia non esse infinita sit sumptus ex spatio in quo est motus: sicut nos induximus supra: tamen video tam in celo ꝗ̄ in elementis: sicut colligitur ex verbis quorūdam physicorum Peripatheticorū septē sunt ex quibus probatur corpus non esse posse īfinitum sm actū. Et est vnus modus quia per omne terminatum tres dimēsionibus est sm omnem modum finitum. Corpus autez vndiq̄ terminatur tribus dimensionibus: ergo corpus omne per omnem modum est finitum. Non enim potest intelligi corpus cuius vltimum non sit superficies: sicut nec intelligitur superficies: cuius vltimuz non sit linea: neq̄ intelligitur linea: cuius vltimum non sit punctus: ⁊ hec ratio est generalis omni corpori tam simplici ꝗ̄ composito. Tres enim dimensiōes sunt vltima materie corporalis: ⁊ ideo omne corpus est finitum istis. ¶ Amplius non solum nō esse: sed etiam non potest intelligi corpus sine longitudine: ⁊ latitudine: ⁊ profunditate. Iste igitur dimensiones tres sunt mensurantes omne corpus: omne autem qđ his mensuratur totum mensuratur: ⁊ in se: ⁊ in partibus suis: quia partes corporis sunt corpora. Si detur ergo infinitum corpus esse corpus: oporteret etiam ꝙ totuz: ⁊ in se: ⁊ in suis partibus his tribus dimensionibus mensuretur: ꝙ his autem mensuratur totum in his continetur totum: ⁊ ꝙ in his continetur totuz est finitum: ergo infinitum est finitum: qđ est ꝯtra hypothesim. Si autem dicatis ꝙ aliquid infiniti his mensuratur: ⁊ aliquid est extra ista: tunc illud qđ illis mensuratur ⁊ continetur est corpus: ⁊ illi aliquid extra additur qđ non est corpus: sed omne enim cui additur aliquid extra est finitum: ergo corpus illud est finitum cuicunq̄ additur aliquid post finem suum additur: illud autem qđ additur: aut mensuratur etiam tribus dimensionibus: tūc corpus finitum erit sicut ⁊ istud: si autem non: sed est extra ipsum: tūc non potest esse corpus: ⁊ tamen circundat corpus: ⁊ hoc non est intelligibile. Si forte diceretur ꝙ ipsum quidem in cōcauo est finitum corpus: sed in conuexo extra extenditur infinitum: et non terminatur superficie aliqua: ⁊ linee sue non terminantur punctis aliquibus: hoc non potest esse: quia reuoluta superficie concaua: necesse est ꝙ sit reuoluta tota pars conuexa: sed concaua superficies cum ponatur esse finita reuoluitur in tempore finito. Si ponatur moueri: ergo in tempore finito reuoluta erit pars conuexa: sed infinitum non reuoluitur in tempore finito: ergo cōuexum eius non poterit esse infinitum: positio autem qua nos ponimus ipsum moueri non est impossibilis: cum omne corpus aut moueatur necessario: aut possibile sit moueri: sicut ostēsum est in octauo physicorum. Cum igitur sequatur impossibile nō sequitur ex positione: sed potius ex hoc ꝙ conuexum spere mundi ponitur esse infinitum. ¶ Amplius loquētes de infinito dicūt infinitum esse qđ est infinitum sm vltima: ꝙ si etiam dicūt aliquando infinitum sm potentiam: tamen sicut infra ostēdimus infinitum sm potentiam ponit infinituz sm vltima: tale autem īfinitum nō potest cogitari esse vel ītelligi: quicquid enim esse cogitatur sm totum cogitatur habere esse: sz nihil habet esse nisi qđ completum est in esse: infinitum autem nunꝗ̄ est: vel fuit: vel erit completum in esse: vt probatum est in tertio physicorum: ergo infinitum esse non potest cogitari: ⁊ siquidem fuisset in preterito: tunc esset finitum: quia preteritum est terminatum ad presens: ⁊ si dicatur esse in presenti adhuc esset terminatum: quia esset inter preteritum ⁊ futurum. Similiter si diceretur esse in futuro aliquādo efficeretur preteritum: ⁊ iterum esset terminatum: ⁊ si tu dicis ꝙ nihil ad propositū est hoc qđ dicitur de tempore: cū nos loquimur de infinito sm quantitatem: dico ꝙ per temporis finitatez probatur esse finita quātitas: quia eius quātitatem accipienti aliquid excellit de tempore in quo nō inuenit quantitatem aliquam accipiēdam illud est finitum in quantitate: sic etiam si aliquid excellit de loco in quo non est accipere aliquid de quāto aliquo quocūq̄ signato sequitur ꝙ illud quātum non excellit omnem locum: ⁊ sic patet ꝙ in loco nullo ⁊ in nullo tempore nunꝗ̄ fuit: vel esse vel fore poterit possibile cogitari infinitum esse. Et hec via est tertia: qua probant non esse infinitum. ¶ Via quarta est: quia sicut in numeris nullus numerus est qui non possit duplicari: ⁊ ideo nullus numerus acceptus potest esse infinitus: eo ꝙ infinitum duplicari nō potest: ita etiam in continuo non est accipere aliquam quātitatez que duplicari nō possit sm intellectum: sed omne qđ duplicari potest sm intellectuz est finitum: ergo nulla quātitas que accipitur sm intellectuz potest esse īfinita: ⁊ sic iterum infinitum cogitari esse nō potest: per hoc qđ cogitatur esse cogitatur esse finitum. ¶ Via autem quinta est specialis de celo ⁊ corpore sperico: si eniz hoc infinitum esset: tunc motus circularis esset infinitus: ⁊ quia hanc rationem satis in physicis explanauimus: ideo breuiter hic tangenda transimus. ¶ Via sexta est quia si motus circularis ponatur esse īfinitus propter circularem īfinituz ambitum sui circuli: tunc motus circularis nō erit motus: quia nunꝗ̄ erit ab eodem puncto in idem punctum: aliter enim oporteret ꝙ motus perueniens ad idem pūctum: vnde fuit a principio precederet spatium in quo est motus: et hoc nequit intelligi: ergo non potest dici ꝙ corpus circulare sit īfinitum: cum ipsum necessario sit motuz: sicut ostensum est in octauo physicorum. ¶ Septima via ⁊ vltima generalis est de omni corpore: quia omne corpus: aut est in omnibus suis partibus continuum: aut est partium scissarum continuitatem in se non habentium: sz sine congregate: sicut aceruus lapidis: quemadmodum dixerunt Democritus ⁊ Leucippus: ꝙ si ipsum dicatur esse continuum oportebit sibi esse omnes partes copulatas a prima vsq̄ ad vltimam: qđ autez copulatur a primo vsq̄ ad vltimum necessario est finitum ⁊ in vltimo: ergo omne corpus continuum est finitum: qđ si etiaz dicatur ꝙ aliquid remanet extra vltimā ad quā facta est copulatio continui: istud esset addibile ad istā per copulationem: omne autem cui aliquid est addibile est finitum: sicut superius diximus in istis eiusdē capituli physicis: ergo copulatum finitum: non ergo intelligi potest aliquid esse continuum per infinitum. Si autem dicatur scissarum partium: tunc ille partes: aut erūt omnes finite: aut omnes infinite: aut quedam finite: aut quedam non finite. Si autem dicantur omnes finite: aut omnes erunt finite et quantitate ⁊ numero: aut omnes erunt quantitate quidez finite: infinite quidem sm numerum: sicut asserebant Democritus ⁊ Leucippus: ⁊ siquidem omnes sunt finite tam quantitate ꝗ̄ numero: tunc ex his non potest intelligi componi infinitum: si autem finite quidem sunt quantitate: sed infinite quidem numero: tunc oportet dici ꝙ totum cōgregantium diuidamr in partes: sic quantitate finitas ⁊ numero infinitas: aut ergo diuiditur in eas corpus diuisiōe completa: aut incompleta: ⁊ dico diuisionem completaz que stat in eo ꝙ non inuenit vltra in quo diuidat. si ergo diuideret in eadem diuisione completa partes necessario erunt finite sm numerum: quia diuisio non complebitur nisi in vltima vnitate que addita fuit numero postꝗ̄ non erit aliam inuenire: si autem diuiditur in tales diuisione incompleta: tunc constat ꝙ alique sunt per diuisionē accepte: ⁊ alique adhuc per diuisionem accipiende: sed accepte semper sunt finite: ⁊ accipiende sunt in potentia ⁊ non in actu: ergo ex hoc nō sequitur: nisi ꝙ infinitum sit potentia ⁊ non in actu: ⁊ hoc non negauimus: sicut patuit in tertio physicorum. Si autem tu dicas ꝙ omnes partes sunt infinite sm vltima: hoc esse nō potest: quia etiam multa infinita componentia vnum infinitum: ⁊ sic sequitur multa inconuenientia .s. ꝙ pars sit equalis toti: ⁊ ꝙ vnum infinitum sit extra aliud infinituz: ⁊ plura que superius posita contra similem opinionem. Si autem alique finite sunt: ⁊ alique infinite: tunc sequūtur eadē inconuenientia: ⁊ plura alia: que etiam superius cōtra similem positionem sunt inducta: hec igitur sufficiāt ad presens ostendēdum: ꝙ non est aliquod corpus actu infinitum.

¶ Incipit

¶ Incipit tractatus tertius primi libri. In quo subtilissime habetur vtrum mundus sit vnus vel plures.

¶ Cap. p^m. Eiusdem tertij tractatus in quo artificiosissime ostenditur ꝙ mundus sit vnus ⁊ ipsa natura ⁊ motus partium eius simplicium que habent motum rectum.

Tex.c.76.

Cum autem sit vnuz de mirabilibus ⁊ nobilioribus questiis in natura vtrum mundus sit vnus: vel sunt mundi plures: ꝙ etiam anima humana per se desiderat scire: videtur nobis conueniens vt inquiramus de illo: promisimus eniz in physicis nos de hoc sermonem ⁊ tractatum facturos. Sed oportuit vt ante ostenderemus esse mundum finitum: si eñi mundus esset infinitus non esset inquirendum de eo: vtruz esset vnus vel plures: qr constaret tunc ꝙ nõ esset nisi vnus: quia multi infiniti esse non possunt intelligi: sed cuz iam determinatum est ꝙ mundus est finitus statim desideriuz est ad sciendum vtrum sit mundus vnus vel plures: ad hoc igitur inquirenduz premittamus ea que necessario sunt tanq̃ principium: vt ex ipsis procedamus. Dico ergo diuidendo: ꝙ omnia corpora siue sint vnius mundi siue plurium mundorum aut mouentur: aut stant siue quiescunt. Si quidem mouentur: tunc aut mouentur naturaliter: aut mouenĩ violenter. Similiter autem si stant aut quiescant: quies eorum aut erit violenta: aut naturalis: hoc autem habito dico vlterius: ꝙ ad quemcunq; locum moueatur corpus aliquod: ⁊ sine violentia in eodem quiescunt naturaliter: ⁊ sine violẽtia ⁊ econuerso. In quocunqz loco stant: siue quiescunt sine violentia: ⁊ ad eundem mouetur naturaliter: ⁊ sine violentia. ¶ Amplius autem suppono tertio loco ex antehabitis: ꝙ quicunq; motus est motus violentus vi oportet ꝙ cõtrarius motus eiusdem eidem corpori sit naturalis: ⁊ quicũq; econuerso est vni corpori naturalis: contrarius eiusdẽ eidẽ corpori erit motus violentus: ⁊ hec omnia apparent ex antehabitis rationibus: vnde constat tres esse motus simplicium in genere: ⁊ tria esse genera simplicia: scilicet circulare ⁊ rectum graue: ⁊ rectum ⁊ leue: siue sint in hoc mundo: siue in mundo alio: ⁊ ideo constat etiam esse tria loca s̃m speciẽ: scilicet circa medium ⁊ mediũ ⁊ orizonta. His ergo ita

Tex.c.77

suppositis dico ꝙ si motus terre que est extra hunc mundũ vadit ad medium istius mũdi motu violento: tũc motus eius ex medio huius mundi ad medium alterius mundi est naturalis: ⁊ econuerso: si motus est ex medio huius mundi ad medium alterius mundi est motus: tunc motus eius ex medio illius mundi ad medium istius mundi est naturalis: ⁊ tunc sequitur necessario ꝙ motus vniuscuiusqz hoꝝ simplicium sit mixtus ex naturali ⁊ violento: quia inquantum motus terre est ex medio huius mundi est violentus: inquãtum autem est ad medium alterius mundi est motus naturalis: ⁊ sic de alijs motibus omnium simplicium corporum habentium motum rectuz: hoc autem impossibile est: ergo impossibile est vt sint multi mundi. ¶ Amplius si ponantur

Tex.c.78.

celi ⁊ mundi esse multi: tunc oportet ꝙ dicantur esse ex partibus: hoc est ex elementis similibus in natura: ⁊ diffinitione necessario ita ꝙ ignis vnius mundi sit eiusdem nature cum igne omnium mundorum in natura ⁊ virtute: ⁊ terra vnius mundi sit similis terre omnium mundorum in natura: ⁊ similiter de reliquis elementis: hoc enim solum est qđ probatur ꝙ non potest dici: si enim diceretur ꝙ elemẽta mũdorum plurium non essent similia in natura ⁊ virtute: tunc non conuenirent mundi nisi in nomine: ⁊ non in natura rerum: ⁊ ex talium pluralitate non sequitur plures esse mundos: sicut nec canes propter hoc sunt plures: quia canis significat latrabile: celeste sidus ⁊ marinum: quia si partes mundi non conuenirent nisi in nomine: tunc etiam totuz nõ conuenirent nisi in nomine: ⁊ non in diffinitione ⁊ natura: ⁊ tunc vt diximus non sequeretur ꝙ essent plures mundi: ⁊ cõtra talem positionem hic non disputamus. ¶ Fuerunt quidam qui dixerunt plures esse mundos: vnum quidem corporum: quem hic habitamus: alium autem sphericum qui habet suum celum: ⁊ suam terram: ⁊ suum ignem: ⁊ suum aerem: ⁊ suam aquam: que in nullo conueniunt nisi in nomine cum terra: ⁊ igne: ⁊ aqua que sunt apud nos: ⁊ quia dictum illorum nulli innititur rationi physice: ideo eadem facilitate contemnetur qua dicitur: ⁊ ideo dicimus ꝙ si mũdi sunt multi: tunc conueniunt omnes in natura ⁊ virtute cum isto mundo: tam in toto q̃ in partibus: ⁊ tunc manifestum est ⁊ patens ꝙ sicut in hoc mundo quedam simplicia mouentur ad medium: ⁊ quedam a medio: ita in omnibus mundis. Causam autem huius ꝙ quedam ad medium ⁊ quedam a medio mouẽtur iam ostendimus ⁊ exposuimus vbi narrauimus quot sunt primi motus corporum localis: ⁊ ibi induximus rationes necessarias: ⁊ ostendimus in tractatu immediate ante istum ꝙ omnis motus est finitus: ⁊ ꝙ vnumquodqz elementorum naturaliter diffinitur ad aliquem motuum rectorum. Redeamus igitur ex illo qđ superius determinauimus ad istud qđ intendimus hic: ⁊ dicamus ꝙ si motus corporum omnium mundorum sunt vnici s̃m rationem: tunc elementa omnium mundoꝝ sunt vnica s̃m diffinitionem: ita ꝙ terra omnium mundoꝝ est vna s̃m diffinitionem: ⁊ ignis omnium vnus: ⁊ sic de alijs. Si

Tex.c.79.

autem hoc est s̃m ꝙ diximus: tunc necessario terra que est in mundo alio: vadit ad medium istius mundi: ⁊ ignis illius mundi vadit ad superius istius mundi: ⁊ hoc est impossibile propter causam quam superius diximus: quoniam si motus ignis ⁊ terre alterius mundi est sicut diximus: tunc sequitur ꝙ terra ascendit sursum: cum enim locus suus sit hic: desiderabit esse hic: ⁊ non potest esse hic: nisi vadat ad superius alterius mundi: ⁊ eodem modo sequitur ꝙ ignis vadat inferius: quoniam nõ potest venire ad superius istius mundi: nisi vadat a superiori alterius mundi: ⁊ ire a superiori est ire versus medium: ⁊ eadem ratio est de terra huius mundi: que necessario mouetur ex medio istius mundi ad medium alterius. Eadem ratio est de igne mundi huius: ⁊ hoc sequitur ex hoc ꝙ media omnium mundoꝝ extrema sunt vnius rationis: sicut iam in premissis habitum est. Si autem non fuerit talis motus corporum simpliciuz:

Tex.c.80.

tunc diximus: quoniam natura mundorum: nec in toto nec in partibus erit vna: ⁊ hoc non est tñ contra rationem: sed etiam contra positionem omnium physicorum: qui physice posuerunt celos ⁊ mundos. Dicunt enim omnes illi ꝙ medium omnium mundorum ⁊ orizonta eorum sunt vna in ratione diffinita. Si ergo est sicut dicunt: tunc s̃m rationem prius inductã est ipossibile vt sint multi mundi plures vno.

¶ Cap. 2^m. De contradictione eorum qui dicunt elementa diuersorum mundorum moueri ad eundem mundum.

Tex.c.81.

Si autem aliquis alius sit qui dicat ꝙ natura corporum simplicium existentium in mundis diuersis diuersificatur propter dispositionem elongationis eorum a locis suis proprijs minus vel magis: ita scilicet ꝙ terra alterius mũdi extra hunc mundum elõgatur a medio istius mundi: ⁊ appropinquat medio illius mundi: ⁊ ideo contrahit naturam illius medij ⁊ non istius: ⁊ ideo mouetur ad illud medium ⁊ non ad istud: sicut nos videmus in magnete ꝙ attrahit ferrum sibi propinquum: eo ꝙ acquirit aliquam proprietatem lapidis attrahentis: ⁊ non attrahit ferrum remotum: quia ad illud non peruenit virtus lapidis attrahentis. Dicemus ꝙ sermo ille est extra normam rationis: ⁊ ideo est erroneus: simplicia enim non mouentur motu attractionis: si enim sic mouerentur: tunc attraherentur a sibi similibus: si ergo terra maior suspenderetur super terram minorem: oporteret ꝙ terra minor ascenderet ad superiorem: motus ergo in quo operatur propinquitas ⁊ remotio spatij: ⁊ motus qui est a motore extrinseco: sed motus elementorum simplicium est a motore intrinseco. Quoniam sicut in octauo physicorum diximus: quãdo generans dat ei formam: dat ei tunc consequentia formam: que sunt motus ⁊ locus: que formam intrinsecam sequuntur: ⁊ ideo si simplicia per elongationem vel propinquitatem consequerentur aliquid forme: oporteret ꝙ essent composita ex oppositis formis: quarum vna traheret ad propinquum: ⁊ esset illa forma attrahentis: sicut in ferro est forma magnetis: ⁊ alia esset naturalis data a generante per quam mouetur ad locũ sine attractione: que esset sicut põderosita-

tis forma in ferro: ⁊ sic simplicia essent composita: ⁊ quilibet motus eorum esset cōpositus ex oppositis motibus: sicut motus terre a medio ⁊ ad medium: sicut diximus in precedenti capitulo: que cum impossibilia sint: oportet dicere ꝙ cum corpora elongantur a locis suis parum aut multum: nisi ex hoc contrahunt diversitatis in formis suis naturalibus: sed diversitas eorum que est in quantitate elōgationis tantum: que est diversitas comparationis ⁊ non forme naturalis in formis suis non diversificantur: sive approximent locis suis: sive removeantur ab eis: sive enim propinqua sint locis suis: sive elongata constat ꝙ moventur ad loca sua motu simplici: quod manifestum est ad sensum: ita ꝙ non indigemus ad hoc disputare: motus autem simplex est elementi simplicis: ⁊ sic nō habet a materia aliquam formam ex elongatione ⁊ propinquitate.

Tex.c.82. Ut autem hoc certius fiat: volo inquirere verū ita sit sicut quibusdam videtur. scilicet ꝙ motus omnium corporum sint violenti an sint naturales: ⁊ an motus illi qui videntur naturales esse in corporibus sint etiam violenti per hoc ꝙ dicuntur esse a motore exteriore tantum attrahente: ita ꝙ nihil conferat ad motum forma eius quod movetur. Ostenditur autem ꝙ sunt motus naturales simplices tantum ab inclinatiōe forme ipsius mobilis: quia quod impossibile est omnino moveri naturaliter: impossibile omnino est moveri violenter: cum violentia non sit nisi in oppositione ad naturam: sed est motus violentus corporum diversorum mundorum: ut dicūt: ergo ante hunc violenter est aliquis eorum motus naturalis. Si autem corpora diversorum mundorum sint eiusdem rationis secundum formam naturalem: sicut prius determinavimus: tunc oportet necessario ꝙ motus eorum sint ad locum unum numero: sicut diximus: sicut ad medium unum de numero mediorum diversorum mundorum: aut ad ultimum orizontis ex omnibus orizontibus diversorum mundorum: ⁊ nō potest violentia actionis impedire hec: quoniam talis non est motus elementorum in diversis mūdis: ut diximus. Si enim esset impeditum ꝙ non moveretur ad istum mundum hoc esset sive ex movēte: aut ex mobili: aut ex spatio per quod oportet esse motum: ⁊ siquidem est ex movente: tunc aut esset ex forma moventis: aut ex quantitate eiusdem: ⁊ siquidem ex forma moventis esset: tunc ille motor aut esset extrinsecus: aut intrinsecus. Ex forma autem intrinseci moventis est ꝙ corpora omnium mundorum sunt unius rationis in forma quam consequitur motus naturalis que data est ex generāte: sicut diximus: similium autem in forma est moveri se ad

Tex.c.83. invicem. Si autem esset ex motibus extrinsecis: tunc esset motus eorum per actionem ⁊ non per naturam simplicem: ⁊ hoc iam ante improbatum est. Si autē esset ex quantitate moventium: vel etiam eorum que moventur: tunc aut impediret maior quantitas aut minor quo minus moverētur ad locum unius mundi: ⁊ quodcunque horum dicatur tunc si fiat resecatio vel additio quantitatis: tunc movebuntur ad invicem elementa ad loca eiusdem mūdi: ⁊ sit idem motus partis ⁊ totius ⁊ ecōverso: cum totalitas elementorum moveretur ad loca mundi eiusdem. Si autem diceretur esse ex formis ipsorum mobilium ⁊ non ex quantitate: tunc equivoca essent elementa diversorum mundorum: ⁊ non convenirent nisi in nomine: ⁊ hoc iam a me improbatum est. Si autem esset ex spatio per quod est motus: non potest hoc esse nisi propter alteram duarum causarum: scilicet propter elongationem ⁊ propinquitatem spatij solam: aut propter naturam corporis per quod debet esse transitus eius quod movetur: ꝙ non sit propter solam elongationem aut propinquitatē iam probatum est: quod etiam non sit propter corpus per quod oportet esse transitus sic probatur. ¶ Si enim impedit corpus trāsitum: hoc est quia in ipso non potest esse motus naturalis nec violentus: eo ꝙ nec est leve: neque grave: aut quia in cōtrarium movetur ei quod movetur per ipsum: ⁊ ꝙ non impediat eo ꝙ in contrarium movetur: patet ex hoc ꝙ terra descendit per ignem: cum tamen ignis in contrarium terre moveatur: sed ergo terra forte retardetur: tamen ex toto non impeditur motus terre per ipsum: ⁊ per hoc probatur per locū a maiori ꝙ nec illud impedit quod neque ē grave neque leve sicut celum: quia magis deberet impedire quod in contrarium movetur quam id quod non in contrarium movetur: ⁊ sic non impedit illud quod in contrarium movetur: ergo nec id quod non in contrarium movetur: ⁊ iste sunt deductiones dimissionum Avicenne: ⁊ ideo inquit si dicat aliquis ꝙ ideo non movetur terra alterius mundi ad istum mundum: quia usque ad celum elevari non potest: tamen si esset in celo transiret per ipsum: hoc nihil omnino est: quia impossibile est hoc pluribus modis. Sed tamen sufficiunt nobis duo: quorum unus est ꝙ est impossibile per se sicut eundem simul ⁊ semel sedere ⁊ non sedere: vel generaliter contradictoria esse vera: ⁊ hoc posito sequitur inconveniens aliud ad impossibile: quod est in se possibile: sed tamē ex alia causa est impossibile: ⁊ ad illud nullum sequitur inconveniens si in esse ponatur: sicut impossibile est me portare centum milia talentorum auri. Centum milia enim talenta in se habilia ⁊ apta sūt portari: sed ꝙ non portantur hoc ex defectu virium hominis: dicamus igitur ꝙ si terra alterius mundi non movetur ad terram huius mundi: propter impedimentum transitus per celum: tunc hoc est impossibile per se: sed ex alia causa: ⁊ sic terra impeditur per accidens ⁊ violenter: ergo motus eius naturalis est ad istum mundum: quicquid autem est aptū fieri ⁊ cōveniens fieri hoc perficit natura: ergo natura perficit motum terre alterius mundi ad medium huius mundi: ⁊ sic habetur propositum.

Tex.c.84. ¶ Si autem aliquis dicat ꝙ in natura terre non est nisi quies ⁊ nō motus: ⁊ ideo terra alterius mūdi quiescit in centro alterius mundi: ⁊ non movetur ad medium istius mundi: contra hoc nos supra induximus rōnes: ostendimus enim ꝙ omne corpus habens motum violentum habet motum naturalem qui est ante illum: nullus autem dubitat quia terra habet motum violentum sursum. ergo necessario habet motum naturalem deorsum: nec potest dici ꝙ uterque motus terre violenter sit. quia iam supra ostendimus ꝙ si nullus sit terre motus naturalis: nullus erit eius motus violentus. Si autem aliquis dicat ꝙ corpora simplicia que sunt in mundis diversis sint convenientia in nomine ⁊ forma ⁊ diffinitione: sicut terre multorum mundorum ⁊ reliqua elementa: sed differunt in numero: ⁊ hoc est dicere ꝙ quedam similantur quibusdam: sed non omnia omnibus similentur: partes enim terre istius mundi similantur partibus terre alterius mundi: ⁊ sic unumquodque elementorum huius mundi similatur sua relatio alterius mūdi ad quod refertur per convenientiam nominis ⁊ relationis: ⁊ ideo non diversificantur in forma ⁊ ratione: sed in numero tantum: ⁊ quia diversificantur in numero elementa que sunt partes mundorum: ideo loca partium mundorum etiā non diversificantur nisi in numero: ita ꝙ mediū unius mūdi idē est in forma ⁊ rōne cum medio alterius: ⁊ mundi orizon idem in ratione cum orizontibus omnium mūdorum: cū enim locata mūdorum que sunt partes simplices ipsorum conveniūt in forma ⁊ rōne: tūc necesse est etiā convenire loca mūdorum omnium in forma ⁊ rōne. Si ergo sic dicatur ꝙ diversitas partiū mūdorum in numero exigit diversitatē locorum: tūc oēs partes terre per numerum diversitatē talē exigunt locorum ad quā moveantur diversitatē. Si ergo ab ista terra que est hic separentur due partes vel tres diverse in numero: ille nō movebuntur ad locū unū in numero: ⁊ nō desiderant locū unū ⁊ eundē in numero: quod est omnino impossibile: quia si hoc esset nō esset terra rotunda: sicut in 2° libro istius scientie posterius ostēdemus: ergo nec diversitas que est penes numerum solū facit loca diversorum mundorum esse diversa in solo numero ad quē moveantur corpora simplicia. Licet autem nos induxerimus multas rōnes ad probandū ꝙ nō possunt esse mūdi plures quam unus: tamen hoc sufficit ad probabiliter ostēdēdū mūdū

Tex c.85. esse tantum unū: quia adversarius nō pōt probabiliter contradicere sermonibus inductis: ⁊ ideo concedēdū est ꝙ mediū est unū tantum: ⁊ orizō unus ad mediū autem esse unū: ⁊ orizontē esse unū: sequitur necessario esse unū celū: ⁊ mūdū esse unū: hoc enim sequitur ex sermonibus ⁊ necessitatibus conclusionū que sunt inducte.

¶ Cap. 3m. Illorum qui dicunt elementa mundorum non moveri adinvicem eo ꝙ distent in infinitum.

Tex.c.86. Sed quia aliquis dicere posset ꝙ propositiones demonstrationū inductarum oēs fundantur sup hoc ꝙ motus corporum simpliciū sunt finiti: ⁊ hoc aliquis posset negare: videtur nobis ꝙ hic inducamus eius probationē: sed etiā in pluribus alijs locis hoc probaverimus: dico igitur ꝙ terra necessario movetur ad aliquem locum determinatum: ⁊ ignis similiter

mouetur ad aliquem locū determinatū: ⁊ hoc quidē similiter manifestū est ex syllogismo ⁊ patens ad sensum ex inductione in oībus motibus. Omne enim qđ mouet͛ alteritate quadā renouationis situs vel forme transfertur de aliquo ꝯtrario in aliqđ ꝯtrarium: omne enim qđ transfert͛ de ꝯtrario in ꝯtrariū mouet͛ finite a quodā in quodā: ergo nullus motus est infinitus: alterationes aūt que sunt motus in q̄litate diuersificant͛ ſm formas ꝯtrarias vel media que cōparata extremis sunt vt ꝯtraria. Forme enim qualitatum ex quibus corpora mouent͛ ad formas alias diuerse sunt abinuicē diuersitate ꝯtrarietatis: oīs ergo alteratio est in eo qđ est finitū: sicut sanatio que est motus de infirmitate in sanitatē que determinata est ⁊ finita oppositio. ¶ Similiter aūt mouet͛ augmentū de quātitate imperfecta ad quātitatē ꝑfectā: ⁊ similiter est de motu locali: qđ enim mouet͛ localiter mouet͛ de ꝯtrario loco ad ꝯtrariū: ⁊ non mouet͛ nisi ad locū qui extremus est cōparatione sui motus ⁊ nō ad aliū: ⁊ ideo motus finitus ⁊ determinatus est: sicut ⁊ sanatio est motus finitus: sic enim sanatio non est motus terminatus ad quācunqꝫ voluerit formam ille qui sanat͛: sed tm̄ ad sanitatem non ad aliā: ita est de motu terre ⁊ ignis ⁊ aeris ⁊ aque que nō mouent͛ nisi ex ꝯtrario loco determinato ad ꝯtrarium ⁊ nō ad alium: neqꝫ ad infinitum mouent͛: si ergo est hoc ſm ꝙ diximus tunc motus ignis ⁊ motus terre non sunt ad finitū: sed ad aliam distantiam que habet vltimū siue extremū ſm oppositionem situs siue loci: ⁊ hoc est qđ mouet͛ ad locum oppositum illi loco ex quo est motus eoꝝ: sicut locus superior opponit͛ inferiori: ⁊ ista duo loca sunt extrema ⁊ opposita incessus ⁊ motuum eoꝝ que sunt leuia ⁊ grauia: ⁊ hoc etiam ꝓbauimus in fine sexti physicoꝝ. Sed hō fecimus rememorationē de ipso quātum sufficit ad presens. ¶ Si igitur nullū elementoꝝ diuersoꝝ mundoꝝ ab hoc nostro mundo distet in infinitum: tūc oportet ꝓpter prius inductas rōnes ꝙ moueant͛ oīa elementa mundoꝝ ad loca elementoꝝ istius nostri mundi. Et si forte aliquis dicat ꝙ ea que habent motum rectum sunt finite distantie ſm locum ꝓpter contrarietatē loci in quo est motus rectus: sed non est ita de circulo: ⁊ ideo circuli ambitus infinitus impedit ꝙ non possunt peruenire elementa ad hunc nostrū mūdum. Obijciemus ꝯtra illud dicendo ꝙ etiam in circulo est motus quidam finitus per ꝯtrarietatem. Nos enim circuli motū dupliciter accipimus. s. prout diameter circuli est duplex ⁊ prout est circulatio periferie totius indiuise: ⁊ primo quidē modo dicimus oriri aliqđ ⁊ occidere: ⁊ ascēdere aliquid ⁊ descēdere in circulo: ⁊ ortus ⁊ occasus: ⁊ ascensus ⁊ descensus in circulo sunt quodāmodo contraria finientia motū circuli: ⁊ per hoc ꝯstat ꝙ cū motus circuli distinguat͛ ⁊ finiatur: ꝙ ambitus circuli non est infinitus: ſm aūt ꝙ motus est circulatio totius indistincte periferie ab eodem in idem: est quidem adhuc nō infinitus: sed tamen non habet ꝯtrarium distinguens ipsum: sic igitur ſm aliquem modū in motu circulari est ꝯtrarietas propter diuersitatē punctoꝝ diametri facti in circulo: motui aūt circuli totius nō est ꝯtrarium omnino: ⁊ sic iam manifestū est ꝙ motus partiū reuolutionis sunt ad loca diuersa finita sicut ⁊ motus rectus: ⁊ sic verificatum est per rōnes necessarias ꝙ omnibus motibus corpoꝝ finis est ⁊ ꝙ nullū corpoꝝ mouetur motu recto infinito: ergo aliquādo conueniunt elementa ad hūc mūdum nostrū: sicut diximus: ⁊ nō impeditur per infinitatem distantie que sit inter vnū ⁊ aliū. Signū aūt huius ꝙ motus nō est ad infinitū terra est ⁊ ignis ⁊ vniuersaliter quodlibet graue ⁊ leue: omniū enim hoꝝ velocior est motus in fine: ⁊ intēdit͛ velocitas eorū tanto plus quāto plus recedunt a principio: vnde motus est: ⁊ huius causā diximus in physicis. Si ergo motus illorū esset ad infinitū: oporteret ꝙ incessio velocitatis esset in infinitū: ⁊ cū incessio velocitatis non sit nisi a grauitate ⁊ leuitate: oporteret ꝙ esset grauitas ⁊ leuitas īfinita qđ supra ostendimus esse impossibile. Si eni additio grauitatis esset in infinitū: tūc oporteret ꝙ etiā additio leuitatis esset in infinitū: q͛ vnde moueretur graue naturaliter illuc mouet͛ leue: sicut sepius iam probatū est. Nec est conueniens solutio eoꝝ qui dicunt ꝙ leuia ⁊ grauia mouent͛ sursum ⁊ deorsum nō per se sed ex alio mouente q̄si expellente ea: ⁊ ꝙ ideo non intenditur velocitas ⁊ grauitas ⁊ leuitas eoꝝ. Dicūt enim illi ꝙ coartatio reliquoꝝ expellit quodcunqꝫ elementum a loco suo: quia scilicet cum alio in eodem loco esse non potest quietum: ⁊ ideo expellitur ab ipso: quia si non expelleretur omnis locus esset ei aptus ad manendum: sermo enī talium inconueniens est: si enim sic esset vt dictū est de terra magna ⁊ ignis magnus tardius moueretur q̄ terra parua ⁊ ignis paruus: magnū enim difficulter penetrat expellentia ⁊ paruum faciliter. Nos autem videmus totum ꝯtrarium huius: quia terra magna ⁊ ignis magnus velocius mouentur q̄ terra parua ⁊ ignis paruus. ¶ Amplius si esset per coartationem ceteroꝝ elementoꝝ motus terre ⁊ ignis: tūc nō debet intendi motus versus finem: sed potius remitti. Videmus enim ꝙ quanto aliquid plus elongatur ab expellente ⁊ coartante: tunc plus remittitur motus eius. ¶ Amplius nos videmus ꝙ elementa ista mouentur ad loca illa naturaliter a quibus recedunt violenter: sicut superius est ꝓbatum: sed si mouerētur per coartationem tunc ad omnem locum equaliter expellerentur ad quem facilius possent penetrare: siue esset sursum siue deorsum. Sic ergo pꝫ ꝙ nō est ꝯueniens qđ dicere possunt illi qui dicunt elementa diuersoꝝ mundoꝝ non posse moueri adinuicem.

Tex. c. 87.

Tex. c. 88.

Tex. c. 89.

¶ Cap. 4m. De probatione metaphysica que est per primū motorem ꝙ celum est vnum: ⁊ est in eo digressio colligens probationem illam.

Tex. c. 90.

Expedit autem omni studio ponenti considerationem in rebus istis vt confiteatur vera esse principia que inducta sunt: ⁊ non dubitet de eis ꝓpter aliqua contraria his principijs: que quidē aliqui inducunt: multi enim ista ꝯcedere nō possent ꝓpterea ꝙ imbuti sunt falsis opinionibus inaniter loquētiū: q͛ nos induximus tam geometricas rōnes de finitate ⁊ vnitate mundi q̄ etiā naturales: ⁊ vt sit certius qđ dictū est reuocet͛ ad memoriā hoc qđ probatum est in 8° physicoꝝ: ⁊ sumptū in 11° prime phīe. Illa enim ratio oībus melior est ⁊ fortior ⁊ sola sufficiens ad hoc ꝙ probetur esse mundus vnus: ⁊ nos enim illic scripsimus vel ꝓbauimus ꝙ motus circularis solus vere est vnus ⁊ vniformis nō habens intra se principiū ⁊ finem: siue sint in hoc nostro mundo siue in alio quocūqꝫ mundo. Deinde extraximus ex vnitate motus vnitatē motoris: q͛ ab vno nō est nisi vnū: ⁊ ꝙ celū primū non est nisi vnū sub quo sunt omnes alij celi inferiores: celo autē primo vnico existente: ⁊ primo motore existente vnico: non potest esse mundus nisi vnicus ⁊ non multi: sicut quidam homines dixerunt: sed quia forte difficile hoc esset ⁊ tediosum alicui querere in physicis ⁊ in multis locis philosophie prime: ideo huius ꝓbationem hic summatim perstringimus ea que ꝓbata sunt nō hic probantes: sed ostendentes quibus locis sunt ꝓbata. Dicimus igitur notum esse ex his que sunt habita in primo libro physicoꝝ: materiam primā esse substantiā in potentia existentē ⁊ nullā oīno formam habentem in actu: sed est simplex in potentia existens: q͛ si esset simplex substantia in actu existens esset ipsa forma: ⁊ cum forma non sit receptibilis forme: nō posset materia prima recipere formam aliquam: per priuationē aūt que est in ipsa subijcitur mutationi que est via ad formā ⁊ efficitur potentia recipiens formā: ⁊ ideo est potentia quasi differentia substātialis in ipsa que distinguit ipsā ⁊ a forma ⁊ a cōposito: q͛ si haberet formam quādam: tunc absqꝫ dubio nō esset receptibilis forme alicuius q̄diu haberet illam eo ꝙ ſm intellectum verum non sit possibile ꝙ vnum subiectum possit duas habere formas substantiales simul: ⁊ ideo in physicis dictum est ꝙ non est intelligibilis materia nisi per analogiam ad formam ⁊ non per formam aliquam quā habeat. Cū autem habeat ipsam formam recipere: ⁊ duplex sit forma: accidentalis scilicet ⁊ substantialis: tunc absqꝫ dubio prima materia ſm naturam receptibilis est tam forme substātialis q̄ accidentalis: q͛a accidētalis non est actu nisi substātia actu existēte: ⁊ ideo in 5° physicoꝝ diximus ꝙ non mouet͛ ſm accidentalem formam: nisi ꝙ actu est ⁊ non potentia: ⁊ hoc perfecte probatur. Est autē duplex forma substantialis: quarum vna est diuisibilis ⁊ quasi dimensa ⁊ finita diuisione ⁊ dimensione ⁊ finitione materie: ⁊ illa proculdubio est actus ⁊ perfectio corporis habens virtutem in corpore: sicut diximus in octauo phy

Vide Cōmētatorē hic.

Nota q̄sio intelligit͛ ꝙ potētia est drīa subālis materie. vide Cōmēta. in ꝓmo cęꝫ de substātia orbis.

Forma substātialis ē duplex.

ficorum. Altera autem nec divisibilis est nec dimēsa nec finita per materiam: ⁊ hec nō est actus alicuius corporis nec perfectio eius: sicut est forma que dicitur intelligentia sive intellectus. Forma autem illa que est actus corporis cognoscitur per hoc ꝙ eius operatio expletur per corpus ⁊ finita est operatio eius: quia sicut diximus in octavo physicorum: operatio infinita ⁊ virtus infinita que est virtus in corpore: non potest esse nisi infiniti subiecti sm dimensiones. In isto autem libro sufficit ostendere ꝙ nullum est corpus infinitū sm dimēsiones: ⁊ ex his duobus relinquitur ꝙ nulla sit virtus corporee forme infinita. Cum autem materia non dividatur ita ꝙ subijciatur per partes diversis formis nisi per quantitatem: eo ꝙ sm se indivisibilis est: sicut ostendimus etiā in primo physicor: oportet ꝙ materia que suscipit formas que sunt actus ⁊ perfectiones corporis sit primo susceptibilis trium dimensionum: non tamen terminatar ad certas dimensiones: quia si certe dimensiones essent materie contingeret ꝙ continue corrumperent in omni generatione ⁊ corruptione: ⁊ hoc non esse verum ostendimus in primo physicor: propter qđ primo suscipit formam que est corporeitas indeterminatar dimensionum: qua mediante divisibilis efficitur ⁊ diversis formis substantialibus per partes subijcibilis: ⁊ hec corporeitas est cōmunis omnibus formis quas suscipit: quia sicut ostendi habet in scđo perigeneseos forma cōmunis in materia omnibus ⁊ pluribus substantijs non mutatur quando mutatur forma substantialis: sicut patet quando mutatur ignis in aerem: remanet caliditas ⁊ diaphaneitas eadem in essentia: lʒ autē habeāt diversum esse in igne ⁊ aere: ⁊ ita corporeitas materie que est sicut forma prima respectu omnium formarum que sunt perfectiones corporee remanet in ipsa: ⁊ nunq̄ denudantur ab ipsa in aliqua transmutatione quorūcunqʒ corporum: ⁊ si denudaretur contingeret ꝙ corpus esset ex omnino non corpore: ⁊ ꝙ fieret ex nihilo omnino: ⁊ hoc ostendimus impossibile esse sm naturam in primo physicorū: quia igitur hec corporeitas prima forma est per quam suscipit omnem formaʒ substantialem corporis: sequitur necessario ꝙ omnis forma substantialis corporis divisibilis sit ⁊ virtus eius limitata sit ad corporis dimensiones: ⁊ quia divisibilis est oportet necessario esse generabilem ⁊ corruptibilem: eo ꝙ per motum dividitur: ⁊ quia una potentia est multiplicabilis ⁊ per multitudinem multiplicatur sm actum: ⁊ quia corporeitas non est activa neqʒ passiva: nec etiam forma substātialis que est actus corporis: ideo indiget qualitatibus activis ⁊ passivis per quas huiusmodi perficiatur transmutatio: ⁊ ideo post primam formam substantialem que ꝯsequitur corporeitatē a substantia ipsa causantur qualitates prime que sunt proprie qualitates primarum substantiarum simplicium generabilium ⁊ corruptibilium que dicuntur elementa: sicqʒ fit ut substantialis forma corporis sm ordinem nature consequens sit corporeitatem indeterminataruʒ dimensionum: ⁊ cum corporeitas propria que est dimensionum determinatarum sit post formam substantialem: ⁊ ideo quia lʒ corpus physicum est proprie quantitatis ⁊ proprie figure: hec auteʒ lʒ probata sint a nobis in locis diversis tamen ad sensum patent in primis formis. Nos enim videmus quia crescente dimensione in materia aeris tātū extēdi potest ꝙ non amplius sub forma aeris erit: sed efficietur sub forma ignis: ⁊ similiter est in decremento dimensionum per condensationem mutatur ignis in aerem: ⁊ aer in aquam: ⁊ aqua in terram: unde patet primarum substantiarum formas substantiales consequi corporeitatem indeterminatarum dimensionum: lʒ determinate dimensiones consequantur ipsam substantialem formam ⁊ ꝙ est in primis corporibus physicis: necesse est in omnibus posterioribus esse que constituuntur eorū commixtione. Sic ergo se habet forma generabilium ⁊ corruptibilium. ¶ Forma autem que est intellectus sicut per se apparet ⁊ in prima philosophia probatur: ⁊ in libro de anima: est universaliter agens ⁊ universaliter quodammodo patiens: agit enim universaliter omnes formas ⁊ est quodammodo omnino passibilis intellectus: ⁊ quia sic non est limitate operationis: impossibile est ꝙ ipsa sit forma corporis recepta mediante corporeitate: quia sicut ostendimus omnes actus corporis limitatas habēt operationes. ¶ Est

Nota de symbolicis qualitatibus. vide Cōmēta. pmo capitulo de substātia orbis.

Nota ex intētione Alberti formā subalē corpis nō sub seq ad trinaʒ dimēsionē in prima mā.

Vide. 3. đ aīa cōmēto. 18.

igitur materia sm se sm ꝙ ipsa est in potentia omnis ante omnem corporeitatem receptibilis huius: ⁊ ideo remanet etiam indivisibilis cum omnis forma que post corporeitatem in materia necessario recipitur per accidens divisibilis sit: materia autem ante omnem corporeitatem indivisibilis est omnino sicut ostendimus sepius. ¶ Sed tamē in hac materia intellectus sunt diverse sententie peripatheticorū ⁊ dividuntur in quatuor opiniones diversas. Est illa quidem que Aristo. sicut incipit ex verbis suis: lʒ in nullo loco expresse dicat in libris: quorum notitia ad nos pervenit: est ꝙ intelligentia sit forma celi ⁊ ꝙ celi materia sit susceptibilis huius forme ante corporeitatem: propter qđ Aristo. frequenter dicit ꝙ non est una materia celi ⁊ corporum generabilium ⁊ corruptibilium: ⁊ ꝙ celum habeat corporeitatem determinatarum dimensionum ⁊ rotundarum superficierum: hoc non est ideo ꝙ iste dimensiones educte sunt de potentia materie: que potentia est dimensionis indeterminate que recipit formas corporis: sed potius quia motus celi non est nisi corporis: ⁊ q: intelligentie sunt moventes: oportuit celum habere determinatas dimensiones: cum tamen substantiales formas suas primas mediante corporeitate non recipiant: ⁊ est causa quia substantie intellectuales sunt omnino impartibiles ⁊ immobiles per se: quia non movetur nisi corpus ⁊ non dividitur nisi quantuʒ vel qđ est in quanto sicut in subiecto: ⁊ quia sunt indivisibiles divisione subiecti: ideo determinat Aristo. ꝙ tales forme non sunt constitute per subiectum sive per materiam quemadmodum corporum forme omnes per materiam constituūtur: quo ad hoc ꝙ educuntur de materia sicut actus de potentia: sed potius iste omnes sunt cōstitute a causa prima sm omnes ordines celorum ⁊ celestium corporuʒ. Et ideo dicit Aristo. eas esse substantias separatas: ⁊ hac eadem de causa dixit intellectū hominis ingredi ab extrinseco: q: omnis forma educta de potentia ad actum sm potestatem materie educitur: ⁊ non potest esse nisi limitate operationis: quia cum materia efficitur actu: tunc dividitur ⁊ non dividitur nisi per corporeitatem ut diximus: ⁊ ideo omnis forma educta de materia sicut de potentia est consequens corporeitatem. Dico autem consequens natura ⁊ non tempore. Et hec est causa quare Aristote. laudat Anaxa. de eo ꝙ posuit intellectum esse non mixtum: ⁊ ideo universale in agendo ⁊ non limitatuʒ in opere. Ulterius autem quando invenit Aristo. intellectum sic esse formam non mixtam nec impeditaʒ: dixit ꝙ intellectus idem est movens ⁊ ad quem est motus. Movens quidem sm ꝙ ipse est actus talis qualis determinatus est: ad quem autem est motus sm ꝙ ipse est separatus ⁊ universalis in ratione movente: ⁊ huius posuit exemplum: sicut unus intellectus cibi: quia scilicet cibus est conveniens movet omne qđ cibum desiderat: ⁊ ad ipsum movetur unūquodqʒ accipiens cibum sm proportionem sibi convenientem. Et dixit etiam multo magis in superioribus esse unum intellectum primum qui movet omnia sicut motor cōmunis: ⁊ non movet nisi ad seipsum sm ꝙ in ipso est intellectus cause prime: ut scilicet producat ⁊ sit principium naturalium sm motum sibi infixum a causa prima: ⁊ ideo in talibus dixit unum ⁊ idem intelligens ⁊ intellectum: sicut nos diximus de intellectu activo ⁊ practico: ꝙ iste activus est per formam scientie practice: ⁊ hoc est intellectum suum ad qđ dirigit opus: ⁊ ideo idem est ibi intellectus movens ⁊ intellectum in opere constituto per intellectum: ⁊ hoc est multo plus in intellectu primo qui per seipsum forma est eorum que constituuntur ab ipso: ⁊ hec est causa ꝙ Aristo. frequenter dicit in prima philosophia: ꝙ opus motoris est sicut opus artificis: ⁊ est sicut esset domus ex domo: ⁊ sanitas ex sanitate: domus enim in lignis ⁊ lapidibus est ex idea domus in anima artificis: ⁊ sanitas que est in calidis ⁊ humidis ⁊ siccis cōplexionibus est ex sanitate que est in anima medici: ⁊ hoc multo magis esset verum si anima artificis non per accidens: sʒ per se esset forma eorum que facit quemadmodum forma est suorum operum motor primus: quia generaliter tales forme non constituuntur per materiam: ⁊ sunt separate lʒ splendores earum sint in materia: ideo dixit Aristo. ꝙ tales substantie separate: non moventur etiam per accidens motu corporum que movent: sicut ostensum est sufficienter in

Prīa opīo ē Arist. de intelligētia an sit celi forma.

1° de gnāde aīalū cap. 3.

3° de aīa. t.c. 4.

octauo physicorum: ⁊ si mouerentur per accidens essent fatigabiles ⁊ corruptibiles: quoniam tunc essent immixte corporibus ⁊ limitate dimensionibus corporum. Dixit etiam Aristo. q̃ non est alia anima corporum celestium nisi talis substantia: quia appetitus qui est in celestibus vt expleant per motus huius formas intellectum: eo q̃ sunt sicut instrumenta intelligentiarum corpora celestia: sicut determinatum est in octauo physicorum: est appetitus eius qd recipit actum vite intellectualis per lucem intelligentie coruscantis super ipsum: ⁊ talis lux indiuiduata per ipsum: est sibi causa appetitus ⁊ motus: quemadmodum in nobis est actus anime mouentis. Ex his autem facile colligitur q̃ primus motor qui est vniuersaliter omnia mouens necessario est vnus: ⁊ qd est immaterialis non est multiplicabilis per materiam. Cum igitur ab vno motore non est nisi motus vnus. vnus erit primus motus: motus autem vnus non est in multis mobilibus sed in vno: ergo vnum mobile est primum: vnico autem mobili primo existente ⁊ motore primo ⁊ motu primo: necesse est q̃ omnia alia mobilia ⁊ motus ⁊ motores referantur ad illud: talis autem ordo vnius perficit vniuersum mundum. Unde ergo vnicus est mundus ⁊ non possunt esse mundi plures: ⁊ hec est probatio subtilissima quam attendit Arist. in primo celi ⁊ mundi: ⁊ in hanc sententiam omnino conuenit Auerrois: sicut patet primum librum legenti eius quem de substantia orbis intitulat. Auicenna autem ⁊ Theodorus parum declinant ab ista opinione: dicunt enim celum recipere formas substantiales post corporeitatem: ⁊ ideo hoc est: quia dicunt celi esse duplicem motorem: animam scilicet ⁊ intelligentiam: ⁊ intelligentiam esse extra ⁊ animam intra: ⁊ fuit causa dicti eorum q̃ intelligentia est vniuersalis: vniuersale autem vt vniuersale non est sufficiens causa motus particularis: motus autem talis particularis est ⁊ proprius: ⁊ ideo oportet eum habere motorem particularem ⁊ proprium.

Secunda opinio Auic. ⁊ Theodori quam reg ras in 9° sue meta. cap. 4.

Impugnatio

¶ Hec autem sententia non videtur conueniens: quia absque dubio omnis forma que datur mediante corporeitate educitur de potentia ad actum: sicut ⁊ ipsa corporeitas determinata educitur de corporeitate indeterminata ⁊ est generabilis ⁊ corruptibilis. Erit autem alius locus de his latius tractandi.

Tertia opinio aboniceos phi ex secta manicheorum.

¶ Est autem tertia opinio eiusdem manicheorum phi cuius nomen est Abonices: qui dixit omnes intellectus esse vnum: sed indiuiduationem eorum esse diuersam ⁊ est indiuiduatio eius per irradiationem: ⁊ ideo dixit ille motorem primum esse vnum in substantia: sed secundum esse differt in intelligentiis ⁊ mouentibus inferius q̃ etiam dixit intellectum humanum esse talem: ⁊ cessante indiuiduatione que est per irradiationem corporis tamen remanere lucem primi motoris.

Impugnatio

Hec autem opinio mala est ⁊ contraria fidei catholice: quia sequitur ex ea non remanere animas post mortem in ratione animarum: sed remanere ex omnibus animabus vnum ⁊ idem qd est lux primi motoris. Et est eius improbatio q̃ impossibile est idem ⁊ vnum indiuiduari ad plurima subiecta: quia contingeret vnam numero formam esse in pluribus subiectis: ⁊ hoc est impossibile cum forma non numeretur nisi per subiectum. Conueniunt tamen cum Auicenna: quia Abonices in hoc q̃ primus motor est vnus: ⁊ propter sui vnitatem probatur mundus esse vnus modo quo prediximus.

Quarta opinio auicebron.

¶ Diuersam autem fere ab omnibus peripateticis aliis profert in medium Auicebron in libro fontis vite: qui alio nomine de forma ⁊ materia intitulatur sententiam: hec enim dicit materiam esse spiritualem: cuius primus actus est intelligentia ⁊ secundus determinatione determinatur per dimensiones corporis: ⁊ tertia per contrarietatem: ⁊ ideo ponit intelligentias esse particulares substantias compositas ex materia ⁊ forma: ⁊ esse subtilissimas ⁊ subtiliores ⁊ subtiles secundum diuersitatem sue essentie: ⁊ esse motores sperarum per imperium ⁊ non per naturam: sed conuenit in hoc q̃ necesse est primum motorem esse vnum: ⁊ inde vlterius concluditur mundus esse vnus per modum quem diximus: hec ergo sufficiant ad presens de illa probatione prime philosophie qua probatur mundus esse vnus.

¶ Cap. 5m. Et est digressio ad probandum q̃ mundus est vnus iuxta probationem ex physicis mathematicis ⁊ astronomicis.

Est autem adhuc aliqua probatio subtilis que est mixta ex physicis mathematicis ⁊ astronomicis propositionibus que est ista q̃ spere celorum siue sint in mundo isto siue in alio plures sunt numero que infra queremus rationem ⁊ causam secundum q̃ hoc oportet nos scire ⁊ supponere ex propria astronomorum doctrina est q̃ omnes spere inferiores motum habent spere superioris. Cum autem in inferioribus duplicem necessario inueniamus motum: sicut dicit Aristo. in libro. 11° prime philosophie: scilicet motum planetarum qui est ab occidente in orientem: ⁊ motum diurnum qui est ab oriente in occidentem: necesse est q̃ alter istorum motuum inferioribus speris sit naturalis: ⁊ alter ab alio motore superiori. Cum autem in motu diurno equaliter moueantur inferior ⁊ superior: ⁊ constat q̃ nulla corpora inequalia in quantitate que sunt vnius nature in genere sunt equalis motus secundum naturam: oportet necessario q̃ motus diurnus non sit eis naturalis: sed potius planetarum qui est ab occidente in orientem: in quo etiam sunt equales: ergo motus diurnus ex quo est ab alio motore non potest esse nisi alicuius superioris: relinquitur tandem q̃ ipse est motus primi mobilis ⁊ primi motoris. Quod autem inferiora mouentur eodem motu: non potest etiam fingi q̃ sit ex aliqua causa nisi ex vna: impossibile enim est vt dicatur q̃ idem duobus motibus econtrario sibi venientibus continue moueatur siue ab vno motore siue a duobus. Si enim essent equaliter fortes ambo starent: ⁊ si esset vnus fortior reliquo: iste remaneret ⁊ alter cessaret: sicut diximus in octauo physicorum. Eadem de causa dici non potest q̃ inferius celum mouetur motu vno ⁊ superius celum tactu suo moueat illud in oppositum: quia iterum vnus motus sisteret alium: ⁊ etiam ideo quia videmus q̃ frequenter duo celi immediate tangentes se mouentur ad partem vnam sicut compertum est per demonstrationes instrumentorum omnes celos planetarum moueri ab occidente in orientem. Nec iterum dici potest q̃ duo motores hoc faciunt in vno mobili existentes: quia duo motores in nulla natura determinantur ad vnum mobile: ita q̃ vterque sit intellectus: sed si duo sunt vnus erit sicut intellectus: ⁊ alter sicut phantasia mouens: nec iterum etiam si essent duo motores fieri posset motus continuus in vno mobili ad duas partes oppositas: quia in puncto reflexionis necesse esset quietem intercidere: sicut probatum est sufficienter in octauo physicorum.

Opinio Alpetragij.

¶ Si autem aliquis dicat q̃ hoc est ideo quia totus orbis est continuus ⁊ vnius nature: ⁊ non est per orbes distinctus: ⁊ mouetur a motore vno: ⁊ vno motu qui est ab oriente in occidentem: ⁊ est error visus q̃ planete videntur moueri ab occidente in orientem: cum tamen dicant q̃ ab oriente in occidentem moueantur: illum reputamus insani esse capitis cum nos videamus lunam plus ⁊ plus accedere secundum q̃ mouetur recedens a sole ab occidente in orientem donec a sole distans oritur in oriente quando sol occidit in occidente: ⁊ tunc deficiens a lumine per oppositum reuertitur semicirculum: ⁊ cum hoc dictum veritati ⁊ omnibus physicis sit contrarium: ita q̃ etiam Aristo. tam in celo ⁊ in mundo q̃ etiam. 11° prime philosophie hoc negat: ⁊ in libro de causis proprietatum elementorum ⁊ planetarum: miror q̃ aliquos inuenit assertores: ⁊ in veritate assertores dicti illius nihil omnino sciunt de natura ⁊ motu celi: sed verba que inuenerant sequuntur non curantes de inconuenientibus que sequuntur ad dicta eorum.

¶ Si autem aliquis dicat sicut dicit Alpetragius: q̃ celi quidem distincti sunt ⁊ omnes sunt concentrici cum terra ⁊ mouentur ab oriente in occidentem a motore primo: nec habent motorem alium: ⁊ cum a motore vno simplici sit vnus motus: oportet q̃ omnes moueantur motu vno: sed motus ille fortior est in eo q̃ immediate sibi coniungitur q̃ in eo qd distat ab ipso: ⁊ ideo cum primum mobile motum a motore primo vsque ad lunam que notabiliter distat ⁊ perficit circulum ab eodem puncto in idem: secundum mobile non adhuc perficit ipsum: sed distat a puncto a quo incepit motus: ⁊ sic descendendo per omnes speras semper est motus tardior in inferiori q̃ in superiori propter distantiam a motore primo vsque ad lunam que notabiliter distat: ita q̃ peruenitur multotiens a motore diurno intantum q̃ retardatio eius est per. 13. gradus ⁊ amplius aliquando: ⁊ iste retardationes faciunt videre q̃ planete moueantur ab occidente in orientem: cum hoc non causetur ex motu: sed potius ex retardatione inferioris spere post superiorem. Si ergo vt diximus: ita aliquis dicere vellet, non est contra nos quo ad conclusionem quam hic intendimus: q̃ videlicet mundus sit vnus: quia secundum istum motor est omnino vnus ⁊ vniuersalis: ⁊ ex hoc demonstrabimus mundum esse vnum.

Impugnatio

¶ Sed tamen eius dictum in se falsum est multis de causis: quarum tres hic reputamus sufficere: quarum vna est: ꝙ si retardatio talis sperarum inferiorum que mouentur super polos orbis signorum faceret retardationē que videtur ab occidente in orientem: tunc deberet ꝓportionaliter descendēdo fieri. Nos autē videmus ꝙ non fit hoc: quia saturnus ꝑficit circulum retardationis ab occidente in orientē in triginta annis ⁊ Juppiter in. 12. que est proportio dupli sexquialtera. Et mars perficit circulum minus ꝙ̄ in duobus annis que est proportio ad Jouis motum plusquam sextupli. Et iterum sol ꝑficit circulum in vno anno que ad martem est proportio minus ꝙ̄ dupli siue subdupli: ⁊ sic descendendo non inuenitur proportio vna obseruata. ¶ Alia causa est ꝙ secundum hoc minus inter omnes deberet retardare inter omnes circulos circulus signorum qui proximus est primo mobili: cuius motum sequuntur stelle que sunt in firmamento quod est celum octauū: ⁊ deberet seruari proportio ad inferiores speras: ⁊ hoc non fit quia repedatio eius perficitur in. 36. millibus annis: ⁊ hec non proportionatur motui planetarum secundum eandē speciem ꝓportionis. ¶ Tertia ratio est: quia secundum omnes stelle in quocunque loco celi apparent eiusdem essent altitudinis a terra: ⁊ eiusdē quantitatis deberet apparere diameter ipsarum quod omnino est falsum: sicut ad visum ꝓbatur per instrumenta astronomica. Secundum hoc etiam nunquam deberet apparere retrograda stella aliqua cum hoc in Marte expressissime videatur falsum ad visum: quia frequenter ad magnum spatium a loco in quo mouetur redit versus occidentem: ⁊ hoc deprehenditur per stellas quibus videtur coniunctus in diuersis noctibus. Inueniuntur autē stelle plures stātes in loco vno ꝙ̄ in alio: quod totum nunquam contingeret si reditus eorum ab occidente in orientem nō esset nisi retardatio post motum eorum spere superioris.

Opinio Albumasaris ptolomei ⁊ Aristotelis.

¶ His igitur omnibus abiectis cum principe Albumasar ⁊ cum Ptolomeo quibus non contrariatur Aristo. Dicimus ꝙ nullum corpus mouetur ab alio corpore: si non est tangens ipsum vel infixum ei vel infusum aliter. Cum ergo omnes orbes planetarum sint centrum ipsum egredientes: oportet vt superius diximus: aut aliquando intercidere vacuum inter ipsos orbes quod est impossibile: aut esse corpus inclusum inter orbes: dico ergo ꝙ quilibet planetarum habet motum proprium: motum autem superioris participat per corpus quod implet inter speras illas: oportet enim ꝙ corpora que sunt vnius motus in genere primo: sint vnius nature in genere: ⁊ ideo cum omnes he spere hoc est spera planetarum ⁊ spera stellarum fixarum moueantur super eosdem polos: ⁊ ab occidente in orientem continue qui est motus circuli signorum: oportet ꝙ sint orbes isti de natura circuli signorum: ⁊ corpus quod implet inter speras illas est necessario de natura circuli signorum: ⁊ ideo cum planete mouentur de occidente in orientem: mouentur motu corporis quod est inter orbes: quia est de natura circuli signorum quod circumducit speram cuiuslibet planetarum de occidēte in orientem: sed motore proprio mouetur secundum tempus in quo perficit circulum: quia velocitas eius est secundum ꝓportionem vigoris ⁊ motoris sui: sicut in pluribus locis dicit Aristo. ⁊ isti duo motus quia sunt idem in specie sunt planetis naturales. Motus autē primus velocissimus est qui est diurnus ⁊ ab oriente in occidentem. ¶ Nec potest esse eodem motore nec potest esse omnino naturalis corpori ipsi moto: nisi naturale dicatur a natura cōmuni que est eius quod circulariter mouetur quocunque modo moueatur. Oportet ergo ꝙ ille sit a motore primo ⁊ ꝙ eius virtus sit diffusa per omnes celos ⁊ moueat illos absque eo ꝙ excludat virtutes motorum inferiorum ⁊ de isto motore ꝓbauimus ꝙ ipse est immaterialis omnino. ¶ Constat autē ꝙ nihil multiplicatur secundum esse in natura nisi per materiā diuisibilem: sicut superius diximus: ergo talis motor cum sit immaterialis nō potest esse nisi vnus: vno autem existente motore ⁊ motus erit vnus ⁊ mobile primum erit vnum: ⁊ per consequens omnia mota ab illo in ordine erunt vnum: ⁊ sic mundus erit vnus ⁊ non possunt esse plures: ⁊ hoc est quod volumus inuestigare: ⁊ hec ꝓbatio per sensum ⁊ non per verba scripta est ab Albeali: ⁊ Auic. in suo libro sufficientie celi ⁊ mundi. His igitur propter sequentia sic discussis ad propositum redeamus.

¶ Cap. 6m. De probatione ꝙ mundus sit vnus per loca mobilium que mouentur in mundo.

Tex. c. 91.

Dicamus igitur nunc ꝙ si nos numeremus simplicia corpora prima per diuersitatem sui motus quā habent secundum locum: tunc ipsa sunt tria que dicuntur elemēta corporea non ꝙ omnia veniant in cōpositionem sequentium corporum: sed ꝙ sint prima ⁊ simplicia: hec autē sunt graue in genere: ⁊ leue in genere: ⁊ neutrum quod est corpus celeste. Et quantū ad eos qui dicūt mūdos esse plures omnia hec existūt in loco: ꝙ licet nos diximus in 6o physicorum ꝙ celū non est essentialiter in loco: eo ꝙ nō habet circundans corpus: tamē quantū ad eos qui dicunt mūdos plures esse extra ipsum: sequitur ꝙ extra celū sit locus: ⁊ sic quo ad eos celū est in loco essentialiter: oportet ergo eos concedere ꝙ loca mobilium primorum sint tria secundum genus conuenientia sicut ⁊ ipsa mobilia. Horū autē locorum vnus est locus descendentis deorsum: ⁊ ille est locus corporis quod quiescit in medio: ⁊ illud est corpus graue. Secūdus autē est vltimus locus qui longissime distat ab ipso: ⁊ ille est locus eius quod mouetur circulariter ab ipso: ⁊ neque est graue: neque est leue sicut est celum. Et locus tertius est medius horum duorum locorum: ⁊ iste locus corporis quod est inter duo locatū: ⁊ illud est leue: quod necessario locatur inter circūferentiā ⁊ centrū. Si enim diceret aliquis ꝙ leue nō esset in loco illo: tunc oportet ꝙ in alio esset loco naturaliter: ⁊ hoc iam ostēdimus esse impossibile. Si enim ille locus medius inter centrum ⁊ circūferentiā esset leuis corporis accidētalis: tunc oportet ꝙ esset aliud corpus simplex cui esset naturalis: ⁊ nos ostēdimus ꝙ non est aliquod corpus quod sit preter naturam istorum trium corporum que diximus. Si ergo hoc est vt diximus: tunc oportet necessario ꝙ locus medius inter circūferentiā ⁊ centrum sit locus corporis leuis: sed tunc leue ⁊ graue diuersitates habent de quibus nos faciemus mētionē in futuro in sequentibus huius scientie libro 3o ⁊ in 4o. Sed quod ex dictis habetur hoc est ꝙ sicut vnus locus est inferius ad quē mouentur omnia grauia in quocunque sint mūdo ⁊ vnus est locus superior ad quem mouentur omnia leuia in quocunque mundo fuerint: sicut nos ostēdimus in physicis: ita necesse est vnū in numero esse locum in quo mouetur celum omne in quocunque mūdo fuerit: ⁊ si est vnus locus: vnus est mūdus: ergo nō possunt esse plures mundi. Et hoc etiam ostenditur per deductionē per impossibile: dentur enim plura esse media ad que est motus grauis in pluribus mūdis: ⁊ plures esse orizontes ad quos est motus leuis: ⁊ ꝙ illa data loca diuersorum mundorum non differant specie sed numero solo: tunc mediū a medio plus distat: ꝙ̄ medium ab orizonte: sed medium cum medio conuenit in specie: ⁊ medium ⁊ orizon opponuntur contrarie: ergo plus distant in loco conuenientia in specie ꝙ̄ cōtraria in specie: ⁊ hoc est contra rationem contrariorum. Cum enim omnia contraria maxime a se distent prima distantia: ⁊ ꝓpria est a contrariis in loco a quibus distantia transsumitur ad omnia alia contraria: ergo contraria in loco maxime debent distare: ⁊ sequitur cōtrarium a contrario non maxime distare ex hypothesi qua ponuntur plures esse mundi: ergo ista hypothesis nō est tantum falsa: sed etiam impossibilis. ¶ Amplius si dicantur plures esse mundi ⁊ equales in quantitate tunc non plures contingere possunt istum nostrum mundū ꝙ̄ quatuor: ⁊ secundum hoc duo orizontes in quatuor punctis: vbi exteriores mundi nostrum contingunt mundum vni soli medio nostrum circumponūtur. Cum igitur contrariorum primorum virtus debeat esse equalis: sequitur necessario ꝙ ex hoc generetur inequalitas: ⁊ erunt elementa superiora potentiora elemento inferiori: ⁊ sic vincent super ipsum ⁊ dissolueretur iste noster mundus. Adhuc autem cum circuli mundorum non se contingant nisi in puncto: oportet necessario remanere spatium inter cōuexum circuli vnius spere ⁊ alterius: aut ergo aliquid est in vno spatio replens ipsum aut nihil. Si enim sit ibi aliquid replens illud non potest esse de natura alicuius elementi nec de natura celi: quia istorum motus: aut est a medio: aut ad medium: aut circa medium: ⁊ in isto spatio non est aliquod medium equaliter distans a conuexo circumferentiarum: quia longius distat in vna parte ꝙ̄ in alia: oportet ergo fingere noua elementa ⁊ nouum mundum que nō sint de natura istius mundi que repleant illud spatium. Si autem nihil est in spatio isto: tunc remanet vacuum: ⁊ ostēsum est in quarto physicorum: ꝙ impossibile est aliquod

esse vacuum. Adhuc autem si plures sint mundi: aut sunt infiniti in pluralitate: aut sunt finiti; si dicantur infiniti: tūc infinitum erit aliquid actu existens: & hoc est improbatum. Si autem finiti: tunc in aliquo numero erunt: & si queratur quis est numerus iste: & que sit rō eius: & nō erit assignare etiam si fingere velit aliqs. Adhuc aūt cū videamus in oib⁹ nāz stare in cōpēdio: cū nā oia possit explē opa p ea que sunt in mūdo isto videbit φ supflui sunt mūdi alij oino. Si aūt forte aliqs dicat φ possunt mūdi esse plures: sed nō sunt: qz deus posset fecisse plures mūdos si voluisset facere: & adhuc posset facere si vellet: ↄtra hoc non disputo. Cū enim hic ↄcludit φ īpossibile est mūdos esse plures vel fieri plures: & φ necessariū est vnū esse solū: intelligit de possibili & necessario φ est ex parte mūdi quātū ad partes & ad causas eius essentiales & ↄprimas: & est magna differētia inter id qd deus pōt facere de absoluta potētia sua: & inter id qd in nā pōt fieri: multa enim meo iudicio facere pōt que tñ fieri nō possunt. Non enim oīs potētia actiua ↄuertit in passiuā: sed solū illa que passiuā habet sibi pportionatā: ita φ pōt recipere totū actū agētis: & aliter nō se habet potentia alicuius entis causati ad causam primā: & ideo quātū est de nā mūdi: dico nō posse fieri mūdos plures: lz deus hoc si vellet posset facere. Herodiste & aliqui alij dixerūt tñ fecisse deū mundos plures & infinitos: & hoc mirabile dictū fuit: qz fm oēs bonū ciuile pficit cōmercione ciuiū qd nō fecerūt dij: qz quos illi dixerūt creatores mūdi cōmercionē inter ciues diuersoꝝ mundoꝝ: bonū aūt mūdoꝝ nō est pfectū sine cōmerciōe ciuiū. Adhuc aūt videt φ operis sui per plures mūdos sibi fecerūt maximū impedimētū: qz cum plures spere mūdoꝝ se in pūcto cōtingāt & nō moueant ↄtra se: sed potius vna tāgit aliā videtur φ vna impedit aliā in motu suo: cum vt illi asserant dij motores sint speraꝝ: videt φ sibi fecerūt impedimētū maximū per hoc φ vna spera impedit aliā & impellit. Est autē mirabile φ dij quos dicūt mūdū gubernare motu & ratione eiusdē nature habitatoribus diuersa pparauerūt habitacula: falsum igitur est esse plures mūdos. Iā ergo ostendimus & clarificauimus qlitates elemētoꝝ corporeoꝝ que ad motū disponunt locale que sunt rectitudo & circularitas & grauitas & leuitas: & ostēdimus quātitatē ipsoꝝ fm virtutē & fz numeꝝ esse finitā: & ostēdimus ppriū locū cuiuslibet ipsoꝝ: & ostēdimus iteꝝ quātitatē locoꝝ ipsoꝝ esse finitā: & quis est numerus ipsoꝝ quantū sufficit ad presens.

Cap. 7ᵐ. De obiectionibus sophisticis ex quibus pbari videtur φ mundi sunt multi.

Cum aūt in precedentibus multe adducte sūt demōstrationes & pbationes ad ostendendū mūdū esse vnicū: nulla eaꝝ fuit pcām dicētes ppter quid mūdus est vnus. Sed oēs quidē fuerūt ducētes ad īpossibile vel per causā nō essentialē: & ille demonstrationes paꝝ plus habēt virtutis qz pbationes dialectice que fiūt per signa: non abūdant enim ab ipsis nisi qz sunt per signa ↄfundata & magis ppria. Volumus aūt nunc per demōstrationē dicentem ppter quid determinare & ostēdere φ mundus est vnicus: & φ nō est possibile vt mundi sint plures: & ex eodē postea volumus ostēdere φ fm nāz suam est quo ad hoc sempiternus: qz nō est factus ex re aliqua habēte ↄtrariū: & φ eadē est causa φ nō cadit sub corruptione. Sed vt nullum nobis circa mūdi doctrinā generet impedimētū ex obiectis sophistaꝝ: volumus anteqz ostendamus ppter quid mundus est vnicus inquisitionē & inuestigationē disputatiuā ex obiectis aliquoꝝ facere de vnitate mūdi. Pōt enim aliquis querendo & disputando dicere φ nō est possibile φ mundus sit vnicus: qz videmus in omni re que est per artē vel nām φ intētio sue forme est preter intētionē eiusdem forme cū materia sua ↄcepte: cū enim nihil sit sensatū & particulatū nisi p materiā: opz necessario φ omne sensibile sit cōpositum ex mā & forma. Si igitur nos formā eius per quā est intelligibile abstrahamus per intellectum ab ipso abstrahamus vniuersale a particulari: alia erit intentio sue forme vniuersalis qz sit eiusdē forme fm esse qd habet in hac mā in qua & per quam particulariter etiā sentit: & huius exemplū est in orbe siue in circulo. Forma enim orbis per se sumpta & abstracta est alia qz sit quādo est ↄcepta fm esse cū ere vel auro. Forma enim rotunditatis in esse formali tñ accepta est fm rōnem preter rotundum ereum vel aureum aut ligneum. Item quando dicimus rotūditatem absolutā & diffinimus eam fm aliud nomen non recipit in diffinitione illa aurum aut es aut lignum. Si aūt in rotunditate denominemus aliquā materiā vel ligneam: aggregamus tunc formā cum materia: & ↄsideramus ipsam fm esse particulare & sensibile qd habet in mā & hoc nō ↄsideraf quādo dicit orbicularitas fm se: qz ista pōt esse in materijs multis nō equiuoce: qd nō esset si aliqua nā ↄcepta esset cū ipsa. Ex his oībus ↄstat φ orbicularitas & rotūditas nō significat nisi formā: sed rotundum denominatiue dictū significat formā in mā. Et tamen in his diuersitas est quātū ad mathematica & diuina & nālia: sicut diximus in 2° physicoꝝ: sed in oībus est abstractio que est vniuersalis a particulari: & tūc vniuersale de particulari denominatiue non predicatur: hoc qd dicimus de formis abstractiue & concretiue significatis ppter similitudinē dictū est vt sciamus qualiter res fm formā solā & fm esse qd habet in mā diuersimode ↄsideraf. Nos enim loquimur hic de forma predicabili de suis inferioribus: hoc enī abstractū qd est forma etiā non predicatur de suis inferioribus: nisi inquantum est aliquo modo totū ad ipsa inferiora: & scimus φ forma que est abstractiue significat lz sit forma: tñ nō est totū: & ideo nō predicatur: qz nō possem dicere φ albedo sit albū: vel φ humanitas sit homo. His igit habitis in vniuersali φ est forma simpliciter fm intellectum accepta per hoc qd est in multis & de multis inuenimus φ ipsa est apta dici de multis: vt in partibus suis: & est ipsa principium cōmunitatis multoꝝ: particulare aūt per materiā est ppriū & solū: & per multas similes materias efficiunt multa particularia supposita vni nature cōmuni: sic ergo videtur φ omne qd habet formam cū materia fm rationem sue forme multis posset conuenire & per diuisionem sue materie actu multiplicetur in plura indiuidua. Similiter igitur videtur φ sit de mundo φ ratione forme sit multiplicabilis & ratione materie sit plurificatus: cum constet mundum illum esse compositū ex materia & forma. Si ergo illud est fm hoc: tunc celum videtur similiter sensibile: & ideo compositum ex forma & materia: & sic videt pars vna esse partium mundi compositaꝝ. Omne enim sensibile vt diximus proprium incōmunicabile & sensibile est per materiam suam que est primum principiū indiuiduationis in ipso. Si ergo hoc est fm hoc tunc inuenimus in toto celo & principium cōmunitatis & principium particularitatis: & qñ dicimus celū sermone absoluto & abstracto: significantes celū prout abstrahimus ipsum ab hoc celo: intentio eius est alia quā quando dicimus hoc celum particulatum: significantes ipsum per materiam sensibilem. Celum ergo sermone absoluto & abstracto est forma sola vniuersalis: sed per sermonē nostrum cum dicimus hoc celum demonstrantes ipsum in materia sensibili: significamus formam cum materia particulatam & ↄceptam fm esse. Omne autē qd habet formam cōmunicabilem & figuram que terminatio est materie sensibilis: aut est multa fm actum: aut potest esse multa fm potentiam que procedet aliquando in actum per modum quē diximus: ergo multi celi esse possunt & multi mundi. Et ista deceptio sequitur necessario Platonem qui ponit exemplaria apud creatorem mundi ad que dixerit opus suū opifex: cuius exemplum composuit cum opere in condito mundo: dicunt enim quidam homines Platonis musam imitātes φ exemplar perpetuum mundi est apud creatorem qd vocat mundum archetypum: eo φ est huius mundi sensibilis principalis typus: & φ est exemplar non recedens ab ipso qd quidem Plato non dixit esse ideam in mente diuina conceptam: quoniam hoc etiam dicimus nos ppter qd dicimus domum ex domo & mundum a mundo: sed posuit ipsum habere veram rationem rerum creatarum: & dixit ipsum esse rerum formas separatas ad quas formantur ille que produnt incorporalem materiam: propter qd nominauit illa exemplaria formas: & illas que sunt in materia vocauit imagines: eo φ facte sunt ad imaginationem istarum que manent extra materiam: ita φ dixit hominem esse separatum & asinum separatum: & sic de alijs. Constat igitur φ cum ad vnum perpetuo manens apud opificem exemplare infinita formari possunt φ mundus aut est multus

Multa de⁹ pōt facē que tñ nō possunt fieri.

Nota ex intētione doctoris quō plato posuit mūdū archetypum.

aut potest esse multus. Si quis aūt nobis dixerit ꝙ non pertinet ista obiectio ad nos: eo ꝙ nos sumus defendētes opinionem de exemplaribus: dico ꝙ adhuc ex priori ratione videt sequi ꝙ possibile est mūdos esse multos: vel etiam sint multi: eo ꝙ in ꝑpetuis: idest in actu qđ potuit esse in potentia: sicut diximus in 4° physicoꝝ. Unde etiam si dicamus mundum non habere exemplaria: videtur recte sequi mundos esse multos. Videmus enim ꝙ omne cuius forma est in materia quod est hoc plurificabile: ⁊ sunt multe partes similes in materia ⁊ infinite per successionem. Ostensum est igitur nunc per istam rationem vt videtur: ꝙ aut sunt celi aut mundi multi aut possibile est vt sint multi. Posset igitur aliquis deceptus ex his rationibus ⁊ antecedētibus dictis physicorum accipere opinionem ꝙ mundi sunt multi vel ꝙ possibile est vt sint multi.

¶ Cap. 8m. De solone dubitationū dictaꝝ ꝯtra hoc qđ dictū est mundū esse vnū: ⁊ de causa ꝓpter quaꝫ mūdus est vnus.

Tex.c.93.

Veniant quidem igitur ad hanc intentioneꝫ vt sciamus an mūdus sit vnus posuimus studium nostrum: necesse est nobis indagare de sententijs istis donec ꝑueniamus per limina veritatis ad hoc vt sciam⁹ que sit recta ⁊ que non sit recta. Solventes igitur dicimus ꝙ in obiectione prius inducta bene ⁊ vere dictum est ꝙ res vna que cōposita est ex materia ⁊ forma alterius est rōnis quando forma diffinitur vt abstracta ⁊ forma tm̄: ⁊ alterius quādo concipit ⁊ diffinit ſm esse qđ habet in materia particulare ipsam formam: istud est rectum ⁊ nō est sermo aliquis contradicens illi. Cū enim obiectio inducta super tres fundet ꝓpositiones: quaꝝ vna est ꝙ omne sensibile est compositum ex forma ⁊ materia: ⁊ altera ꝙ omne cōpositū ex materia ⁊ forma est alterius rōnis in vniversali forma: ⁊ alteri⁹ ſm esse cum materia ꝯceptum. Tertia ꝙ omne tale est multa: vel pōt esse multa. Sunt enim due priores ꝓpositiones absq; omni ambiguitate: vere tertia aūt non semper est vera: sed aliquādo falsa: ꝓpter materie dispositionē. Lꝫ enim omnis forma cōmunicabilis sit: tn̄ non cōmunicat nisi materie que est extra ipsam actu: sed potētia est sub ipsa. Si ergo totā materiā aptā sibi contineat sub se: ita ꝙ nullam habeat aptitudinē ad ipsam aliqua pars materie existētis extra ipsam: tunc nunꝙ̄ possibile est ipsam cōmunicari actu pluribus: ⁊ ꝓpter hunc sermonem celoꝝ natura nō est multiplicabilis: nec etiā mundoꝝ natura. Celum enim ⁊ omne ingenerabile factum est ex tota sua hoc est cōvenienti sibi materia: ⁊ nihil est de ipsa extra ipsum: mundus aūt factus est ex materia simpliciter: ⁊ ideo non possunt fieri multi mūdi:

Tex.c.94.

⁊ nos quidem de hoc afferemus exemplum gratia doctrine vt sit sermo noster facilior. Dico igit ꝙ si symmitas est ꝯcavitas nasi in carne: tunc symmitatis ꝓpriū subiectum ⁊ materia est caro nasi: si ergo ex omnibus carnibus que sunt vel esse possunt formet vnus nasus: ⁊ in isto sit symmitas: tunc non erit nec poterit esse symmitas nisi vna: ⁊ nunꝙ̄ inveniet symmitas nisi in carne illius nasi tm̄: ⁊ tūc nō inveniet in aliquo alio mēbro corporis: eo ꝙ in rōne symmitatis cadit nasus: q: symmitas est nasi curvitas. Simili͛r si dicat esse materiam hominis caro ⁊ ossa ⁊ nervi ⁊ alia similia: tunc si ponamus vnum hominem ꝯstitui ex omnibus carnibus ⁊ ossibus que sunt vel esse possunt materia hominis: oportebit tunc ꝙ sit vnus solus homo: ⁊ non alius omnino: q: impossibile est vt diminuātur ab illo homine carnes ⁊ ossa per decisionem aliquam: ⁊ decidat ab eo potentia caro: q: ex actu caro non fit generatio hominis: ⁊ ideo nisi possit resolui caro de potentia ad actum non generabitur iste alius homo: ⁊ iste etiam vnus homo nunꝙ̄ diminuetur nec resolvetur per corruptionem: eo ꝙ materia sua nec in toto nec in parte potest elabi extra formam que ꝯtinet eam. Similiter aūt est in omnibus alijs: q: nunꝙ̄ multiplicatur forma per generationem: nisi hoc modo ꝙ multiplicatur per divisionē materie: que est sub forma potentia; lꝫ non sit sub ipsa ſm actū. Universaliter enim veꝝ est de omni substantia composita ex materia ⁊ forma: ꝙ non est possibile vt aliam habeat similem in specie differentem: tamen in numero solo: qñ nulla est materia potentia similis ex qua cōponitur individuorꝫ eiusdem speciei. ¶ Redeamus igitur ad ꝓpositum adaptātes inducta exempla: dicentes ꝙ celum est vnū cōpositum ex mā ⁊ forma. Vocamus aūt hoc celum vel celi mām totā cuius est motus circularis: vel etiam totum mundūꝫ qui vno modo dicitur celum: vt inferius ostendemus. Redeamus

Tex.c.95.

igitur nunc ⁊ iteꝝ dicamus ꝙ celum est compositum ex tota materia sibi ꝯveniente per potentiam receptibilitatis talis forme: ⁊ tota materia sua est terminata actu per formā: ⁊ nō est possibilis ad formam aliam: sicut etiā ostēdemus ⁊ partim superius tetigimus vbi diximus ꝙ est in mā ante corporeitatem indeterminataꝝ dimēsionū. Si enim nō cōpositum est hoc celum ex medietate sue materie: sed ex tota materia: tunc vnū est: ⁊ non sunt celi multi. Dico aūt ex medietate materie: q: si ponat alius mūdus: tūc opꝫ ꝙ iste non sit nisi ex medietate sue materie: quia equalium in quantitate eq̄lis est materia: sicut ⁊ duobus individuis eiusdem speciei vna quantitas debetur materie in specie. Sicut enim ipsa individua determinatas habent quantitates: ita etiaꝫ determinatas habent quantitates materie ipsoꝝ: ex hoc āt sequitur ꝙ mundi sint infiniti ⁊ ꝙ trāsmutent adinviceꝫ: infiniti quidē: qñ in infinitū divisibilis est materia per assumptum equale: quanta enim est mā patris ex qua fuit generatus: tantā proiecit in generatione filij que sumpta est ex superfluo cibi digesti: transmutant aūt adinvicem: eo ꝙ in simplicibus generatio vnius est corruptio alteri⁹ ⁊ ecōverso: que oīa absurda sunt: ergo opꝫ ꝙ nō ex medietate sue materie: sed ex toto sit compositus mūdus ⁊ simili͛r celū. Cōcedēdum est ergo ꝙ qñ celū vel mūdus noiant noīe absoluto ⁊ abstrahēte ab hoc demōstrato: ꝙ tūc dicit formā ipsius vniversalis que de se predicabilis est de multis: cū aūt noiat hoc celū demōstrata forma in mā ⁊ accidētibus ⁊ dividuantibus: tunc dicit formam habentē esse in hac mā: nec tamen ꝓpter hoc possibile est vt sint celi multi ⁊ mundi propter hoc ꝙ tota mā sub forma ꝯtinetur: ⁊ de mā que est actu ve potest fieri ꝓpagatio in pluralitatem sicut diximus. Ex omnibus autē his que determinata sunt relinquitur ꝙ oīs pluralitas individuoꝝ eiusdem speciei est per divisionē materie: ⁊ ideo cuius forma indivisibilis est per materiā: illa nō agitur per pluralitatē. Est aūt intellectus sive intelligentia vt diximus in premissis forma indivisibilis per materiaꝫ: ⁊ ideo nō agit in pluralitate ⁊ ꝓpter hoc ꝓbabilior sententia est de intelligētijs: ꝙ quelibet ab alia differt ſm spēm ⁊ non ſm numeꝝ solū: eadē aūt de causa ⁊ stelle differūt abinvicē specie sicut mihi videt: lꝫ ex diversis causis specie differant intelligentie ⁊ stelle ⁊ orbes: q: ex indivisibilitate materie differūt intelligētie. Stelle aūt ex hoc ꝙ cuiusq; eaꝝ mā tota est intra: ⁊ hoc est veꝝ sive intelligētie sint cōposite ex hyle ⁊ forma: sicut dicit Avicebron: sive sint simplices: sicut videt velle Arist. etiā si sint simplices bene salvat in eis potētia activa ⁊ passiva: sicut in libro de aīa: ⁊ in libro de intelligentijs domino concedente ostendemus. Cum enim oīs pluralitas reducatur ad vnitatē vt ad principiū suū: sic enim necesse est ꝙ oīs multitudo individuoꝝ reducatur ad vnitatē nature vnius in specie sub qua crescit illa pluralitas: nō āt pōt exire ab vno pluralitas individuoꝝ nisi per actū: quo vna mā agit in pluralitatē per decisionē ⁊ divisionē materie: talis aūt actus nō est nisi generationis: ⁊ ita sit ſm Arist. ⁊ omnes peripatheticos ꝙ non sit multitudo individuoꝝ sub vna specie nisi ꝑ actuꝫ generationis: ⁊ hoc etiā Arist. innuit qñ dicit ꝙ illa que sūt vnius materie qñ sunt diversa trāsmutant adinvicem: ⁊ ꝙ multitudo individuoꝝ causat ex divisione materie: cū constet multitudinē dividentiuꝫ totam exire ab vnitate divisi: hec ergo est vera sententia peripatheticoꝝ. Et si aliqs obijciat ⁊ dicat: ꝙ sicut multitudo individuoruꝫ exit ab vnitate speciei: ita multitudo specieꝝ sive differentiaꝝ exit ab vnitate generis: ⁊ genus assimilat materie. Cū igit superiora ⁊ inferiora corpora ⁊ substātie spirituales cōmunicēt in vno genere generalissimo: videbit ꝙ cōmunicēt in mā vna: sed ad hoc nos iam in precedētibus diximus: q: nos bene concedimus oīum esse materiā vnam in genere: sed nō simpl͛r vnaꝫ ſm ꝙ ponimus intellectū esse ens in genere ſm doctrinam Avicebron in libro de materia ⁊ forma: ⁊ ſm doctrinā Avicenne in libro de causis. Si aūt intellectum sive intelligētiaꝫ ponamus esse non in genere: tunc dicimus omnium corporalium esse materiam vnam in genere: sicut determinatum

Intell⁹ igētie ⁊ stelle spe ab inviceē distiguūt ꝗ oppo͠m videt tenere Cōmen. 2° celi cō. 49. Et opp͠m scdo videtur tenere Arist. 12° celi. t.cō.59. vbi ꝓbat oīa astra esse sperice figure ex hoc ꝙ luna ē sperica.

est in pmo libro physicorum: ⁊ dicimus esse vera que ibi inducuntur. ¶ Dicit tamen Auerrois ꝙ celum est forma tm̄ ⁊ elementa quatuor inferiora sunt materia eius: ⁊ si queratur ab eo qualiter celum sit intellectum ⁊ sensatum si ipsum est forma simplex. Respondet ꝙ intelligitur ex analogia sicut pma materia: sed illa intelligitur per analogiaz ad formam suaz. Celū autem intelligitur per analogiaz ad mām suā que sunt inferiora: sed nos absurdū reputamus hoc: cū sentiamus illud absolute: ⁊ ideo dicimus ꝙ habet materiā significabilem per potētiaz ad vbi: cū materia eoꝝ que sunt generabilia determinetur per potētiaz ad vbi: ⁊ ad motum ⁊ formā: ⁊ hec discussa sunt in antehabitis.

Opio Commētatoris in cō.95.

¶ Cap. 9m. Q extra mundum nec locus: neqꝫ tempus est.

T.cō.96.

Sequitur autem adhuc vt ostēdamus esse celum per modum quo celum vno modo cōpositum est ex omni corpore sensibili: verūtamē antequā fiat hoc oportet ingrere quid est qd̄ significatur per nomen celi: ⁊ sm̄ quot modos dicatur nomē eius: vt ⁊ ex hoc fiat manifestius qd̄ querimus: s. scire in qua sit significatiōe intēdimus de ipo. Diximus autem ꝙ celum: aut accipitur p circūferētia spere: aut pro spere cōcauo vsqꝫ ad centrum circa qd̄ voluitur: centruz eniz sicut diximus in octauo physicoꝝ aliquo modo est pncipium ⁊ finis spere. Si autem accipitur pro circūferentia: aut accipitur pro toto eo qd̄ habet naturam circūferentie: sm̄ ꝙ dicatur celum id qd̄ est supficierum circularium: ⁊ motus circularis: aut accipitur p circūferentia supma que est celum celorum claudēs in se omnes celos. ¶ Dico enim ꝙ celum nominatur vno ⁊ pmo pncipali modo corpus qd̄ est vltimuz quo ad nos motus totius vniuersi: hoc est corpus naturale qd̄ est in vltimo motus vniuersi: ⁊ hoc est celum supmum: qd̄ in se quidem est pmum mobile: quo ad nos autem est vltimuz. Et hec cōfirmantur ex consuetudine que est in cōmuni sermone: quia consueuimus nominare celum id qd̄ est sūmus orizon mundi ⁊ eius superi⁹: ⁊ cum illud sit altissimum ⁊ nobilissimuz: dicimus illic habitare omnia spiritualia fixa ⁊ quieta: eo ꝙ omnes intelligentie que sunt motores orbium sunt imobiles ⁊ fixe per eē perpetuum: sicut sepius diximus in octauo physicoꝝ. ¶ Et nominamus celum sm̄ moduz aliuꝫ corpus totum qd̄ continuum est per modum quo cōtiguuz cōtinuuz dicitur cuz eo qd̄ est supmus orizon mundi totius: ⁊ hoc corpus totum est qd̄ dicimus quintam essentiam a cōuexo ignis superius in quo infra sunt sol ⁊ luna ⁊ cetere stelle: ⁊ hoc iteruz cōfirmatur cōmuni sermone quo dicere cōsueuimus solez ⁊ lunaz et stellas esse in celo. ¶ Tertio autez modo iterū nominamus celum: totum id qd̄ habet corpus contentum ab vltimo mobili: cuius est motus vniuersi totius hoc est a primo mobili vsqꝫ ad cētrum: ⁊ hoc sm̄ cōsuetudinez sermonis quo a pte digniori nominamus totū: hoc eniz modo noiamus ꝙ celū est id qd̄ est completuz ⁊ totū cui impossibile est fieri aliquā additionem omnino. Nō enim hoc modo potest accipi celum nisi p mūdo toto: quia impossibile est aliquid addi mūdo: cum sit ex materia tota: vt diximus. Manifestuz est igitur ꝙ celū dicitur sm̄ tres modos dictos in his significationibus celum dictum tertio modo: ꝙ videlicet est totū qd̄ cōtinetur ab vltimo vniuersi motus qd̄ est pmuz motum vsqꝫ ad centrum qd̄ est compositū ex omni corpore naturali sensato necessario: siue sit motum necessariuz ad centruz: siue a centro: siue circa centruz: ⁊ extra hoc centrum: neqꝫ est corp⁹ nec possibile est vt sit extra ipz corpus omnino. ¶ In hac igitur tertia significatiōe volumus inquirere vtrum hoc sit veruz qd̄ diximus: ꝙ. s. extra celum nō sit nec possit esse corpus aliquod. Dicamus ꝙ si detur extra celuz esse corpus aliqd̄: aut hoc est ex corporibus simplicib⁹: aut ex corporibus compositis: ⁊ quocūqꝫ modo esse dicatur si est illic: tunc aut erit illic sicut in loco naturali: aut sicut in loco violento ⁊ accidētali: ꝙ autez extra celuz nō sit aliquod corporum simplicium omnino sic pbatur. Ostēdimus enim superius ꝙ nō est possibile vt corpus spericū pmutet locum suuz: quia nō est in loco essentialiter: ⁊ sicut impossibilis est pmutatio sui cētri sic impossibilis est pmutatio sui situs: eo ꝙ ipm non pōt mutari violenter: quia violentia nō cadit in ipm: ⁊ extra suum situz nō posset esse nisi violēter. Similiter aūt nō est possibile

Tex.cō.97.

vt sit extra celuz corpus simplex recti motus: siue sit leue qd̄ ascendit: siue graue qd̄ descēdit ad mediuz. Si enim aliqd̄ illorum corporuz esset illic: nō posset ibi esse sicut in loco naturali: quoniaz pbatuz est supius ꝙ loca horuz corporū simpliciuz sunt alia a locis que dicitur esse extra mūduz: ⁊ sunt cognita ad sensum ⁊ manifesta per ratiōes superius inductas. Si autē daretur ꝙ corpora simplicia essent illic sicut in locis accidētalibus: tūc sm̄ supius inducta essent ibi corpora alia naturaliter. Multotiēs enim iaz diximus ꝙ omnis locus existēs quibusdam corporibus simplicibus accidētalis alijs corporibus est naturalis necessario ⁊ ecōuerso: cuz igitur per rationez pbetur ꝙ nō est aliquod corpus simplex pter ista corpora que sunt elementa huius mundi: que quidem relata ad motuz localem sunt tria: que sunt corpus circulare: ⁊ id qd̄ mouetur ad medium ⁊ id qd̄ mouetur a medio: impossibile est extra mundum corpus esse aliquod simplex. Si autez simplex impossibile est ibi esse: tunc impossibile etiaz est ꝙ sit ibi corpus compositum: cum compositum nō sit nisi ex simplicibus: ⁊ resoluatur in simplicia. Sic ergo probatuz est ꝙ non est illic corpus aliquod. ¶ Amplius autem dicimus illic nō posse esse corpus aliquod: ⁊ faciamus eādem diuisionem quaz supra fecimus. Si eniz esset possibile ibi esse: tunc possibile esset ibi esse: aut simplex: aut compositū: ⁊ siue sic: siue illo modo dicatur ibi esse corpus possibile: tunc aut possibile esset ibi eē naturaliter: aut accidētaliter: ⁊ quodcūqꝫ hoꝝ detur: tūc ratio nostra erit ad pbādum ꝙ non est ibi possibile esse corpus: sicut fuit nuper ad pbandū ꝙ non sit ibi corpus aliquod. Ratio enim ab vtroqꝫ istorū est vna: ꝙ videlicet non sit ibi corp⁹: ⁊ ꝙ non sit possibile ibi esse corpus omnino: nec aliqua magnitudinum corporaliū: ⁊ hoc precipue ex illa ratione manifestū est quā induximus: ꝙ videlicet mūdus compositus est ex materia sua tota que apta est cōueniens sibi. Nuper eniz diximus ꝙ materia mūdi est pars eius que sunt corpora sensibilia naturalia: ⁊ illa omnia sunt in mūdo isto: sicut in locis naturalibus ⁊ nō alibi. Si ergo hoc est sicut diximus: tūc iam manifestum factū est ⁊ planuz ꝙ celi nō sunt multi: neqꝫ mūdi: neqꝫ fuerūt in pterito multi: neqꝫ erūt multi in futuro. Celū enim hoc modo dictū vnicū ⁊ pfectum ⁊ completū cui nō est nec pōt eē simile aliquod oino. ¶ Amplius autē extra celū nō potest esse locus: neqꝫ plenus: neqꝫ vacuus: neqꝫ tp̄s. Qd̄ enim nō possit ibi esse locus manifestuz est: qa locus si sit plenus tunc cōtinet aliquod corpus: siue simplex: siue cōpositū. Nos autez ostendimus ꝙ extra celuz nullum est corpus. Si autē dicat esse locus vacuus: tūc sm̄ ꝙ dicunt esse vacuum: vacuus est locus in quo possibile est esse corpus: ⁊ nos iaz ostendimus ꝙ extra celum nō potest esse corpus. Qd̄ autem ibi nō possit esse tempus: declaratur per hoc ꝙ tp̄s est numerus motus: ⁊ motus nō est nisi corporis: ergo vbi nō est corp⁹ nō est motus: neqꝫ tp̄s: sed extra mūdum nō est corpus vt pbatū est: ergo extra mundum non est motus neqꝫ tempus.

Tex.cō.98.

Tex.cō.99.

¶ Cap. 10m. De perpetuitate vite eorum que sunt in exteriori conuexo.

T.cō.100.

Cum autem iam declarauerimus extra celuz neqꝫ locū eē: neqꝫ tp̄s: neqꝫ vacuum: necessario seqtur ꝙ id qd̄ est in exteriori celi: hoc est in vltimo celo ex pte sui conuexi nō sit in loco: quoniā nec hoc celuz essentialr̄ est in loco: nisi eēntialē motū habeat: qui est sm̄ locū mot⁹: vt diximus in physicis: ꝙ cū nō sit in loco id qd̄ est illic: tūc etiaz nō est in tempore: qa in tēpore est qd̄ a tēpore cōtinet: ⁊ hoc est ꝙ tp̄s quadā parte mēsuratur. Omne eni qd̄ est in tempore excellit a tēpore sm̄ pncipiuz ⁊ finem: cū esse in tempore nihil aliud sit nisi quadā parte tp̄is mensurari. Siue illud igitur sit causa pma: siue sit cōuexum celi supmi: tp̄s non potest facere ipm vetus: quia nihil est ibi qd̄ est in exteriori vltimi motus vniuersi qd̄ alteretur: neqꝫ mutet per se vel per accidens oino: sed est firmum sm̄ suū eē: ⁊ nō mutatur omnino: eo ꝙ nullam recipit passionem que sibi valeat iprimi ab aliquo agente. Diximus autez in fine .8. physicoꝝ pmū motorem esse in illo conuexo illius spere exterioris: ⁊ motū quē dat pmo mobili esse quasi vitam omnibus existentibus sm̄ naturam: quē etiam dicat Aristo. peripatheticoꝝ pnceps: ⁊ iscecutores ei⁹ Auerrois: ⁊ rabbi Moyses: ⁊ multi alij pe

ripatheticoꝝ: ꝙ etiã spera illa viuit: ⁊ ꝙ vita eius est act⁹ intelligẽtie per ipsam speraʒ: ⁊ ꝙ vita illa tota est intellectualis: vita ergo ſm istos que est illic: nõ tẽporaliter est ibi succedẽs: sed potius simul fixa ⁊ stans: quẽadmoduʒ diximus de reb⁹ que sunt eũterne: ergo est sempiterna in secula seculorũ. Siue eni seculũ est duratio: siue esse cuʒ toto tpe: ita ꝙ tps non excellit ipm: ʒ excellat ipm eternitas: ⁊ quia tẽpus causatur a motu eius: tunc seculuʒ sui motus est totum tps durans cui cõmensurat motus: quoniã cum tps non excellit: ⁊ ideo non ꝓprie motus ille dicit in tẽpore esse: sicut causa tẽporis nõ est in tẽpore: sed sub illo seculo sunt spatia coruʒ que sunt in tẽpore: ⁊ illa spatia sunt secula rerũ erortarũ in tẽpore: ꝓpter qd seculuʒ pmi mobilis est seculũ secula cõtinens ⁊ causa seculoꝝ. Uita eniʒ sua nec finitur: nec deficit: nec ꝓficit per momẽta: sed stat simul ⁊ quo ad hoc laudandus est Plato ⁊ ceteri pmi phoꝝ in diffinitiõe sempiterni quã dederunt. Dixerunt eni cõem sermonẽ ⁊ vniuseʒ ⁊ sufficienteʒ ⁊ conuertibileʒ cuʒ ipso quando dixerũt ꝙ sempiternitas est vltimuʒ quo ad nos: ʒ sit pmuʒ simpliciter: et orizon continens tẽpus vniuscuiusq3 rerum: post qd ⁊ ante cuius posteriora non est tps aliud naturale: ⁊ dixerũt ꝙ ista sempiternitas est eternitas rei illi⁹ que est in exteriori celi ⁊ durabilitas eius. Cũ eniʒ dixerunt ꝙ est vltimuʒ ⁊ finis: voluerunt intelligere durationeʒ vltimi ad qd sicut ad fineʒ esse oiuʒ naturaliuʒ est relatuʒ: per hoc autẽ ꝙ dixerunt ipsuʒ esse orizontẽ: ⁊ intellexerũt ꝙ est supremuʒ esse durãs continens omne esse qd est sub ipso: qa inferioꝝ tempus ⁊ duratio fluit ab ipso ⁊ excellitur ab ipso qd vocauerũt quãdo dixerunt ꝙ post ipsum in futuro ⁊ ante eius posterio: a in pterito: quia pterita iam post nos sunt: eo ꝙ nos ea nõ expectamus: ante nos nulluʒ tps est naturale: quia cuʒ ois res naturalis cõstituat a pmo motore ⁊ mobile pmo: ⁊ motu ipsoꝝ: oportet ꝙ nihil naturalium sit ante ipm vel post ipsum: sed sub ipso omnia naturalia ꝯtineantur. Hec ergo duratio sic accepta eternitas est motoris ⁊ mobilis ⁊ motus ipsoꝝ: qa eternitatem antiqui vocabant quãcunq3 durationem: non excessam a tẽpore: siue stet simul: siue sit successiua: sicut primus sibi succedit: ⁊ vix aliquis coꝝ aliter inuenit locutus fuisse de eternitate. Scdm hũc igitur modũ dicimus ꝙ vltimum celuʒ orizontis supmi ⁊ vltimuʒ cõuexum eius qd continet ⁊ includit in se totum tps sempiternuʒ dicitur ſm antiquos eternitas celi: eo ꝙ in tẽpore: nec pncipiuʒ habet: nec finem: ⁊ ex hoc nõ sequitur ꝙ celuʒ ⁊ mot⁹ sit simpliciter eternum: sed quodãmodo ſm tẽpus: sicut ostendimus in octauo physicoꝝ. Hoc autem nomẽ eternitas celi ⁊ motuʒ eius determinauerunt antiqui ex ipso suo opere. Cũ enim dicat eternitas esse durans ⁊ duret taʒ celum ꝙ̃ motus in toto tẽpore absq3 eo ꝙ excellatur a tẽpore: hoc opus ⁊ esse attenderũt quãdo vocauerũt ipm eternum dicto modo eternitas: qa id qd est sempiternuʒ est semp durans cuʒ tẽpore: opus autẽ a quo deriuamr nomẽ in quibusdaʒ rebus est manifestũ ⁊ plane potest ostendi: sicut in his quorum operatio est manifesta: sicut est duratio celi ⁊ motus eius: in quibusdam autem rebus est operatio occulta ⁊ parua ostensione se manifestat: ⁊ rerum illarum nomen non multuʒ manifestat esse: et opinionem ipsam: ʒ aʒ autẽ diximus in libro de natura deorum: quem vocamus phiam extraneam eo ꝙ extraneis rationibus per similia vulgaria probatur solum ꝓbabiliter et vulgariter: sicut ⁊ ipsam physicam credidimus cõmunicari populis: ⁊ declaramus ibi ꝙ necessariũ est vt spiritualis res sicut substãtie diuine ⁊ corpora spiritualia superiora nõ mutentur ſm tps omnino: neq3 corrumpantur in suum esse ⁊ in sua substantia: ⁊ ibidem illius rationem diximus esse: quia talis substãtia est causa omnis cause rerum naturaliũ particularium ex causis talibus nõ est alia post ipsam: qa si permutarentur huiusmodi substãtie pme oporteret ꝙ alie substantie priores eis essent que mutarẽt eas: sicut diximus in principio octaui physicoꝝ. Scdm ergo hunc modum queʒ diximus ipse tales substãtie sunt imutabiles ⁊ inalterabiles oino: sed sunt perfecte semp complete ⁊ ad permanenduʒ in sempiternum. Non enim est super eaʒ aliqua alia causa causans eam ⁊ mutans ſm naturam: ⁊ si daretur causa prior primo celo ⁊ motore eius: tũc oporteret concedere ꝙ illa eẽt cõpletissima postq̃ ascendẽdo non esset aliqua melior in ordine substantiaruʒ celestium: qa necesse est ꝙ aliquãdo sit status cum numerus ⁊ ordo substãtiarum celestium non ꝓcedat in infinitum. ¶ Amplius autem dicimus rem illam primam nullam recipere occasionẽ mutationis per accñs vel p se: ⁊ ideo nõ recipit finem alicuius mutatiõis que sit forma aliqua aliter disponẽs ipsam: neq3 recipit fineʒ motus eius. Motus eni eius ſm naturã est sempiternus: qa nunq̃ discontinuatur vel absciditur: ⁊ ideo meretur dignissime vt dicat ei motus diurnus qui hodiernus ab antiqs dicebat. Res enim oẽs non sunt mobiles nisi per nãm quando sunt extra loca sua: ⁊ cum peruenerint ad loca sua tũc quiescũt. Corporis autẽʒ nobilissimi ⁊ supmi motus nunq̃ quiescit: quoniã extra locum suum nunq̃ est vt perueniat ad ipm: ⁊ locus ei⁹ est rotũdus vnus: ⁊ ideo cuiuscunq3 pũcti orizõtis in ipso loca sunt infinita: ⁊ voco locum situʒ: ⁊ qa situs oium partium motorum sunt infiniti ſm potẽtiam ⁊ ideo ipm mouetur sine fine in tota tẽporis duratione. Locus enim inceptionis motus eius est ideʒ subiecto cuʒ loco finis eius: ⁊ ideo vnã ⁊ eãdem rationem habet semp mouẽdi: ⁊ ideo motus ei⁹ factus est sempiternus qui nunq̃ in tẽpore finitur: sicut eni in octauo dictũ est: finis eius est extra ipm: ⁊ ille est centrũ quodãmodo ⁊ finis ⁊ pncipium circuli. Ad hoc autẽ qd mouet circa ipsum ⁊ cum equaliter semper sit circa ipsum semper equaliter mouetur: ita quidem ꝙ celum semper equaliter agentium mouet ⁊ motor semper mouens: ⁊ non ita ꝙ per se ipsum corpus celi moueatur.

¶ Tractatus Quartus Primi Libri de Celo ⁊ Mundo: an celum sit generatum.

¶ Cap. pᵐ. Que tractatus intentio est ⁊ quis dicendorũ modus. ⁊ quid dixerunt circa hoc antiqui.

Cum autem omnia que

Tex. cõ. 101.

Prehabita sunt de pfectiõe ⁊ vnitate mundi ostẽsa sint discrete ⁊ determinate est mee volũtatis nunc ingrere de Celo ⁊ Mundo increato: vtrũ sit factũ per gnãtionem phicã: an nõ sit factuʒ per gnãtioneʒ: ⁊ an sit corruptibile corruptione. Hoc eni ʒ sit tactum in superiorib⁹: indiget tamẽ adhuc ingsitiõe subtiliori: verũtamen anteq̃ nos de istis du ab⁹ qõnibus dicamus sniaʒ veritatis: incipiẽtes ſm nostrã cõsuetudinem de eis pus dicere sermones antiquoꝝ phoꝝ nãliuʒ: eo ꝙ ratio eoꝝ qui diuersa dixerũt a nobis: erit nobis via ingsitiõis in oibus diuersitatibus eoꝝ quib⁹ deuiãt a nobis: ⁊ ad se inuicẽ: ⁊ via hec erit ex ꝯdictionib⁹ bene cõsiderãtis. Hoc eni mõ ꝓcedendo erit sermo noster apud oẽm hoieʒ qui bone cõsiderationis est acceptabilior: quãdo discreuerit iter nostra dicta ⁊ eoꝝ dicta qui ꝯdicũt nobis: ⁊ cũ psperexerint nostras rõnes excellẽtes dicta eoꝝ: erit tũc nostra determinatio visa magis necessaria in itellectib⁹ audiẽtiũ: ⁊ pcipue cũ pmo audierint debiles rõnes antiquoꝝ qui diuersificant a nobis: qa tunc auditis nostris fortib⁹ rõnib⁹: facile acqescent nobis. Est eniʒ de per se manifestũ ꝙ oẽs scimus: qa cũ dixerimus sniaʒ nostrã de aliqua re: ꝙ videlicet oporteat ipaʒ eẽ ſm hũc modũ vel illũ: ⁊ tacuerimus sniam alioꝝ ⁊ respõsioneʒ quas trident opiontb⁹ eoꝝ qui sunt diuersificãtes ab eis: ⁊ tacuerimus ꝛ sermones determiatienũ eoꝝ in re illa de qua ꝯtant: tũc debilius ⁊ tardi⁹ suscipiet sermo noster: ⁊ rõ nr̃a apd audiẽtes ꝯclusiões vnius dcm ad dcm alterius discernũt tã iter ꝓpõnes silloꝝ q̃ iter pncipia ex qb⁹ ꝯfirmant ꝓpõnes sillogisticẽ: eo ꝙ hesitat itellẽs aliũ. Adhuc vez dcm nostruʒ vel aduersarij nostri sit melius ⁊ credibilius: sed qa nostra disputatio doctrinalis est ⁊ nõ litigiosa: opʒ oẽʒ hoieʒ qui nobiscũ cõfert dicta sua obseruare: nec pp inimicitiã vel amicitiam cõdisputantis secũ aliqd ipugnet vel recipiat: falsitatis eniʒ amicus ⁊ veritatis inimicus diceret ⁊ non hominis secum disputantis: ⁊ ideo necesse est vt participet sic secum ⁊ cõicet in disputatione vna: ꝙ cõcedat oia que cõcederet sibiipsi de rõnabilibus ⁊ veris ſm intellectuʒ: aduertẽs illud qd in topicis dixit Aristo. de ingrentib⁹ veritatẽ: ꝙ prauus socius ẽ qui impedit cõe opus. Hoc autẽ pmittimus hic in peractione qõnis istius: ideo qꝛ in eo sunt multe diuersitates: ⁊ est questio desiderata sciri ab oibus: ⁊ ideo maximi nocumẽti

est in

est in ea impedire eũ qui diligẽtiã ponit in inq̃sitiõe veritatis de ipsa. Nõ enim solũ phi diuersificant in determinatiõe ipsius: sed etiã religiões legum plurimã in ea auferũt cõditionẽ. ℂ Dicamus igit incipiẽtes q antiqui phi loquentes de factura mũdi quotquot p̄cesserũt sectaȝ Peripatheticorum cõuenerũt in hoc q celuȝ τ mundus eẽnt inchoata per phicã generationẽ: sed tñ in mõ illius gñationis differebãt qdam inter se phyrici triplici diuersitate. ℂ Fuerũt eni quidam inter eos qui τ p̄cipui deputati sunt apud Stoicoꝝ periciaȝ: qui dixerũt q mũdus qdẽ per gñationẽ que fit ex mã incepit: sed durabit in sempiternum: τ ideo in tota tẽporis duratiõe nõ habebit pn^m materiale aliqd ad qd resoluatur quẽadmodum res corruptibiles resoluunt: ppter qd etiaȝ in toto tẽpore nunq̃ habebit finẽ: τ huius qdem sñie auctor fuit Plato apud antiquos stoicos: τ postea paruȝ ante nr̃a hec tẽpora renouauit eã Moyses Egyptius phs iudeoꝝ: vterq; enim hoꝝ dicebat opificẽ mundi ex materia quasi ex matre mũdum p̄duxisse cũ tẽpore: τ ptes qdẽ mundi superiores que sunt mouentes τ causantes inferiora elemẽta: τ elemẽta priores eẽ mundo natura τ nõ tẽpore: orbes eni τ stellas sic s̃m istos fecit opifex q oium inferioꝝ semẽtem quaȝ opifex qdaȝ fecit eis tradidit exequẽda: sicut in Timeo Platonis cõtinetur: lȝ tẽpore cũ inferioribus sint p̄ducta. ℂ Fuerunt autẽ alij qui dixerũt q celuȝ τ mũdus totus inceperũt per gñationeȝ: τ q ambo finiũt in tẽpore nec vnq̃ reiterabit idem mũdus: qa sicut per intellectuȝ agẽtẽ in tẽpore infinito qd ↄsequr mixturam oium tanq̃ subiectũ pprium mũdus iste exiuit per generationẽ: ita etiã reducit in idem mixtum per intellectũ eũdẽ: τ ideo cadit sub corruptiõe sicut reliqua corpora que eẽ per generationẽ acceperũt. Hec autẽ opinio Anaxa. fuit qui dixit tps esse infinituȝ: eo q tempus seqtur chaos p̄muȝ τ nõ motum celi: τ dixit in tẽpore infinito multos mũdos generari: τ multos corrũpi: quoꝝ nullus est idẽ cum alio. τ de hac opinione multa dicta sunt in p̄mo physicorum. ℂ Alij autẽ qui tertiã viam inuenerũt fuerũt qui dixerunt q mũdus iste sepe generatur τ sepe corrũpit: τ illi diuersificati sunt s̃m duas vias: qdam enim dicũt q reuertit idem in magno anno qui deoꝝ sacramẽto cõfirmatus est: τ hec fuit sentẽtia Empe. τ vocat magnũ annum spaciũ tẽporis quo superiores orbes τ stelle reuertunt omnes simul ad principium p̄mũ sui mot^9: qd nõ accidit ad minus s̃m Ptolomeũ nisi in. 36. millibus annoꝝ: τ dicit hunc annũ ↄfirmatum eẽ iureiurando: siue sacramẽto deoꝝ: quia deos vocat orbes τ stellas: τ illi necessitate motus sunt obligati ad redeũdum in idẽ pũctum: vnde inceperũt sicut si cõfirmassent illud iureiurãdo. Iste autẽ Empe. Italicus fuit de ciuitate que vocata est Fragarambice: ppter qd fragicẽsem eũ vocant: τ in rei veritate fuit Siculus. Heraclit^9 auteȝ Ephesius dicebat q celũ τ mundus generant τ corrũpunt continue de dispõne in dispõnem sine fine: eo q omne qd dicebat continue subiacere alteratiõi: τ alterationẽ dixit esse generationem. Lȝ autẽ sciamus Heraclitũ fuisse grecũ natum de Ephleso: qdam tamẽ saracenoꝝ dicunt eum fuisse Sascinẽsem: τ quidam de ciuitate Karistos: cuius causam esse puto: qa saraceni nomina philosophoruȝ τ ciuitatum frequenter habent corrupta. Hac igitur triplici diuersitate diuersificantur philosophi. ℂ Religiones que ab initio fuerũt vsq; modo quadrupliciter variantur. Dixerunt eniȝ Zabij q mũdus: nec per generationem: nec per corruptionem finitur. Stoici auteȝ qd quidem per generationem incepit: sed per corruptionem non finietur in hoc sequentes Platoneȝ. Pithagorici autem in legibus Pithagore tradiderũt mũdum: τ per generationem incepisse: τ per corruptionem destructum: cum quibus conueniunt tam Empe. q̃ Anaxago. τ Heraclitus: lȝ diuersis modis hoc dicunt: sicut patet ex premissis. Sunt autem quidam saracenorum irrationabilissime dicentes τ quartam legem inducentes: q vȝ mundus per generationem nunq̃ incepit: sed tamen per corruptionem destructus sit: cum nulla autem istarum legum conuenit lex Moysi qui prophetice non phice docuit mundum non per generationem sed per creationem incepisse: τ per voluntatem dei iudicis destructum: non quidem sic vt nullo modo sit: sed sic vt in alio statu sit: in quo tam boni q̃ mali iustam operis sui consequentur retributionem.

Tex. cõ. 102.

Prĩa opio d eẽ mũdi τ est stoicoꝝ τ platonis.

Scda opio τ est Anaxagore.

Tertia opio τ est Empedoclis.

Religiões q̃ arrupẽr variate sunt circa opionẽ d initio mũdi τ ꝑmanentia.

ℂ Cap. 2^m. De contradictione dicti τ ratione Platonis et Stoicorum.

Uoniã autẽ iaȝ exposuimus summatiȝ opiones que sunt de iceptiõe mũdi: opportunuȝ est inducere rõnes cõtra eas. Ex p̄mo cõtra opinioneȝ Platonis τ legẽ Stoicoꝝ. Dicimus igit impossibile eẽ oino sermonẽ Stoicoꝝ: cõsitentiũ qui dẽ celũ esse mundũ magnũ: quẽadmodũ τ nos supra in tertia celi significatiõe ostẽdimus: τ dicẽtiuȝ cũ hoc q hoc celuȝ per gñationẽ icepit ex mã τ p̄uatiõe eẽ factum τ nunq̃ eẽ destruẽ per corruptionẽ nec finẽ habituꝝ: eo q nõ habeat mãle pn^m in qd possit per corruptionẽ resolui. Nos aũt dicimus nũc qa cessamus a narratiõe sermonũ eoꝝ qui sermo dicit q celũ τc. nullũ eni modũ alicui^9 rei nãlis cõfitemur eẽ veꝝ vniuẽr: neq; verificamus eũ nisi quãdo per inductionẽ: aut in oib^9: aut in plurib^9 eoꝝ pbare possemus eũdẽ presertim: cũ res nãles sensibiles sint: τ sensibili cognitiõe inductionis potissime pbent. Modus aũt quem isti dicũt de celo τ mũdo: q vȝ per gñationẽ phicaȝ iceperint: τ per corruptionẽ nequaq̃ sint destrua: nũq̃ vidimus in aliq̃ re que inceperit: quin potius diuersuȝ isti^9 videmus in oib^9: quia oẽ qd per gñationẽ icepit videmus corrũpi tẽpore determinato: sicut ifra ostẽdemus in hoc eodẽ tractatu libri istius. Absurdũ igit est istũ modũ enũciare de celo τ mũdo. ℂ Ampli^9 aũt dicimus q ois res in qua nõ est potẽtia: siue virt^9 vt alterẽ a qualitatib^9 actiuis τ passiuis nullaȝ hȝ cãm siue alterationis: cũ ois alteratio fiat a q̃litatib^9 actiuis τ passiuis: sicut ostẽdimus in. 7. phicoꝝ. Et siẽr est econuerso q res que alterat vel alterata est aliqñ a qualitatib^9 actiuis τ passiuis habet virtutẽ τ potẽtiaȝ adhuc q alteret: τ sue alteratiõis cãẽ in re ipsa: sicut videmus in oib^9 elementis τ elemẽtatis que alterant adinuicẽ. Si igit mũdus iste magnus vt aiũt Platonici per generationẽ cõponit ex reb^9: quaꝝ dispõnes fuerũt p̄mo s̃m aliaȝ dispõnem: siue s̃m aliã formã q̃ sit forma mũdi: cũ nõ sit possibile q amittant tales formas per quas fit alteratio eoꝝ que alterant: tũc pculdubio postq̃ accipiũt formã aliquã per alterationẽ sũt alterabiles. Videm^9 eni q id qd nõ est calidũ: τ per alterationẽ factũ est calidũ: adhuc per alterationẽ etiã mutabile est a calido in aliaȝ quãcunq; dispositionẽ que põt eẽ terminus alteratiõis. Cũ igit ita sit si mũdus icepit per gñationẽ: res ex qb^9 componibilis erat mũdus: aut erãt alterabiles a suis dispõnibus quas habebãt anteq̃ cõstituerent mũdũ aut non. Si erant alterabiles tũc adhuc sunt alterabiles: τ sicut per alterationẽ eoꝝ venerunt ad mũdi cõstitutionẽ siue gñationẽ: sic et per alterationẽ possunt venire ad mũdi corruptionẽ: τ tũc mũdus est corruptibilis. Si aũt nõ erant alterabiles: tũc nũq̃ potuerũt p gñationẽ venire ad hoc vt cõstituerẽt mũdũ: qa nulla gñatio phica eẽ põt nisi per alterationẽ. Cũ igit alterent s̃m platonicos in cõstitutione mũdi: tũc alterabunt etiã post mundũ constitutũ: τ si celum τ alia simplicia sic sunt alterabilia τ passibilia: cũ omnis passio facta abijciat a subiecto: oportebit dicere q tã celũ q̃ alia simplicia corpora τ mundus ipse possint resolui τ separari: siue cõsumi per corruptionẽ: ita q amittãt formã mũdi. Et eadẽ necessitate cũ post corruptionẽ factã a forma mũdi: adhuc maneãt alterabilia τ mutabilia: opȝ q postq̃ resoluta sunt a forma mundi iterũ alterent aliquãdo ad cõpositionem forme mũdane: τ ab illa iterum corrũpantur per alterationeȝ: τ sic fiat successio τ generationis τ corruptionis mũdi in infinituȝ: quẽadmodũ dixerunt Empe. τ Heracli. Si g̃ hoc est s̃m modũ hũc: tunc mũdus qui incepit per gñationẽ cadit etiã sub corruptiõe: τ nõ ẽ veruȝ qd dixerũt antiqui Platonici q sit p̄ter corruptionem τ finẽ in tẽpore. Sicut aũt iprobamus dcm̃ istoꝝ: sic cõuenienẽs est vt eijdamus rõnẽ dicti quã induxerant. Nõ eni quã induxerũt quãdo intẽderũt ostendere τ imaginari q mũdus per generationẽ incepit: τ tamẽ nihil habuit p̄cedẽs se s̃m nãȝ τ tps: falsa est oino τ ↄdicetur ei per demõstrationeȝ verã: nõ hñtẽ instãtiã in naturis. ℂ Dixerũt eni q facerẽt simile aliqd opificib^9 mẽsurandi qui geometri vocant: lȝ eni illi sciãt q abstracta a motu τ mã sensibili perpetua sint: tamẽ quando docent cõpositiones figuraꝝ: dicũt prius esse lineas τ superficies ipsis figuris que cõponunt ex lineis τ supficieb^9: τ prius esse ptrahẽdas lineas illas vel alias: nõ qa intendãt

Tex. cõ. 103.

Tex. cõ. 104.

elemēta figurarū tēpore p̄cedere figuras: ⁊ per motū deuenire ad figurarꝫ cōpositionē. Sed vt doctrina eoꝝ sit facilior discentib⁹. Siſr inquiūt faciamus nos quādo dicimus mundū cōponi primo ex superiorib⁹ h̄ntibus sementē generabiliū: ⁊ postea p̄duci ipsa generabilia: ⁊ ex vtrisqꝫ his cōponi mundū dicimus hoc oibus his qui que nostra sunt confitent: ꝙ videlicet mūdus sit factus: nō intēdētes ostēdere ꝙ ſm temporis prioritatē opifex p̄duxerit stellas ex mā: ⁊ postea per tpa sementē nature factā a se indiderit eis: ⁊ postea fecerit inferiora: in quibus semētis illa seminaretur: ⁊ tādē ex his cōpositus sit mūdus: sed intentio nostra est inquiūt facilē facere doctrinā de mundi generatiōe: vt sciaſ ꝙ mūdus est factus simul in oibus suis partibus ex materia p̄ma: ⁊ ꝙ superiora nō precedūt inferiora tēpore: sed ordine nature: ⁊ iō hunc ordinē significantes: dicimus ꝙ mundus p̄mo cōponitur ex hac re: postea ex illa per oia: sicut facimus in figurarum cōpositione.

Tex. cō. 105.

¶ Redeamus ergo per sillogismum sup eos cōtradicendo ipsis dicendo ꝙ exemplum ⁊ simile de figuris qḋ inducunt nō est cōueniens ad declarandā mundi generationē esse per modū quē dixerunt: ⁊ est dissimilitudo in tribus: ⁊ patet qdem ꝙ in arte figurarꝫ ⁊ compositiōe ipsarū nō est figura vnqꝫ cōpleta nisi cū oibus lineis ⁊ superficiebus ex quibus cōponitur: nec inuenit vnqꝫ aliquo tēpore figura diminuta ab aliqua linearum vel superficierū ex quibus cōponitur. Secus autē est in eo qḋ fit per generationē: illud enī inuenit diminutum ⁊ ſm quid ens in partib⁹ suis in qbus est in potentia anteqꝫ accipiat complementū vltimum: ⁊ ista p̄cessio est ſm tēpus in oibus generatis. Scḋm autem est in quo est dissimilitudo: qa quādo figura fit ex lineis ⁊ superficiebus nō fit hoc ita ꝙ linee ⁊ superficies alterentur: ⁊ per alterationē accipiant formā figure. Sed elemēta generatoꝝ nunqꝫ accipiunt formā generatorum: nisi per alterationē ⁊ mutationem: ⁊ hec alteratio ⁊ mutatio necessario exigunt prioritatem temporis eorum ad generatorū constitutionem. Tertium autē est in quo est dissimilitudo ꝙ figura quidē nunqꝫ est: nisi in ipsa simul sit superficies et linee: nec inueniuntur sine figuris linee ⁊ superficies ſm eē: sed ſm imaginationem solam. Sic autem nō est in generatis: qa elementa eorum inueniūtur ſm esse sine ipsis: ⁊ quecūqꝫ sunt tēporalia hoc est in tēpore existētia: ⁊ inueniuntur priora aliquibus: ipsa necessario sunt priora illis tempore. Cū ergo elementa mundi generati sint tēporalia: ⁊ dicātur priora mūdo cōstituto ab ipsis: opꝫ necessario ꝙ p̄cedāt mūdū tēpore: nō est ergo simile illud qḋ inducūt de lineis figurarū: lꝫ enī ille ſm esse nō sint extra figuras: tñ cū opifices figurarum volūt demōstrare figuras demōstrant eas ſm eē qḋ h̄nt in imaginatione: ideo nō est possibile vt ostendāt lineas oēs simul in vice vna ⁊ vna demōstratiōe: verum ipsi ostēdunt p̄trahi lineā post lineā: donec ipsi veniāt tādē sup lineas ex qbus cōponiſ figura tota. Cōpositio autem mundi non est ſm hunc modū: ⁊ ad hoc qdem declarādū innuimur rōne nostra quā induximus per ea ex quibus componitur mūdus: sicut patet ex p̄dictis.

Tex. cō. 106.

¶ Dicimus ergo ex p̄dictis mūdum p̄mo generari ex hac re: ⁊ deinde ex alia ſm Platonicos p̄oritate ⁊ posterioritate tēporis. Res enī priores ⁊ posteriores hoc mō sibi sunt priores ⁊ posteriores: sicē est sermo diffinitiuus eoꝝ. Si enim ſm diffōnem sunt temporales: tunc p̄cessio ⁊ prioritas eoꝝ adinuicē est ſm tēpus ⁊ ſm esse. Si autē diffinitio eoꝝ abstrahit a motu ⁊ a materia: quēadmodum in mathematicis: tunc prioritas ⁊ posterioritas est ſm rōnem ⁊ ordinē nature tm̄. Res igitur naturales ⁊ tēporales p̄mo non habentes formā compositionis huius generati: ⁊ postea h̄ntes formā cōpositionis huius: ita ꝙ ex tali cōpositione fit mūdus nō possunt esse simul tēpore: qa non est possibile aliquid generabiliū simul tempore habere compositionem ⁊ nō habere cōpositionem: cum non habēs cōpositionem per motū ⁊ generationem que tēpore mēsurantur: oporteat acqrere compositionem: ⁊ sic motus ⁊ tēpus intercidunt inter vnū ⁊ aliud. ¶ De lineis autē ⁊ superficiebus que sunt in figura nulla est ante aliā tempore: ⁊ illa que est prior earum ſm ordinem nature: non est in alia dispositione: anteqꝫ sit sub forma figure a qua alteratur quando figure formam accipit: sicut diximus prius: ostēsū est igitur sufficienter ꝙ non est possibile vt sit mundus hoc modo generatus: vt dixit Stoici: ita ꝙ futurus sit semper ⁊ non sit futurus ei finis in tempore in quo corruptio veniat super ipsum.

¶ Cap. 3m. De contradictione opinionū Empedoclis Heracliti ⁊ Anaxagore.

Tex. c. 107.

Dicentes autem cum Empedocle ⁊ Heraclito ꝙ idem mundus in substantia generaſ quandoqꝫ ⁊ corrūpitur quādoqꝫ: nolunt aliud significare per hoc dictum suum nisi vt ponāt mundum semper esse ⁊ fuisse: ⁊ futurum esse tēpus cui non sit finis aliqs in quo ſm substantialē formam corrūpatur: verūtamē forma eius accidentalis alteraſ ⁊ mutatur qualibet vice vna post aliā ex forma in formā: ⁊ simile inducunt in minori mūdo: in quo videmus ꝙ puer alteraſ in virū ſm illud qḋ etas relinquit in corpore: ⁊ iterū alteraſ ex viro in puerū ſm illud qḋ etas senectutis vltime relinquit in mente: senes enim declinātes ad puerilia conuertuntur: hoc enim fit in minori mundo: eo ꝙ quādoqꝫ corrūpitur puer ⁊ fit vir idē in subiecto manēs: ⁊ quandoqꝫ corrūpitur vir ⁊ fit puer adhuc manens illud in subiecto. Et similr dicunt esse in maiori mūdo tā Empedocles qꝫ Heraclitus: lꝫ diuersimode hoc dicāt sicut patet ex supradictis. ¶ Cōtra hoc aūt nos dicimus ꝙ dictum hoc est erroneum quo ad p̄bationem quā inducunt: ⁊ est non verum etiam in seipso: ⁊ hoc quidē probatur ex hoc ꝙ quando cōueniunt elementa: quedam ad alia in compositione mundi non fiunt ex eis dispōnes formarum diuersaꝝ precipue quo ad prima simplicia in quibus reciproca alteratione reiterātur semper eadem specie: fit ergo ex talibus sic reciproce alteratis compositio mundi vnius ⁊ forma vna mundi: quia partibus mundi simplicibus eisdē in forma existentibus non potest eē mundus diuersus ſm formam. Deinde autē dicti Empedocles ⁊ Heraclitus nobis cō ꝯfitenſ illud: qa talem causam ponunt generationi ⁊ corruptioni ex qua necessario reciprocatio fit earūdem formarum specie in simplicibus partibus mūdi lꝫ dicant causam generationis contrariam esse cause corruptionis: generationis enī cā est vt dicunt amicitia: ⁊ corruptiōis odium.

Tex. cō. 108.

Amplius autem si corpus mundi est totum manens idem in substantia ⁊ quantitate: sed alteratum in qualitatibus est quandoqꝫ ſm dispositionem vnam: ⁊ quandoqꝫ ſm dispositionē aliam: ⁊ vt dicunt non habet mūdus aliam renouationem: nisi dictū modum alterationis: ⁊ sic cū hoc vt cōfitentur mūdus non habet cōpositionē ex alijs: nisi ex quibus componitur hoc celū qḋ videmus: ⁊ hic mūdus sensibilis ſm quācunqꝫ dispositionem formarum varietur: eo ꝙ semper reciprocantur eedem qualitates que sunt istorum elemētorū: tunc ex hoc sermone non seqtur ꝙ mundus sit generatus ſm totū ⁊ substantiam suam: neqꝫ habet aliqḋ principium materiale vel efficiens ante se vel post se mutationis ⁊ corruptiōis: verūtamen ſm suas qualitates elementales tm̄ ꝙ in suis accidētalibus ⁊ particularibus formis corrūpitur ⁊ finitur in quibusdam: ⁊ hoc non aufert mūdo perpetuitatem: sed potius affert: sicut in secūdo perigeneseos ostendemus. Anaxagoras autē dicit ꝙ orbis est qui cadit sub corruptione ⁊ non redit vnqꝫ ad generationem eiusdem in specie. Respondemus per antedicta: si enī mūdus est vnus ⁊ non possunt esse plures mundi: neqꝫ simul: neqꝫ successiue: cum mundus sit ex materia sua tota: tunc impossibile est vt verum sit qḋ dicunt. Secūdum enim opinionē Anaxagore materia mundi fuit ante mūdū que fuit mixta ex omnibus homogenijs in quibus latebant omnes forme partiū huius mundi: ⁊ per intellectū componētem ⁊ diuidentem exiuit ex illa mixtura forma huius mūdi. Si enim daretur ꝙ non fuisset materia illa ante hunc mūdum: tunc non posset esse verum qḋ dixit Anaxa. ꝙ alterata per intellectum agētem esset materia ad hoc ꝙ reciperet formam huius mundi. Cum igitur ſm Anaxa. alterata sint in forma mūdi huius: adhuc post corruptionem mundi ⁊ resolutionem in mixturam primā remanet virtus ⁊ potentia alterationis ad easdem formas cōpositionis mundi que modo sunt in mundo. Si enī aliud ex homogenijs aliquādo cōpositū est: adhuc in futurum aliquid simile illi in specie potest componi ex homogenijs que sunt similia p̄mis homogenijs: in qb⁹ ia3 olim cōpositio facta fuit:

cta fuit: igit̄ ex mixtura in quā resoluitur mūdus erit mundus idē in specie rediens iterū per intellectum agētem. Si autem dicat̄ q̄ mūdus non est vnus in specie: sed sunt mundi multi ſm spēm vel genus: tūc forsitā possibile est q̄ sit verum qd̄ dicunt. Sed nos in sequētibus inquiremus vtrum hoc possibile sit an impossibile omnino. Cum enim ostenderimus celum oīno esse ingenerabile ꝛ incorruptibile: tūc cōsequens non erit reiterari diuersa in specie ꝛ genere: quoniam tunc ex perpetuitate motus celi cōcludemus in fine secūdi peri geneseos: q̄ queciūq̃ habēt substantiā incorruptibilem motū reiterantur eadē numero in omni tēpore mundi: ꝛ queciūq̃ hāt subām corruptibilē motū reiterant̄ eadē specie nō nūero: ꝛ in his duob⁹ remanet semp mūdus vn⁹: ex qbus patē erit falsū eē qd̄ dixit Anaxagoras.

¶ Cap. 4m. De distinctionibus generabilium ꝛ ingn̄abiliū: ꝛ corruptibiliū ꝛ incorruptibiliū: ex qb⁹ sumēde sūt pbatiōes ad ostendendū ingenerabilem ꝛ incorruptibilē esse mūdū.

Tex. cō. 109.

Ltius autē ordinantes disputationē de mundi generatiōe ꝛ corruptione dicimus opinionē antiquoꝝ duo cōfiteri de quibus est ingrēdū: dicunt enim aliqui q̄ possibile est vt aliqd nō ingrediatur in esse per generationem: qd̄ tñ sit corruptibile in natura etiā si nunq̄ corrumpatur: ꝛ aliquid est qd̄ possibile est ingredi in esse per generationē: qd̄ tamē incorruptibile est per naturam: ita q̄ nunq̄ finitur: neq̄ cadit sub corruptione: sicut expsse legitur in libro Platonis qui dicit̄ Timeus: in illo eñ libro legit̄ q̄ celum est generatū: ꝛ tamē est semper in toto tēpore manēs: et hoc qdem sunt alij dicentes q̄ possibile est vt aliqd ex reb⁹ generet̄: ꝛ nō finiat̄ nec cadens sub corruptione: ita q̄ nō finitur neq̄ corruptio aliqua veniet supra ipsum. Dixit eñ celū Plato nō qdem esse corruptibile sed volūtate opificis sine corruptione permanere: dicentes autē sermones hos de celo: nō naturaliter de celo sunt perscrutati: sed poti⁹ mō diuino ostēdentes qualiter causata fluunt a causa pma: quā voluntatē artificis esse asserebāt. Nos igitur etiā cum intēdimus ingrere de veritate sermonis istoꝝ philosophoꝝ: oportet nos generalius loqui q̄ fecim⁹: ꝛ quoniā exigit huiusmodi negocij materia: loquamur eñ inquisitiōe aggregata ex entibus omnibus cōiter ingrendo vtrum in aliquo ente possibile sit qd̄ dicunt: q̄ vz generatū non cadit a primo corpore vel generatū cadat sub corpore: hō iusmodi eñ inquisitio est quasi diuina: sed ppter doctrine bonitatē opꝫ eam hic interponi. ¶ Antequā igit̄ hāc generalē faciamus hic inquisitionē intēdimus pmo distinguere intentiōes eorum que dicūtur generabilia ꝛ nō generabilia: ꝛ eorum que dicūtur corruptibilia ꝛ incorruptibilia: vt sic distincte intentiones eoꝝ facilius ostēdant illud qd̄ intelligimus per sermonē eoꝝ cū dicimus generatum vel nō generatum: vel cadens sub corruptione: vel nō cadēs sub corruptiōe: vna eñ res multipliciter dicta ꝛ nō distincta per intētiones de quibus dicit̄: absq̄ distinctione ꝛ discretione accepta ab audiētibus generat ambiguitatem: ꝛ occultatur ratio eius: ita q̄ in ipsa hesitat intellectus audiētis ꝛ confundit̄: adeo q̄ aliquādo maneat dubie de ipsa: eo q̄ nō discernit neq̄ distinxit: eo q̄ nescit qua rōne intētio nois de re dicat̄. Et hoc quidem fit dupliciter ex nois videlicet equiuocatione: ꝛ ex ipsius rei multiplicitate. Sꝫ de noium equiuocatiōe siue distinctione nō curamus ad presens eo q̄ hoc sophiste est proprium. Rei autē ambiguitatē generaliter loquētes: oportet distinguere sicut patet in quinto philosophie pme. Cū igitur phiam pmā in hac distinctione nāciscamur: oportet nos hic distiguere qbus modis ea de quibus disputabimus dicātur per analogiā. Dicamus igit̄ q̄ res dicitur multis modis ingenerabilis siue nō generata: qui tamen oēs modi in cōmuni reducunt̄ ad duos: aut eñ dicit̄ ingenerabilis non vere aut vere. Et siqdem nō vere dicit̄ ingenerabilis: tunc aut dicit̄ a priuatione generationis ꝛ vie motus: aut a pˀuatione debiti tēporis ad generationē: lꝫ actus generatoꝝ nō priuet̄ ab ipsa. A pˀuatione eñ vie in esse que est generatio ꝛ motus dicunt̄ ingenerabilia tēpus ꝛ motus ꝛ ipsa generatio: nullū eñ hoꝝ ingreditur in eē per tēpus ꝛ alterationē ꝛ motū ꝛ generationē: quēadmodū igrediuntur in eē ea que per se ꝛ pprie generant̄: sub isto autē modo cadūt tres modi speciales: vīa eñ que est alteratio ꝛ motus in eē priuat̄ ab his que sunt ante generatū: sicut tēpus ꝛ motus: ꝛ priuatur ab his que sunt necessario cōtinentia ad generatū: sicut cum generat̄ hic homo: per cōsequēs ꝛ homo ꝛ aial ꝛ substātia, ppter qd̄ dicit̄ natura in his operari occulte: priuat̄ etiā ab his que per accidēs sunt in generato ꝛ precipue a relatiuis: sicut cū dicimus hunc esse generatū: dicimus filium eē generatū: ꝛ etiā per accidēs album vel fuscū: quoꝝ nullū generatur per se: oia tamē hec aliquo mō generata sunt qa incipiunt eē post nō esse: ꝛ ideo nō vere dicunt̄ ingenerabilia. ¶ Scdo autē modo dicit̄ res ingenerabilis: siue nō generata non vere ſm aliū modū: quādo priuat̄ ab ea tēpus generationis ꝛ nō potētia vel actus: possibile eñ est q̄ generetur talis res anteq̄ generet̄: eo q̄ omne qd̄ generatur in potentia est anteq̄ generet̄: lꝫ nunq̄ fiat absq̄ gn̄atiōe: ꝛ hic modus sub se cōtinet tres modos particulares. Id eñ qd̄ possibile est generari: aut nunq̄ generabit̄ lꝫ habeat potētiam: aut generabit̄ sed nō in tēpore suo: possibile eñ si nō fiat nō accidit impossibile aliqd: ꝛ ideo multa sūt possibilia: que tamen nunq̄ fiūt: ꝛ illa cōtinēt vnū modū ingenerabiliū hoc modo dictoꝝ: in quo nō priuat̄ potētia: sed actus in toto tēpore generationis. Si aūt generabit̄ nō in tempore suo: aut est difficilis generationis ꝛ plongatur tēpus: aut est facilis generationis ꝛ anticipat̄ ppter aliquā cām. Et dicit̄ iterū res ingenerabilis: siue nō generata pprie ꝛ vere ſm modū alium qui tertius est inter modos dictos in cōmuni in quo priuat̄ potentia ꝛ virtus ad generationē: ꝛ hoc est quādo impossibile est rem aliquā sub generatiōe cadere: eo q̄ non est in ea virtus ꝛ potētia aliqua vt generetur: ꝛ de illa re nō potest dici q̄ quādoq̄ fit ꝛ quādoq̄ nō fit sicut dicit̄ de gn̄atis. Et hic modus etiā duos speciales cōtinet modos. i. q̄ non subijcit̄ generationi ppter hoc q̄ pˀuatur ab eo virtus generatiōis: aliquādo hꝫ id a necessitate sui esse: sicut necessaria habēt que perpetua sunt in eo q̄ sont necessaria: aut habēt hoc ab impossibilitate ad esse sicut impossibilia: ꝛ ideo sicut diametron esse assymetros est ingenerabile: ita etiā diametron eē symetron est ingenerabile: hoꝝ enim vnum semper est aliud aut nunq̄ est. Gn̄abilia autē aliquādo sunt: aliqn̄ non sunt. Sic ergo octo modi particulares cōtinent̄ sub tribus cōmunibus: tñ de ingenerabili hic solū tertiū in cōi dictū modū intelligimus.

Tex. cō. 111.

¶ Silr autē generatū dicit̄ ſm modos multos oppositos modis eius qd̄ dī ingenerabile. Generatū autē vocamus generabile: quoꝝ modoꝝ nūerus est reducendus in duos. s. in modum nō vere generabilis: ꝛ in modū vere generabilis: vnus autē modus nō vere generabilis in cōi in vnicum est quādo res aliqua est in potētia primo: ꝛ deinde est in actu: siue fit per generationē: siue fit sine generatiōe: ꝛ intelligo per gn̄ationē nō veram gn̄ationē: sꝫ illam potius que est per accidēs vel per cōsequēs: sicut dicimus per accidens gn̄ari filium: ꝛ per cōsequens hoiem vel animal quādo generat̄ hic homo. Absq̄ gn̄atione autē vocō absq̄ causis generationis: sicut dicit̄ generari tps vl motus: eo q̄ accipit esse post nō esse: ꝛ ideo subiecto idē est generabile ꝛ nō generabile in pmo modo vtriusq̄ acceptum. Sed rōne diuersa dicit̄ ingenerabile ꝛ generabile. Ingenerabile eñ dicit̄ inquātū pˀuant̄ in eo ea que sunt in generatione per se: generabile autē inquātū accipit esse post nō eē quocūq̄ modo accipiat illud: generabile eñ dicit̄ omne illō quod quādoq̄ est existēs: ꝛ quādoq̄ nō existēs: id dictū qd̄ quādoq̄ est existens ꝛ quādoq̄ non existens dī multis modis vt diximus: quoꝝ vnus est sicut tempus ꝛ motus dicuntur generabiles: eo q̄ quādoq̄ existēs: quādoq̄ nō existēs: ꝛ alios duos modos habet hic modus adiunctos: eū. s. qui est per accidēs: ꝛ eū qui est per cōsequēs ꝛ naturale: ꝛ qui ē per accidens magis est in relatione que lꝫ non sit per se terminus vel motus mutationis: vt ostēdimus in quinto physicorum: tamē inascuntur aliquo modo per motus ꝛ mutationes. Hic igitur pmus modus generabilis continet etiā tres modos sicut pmus modus generalis. Sūt tamē qdam sicut Themistius ꝛ alij qdam qui dicunt: q̄ quādo dicit̄ generabile q̄ pmo est non ens ꝛ post hoc ens: siue per gn̄ationē: siue absq̄ causis gn̄ationis: q̄ hic modus est cōis ad generabile per se ꝛ ad generabile non vere: ꝛ q̄ hoc qd̄ cōmuniter dicitur in pmo modo generabilis explicatur per du-

Tex. cō. 110.

Nota q̄re ex equiuocatiōe fit ꝯfusio i intellectu.

Tex. cō. 111.

Opinio Themistij.

os sequentes modos. Sed ego dictum istud non approbo: lȝ in his non sit vis magna: videt̃ tamẽ esse verius qḋ dcm̃ est: qa hoc cõcordat τ rõni τ his que supra dicta sunt. ¶ Secũdo autẽ mõ dicit̃ generabile fm̃ intẽtionẽ aliquã: quãdo aliqua res que nõ est in actu: est tamen de numero eoꝝ que possibile est generari: lȝ forte nõ obseruet tẽpus sue generationis: τ hoc iuxta 2ᵐ modũ ingenerabilis continet sub se tria: sicut supra sunt enumerata: τ est idem in subiecto cum ingenerabili: lȝ differens sit fm̃ rationem: qa dicitur generabile ab affirmatione potentie generationis: τ dicit̃ ingenerabile a priuatione actus generationis: aut in toto tẽpore generationis: aut in tẽpore debito: qḋ vel anticipatur ꝓpter facilitatem generabilitatis eius: vel prolongatur propter difficultatem eiusdẽ. ¶ Et dicitur tertio modo generabile: siue generatum fm̃ intẽtionem aliquã: quãdo res que non est actu ꝑmo postea accipit esse per generationem per se: τ ꝓprie hic modus solus est verus τ simplex nullam aliorum sub se habẽs lȝ et oppositos duos sub se habeat: qa nõ semper est veꝝ ꝙ si vnũ oppositoꝝ est multiplex ꝙ τ reliquũ sit multiplex: sicut patet in ethicis vbi vno modo dcm̃ volũtariũ dupliciter dicto opponit̃ inuolũtario: lȝ forte τ hoc verum sit ꝙ quantũ ad aliqd sue rationis opponit̃ vni: τ quãtũ ad aliquid opponitur alteri: per hoc eni ꝙ potẽtia respicit esse opponit̃ impossibili ad esse: τ per hoc etiã ꝙ respicit non esse opponitur necessario in esse: τ sic nihil ꝓhibet vnuȝ τ idem opponi duobus nõ fm̃ idem. ¶ Similr̃ autẽ corruptibile dicit̃ multipliciter: τ reducit̃ ad modos duos: quia aut dicit̃ fm̃ actũ corruptionis: aut fm̃ potentiam. Si autẽ dicatur fm̃ actũ tũc dicitur dupliciter: cõiter. s. τ ꝓprie: cõiter quãdo res est in ꝑmis existens in actu: deinde post hoc est non existẽs in cõiunctione: siue per corruptionẽ τ alterationem alterius τ non ꝓpriã: siue sine corruptione: τ tũc iste modus necessarie cõtinet in se tres alios: istũ. s. qui est per accidens: τ illũ qui est per cõsequẽs: qa illi fiunt cuiusdã alteri⁹ corruptione: qḋ est ꝓprie corruptum: sicut quando corrũpit̃ Plato corrũpitur musicus τ corrũpit̃ aial τ subã. Sine alteratione autẽ τ corruptione corrũpit̃ ipsa corruptio τ alteratio corrupti τ actus eoꝝ que alterant τ corrũpũt: τ hec est corruptio fm̃ actum dicta: sed nõ est vera: sed cõiter dicitur corruptio: eo ꝙ talia post esse accipiũt nõ esse: τ fortasse iteꝝ noĩamus corruptionẽ fm̃ alium modũ que ẽt fm̃ actũ dicit̃ τ est corruptio ꝓprie dicta: τ hic modus est quãdo res actu existens possibilis est ad nõ eẽ per corruptionẽ τ alterationẽ suiipsius per seipsaȝ: τ nõ per aliud: τ iste modus ꝓprius est τ verus quo corruptibile dicit̃ corruptibile. Et dĩ iterũ corruptio fm̃ potentiã τ nõ fm̃ actũ: τ hec nõ põt ꝓprie variari nisi per vnũ modũ quãdo res antonomastice de re dĩ corrupta vel corruptibilis: eo ꝙ est facilis vel velocis corruptionis: lȝ autẽ potentia diuidi habeat in duo: hoc est in facile: τ difficile: tamẽ qa difficile corruptibile resistit corruptioni ꝓpter multã victoriã forme super mãm: nõ ꝓprie dicit̃ ꝑ potentiã corruptibile vel corruptũ. ¶ Similr̃ autẽ multiplr̃ dĩ id qḋ nõ cadit sub corruptiõe siue icorruptibile: aut eni dicitur fm̃ actũ: aut fm̃ potẽtiaȝ: τ si dicit̃ fm̃ actũ: aut dicit̃ a ꝑuatione causaꝝ corruptionis: aut a ꝑuatione act⁹ corruptionis: aut a ꝑuatione virtutis τ potẽtie ad corruptioneȝ: τ primis qdeȝ duob⁹ modis dĩ incorruptibile nõ vere. tertio autẽ modo dĩ vere: vnus igit̃ τ ꝑmus modus icorruptibilis ẽ quãdo res aliqua est quãdoq̧ existẽs fm̃ actuȝ: τ postea est nõ existens fm̃ actũ: sicut diximus de tactu τ ceteris relatiuis: τ de his que nõ per se corrũpũtur. Tact⁹ eni τ huiusmodi quãdoq̧ sunt existẽtia: τ quãdoq̧ nõ sunt existẽtia absq̧ hoc ꝙ cause ꝓprie corruptiõis subijciant̃: τ hoc est verum de tactu actiui τ passiui cũ agũt τ patiunt̃ adinuicẽ: τ etiam de sensu tactus ꝓut ipse est fm̃ actum: sic eni refert̃ ad sensibile: τ quodã alio corrupto destruitur fm̃ actuȝ τ nõ per se: q̃uis subijcit̃ corruptioni: cõtinebit igit̃ ille modus tres sb̃ se superius enũeratos: τ in isto mõ est idẽ cũ subiecto corruptibile τ incorruptibile: lȝ differũt fm̃ rõneȝ sicut cuilibet satis patere põt ex ꝑmissis. Scḋo autẽ mõ dicit̃ incorruptibile: siue nõ cadens sub corruptiõe τ priuatione act⁹ corruptionis fm̃ actũ: τ hoc duplr̃ quãdo res aliqua qdem est que est nũc fm̃ actũ: τ est in ea virtus siue potẽtia corruptiõis. Sed aut nũc non est corrupta vel in futuruȝ aliqḋ tp̃e nõ erit corrupta: τ ideo fm̃ id qḋ in futuro aliquo corrũpet̃ potest dici esse cadẽs sub corruptiõe: inquãtum autẽ tẽpore debito non corrũpitur dicitur incorrupta vel incorruptibilis: τ iste modus vsitatur in his que in sua virtute indicant tẽpus aliqḋ sue corruptionis τ post tẽpus illud durãt per aliquã cãm extrinsecaȝ: sicut sit τ frequenter in egritudinibus τ etatibus hominuȝ. Modus autẽ verus est quãdo eius incorruptibile est vt dicatur a priuatione potentie corruptionis: sicut est res qua nunc fm̃ actum existit: τ in omni postremo τ futuro permanebit in esse: eo ꝙ non est in ea potentia τ virtus ad corruptionem: fm̃ quã corruptionem verum sit de ea dicere ꝙ ipsa nunc sit existens: τ fiat per corruptionẽ postremo nõ existens: τ talia sunt necessaria in eẽ que dicunt̃ ingenerabilia per hoc ꝙ nõ hñt non esse ante esse: τ incorruptibilia per hoc ꝙ nõ habebũt nõ esse post esse fm̃ actuȝ. Incorruptibile autẽ dcm̃ fm̃ potẽtiam dĩ fm̃ modum aliũ qui est duplex. s. a priuatione tẽporis debiti: τ a ꝑuatione facilitatis corruptionis: lȝ isti duo modi redeant in idẽ: qa difficultas corruptionis ꝓlongat tẽpus corruptionis. Dicitur eni aliquãdo icorruptũ vel incorruptibile qḋ non corrũpitur adhuc cũ tẽpus est: τ tamẽ possibile est vt sit nõ existẽs per corruptionẽ in futuro. Et dĩ iterum fm̃ modũ aliũ ꝙ corrũpitur quando res aliq̃ nõ cadit sub corruptione velociter: sicut res que nõ est facilis corruptiõis. Sic ergo dcm̃ est de multiplicitatib⁹ generabilis τ ingenerabilis: corruptibilis τ incorruptibilis.

¶ Cap. 5ᵐ. De diffinitione virtutis actiue τ passiue vt ex illa resumantur rationes ad probandum ꝙ omne generabile est corruptibile.

Quia autẽ iaȝ venimus super expositionẽ modoꝝ generabiliũ τ ingñabiliũ: corruptibiliũ et incorruptibiliũ: τ diximus intentiões eoꝝ veras τ nõ veras: nũc oportet adhuc his adiũgere diffinitionẽ virtutis τ potentie que cadebat in diffinitionib⁹ generabiliuȝ τ ingñabiliuȝ: cũ diximus ꝙ ingenerabile est qḋ hȝ virtuteȝ ad hoc ꝙ sit semper: τ nõ vt sit quãdoq̧: τ quãdoq̧ nõ: cõuenit igit̃ dicere de eo qḋ dicit̃ virtus τ non virtus: sed debilitas anteq̃ adducamus demõstrationes ad id qḋ itẽdimus ꝓbare: sicut eni diximus virtus cadit in diffinitione ingenerabilis τ incorruptibilis: qa id qḋ vere nõ est corruptibile est id in quo nõ est virtus ad susceptionem corruptionis: τ in quo nõ est virtus: vt aliquãdo sit: τ aliquãdo nõ sit: id autẽ qḋ vocat̃ vere ingenerabile est qḋ nõ habet virtutem vt sit equale per naturam fm̃ ꝙ dicit Plato: inquit eni Plato ꝙ mũdus fuit equalis in potentia: τ deinde equalis in actu: τ sic ꝑmo inordinatus fuit quando fuit in potẽtia: τ post hoc redijt ad ordinem per generationẽ: τ sic nõ fuit per naturam equalis in potentia: nec equalis in actu: sed potius nũc perdurat equalis in actu: hoc est per voluntatem opificis: τ non per naturam: hoc qdem Plato dicebat de celestibus. Et ideo cum nos hic inquiramus de opiniõe Platonis: oportet nos determinare τ de intẽtione virtutis τ debilitatis que est eius oppositaȝ. Ad acceptionem ergo diffinitionis virtutis ꝑmo intelligere oportet ꝙ virtus omnis: aut est actiua: aut passiua: sicut τ ipsa potentia: potẽtiã autẽ actiuã oẽm τ quantitatem ipsius cognoscemus per actũ relatum ad obiectũ: dicemus enim volẽtes ostendere potentiaȝ agilitatis in aliquo τ quãtitatem eius: qm̃ qui potest agilitatẽ mouere cẽtũ leucas: vna die potest mouere quẽlibet numerum leucarũ qui minor est illo: qui eniȝ potest moueri centũ passibus vel leucis: potest etiam moueri. 80. vel. 10. sed non conuertit̃. Similiter volentes ostendere maximam quãtitatem roboris alicuius ostendimus ipsam in maximo qḋ potest proficere suo robore dicentes ꝙ qui potest portare centum libras: potest portare quodlibet minus cẽtuȝ libris: sed non conuertitur istud: maximuȝ eniȝ qḋ potest potentia actiua sequitur qḋlibet minus: sed non sequitur ꝙ possit aliquid mai⁹ maximo in qḋ potest: quoniaȝ potest ferre cẽtuȝ libras nõ sequitur ꝙ possit ferre cẽtuȝ τ vnam: τ si Hercules potest vincere triginta: nõ sequit̃ ꝙ possit vincere triginta τ vnũ. Sed sequitur ꝙ possit vincere vno minus q̃ triginta τ qḋlibet minus q̃ triginta. Si igitur volumus diffinire virtutẽ cũ sciamus virtutem consistere in vltimo τ maximo ad qḋ se extendit virtus actiua: dicemus ꝙ virtus est vltimum qḋ est in re potente

Nõ semp est veꝝ si vnũ oppositũ sit multiplex ꝙ reliquum sit multiplex.

Tex. cõ. 113.

Tex. cõ. 114.

Tex. cõ. 115.

Tex. cõ. 116.

tente de potentia sua actiua: sicut vltimum potentie fortitu
dinis ipsius Herculis diximus esse a virtute triginta. quan
titas igitur potentie extense ad triginta erit virtus Hercu
lis: et sic est in omnibus alijs circa potentiam actiuam: vlti
mum enim potentie actiue est sicut in toto potestatiuo: quod li
bet enim totū includit minus illo: sed non ꝯuertitur. Omne
enim quod potest maius potest et minus: sed non cōuertitur: quod
enim potentia agilitatis vel velocitatis sue potest perficere
centū passus perficiet quosdaꝫ passus pauciores: et quod poten
tia roboris sui potest portare centuꝫ libras: pōt portare duas
et quaslibet pauciores centū. Ostēsum est igitur ex his ꝙ fortis
et quelibet potentia actiua diffinitur in hoc ꝙ est vltimū po
tentie sue: quod vltimum est perfectio omnium precedentium
in omni toto potestatiuo: siue sit potestatiuum totum in na
tura: siue etiam in moribus: sicut est regnum quod est vltima
potestas omnium imperantium et gubernantium multitu
dines: et intra ipsum sunt potestates: presides: et consules: et
militia aliorū: et qui potest vt rex potest omnia que possunt
inferiores: sed non conuertitur: et vniuersaliter dicatur: si
cut est de omni toto potestatiuo quod ad summuꝫ perducitur
ex collectione potestatum inferiorū. Eius autem cuius ha
bet potentia actiua vigorem ꝑpter multam victoriam for
me super materiam habet potentia passiua impotentiam:
et hec vocatur debilitas: et potētia passiua que est oppositio
potentie actiue diffinitur in minimo quod potest in ipsam: eo
ꝙ ipsa in nihil omnino potest sꝫ ꝙ est passiua: sed in hoc di
citur potentia: quia alia possunt in ipsam: et in quod potest vin
cendo minus: in hoc vincendo potest etiā maius illo: et ideo
sequitur quia quod patitur a minore patitur etiam a maiori:
et quod vincitur a minore necessario vincit multo citius a ma
iore: sed non conuertitur: quod enim non potest quis deferre
de numero ponderum paruorum: non potest deferre aliqd
maius et grauius illo pondere: sicut dicere possumus in exē
plo: quod qui non pōt deferre cētuꝫ libras: nequaq̄ defert cētū
et vnam: et qui nō potest ambulare cētuꝫ passus non ambula
bit cētuꝫ et vnum. Vltimum ergo potentie passiue est mini
mum: hoc enim potest esse illud a quo fit passio: sicut maxi
mum potest esse illud in quo fit actio in potētia actiua. Vir
tus ergo potentie passiue erit in minimo: qa hoc habet ma
xime de passibilitate vt indicat passibilitatē in statu in quo
non potest esse maior passibilitas in eo quod patitur. Est ta
men sciendum ꝙ vltimum potentie passiue non proprie di
citur virtus: sed dicitur debilitas vel infirmitas cōmuniter:
nisi aliquando hoc sit de bonitate alicuius virtutis passiue
sm naturam: sicut infra dicemus de potentijs sensitiuis: ꝙ
ille que facilius patiuntur a sensibilibus suis sm aliqd sunt
meliores et fortiores indicāt sensus. Sic ergo diffinitio vir
tutis actiue est vltimū potentie sue sm plus et maius in quod
potest: et debilitas est in vltimo minimo quod potest in poten
tiam passiuam. Oportet autem nō decipi a paralogismo
quorundam diuersa probare conantiū ab his que dicta sunt
a nobis. Obijciet enim fortassis aliquis dicens non esse ne
cessariam: neq̄ rectam diffinitionem virtutis que inducta
est: videns enim per spatiuꝫ passuum vnam rem magnam
non videt ex eodeꝫ spatio quodlibet minus illo: sed potius ex
paucioribus passibus spatij: siue ex minori spatio videt mi
nus illo: sed ex eodem spatio videt quodlibet maius illo: er
go vltimuꝫ virtutis non est in maximo sed minimo. Simi
liter potest obijci de auditu vocis alicuius ex spatio aliquo
quia ex eodem auditur vox maior et non auditur vox mior
illa nisi ex minori spatio: non autem est hoc ꝙ falsificet di
ctam virtutis diffinitionem: quia manifestum quidem est
ꝙ qui potest videre per spatium pdictum et audire vocē par
uam: videbit et audiet per idem spatium maius puncto et
vocem maioreꝫ: visus enim et auditus potentie sunt passi
ue: et statum bonitatis potētiarum illarum indicat imutari
a paruo: et si imutat ipsas res parua: imutabit ipsas queli
bet pars maior: sicut diximus de potentijs passiuis: nō igitur
obiectio dicta destruit hoc quod diximus de virtutis diffini
tiōe: quia potentia duplex est: et vna diffinitur in vltimo sta
tu rei in quod potest potentia que est actiua: altera autem dif
finitur in vltimo statu eiusdeꝫ que est potentia passiua: que
cognoscitur in vltimo statu esse quando minimum inferen
tium ei passionem potest in ipsam sicut diximus: hec auteꝫ

Quod po^a pas-siua potentia dicatur.

Documētū.

Tex. cō. 117.

species de qua dictum est: passibilitas ad bonitatem facile
facit species eius: perfectio est in hoc ꝙ facile ei inferatur pas
sio a proprio sensibili: et ideo est virtus in ipsa et vltimuꝫ bo
nitatis et perfectionis eius. In alijs autem in quibus passi
bilitas est a victoria materie super formam: facilis passibi
litas est a destitutione virtutis actiue: et in illis nō ꝓprie ha
bet nomen virtutis: sed potius habet nomen impotentie et
debilitatis siue infirmitatis. Omnia autē hec adducta sunt
vt sciamus virtutes eorum ad esse semper vel non esse: et ad
nunq̄ esse semper. Sicut enim se habet potentia ad agere et
pati: sic se habet ad esse: et ideo illa cuius virtus est ad sem
per agere: eius virtus est ad semper esse: et cuius virtus est
ad aliquando agere: eius virtus est ad aliquādo esse: quia
nos loquimur de agere essentiali quod consequitur rei natu
ram et substantiam: ꝑpter quod etiam sequitur vt postea ostē
demus: ꝙ cum vltimum eius quod est generabile non sit esse
semper: sed esse aliquando: quod non potest dici illud habere
virtutem ad semper existendum erit ergo aliquando et ali
quando autem non omne tale corruptibile est: oportebit er
go ꝙ omne quod generatum est aliquando futurum sit in
corruptiōe: pp que induximus oia que diximus de virtute:
hoc autem ex sequentibus magis erit manifestum.

Cap. 6^m. De principijs habentibus virtutē ad esse et ad nō esse ex quibus sumende sunt demonstrationes.

Postq̄ autem determinatuꝫ est de virtute et de
fectu virtutis que est debilitas: quaruꝫ vna re
fertur ꝓprie ad potentiam actiuam ad esse: al
tera autem ad potentiam passiuaꝫ: ꝯsequēs est
determinare residuū quod est simile illis: sicut eni
se habet virtus actiua ad maximum per quod de
terminatur: ita se habebit virtus que est ad eē ad aliquod
maximum sui temporis: eo ꝙ virtus ad esse et ad generatio
nem non est nisi per actiuam potentiam: virtus auteꝫ ad nō
esse et corruptionem est per passiuam: et hanc etiaꝫ necesse est
habere tempus per quod determinetur. Oportet autem scire
ꝙ cū potentia sit ordinata ad actuꝫ: opꝫ ꝙ sicut est de tpe act^9:
ita est de tpe potētie: et sicut sunt actus oppositi eē et nō esse:
ita sunt potētie opposite sm actum ad quem sunt ordinate:
sed potētia vnius actus non opponitur actui alteri: sed po
tentia ad actum non est simul cuꝫ actu: quia potentia est nō
habiti: actus autem est eius quod habetur: cum autem iaꝫ ha
betur: tunc non est habendum amplius: hec autē dicta sunt
ꝑpter quorundam errorem dicentium ꝙ vna numero est po
tentia duorum oppositorum: et hoc non potest esse veruꝫ: ni
si de potentia subiecti que omnino est materialis et indispo
sita: que aliquo modo est disposita infra: sicut illa que prece
dit actum: sicut priuatio habitū: illa non potest esse vna duo
rum oppositorum: sicut ostendimus in libro primo physico
rum et in pluribus alijs locis. His autem prenotatis dici
mus ꝙ si alicui rerum naturalium attribuatur potentia vel
virtus ad hoc vt sit et vt non sit: siue ad esse et non ad esse: cū
esse et non esse sint opposita oportet potentias illas esse oppo
sitas: et ideo impossibile est eas inesse simul eidem sm idem
tempus: ergo necessarium est tempus aliquod determina
tum cadere inter esse ipsius et non esse quod sit distinguens eē
eius ab eius corruptione siue destructione que terminatur
ad non esse ipsius: dico autem quando hec attribuuntur ei
dem quod est existens sicut est mundus vel celum. Si eniꝫ ra
tione materialis principij dicatur aliquid in potentia ad esse
ratione priuationis sm ꝙ ipsa est inchoatio forme: et dicatur in
potentia ad non esse hoc erit improprie dictum: qa tūc actu
non est sed potentia est: adhuc autē mā non potest dici esse
per se: et ideo quod attribuetur ei de potētia vel virtute ad vnuꝫ
vel ad aliud: attribuetur ei sicut per accidens existenti et nō
per se: cum enim ratione priuationis subijciatur motui: vt
probauimus in primo physicorum. ipsa per se nō est sed per
accidens est et accidentaliter. Materia enim inquantū ma
teria non est indiuiduum aliquod signatum ens in natura:
sed cum attribuitur ei esse hoc est esse sm quid quod est co
gnoscibile per analogiam solum: vt declaratuꝫ est in fine pri
mi physicorum: et ideo ipsa sm actum non est et ideo per se
non est: quia omne per se esse est a forma: sed sm quid: et per
accidens ens hoc est per rationem subiecti analogie ad for
mam: propter quod accidit ꝙ cum attribuitur ei potentia ad

Tex. cō. 118.

Quod vna nu-mero ē potē-tia duoꝝ op-positorum.

esse ⁊ ad non esse conuenit ei non esse per se: ⁊ esse conuenit per aliud qđ est forma sicut diximus. Quotienscunq; autez eidem alicui existenti ſm actum attribuitur potentia ad esse: ⁊ potentia ad non esse: oportet istas potētias habere successionem in eo: ⁊ esse tempus distinguens inter ipsa: ⁊ hoc quidem generaliter verum est in omnibus formis siue sint accidentales siue substantiales: respectu quaruz dicitur eē potentia siue virtus: sicut est homo album tricubitum: ⁊ sic de alijs predicamentis subiectis adiacentibus. Si eniz dicam ꝙ hoc potest esse homo ⁊ potest non esse homo: vel potest esse albus ⁊ potest non esse albus: vel potest esse tricubitus ⁊ potest non esse tricubitus: in omnibus oportebit intercidere tempus distinguens actus duarum potentiarum ⁊ potentias ipsas: propter causam quaz supra diximus. Si autem daretur ꝙ alicui rei attribuitur virtus ad esse ⁊ ad non esse: ita ꝙ continuum ⁊ vnum est tempus vtriusq; potētie sic ꝙ non referantur ad diuersa tempora distincta per intermedium tempus intercidens etiam inter ipsas: ita ꝙ nec paruum nec magnum tempus inuenitur distinguēs tēpus vnius ab alterius tempore: tunc opposita inerūt simul in eodem tempore eidem qđ est impossibile: ⁊ hoc est sicut quando dicitur aliqua res eterna ſm finem sue durationis ſm naturam habere potentiam ad non esse: habet autem omne generatum ad non esse potentiam: sicut ostendemus in sequentibus. Cum ergo generatum dicitur habere virtutem ad esse ſm tempus infinitum: ⁊ infinitum tempus nō interrumpitur per aliquod tempus intermedium distinguens ipsum: oportebit tunc ꝙ ad idem tempus infinitum referatur potentia ad esse perpetuū: ⁊ potentia ad non esse: quandoq; autem hoc est impossibile: ex isto igitur tanq̄ ex quodam principio procedentes incipiemus nunc ostendere quomodo possibile est vt alicui vni attribuatur potentia ad esse ⁊ ad non esse: ⁊ quomō est hoc impossibile. Sed adhuc oportet nos intelligere ꝙ falsum ⁊ impossibile nō habent intentionem ⁊ rationem vnam ⁊ eandem: sunt enim quatuor necessaria ad hoc inuenta: que sunt verum ⁊ falsum: ⁊ possibile ⁊ impossibile: ⁊ possibile quidem est: sicut triangulum esse isocheles: potest enim triangulus esse isocheles: ⁊ potest non esse isocheles: propter quod laborat vir geometricus ad producendum isochelem sub ratione trianguli. Eodem autem modo possibile est triangulum habere tres equos duobus rectis: potest eniz habere ⁊ potest non habere. Rectilineus enim habet tres angulos duob⁹ rectis equales: non rectilineus autem nō necessario habet: impossibile vō est sicut diametri quadrati lateri sit cōmunicans vel commensurabilis vel equalis. Falsum autem et verum etiam non sunt rationis eiusdem cum sint opposita: sicut iam ante diximus: sicut neq; falsum ⁊ impossibile: quia omne impossibile est falsum: sed non conuertitur: huius autem exemplum: quoniam qui dicit te esse stantem ⁊ non esse stantem mentitur quidem dicendo falsum: sed non propter hoc dicit impossibile: vnum enim in actu est oppositorum ⁊ alterum in potentia: ⁊ ideo itercidit tempus inter potentiam ⁊ potentiam: ⁊ inter actum ⁊ actum. Similiter autem est cum quis dicit cytharedum cantare: ⁊ non cantare: falsum quidem dicit non tamen impossibile: si ad virtutem cantandi ⁊ non cantandi retorqueatur dictum eius: quoniam tunc sicut dictum est tempus intercidit distinguens opposita ne simul esse intelligantur. Qui autem dicit stantē simul sedere in hora eadem dicit falsum ⁊ impossibile: quia in eodem tempore significantur simul inesse eidem opposita: impossibile enim est alicui homini simul inesse virtutem ad sedere ⁊ ad stare in vno tempore qđ non est distinctum per medium tempus qđ est inter sessionem ⁊ stationem: verum quidem enim est ꝙ in tempore in quo inest ei vnum vtrorumq; inest ei ⁊ alterum: sed non eodem modo: quando enim inest vnum ſm actum: tunc inest ei alterum ſm potentiam: ⁊ ideo non est possibile vt vtraq; opposita insint ei simul ſm actum: videlicet ꝙ sit actu stans ⁊ sedens in vno ⁊ eodem tempore: sed est possibile vt sit statio in hora vna: et sessio insit in hora alia. Et ex hoc est apte itelligere ꝙ omne id quod habet potentiam vel virtutem ad esse ⁊ ad non esse habet istas potentias ſm finitum tempus: quia aliter nō distingueretur tempus vnius potentie a tempore alterius:

Tex. c. lviij.

⁊ tempus vnius actus non distingueretur ab actu alterius. Sed oportet nos non latere ꝙ cum alicui existenti ſm actū attribuitur potentia ad esse hec absq; dubio finita erit ſm tempus preteritum: quoniam virtus eius quā habet ad eē incepit in tempore quando est generatum. Nos enim loquimur de his tm̄ hic in quibus inueniuntur due virtutes ad esse vna ⁊ non ad esse alia. Infra autem ostendimus ꝙ virtus eius ad non esse etiam est finita: vbi probabimus generabile esse cum corruptibili conuertitur. Cum autem potētia ad esse attribuitur non existenti ſm actum: sed materie prime que est incorruptibilis ⁊ ingenita: sicut nos probauimus in primo libro phisicorum: ⁊ ideo ſm quandam significationem perpetui perpetua erit sua potentia ad esse perpetuum: ⁊ ideo perpetuas. Sed quia materia p̄ma non nisi ſm quid est ⁊ per analogiam ideo sua potentia ⁊ virtus ſm ꝙ perpetua est non est nisi per accidens ⁊ accidentaliter ⁊ non ſm actum vt diximus. Sic ergo possibile est inuenire virtutem infinitam ad esse ſm quid ⁊ non simpliciter. Quidā autem p̄dorū vt Anaxa. videntes potentiam infinitam ad eē inueniri in materia: ⁊ nescientes distinguere inter id qđ est essentiale ⁊ accidentale: ⁊ inter ſm quid ⁊ simpliciter: volebant ꝙ simpliciter infinita est virtus ad non esse: ⁊ ideo dixerant non esse inconueniens ꝙ potens ad esse sit potens ad non esse ſm tempus infinitum. Errauerant autem quia licz potentia ad generationem accidentalis sit infinita potentia: tamen ad generationem essentialis ⁊ ordinata non est infinita: ⁊ non distinguentes attribuerunt essentiali generationi qđ nos conuenit nisi accidentali. Sed ad corruptionē potentia nec essentialiter neq; accidentaliter est infinita: quia licz nō omne gn̄abile necessario generet: tn̄ oē corruptibile necessario corrumpet: hec aūt oia in sequentibus expsse declarabūtur: sed ea que dicta sunt tāq̄ principia ex quibus procedere habemus pmisim⁹ vt facilior sit via demōstrationū.

Oē corruptibile de necessitate corrumpetur: sz nō oē gn̄abile d̄ necessitate generabitur.

Cap. 7m. In quo pbatur ex pncipijs prius inductis ꝙ nullum perpetuum cadit sub corruptione ⁊ generatione.

Ex his ergo que premisimus diximus per diffinitiones eius qđ est generabile: ⁊ eius qđ cadit sub corruptione siue qđ est corruptibile ꝙ si aliqs dicat ꝙ alicui rei que signata est in natura ⁊ est existens ſm actum est potentia vel virtus ad res multas oppositas in tempore infinito: tūc ſm predicta non significat aliud nisi ꝙ illa res nō facit actiones suarum oppositarum in tempore ⁊ virtutuz: sed facit eas in tempore vno simul: quia sicut diximus infinitum tempus non est interpositum vel interceptum aliquo tempore distinguente partem eius vnam ab alia: qđ si esset interceptum tempore distinguente: oporteret ꝙ infinitum tempus esset finitum. Si ergo hoc est ſm ꝙ diximus: ⁊ dicatur ꝙ res aliqua que est cadens sub corruptione: tamen est semper ſm omne tp̄s infinituz: tunc illa res necessario est illa que est nō cadens sub corruptione: quia aliter non haberet virtutez manendi ſm omne tp̄s infinitum: ⁊ ſm hoc illō qđ habet virtutem vt non sit in eo qđ cadit sub corruptione erit in esse in eodez tempore in eo qđ nō cadit sub corruptione. Sed nos pbabimus inferius ꝙ generatuz sequtur id qđ est cadens sub corruptione: ⁊ non generatuz sequitur id qđ non est cadens sub corruptione: ergo eadem res erit generata ⁊ non generata insimul sicut corrupta ⁊ non corrupta: ⁊ hoc falsum ⁊ impossibile. Falsum autem ⁊ impossibile nō est nisi ideo quia propositiones eius sunt false ⁊ impossibiles: que propositiones sunt incorruptibile esse generatum ⁊ ingenerabile esse corruptibile: ergo ipse propositiones non sunt ponende ab aliquo pho in naturalibus. Si eniz propositiones dicte essent false possibiles: tunc conclusio posset quidem esse falsa: sed non esset impossibilis: componitur autez sic syllogismus: omne habens virtutem ad opposita ſm esse ⁊ non esse in tēpore infinito est generatum ⁊ non generatuz: esse autez cadens sub corruptiōe ⁊ perpetuo manēs habet virtutem ad opposita ſm esse ⁊ nō esse in tēpore infinito: ergo omne tale est generatum ⁊ non generatum simul ſm tp̄s vnum: ⁊ hec conclusio est impossibilis sicut ⁊ p̄misse ipsi⁹ ex quibus sequit̄. Sic igit̄ ostensum est ꝙ omnis res sempiterni esse ſm omne tempus infinituz non cadit sub corruptione neq; sub generatione aliquo mō: nā si caderet sub corruptione:

Tex. cō. lx.

Tex. cō. lxi.

prione: vel si esset generata: tunc esset ei virtus vt aliq̃n non esset in quodã tẽpore existẽs: hoc aũt erit manifestũ si diffinitiones istoꝝ inspiciant̃ que fiunt ex essentialibus sibi: dico eni diffiniẽdo rẽ cadentẽ sub corruptione que res corrumpit̃ est diffinita aut sm potentiã ad corruptionẽ aut sm actũ: et si quidẽ diffinia t̃ sm potentiã ad corruptionẽ dicit̃ corruptibile: qd est possibile nõ existere in futuro tẽpore aliquo determinato et nõ infinito. Si aũt diffinia t̃ sm actũ corruptionis dicet̃ tũc potius corruptũ q̃ corruptibile: qd est primo existẽs ante corruptionẽ: et postea nõ existẽs sm actũ corruptionis. Generatũ aũt diffinit̃ sic: vt sit generatũ qd est primo nõ existẽs: et deinde hꝫ actũ existẽdi post nõ existẽtiã: et ex his diffinitionibus colligit̃ q vterq3 istoꝝ est essentialis virtus ad existẽdum q̃nq3 et ad nõ existẽdũ q̃nq3. Et si hoc est sm q diximus tũc neutrũ eoꝝ amitteret aliq̃n virtutẽ ad existendum q̃nq3 et ad nõ existẽdũ q̃nq3. Generatũ ergo semp habet virtutẽ vt q̃nq3 sit et q̃nq3 nõ sit: et similr̃ corruptũ siue corruptibile. Rei aũt sempiterni esse sm omne tẽpus est opposita hꝫ ius diffinitio: et ideo ꝯuenit eidẽ virtus opposita et virtus generati et vtus corruptibilis remota ab ipsa re sempiterna: et ideo tali rei sempiterne nõ est virtus vt sit aliq̃n nõ existens sm tẽpus finitũ: neq3 est ei virtus vt sit similr̃ nõ existens sm tẽpus infinitũ: sꝫ hꝫ virtutẽ ad semp existẽdũ sm oẽ tẽpus infinitũ. Iste ergo virtutes vni rei nõ ꝯueniũt q videlꝫ res vna sit semper existens: et vt sit semp nõ existens: vel etiã nõ semp existens. Negatiuã tñ eius qd est semp existere nõ est possibile verificari de semp existe siue negatiua illa sit vniuersalis ꝯtraria ei que est semp existere significãs: siue sumat̃ vt ꝯdictoria eiusdẽ que est ac si diceret̃ q semp existens est nõ semp existens. Si aũt hoc est sm q diximus: tũc impossibile est de eodẽ p̃dicari ista duo q videlꝫ sit ppetuũ et semp existens: et q sit cadẽs sub corruptiõe: et p eãdẽ necessitatẽ impossibile ẽ vt res ppetua sit generata: ergo nõ verificat̃ de eodẽ esse generatũ et nõ esse cadẽs sub corruptiõe. Etenim eni3 qd q̃nq3 existit et q̃nq3 nõ existit: sũt duo termini diffiniẽtes ipsũ: qui sũt termini et generati et cadẽtis sub corruptiõe: et vnus eoꝝ est prior qui est terminus generati: et alter eoꝝ est posterior qui est terminus corrupti. Impossibile est aũt vt sit postremus sine priori: et vbi est prior ibi necessario est posterior: et ideo si nõ est terminus prior nõ est terminus posterior omnino qd clarũ est p ea que diximus hoc est per essentiales diffinitiones ipsoꝝ: quia essentialis virtus generati est aliq̃n existere et aliq̃n non existere: et nõ vltimũ eius semp existere: et ista virtus nunq̃ relinquit ipsũ etiã postq̃ est generatũ. Est aũt eadẽ virtus essentialis ei qd est corruptibile: et ideo generatũ et corruptibile necessario sunt idẽ subiecto lꝫ differãt rõne. Si autẽ hoc est sm q diximus et diffinitio rei sempiterne est q nõ est possibile ipsã in aliquo tẽpore nõ esse: tũc impossibile est vt res sempiterna nõ cadẽs sub corruptione sit generata: et hoc est ꝯtrariũ eius qd dixit Plato de celo et mũdo: quia dixit q ista sũt generata: et tñ sũt sempiterna nõ cadentia sub corruptione. Amplius aũt et hoc ex rõne media ꝯtrarioꝝ possumus demõstrare. Si eni sumamus ꝯdictoria eius qd est cui est virtus q sit semp ens ipsa erit hoc: cui nõ est virtus vt sit semp ens: ac si diceremus q terminus qd semp est ens ꝯdictoria est id qd est nõ semp ens: ꝯtraria aũt prime cui est virtus vt sit semp nõ ens: sicut si diceremus q ꝯtraria eius qd est semp ens est ea que dicit semper non esse siue nunq̃ esse: hic aũt iterũ ꝯdictoria est cui nõ est virtus vt sit semp nõ existens: ac si diceremus q ꝯdictoria eius que dicit semp non ens siue nunq̃ ens est ea que dicit nõ semp nõ ens siue nõ nunq̃ ens: dico ita q cũ multa ꝯtrarioꝝ habeãt media q possibile est vt inter duas ꝯtrarias que sũt hẽre virtutẽ ad semp existere et habere virtutẽ ad semp nõ existere siue ad nunq̃ existere possibile est cadere aliqd mediũ. Mediũ aũt illud est possibile ad esse et ad nõ esse sm distinctũ tẽpus qd videlꝫ aliq̃n sit: et aliq̃n nõ sit: lꝫ eni in ꝯdictiõe nõ sit mediũ: tñ in ꝯtrarietate aliq̃n mediũ est qd partẽ hꝫ vnius ꝯtrarij et partẽ alterius: et tũc nõ est necessariũ alterũ inesse ꝯtrarioꝝ semp: sed impossibile est ipsa vni et eidẽ simul inesse. In ꝯdictorijs aũt necessariũ est alterũ inesse: et impossibile est etiã simul vtrũq3 inesse eidẽ: vtraq3 n. dictarũ ꝯtrariaꝝ sumit̃ vt negatiua alterius ꝯtrariaꝝ et vtraq3 eaꝝ que ꝯtrarijs ꝯdicũt ꝯueniũt in hoc q dicũt nõ existens: qd tñ sm aliqd tẽpus est existens et existens in quodã tẽpore nõ existere in alio tẽpore: hec eni duo dicit tã ꝯdictoria eius que est semp existens q̃ ꝯdictoria eius que est nunq̃ existens. Sicut eni hec dicit illa cui nõ

Tex.c.122.

Tex.c.123.

est virtus vt sit semp existens que est ꝯdictoria prime: ita hec idẽ dicit ista que dicit cui nõ est virtus vt sit semp nõ existens que est ꝯdictoria scdẽ: hec eni dicit q sit in q̃dã pte tẽporis existens et in q̃dã pte tpis nõ existens. Iste ergo due ꝯdictiones non sibi sed duabus ꝯtrarijs p intẽtiones suas idẽ dicũt: et sup rẽ vnam et eãdẽ cadũt: ergo vna et eadẽ res est cui est virtus vt sit nõ existẽs aliquãdo: et vt sit existens aliq̃n sm diuersa tẽpora: et ipsa eadẽ res media est inter ꝯtrarias duas que sũt semp existẽ et nunq̃ existere: sicut diximus nup in his que p̃habita sũt. Hec aũt demõstrare possumus p vniuersales terminos ad nullã materiam determinatã ptinẽtes p lr̃as: videlꝫ quibus est vsus in geometricis demõstrationibus. Sint ergo signa duoꝝ ꝯtrarioꝝ que nullomõ vni rei ꝯuenire possunt: lr̃a a. sit hñs potẽtiã vel virtutẽ ad semp existẽdũ qd est necessariũ et ppetuũ inesse: lr̃a aũt b. sit hñs potẽtiã ad nunq̃ existẽdũ qd est ppetuũ: lr̃a aũt c. ꝯdictorie sit opposita littere a. et littera d. ꝯdictorie sit opposita littere b. ita q c. sit signũ eius qd nõ semp est siue qd aliquando nõ est: et d. significet id qd nonnunq̃ est: siue qd aliquando est: sicut vides in hac dispositione oppositionẽ eoꝝ.

Dico q quia necessariũ est de quolibet affirmationẽ vel negationẽ esse verã: si aliqua res est de qua nõ verificat̃ vniuersalis que est hẽre virtutẽ ad semp manere vel existere: tunc de ea vera erit sua opposita que est aliq̃n nõ existẽ. Ponamus ergo q de eadẽ re etiã alia vniuersalis negatiua nõ verificetur que est nunq̃ existere: tũc per eandem necessitatẽ de eadem re verificabit̃ etiã illius ꝯtradictoria que est aliq̃n existere. Res ergo vna et eadẽ de qua nec a. nec b. verificabit̃ necessario erit in quã cadũt et c. et d. Ex quo igit̃ et c. et d. cadũt in rem vnã significemus eã p litterã vnã et illa sit e. vel quecũq3 alia: ergo tũc littera e. sola significat mediũ duaꝝ ꝯtrariaꝝ que sunt a. et b. Res eni vna de qua neutra duaꝝ ꝯtrariaꝝ verificatur vniuersaliũ necessario ẽ media inter ꝯtrarias: et de illa ambe pticulares ꝯdictẽtes duabus ꝯtrarijs vniuersalibus verificabunt̃: et quia lr̃a e. est sola vt lr̃a c. et lr̃a d. simul: tũc opꝫ necessario q lr̃a e. sit media duaꝝ ꝯtrariaꝝ. Redeamus ergo et ostẽdamus in rebus qd demõstramus vniuersaliter in istis et dicamus q res que est semp existens nõ põt esse generata p hoc q est ꝯdictoria: quia generatũ est aliq̃n nõ existens et semp existens: et aliq̃n nõ existens sũt ꝯtradictẽtia sibi. Eadẽ necessitate res semp existens nõ põt esse res cadens sub corruptiõe: quia res cadẽs sub corruptiõe ẽ etiã q̃nq3 nõ existens. Si ergo hoc est sm q dictũ est: tũc manifestũ est et patet q tam res generata q̃ res cadẽs sub corruptiõe nõ est res semp existens sempiterne. Si n. daret̃ q esset sempiterna: tũc esset ei virtus ad semp existendũ: et inquãtũ est generata vel corrupta esset ei virtus ad nõ existẽdũ semp: et sic ꝯdictoria verificarent̃ de eodẽ: hoc aũt omnino impossibile est sicut sepius dictũ est in his que postẽsa sunt. Falsũ ergo fuit dictũ Platonis qui dixit rẽ generatã ppetuo manere posse: et falsũ est dictũ alioꝝ qui dixerũt res

Tex.c.124.

ingñatã ꝛ ꝑpetuo exñtẽ in ꝑterito posse cadẽ sub corruptiõe. Amplius aũt hoc ipsum ex ꝓprijs istoꝝ diffinitionibus possumus ꝓbare. Res eni nõ cadẽs sub generatione que nullo mõ generabilis est: ea que semp est nõ habẽs principiũ neqȝ finẽ existendi: in eandẽ aũt intẽtionẽ incidit res nõ cadens sub corruptione que nullo mõ est corruptibilis. Illa eni etiã est cui nullus est finis in existẽdo. Dico aũt hic ingenerabile ꝛ incorruptibile ſm diffinitionẽ verã ꝛ certã: qꝛ cũ multi sint modi ingenerabilis ꝛ incorruptibilis nõ accipimus ingenerabile ꝛ incorruptibile pro eo qᵭ generat̃ quidem: sed absqȝ causis generationis: vel qᵭ generat̃: sed absqȝ tẽpore generationis: nec etiã accepimus hic ingeneratũ pro eo qᵭ est impossibile aliud esse: sed tñ pro eo quod necessarium est inesse ꝛ est semp: ꝛ hoc de causa facimus hoc: qꝛ res illa que habet esse verum qᵭ nullo modo permixtum est cũ non esse: ꝛ cuȝ potentia est ingenerabilis ꝛ incorruptibilis. Si igitur vtrũqȝ hoꝝ per certas eoꝝ diffinitiones velimus diffinire: dicemus ꝙ res ingenita ꝛ ingenerabilis est nũc vere exñs: de qua nõ põt dici ꝙ fuit in priori preterito nõ existens: ꝛ de qua non potest dici ꝙ in aliquo futuro postremo sit futura non existens. Scḋꝫ aũt eundẽ modũ verissime diffinitionis dicit̃ res incorruptibilis de qua dicitur nũc ꝙ vere est: ꝛ cui nullatenus ꝯuenit in posteriori aliquo futuro nõ esse. Cum igit̃ illa sint ſm supposita sua ꝯuertibilia quoꝝ diffinitiones vere ꝯuertibiles sunt: tunc oporteret ꝙ ingenerabile ꝛ incorruptibile ꝯuertant̃: eo ꝙ diffinitiones eoꝝ ꝯuertunt̃. Omne enim ingenerabile est incorruptibile: ꝛ ecõuerso omne incorruptibile est ingenerabile: vtraqȝ enim haꝝ reꝝ sequit̃ esse sempiternũ ſm tẽpus infinitũ necessario. Res enim ingenerabilis semper est que nõ remouet̃ ab esse in aliquo tempore: hoc enim manifestum est ꝛ patẽs ex diffinitionibus vtriusqȝ quas induximus. Incõueniẽs igit̃ est qᵭ dicũt gñatum non posse corrũpi: vel incorruptibile posse esse generatum.

Cap. 8ᵐ. Q̃ conuertitur generabile cum corruptibili ꝛ ingenerabile cum incorruptibili.

Q Uia aũt iam ex rõne perpetui ſm infinitũ tempus ostendimus omne ingenerabile esse etiaȝ incorruptibile: nũc ostẽdamus hic ꝯuersionem esse inter ea que dicta sunt per rationeȝ oppositionis eoꝝ. Dicamus igitur ꝙ quecũqȝ res cadit sub corruptione ſm naturã est etiã generata ꝛ demonstratio illius est: quia si detur ꝙ non est generata per naturam: tunc ſm ante dicta etiam non cadit sub corruptione: cum tamen positum sit in antecedente ꝙ ipsa cadit sub corruptione: ergo oportet istam ꝯsequentiam esse necessariam: quia si res cadit sub corruptione ꝙ ipsa est generata. Similiter verificabimus ꝯsequentiam esse necessariam: ꝛ econuerso si ꝯsequens fiat antecedens dicentes ꝙ si res aliqua est generata: ꝙ ipsa etiam cadit sub corruptione: quoniam si diceretur non esse necessaria: tunc oppositum consequentis verificaretur cum antecedente: ꝛ tunc res generata esset non cadens sub corruptione: hoc autem per antecedentia destructum est: vbi ostensum est ꝙ res generata ꝛ non cadens sub corruptione opponitur per modum affirmationis ꝛ negationis. Igitur conuertuntur hec duo super se generatum: videlicet ꝛ cadens sub corruptione. Similiter ꝯuersio est inter esse non generantia ꝛ non cadentia sub corruptione: sicut diximus nuper in capitulo qᵭ premisimus. Si enĩ fuerint due oppositiones dicentes verum ꝛ falsum circa omne ens: tunc in illis oppositionibus erunt quatuor extrema oppositionum: ꝛ dictum est in dialecticis ꝙ si in talibus extremum vnius oppositionis cõuertitur cum extremo alterius oppositionis vel predicatur de ipso: necesse est etiam aliud extremum conuerti cum reliquo vel predicari de ipso: tales autem oppositiones due sunt semper ens ꝛ aliquando non ens ꝛ nunq̃ ens ꝛ aliquãdo ens: ꝛ sunt ista eadem his ingenerabile ꝛ impossibile ad ens ꝛ generabile ꝛ corruptibile. Est autem ingenerabile semper ens cui opponunt̃ tam generabile q̃ corruptibile: quia vtrumqȝ eorum est aliquando ens ꝛ aliquando non ens. Similiter ꝛ incorruptibile est semper ens cui opponunt̃ etiam eadem ratione tam generabile q̃ corruptibile: ꝛ nos non indigemus de ĩpossibili ad ens: quoniam illud non cadit in aliquam reruȝ existentiam. Sic ergo quatuor sunt opposita: generabile cui qᵭ opponit̃ tam ingenerabili q̃ incorruptibili: ꝛ similiter incorruptibile opponitur vtriqȝ. Si ergo generabile conuertatur cum corruptibili oportet etiam ꝙ ingenerabile cõuertatur cum incorruptibili. Ostendimus autẽ in principio huius capituli generabile cum corruptibili conuerti: ergo ꝛ necessario cõuertetur ingenerabile cum incorruptibili. Similiter autẽ si daretur ꝙ ingenerabile non conuertetur cum incorruptibili: tunc sequeretur ꝙ nõ esset vtrũqȝ istoꝝ res sempiterna que non remouetur ab esse. Qᵭ autem vna earum sequatur aliam ꝛ conuertatur cum ipsa verificatur ex his que diximus statim. Generatum enim qᵭ vtriqȝ eorum opponitur est res cadens sub corruptione ꝛ conuertitur cum ipsa: ergo ꝛ opposita istorum duorum conuertuntur adinuicẽ. Omne enim generatum est corruptibile ꝛ ecõuerso: omne cadens sub corruptione est generatum. Ex his enim verificamus etiam ꝯuersionem inter ingenerabile ꝛ incorruptibile. Sicut enim diximus inter rem que semper existens ꝛ rem que nunq̃ est existens est alia media vtriusqȝ que neutrum eoꝝ est ꝛ illa res est generata ꝛ res cadens sub corruptione: sicut ostendimus in probabilis. Media autem dicitur vtriusqȝ contrariarum: quia habet virtutem que est vltimũ potẽtie sue que non pertingit ad semper existere: ꝛ excedit nunq̃ existere: ꝛ ideo est existens ꝛ non existens in diuersis temporibus. Cum ergo mediũ cadat super rem vnam: opꝫ ꝙ extremũ qᵭ est semp existẽs cadat etiã in rẽ vnã: siue sit gñabile: siue sit incorruptibile. Si ergo ingenerabile nõ hrẽt potẽtiã infinitã ad esse nisi ex parte ante: ꝛ icorruptibile nõ haberet potẽtiã infinitã nisi ex parte post: tũc infinitũ adderet supra infinitũ: ꝛ infinitũ esset maius infinito: qm̃ infinitũ tã ex parte ante q̃ ex parte post adderet: ꝛ minus esset infinito ex parte post: ꝛ infinito ex parte ante ꝛ hoc nõ esset nãle. Amplius aũt adhuc vniuersalr̃ ꝓbabimus illud in terminis gñalibus vt patet̃ nostra demõstratio tenere ꝑ accñs ꝛ nõ ꝑ se. Dico igit̃ rẽ oẽm gñatã cadẽtẽ sub corruptione mediã esse duaꝝ ꝯtraꝝ: hoc est inter semp esse ꝛ nunq̃ esse: sicut iã sepius diximus. Sit.n.littera.a.semp existẽs: ꝛ littera.b.nũq̃ exñs littera aũt.c.res gñata sit: aĩal qñqȝ exñs ꝛ littera.d.sit res corrupta qñqȝ nõ exñs. Manifestũ est enim tũc ꝙ littera.c.est media iter.a.ꝛ.b.per hoc ꝙ neqȝ.a.neqȝ.b.finẽ ꝛ vltimũ nullũ habẽt ſm totũ tẽpus ĩfinitũ.a.quidẽ in essendo ꝛ.b.in nõ essendo. Rei aũt gñate est vltimuȝ ꝛ finis in tẽpore aut actu aut potẽtia: qꝛ si est corrupta: tũc hꝫ actu fineȝ: ꝛ si est adhuc corruptibilis hꝫ finẽ potẽtia.a.ꝛ.b.neqȝ actu neqȝ potẽtia habẽt finẽ ꝛ vltimũ: sicut ostẽdimus: eo ꝙ aliter adderet infinitũ sup infinitũ: neutra eni haꝝ reꝝ est in tpe quodã semp existẽs: ꝛ in quodã nunq̃ exñs: sed.a.quidẽ semp exñs.b.vo nunq̃ exñs: ſm oẽ tẽpus etiã si infinitũ esse ponat̃. Sicut aũt c.mediũ esse est ostẽsuȝ inter.a.ꝛ.b.ita ostẽdit̃.d.esse mediuȝ eodẽ per hoc ꝙ.d.mediũ est vltimũ ꝛ finẽ in tpe: ꝛ est per hoc in quodã tpe existens: ꝛ in quodã tẽpore nõ existẽs. Cũ ergo de quolibet affirmatio vł negatio sit vera: de gñato nõ verificata vniuersalis affirmatio que est semp existẽ: nec vniuersalis negatio que est nunq̃ existere: opꝫ de ipsa verificari duas predictis vniuersalibus ꝯtradictorias que sũt aliqñ existere ꝛ aliqñ nõ existere. Eedẽ aũt verificant̃ ꝑ eandẽ rõnem de corrupto: ergo generatũ ꝛ corruptũ sunt idẽ: sicut etiã probauimus in prima demõstratione ad hoc inducta. Est igit̃ omne generatũ cadens sub corruptione: ꝛ oẽ cadẽs sub corruptione ꝓculdubio est gñatũ: sic manifestuȝ est etiã ꝛ certũ ꝙ res generata ꝛ cadẽs sub corruptione ꝯuertũtur. Declaremus igit̃ hoc qᵭ diximꝰ per terminos vniuersales deducẽdo ad impossibile aduersariũ qui negat ea que diximus. Sit ergo ingenerabile.e.ꝛ incorruptibile.i.generabile aũt sit.x.corruptibile vo sit.c.sicut pꝫ in hac figura. Dico ergo tali positione facta ꝙ.c.ꝯuertit̃ cum.i.si littere iste significẽt res illas quas supposuimus eas significare.e.aũt ꝛ.x.nõ ꝯuertant̃ neqȝ ꝯueniũt rei vni: sed potius cuicũqȝ rei cõuenit.e.tunc alteri ei opposite conueniet.x. Simili̾ aũt.i.ꝛ.r.nõ ꝯuertant̃: neqȝ ꝯueniũt rei eidẽ: sed diuersis ꝛ oppositis. Si aũt hoc est ſm ꝙ diximus: tũc oportet ꝙ.e.ꝛ.i.ꝯuertant̃ per rationem quam supra diximus de oppositis diuidentibus verum ꝛ falsum per modum affirmationis ꝛ negationis: quia ex quo quãdoqȝ ens ꝛ quãdoqȝ nõ ens ꝯuertũtur: necesse est ꝙ semp ens ꝛ semp nõ ens conuertant̃. Est enim

semp ens duplex.s.habens potentiā infinitā ex hoc ꝙ in preterito nō fuit in nō esse: ⁊ sic igenerabile est semper ens: ⁊ habens potentiā infinitam ad esse: ex hoc ꝙ in futuro non habebit potētiam ad non esse: ⁊ hoc est incorruptibile. Similiter aūt quādoqꝫ ens ⁊ quandoqꝫ non ens est duplex: nō ens enī in preterito: ⁊ ens mō est generatū: ⁊ ens mō nō est ens aūt in futuro est corruptū: ⁊ sic ingenerabile ⁊ gn̄abile: ⁊ incorruptibile ⁊ corruptibile opponunt per modū affirmationis ⁊ negationis. Si ergo ꝯuertat generabile cum corruptibili: necesse est ꝙ ingenerabile cū incorruptibili ꝯuertat. Si aūt daretur oppositum: tūc oportet ꝙ.r.esset sicut.e.⁊ sicut.i. ſm potentiā quā habet ad esse: ergo ſm hoc etiaꝫ ꝯuertitur cum.e.cuius probatio est: q: lꝫ dictum sit ꝙ.e.⁊.r.nō cadunt super rem vnam: sed super opposita: tamen dicit aduersarius ꝙ.r.⁊.i.simul cadunt super rem vnam ⁊ eandē ⁊ ꝯuertuntur: sed sequitur.e.i.⁊ ꝯuertitur cum ipso. Cū igitur illa que ꝯuertunt omnino cum vno ⁊ eodem etiā ad se inuicem conuertantur: sequit necessario.r.⁊.i.ꝯuerti ad se inuicē: hoc autem est omnino impossibile: q: sic ꝯtradictoria cōuerterent: ergo falsum fuit dictum aduersarij ꝙ.r.esset vt.i.⁊.e.sicut aūt cōuertit generabile cū corruptibili: sic sequit per cōparationē vnius ad alteꝛ ꝙ conuertat.e.cum.i.hoc est ingenerabile cū corruptibili. Igitur ex oibus his ꝯstanter dicimus ꝙ res ingenerabilis que significatur per.e.diuersa ⁊ opposita ꝑ virtutem nature a re generata que significat per.r. Et eodem modo res incorruptibilis significata per.i.diuersa ⁊ opposita est ad rem generatam que significat per.r.nunqꝫ ergo cōueniunt vni rei.e.⁊.r.neqꝫ eidem rei.e.⁊.i.sicut iam ante sepius diximus: ⁊ huius causa est: q: ipossibile est vt res vna ⁊ eadē sit sempiterna ⁊ nō sempiterna: ⁊ similr̄ ipossibile est vt sit res vna ⁊ eadē cadēs sub corruptione ⁊ nō cadēs sub corruptione: ⁊ vt sit semper infinita ſm tēpus ⁊ nō sit semp ſm tēpus: eo ꝙ ꝯdictoria de eodē nō verificant. Iam igit ostensum est sufficienter ꝙ.e.⁊.i.sequunt se inuicē ⁊ ꝯueniunt rei eidē: ⁊ ostensuꝫ est hic per opposita istoꝛ que ꝯuertunt: eo ꝙ res vna ⁊ eadē est generata ⁊ cadēs sub corruptione: ergo oē generatū est cadēs sub corruptiōe: ⁊ oē cadēs sub corruptione est gn̄atū. Et similr̄.e.⁊.i.ꝯueniūt rei eidē: ⁊ vna eaꝛ sequitur ad alterā: q: res vna ⁊ eadē est nō generata: ⁊ non cadēs sub corruptione. Igit ꝓpter vnitatē suppositi veriusqꝫ istoꝛ omne qꝺ est non generatū est non cadens sub corruptione: ⁊ econuerso omne non cadens sub corruptione est nō generatum: iterum ⁊ hoc est quod volumus demonstrare per terminos vniuersales inductos superius.

¶ Cap. 9m. In quo repetunt dicta aduersarij vt summatim destruant ex ratione temporis infiniti.

Tex.c.130.⁊ 131.

Aduersarius aūt qui dicit ꝙ non est incōueniens rem generatam nō esse corruptibilē ⁊ rem ingenerabilē sempiternā in preterito esse corruptibilē ſm tempus futuꝛ: destruit quedam principioꝛ antecedentium ex quibus nos processimus: ⁊ destruit etiā syllogismos inductos eo ꝙ ipse in hoc dicto suo opposita supponit principioꝛ: dicit enim rem incorruptibilē esse generatā: ⁊ rē nō generataꝫ sempiternā ſm oē tēpus preteritū esse corruptibilē ſm futurū: qui aūt dicit q: nō est incōueniens vt sit res generata nō cadēs sub corruptiōe: ⁊ q: iste talis sic dicit: volo nūc destruere sermones istos per rōnē potētie finite ⁊ infinite. Dico igitur ꝙ potētia que attribuitur rei attribuitur dupliciter: aut enim est potentia actiua qua res agit esse vel aliquid aliud: aut est potentia passiua qua agitur in ipsaꝫ. Id aūt qꝺ dicit esse in actu in re aliqua etiam dupliciter attribuit ei: aut enī in actu dicitur esse: aut in actu dicit nō esse: ⁊ cum potētia ordinat ad actū: tunc aut erit potētia ad esse ſm actuꝫ: aut ad non esse ſm actuꝫ: ⁊ ad quodcūqꝫ hoꝛ sit potētia siue virtus rei: tunc aut erit illud ſm tēpus finitū qꝺ habet vltimū nūc in quo determinat: aut erit illud ſm tēpus infinitū: nec habēs vltimū neqꝫ finē. Non opꝫ aūt latere ꝙ nihil ꝓhibet tēpus infinitū esse ſm aliquid determinatū. Si enim detur tēpus esse infinitū in preterito: hoc tēpus terminatur ad nūc presens qꝺ cōtinuo est preteriti ⁊ futuri: sicut ꝓbatum est in 4° physicoꝛ. Cum aūt ſm peripatheticos detur esse tēpus infinitū ⁊ in futuro ⁊ in preterito: tunc querit qualiter possit esse terminatum: ⁊ qualr̄ sit veꝛ tempus esse infinitū: cuꝫ tn̄ ſm eosdē peripatheticos nihil sit actu infinitū. Sed ad hoc dicendū ꝙ lꝫ nos credamus tēpus habuisse initiū per creationē: hoc tamē nō est cognoscibile per p̄hiaꝫ sicut diximus in 2° physicoꝛ. Cū ergo peripathetici tēpus dicūt esse infinitū: ipsi tamen cū hoc dicunt ꝙ de tēpore nihil est nisi in potētia: nūc enim qꝺ solū est accipere neqꝫ tēpus est neqꝫ pars tēporis: id aūt qꝺ ſm successionem in potētia est nihil ꝓhibet esse infinitū: sicut enim infinita est potētia diuisionis in ꝯtinuo: ⁊ ex hoc nō sequit ꝙ infinitum sit actu: ⁊ de hoc multa dicta sunt in prehabitis. Cū aūt dicit terminatū per nūc presens nō dicitur tēpus simpliciter: sed diuidit ꝓut est mēsura huius actus sic terminatus. Sed ista terminatio nō aufert ei potentiā ad esse infinitū: q: eadē potentia tēporis que est in preterito ad infinitū ſm carentiā principij est in futuro ſm carentiā finis. Uel vt melius dicat: sicut vnū est tēpus in tota ꝯtinuitate tēporis: ita vna est potentia sua ad fluxum successionis in infinitū: ⁊ ideo per hoc ꝙ preteritū terminat ad nūc ⁊ futuꝛ incipi in nūc nō distinguitur potentia que est in duabus partibus tēporis.s.preteriti ⁊ futuri in duas potentias infinitas: sed in toto eo remanet vna potentia infinita ſm principiū ⁊ finem: ⁊ hoc per simile videre possumus in tēpore finito alicuius rei que habet principiū ⁊ finem quā nos dicimus habere duas potentias ad esse finitas: quarū vna sit ſm preteritū: ⁊ altera ſm futuꝛ: ⁊ ex hoc patet error eius qui dicit duo esse: quoꝛ vnū infinitū est in preterito qꝺ vocatur ingenerabile: qꝺ tamen sit finite potentie ad esse ſm futuꝛ: ⁊ aliud sit infinitū ſm futuꝛ qꝺ vocant incorruptibile: qꝺ tamen finite potentie sit ad esse ſm preteritū: q: dicūt ipsum esse generatū. Tēpus enim infinitum lꝫ sit terminatū ad nunc generationis ⁊ corruptionis alicuius rei: nō tamen habet duas potētias īfinitas: sicut nec linea duas habet potētias diuisionis in infinitū per hoc ꝙ diuidit in pūcto vno quicūqꝫ sit ille: tēpus ergo infinitū per suā potentiaꝫ totā est etiā terminatū iteꝛ: ⁊ tamen remanet ſm vnā ⁊ totā suā potentiā infinitū: eo ꝙ post ipsum nihil inuenit de tēpore: ⁊ ante ipsum nō inuenitur prius aliquid tēporis ad qꝺ ante vel post terminet. Res aūt cui nō est finis in aliqua horaꝛ dicitur quo ad hoc eterna: eo ꝙ eterno nō est finis: ⁊ illa eadem est etiā interminata que nullū ſm nūm habet sue generationis principium neqꝫ finē ad quem ante terminata sit: ⁊ hoc ideo q: vt diximus vna numero est potentia infinita et ſm preteritum ⁊ ſm futurum. ¶ Amplius si dicat aduersarius ꝙ res quā fingit eternam esse ſm principium: eo ꝙ ſm eum est ingenita sit corruptibilis in futuro: tunc opꝫ ꝙ ipsa sit mēsurata tempore rei infinite: quia infinita est ſm preteritum vt diximus hoc est ꝙ mensuratur hora temporis cui nō cōuenit in preterito aliquo non existere: ⁊ deinde existere: sicut est tempus rei generate. Si ergo sicut nos iam ante probauimus hora tēporis infiniti non diuersificarentur: tunc manifestum est ⁊ patens per hoc qꝺ nunc diximus ꝙ res generata fuit ens in tempore infinito: ⁊ iterum res cadens erit sub corruptione: ⁊ tamen hoc est in tēpore rei eterne cui non est finis in tempore: cum ostenderimus vnam esse infiniti potentiam ſm preteritum ⁊ futurum: hoc autem est de numero maximorum impossibilium: quia ſm hoc in vno ⁊ eodem tempore res semper est ⁊ non est. Huius autem est ratio: quia impossibile est vt res generata sit eterna: ⁊ per eandem rationem impossibile est vt res cadens sub corruptione sit eterna quo ad tempus mensurans eam: quia vtraqꝫ earum proprium tempus conueniens ſm suum esse est vt sit quandoqꝫ existens: ⁊ quandoqꝫ non existens. Corruptibilis enim virtus est postremo non existere: ⁊ generabilis virtus est in primis non existere ſm tempus: ⁊ quodcunqꝫ horum detur concluditur reliquum etiam de eodem: cum generabile ⁊ corruptibile conuertantur: sicut superius est probatum. Amplius autem impossibile est contraria simul inesse in aliquo tempore vno eiusdem etiam si sit tempus infinitum. Si enim daretur ꝙ simul inessent eidem: tunc contingeret ꝙ idem numero haberet potentiam simul ad esse ⁊ ad non esse in eodem tempore infinito: eo ꝙ tempus esse non distinguitur a tempore non esse in tempore infinito: neqꝫ per tempus paruum: neqꝫ per tempus magnum:

Tex.c.131.

sicut in antehabitis expeditum est: hoc autem est ex eis que impossibile est esse: sicut diximus ⁊ ostendimus per demonstrationem. ¶ Amplius in omni eo qđ potentiam habet ad esse vel ad non esse potentia precedit actum. Omne eniȝ qđ possibile est aliquid fieri ſm generationem vel corruptionē prius in potentia est ad illud: ⁊ postea efficit illud ſm actuȝ. Tempus ergo possibile distinguitur a tempore actus. Si ergo hoc est ſm ꝙ diximus: tunc res ſm sermonem istoꝝ sunt semper sine fine ⁊ in potētia ⁊ in actu: hec est res que est semper existens ⁊ eterna: ⁊ res que est postremo existens. Hoc enim ante actū in potētia generationis fuit ſm infinitū tempus: ⁊ postq̄ generata est erit in actu ſm tempus infinituȝ: eo ꝙ ponitur esse nō corruptibilis: sic ergo ambe iste erūt sine fine sempiterne. Et similiter est de re corruptibili: quia etiam ista potentia est ingenerabilis ⁊ in potentia corruptibilis ſm tempus infinitum: ⁊ postea cum corrumpitur erit in non esse ſm actum ſm tempus infinituȝ: ⁊ sic iterum tam tēpus actus q̄ȝ tempus potentie erit infinitum: ⁊ ſm vtrūqȝ sunt sempiterne res iste: ⁊ hoc ideo q: ſm dicta istorum nō tollitur ab aliqua istarum rerum virtus semper existendi ſm actum: sed potius semper existendi ſm potentiam: ⁊ ſm istos est tempus existentie istaꝝ rerum finitum ⁊ infinitum. Inquantū enim vnum precedit ⁊ alteꝝ sequitur datur eis virtus existendi in aliqua hora temporis finita. Inquantum aūt vtrūqȝ tempus existendi ⁊ non existendi est infinitum est indistinctum: ⁊ sic ad existendum semper habēt virtutem ⁊ non habēt virtutē ad semp existēdū: sed potius habent virtutem ad existendum in hora aliqua tēporis vt ſm istos simul sit veꝝ de istis rebus ꝙ sint existētes in hora certa: ⁊ vt sint existentes in tempore infinito simul: ⁊ sic sequitur ꝙ possibile sit impossibile: quia si sunt existētes in hora vna sunt possibiles ad non esse ea que dicunt generata: ⁊ si sunt existentes in tempore infinito sunt impossibiles ad non esse ⁊ eodem modo sequitur hoc de re quā dicūt corruptibilem: ⁊ tamen ingenerabilem. ¶ Cum igitur hec omnia impossibilia sunt: patet ꝙ dictum eorum est falsum ⁊ impossibile. ¶ Amplius alio manifestiori sermone ostendemus dictum istorū esse falsum: ⁊ errorem manifestabimus quo errauerūt quando dixerunt ꝙ res ingenerabilis est corruptibilis ⁊ ꝙ corruptibilis possit esse ingenerata. Si enim veꝝ est qđ dicūt esse res corruptibiles: nō corrumpetur in aliquo tēpore futuro: ostensum est enim superius ꝙ omne generabile est corruptibile. Si ergo est res generata ipsa cadit sub corruptiōe: isti autem dicunt ꝙ non cadit sub corruptione: ergo habet potentiam ad esse ⁊ ad non esse infinite simul ⁊ erit cadens sub corruptione ⁊ non cadens sub corruptione simul in actu: ergo vna ⁊ eadem res erit possibilis simul ad esse semper ⁊ ad non esse semper. Si autem hoc est possibile: tunc sequit necessario vt res cadens sub corruptione corrumpatur in aliquo tempore determinato. Similiter auteȝ ſm dicta sequitur ꝙ res generata fuit in aliquo tēpore determinato: ⁊ nō fuit omnino in tempore propter potentiam ad esse ⁊ ad non esse simul. Si autem omnia hec possibilia sunt: tunc possibile est vt sit res generata aliquando ⁊ non semper existens: ⁊ similiter est de re que cadit sub corruptione. ¶ Has autem omnes demonstrationes adduximus vt conuincamus aduersarium: ⁊ lȝ non sint omnino diuerse ſm ea super quibus fundantur: tamen multitudinem earum ostendunt ꝙ ea que dicta sunt non habent instantiam. Fundant enim fere omne super primam: ⁊ ideo dixerunt Themistius ⁊ Alex. ⁊ Auerrois ꝙ multitudie sua que quasi materialis est plusq̄ formalis virtutem habent inductionis: lȝ ergo sapienti forti pauciores sufficerent: tamen posuimus eas hic: q: principes philosophie posuerant eas ante nos: ⁊ nos nō tm̄ in opere isto conamur tradere sciaȝ: sed etiā laboramus vt ex hoc opere verba peripateticoꝝ intelligantur.

¶ Cap. 10m. In quo ex ipsa natura reruȝ probatur ꝙ semper ens ⁊ aliquando non ens nec sunt eiusdē nature neqȝ eiusdem virtutis.

Adhuc autem in alio ponentes ꝯsiderationem intendimus destruere dicta predictoꝝ phoꝝ. Si enim ipsam nām que attribuit vnicuiqȝ proprium esse ⁊ virtutem attendamus. Sciemus ꝙ impossibile est ꝙ res ingenerabilis cadat sub corruptione ſm aliquam horarum temporis: ⁊ etiam econuerso: impossibile est vt res cadens sub corruptione sit non generata ſm aliquam horam temporis preteriti. Res eniȝ ingenerabiles ⁊ incorruptibiles sunt determinate ad formas taliter vincentes materiā per causam determinatam in natura ⁊ operantem: ⁊ non sunt per fortunam. Causa aūt operans eas est certa rōne operans: sicut artifex in artificiato: sicut diximus in 2° physicoꝝ: ostendimus enim ibi ꝙ res facte absqȝ causa operante per certam finis rationem quēadmoduȝ artifex operatur sunt pauce: lȝ enim in volūtarijs fortune frequentius occurrant: ⁊ casus tamē in numero reꝝ nālium non fiunt frequenter: ⁊ cum fiunt aliquando destruunt cito ⁊ finiunt ſm esse: taliter enim facta in natura nō sūt nisi monstra: ⁊ ideo cito finiunt: q: diuertūt nimis a forma speciei iuxta quā fieri deberent: ⁊ ideo species nō potest saluari in ipsis: ⁊ hoꝝ omnium diuersitates ⁊ causas reddidimus in 2° physicoꝝ. Res aūt sempiterna cum sit sira permanens tempore infinito non erit talis. ¶ Igitur habebit causam efficientem ipsam omnino que est eius causa propria ⁊ essentialis. Si autem hoc est veꝝ: sicut diximus: tunc opȝ ꝙ natura sit faciens ⁊ terminās tam ea que sūt semper q̄ȝ etiā ea que fiunt frequenter eo ꝙ illa esse determinatum habēt in natura ⁊ permanent vel semper vel diu: ergo natura que causa est esse ⁊ ordinis facit vt quedam res sit semp ⁊ necessario: ⁊ ꝙ quedam sit existens ⁊ nō existēs in diuersis horis temporis. Facit iteꝝ aliam diuersitatē in rebus que est inter res ꝯtrarias: ꝙ videlicet quedaȝ sunt semp existētes: ⁊ quedam nō semper existentes: siue nunq̄ȝ existentes tempore infinito: que sunt īpossibiles ad esse ⁊ necessitatē habentes in esse: sed īpossibiles in esse non facit nā producendo eas: sed dicit facere per hoc ꝙ ꝯtrarietatē recurrere facit ad īpossibile: ꝯtraria eni aliquo mō sunt sicut ⁊ ꝯtradictoria ad minus ad qđ stant sub rōne oppositionis. Causa aūt diuersitatis hoꝝ oīum factoꝝ est virtus nature huius: ⁊ eius mā: q: ex virtute hȝ potētiā ad esse infinitū: ⁊ ex mā hȝ nō esse infinitū vel finitum: ⁊ potētiā trāsmutabilem ad esse ⁊ ad nō esse. Cū igit̄ oppositoꝝ per ꝯtradictionē nō possit esse vna ⁊ eadē numero v̄tus vel in specie nō erit possibile vt virtus semper existētis ſm nām sit eadē in nā cū virtute cadētis sub corruptione eo ꝙ esset aliquādo nō exñs. Si eni daret possibile esse has virtutes vniri in re vna ſm nām cū supra diximus ꝙ virtutes sunt ad suos actus relate: oporteret necessario ꝙ ꝯtradictoria essent aliquādo simul necessario: q: infinito tempore ens semper existit ⁊ in eiusdem temporis horam incidit aliquando non existere ſm actum: ⁊ si diceretur ꝙ non corrumpitur in actu: ⁊ potest tamen corrumpi idem sequeretur ꝙ si possibile erat ipsum corrumpi si ponatur in actu corrumpi non debet sequi aliquod impossibile. Sequitur autem contraria simul esse vera contradictoria qđ falsum est ⁊ impossibile: sicut sepius ostendimus. ¶ Si eni aliquis dicat ꝙ nunc est annus prior hac hora qui iam preterijt: ⁊ ꝙ annus preteritus prior nunc qđ erit in futuro propinquum tempori presenti erit nunc in futuro ipse vtraqȝ locutione mentitur: quia preteritum neqȝ presens est neqȝ futurum. Et similiter expresse mentitur ⁊ deprehēditur falsitas in sermone eius qui dicit ꝙ res perpetua possit cadere sub corruptibile: q: res cadens sub corruptione est in aliquo tēpore non existens: eo ꝙ habet talem potentiam ⁊ virtutem que in futuro erit non ens ſm actum lȝ in preterito tempore non sit non ens: quia ponitur īgenerabilis: neqȝ ponitur non esse in tempore presenti in quo est ſm actum. Sicut eni diximus alia est potentia preteriti ⁊ alia futuri: ⁊ qui refert preteritum ad futurum mentitur: vna auteȝ res est hec que in preterito habet potentiam ad esse infinitum: per hoc ꝙ ponitur esse ingenerabilis: illa autem potentia sibi est essentialis ⁊ nunq̄ȝ potest eam amittere: ergo habebit eandem ⁊ respectu futuri: potentia enim qua dicitur corruptibile non ens in potentia non est respectu preteriti: sed respectu futuri. Et si quis dicat ꝙ est respectu preteriti potentia illa: tūc oporteret ꝙ preteritum esset futurum: quoniam nos ex diffinitione ipsius potentie scimus ꝙ non est nisi respectu futuri. Si autem aliquis dicat nobiscum ꝙ omnis quidem res

Margin notes: Tex. c. 133 (beside "Amplius in omni eo…"); Tex. c. 134 (beside "…impossibilia sunt"); Tex. c. 135 (beside "Adhuc autem…"); Tex. c. 136 (beside "Igitur habebit causam…"); Tex. c. 137 (beside "Si eni aliquis dicat…"); Tex. c. 138 (beside "Si autem aliquis dicat…").

que in potentia possibile est vt exeat in actum in aliquo tem
pore: eo ꝙ potentia eius aliter esset ociosa: concorditer di/
cimus cum illo ꝙ hoc quidem quod dicit est verum: sed di
cimus ꝙ exitus ille nunꝙ̄ est respectu preteriti vel presen/
tis in quo actu non sed respectu futuri. Cum enim dicatur
ꝙ potentia est ante actum non intelligitur in preterito: sed
vel nunc presenti respectu: cuius verum est dicere ꝙ possibi
le corrūpi corrumpet̄: vel respectu futuri in quo possibile cor
rumpi corrumpet̄: ⁊ nihil omnino dicit̄ corruptibile vel ge/
nerabile: eo ꝙ in preterito sit generatū aut corruptum. Sic
ergo dicit̄ potētia ad non esse in omni re que primo est ex/
istens: ⁊ deinde postremo in aliquo futuro est non existens: ⁊
huius ꝓbatio est: q₂ nulli rei est potentia ad aliquid qđ sit
esse vel non esse nisi in hora in qua illud nō est actu ad qđ di

Tex. c. 139.

citur esse in potentia. Si aūt aliquis dixerit de aduersarijs
nostris omnibus ꝙ videlicet potentia sit respectu preteriti
temporis: tunc dicimus ꝙ hoc est impossibile. Cum eniʒ po
tentia diffiniatur respectu futuri actus non possumus dice/
re potentiam esse respectu preteriti: sicut non possumus di/
cere ꝙ nunc in presenti vel in futuro nunc sit annus primus
sine preteritus: q₂ sicut futuꝝ non sit preteritum: ita potētia
respectu futuri nunꝙ̄ potest esse respectu preteriti. Impossi/
bile igitur qđ omnino esse nō potest dictum eoꝝ de potentia

Tex. c. 140.

qđ sit respectu preteriti. Lʒ aūt iam multas rōnes induxeri/
mus ex propositionibus transcendentibus materiam hanc:
que vel logice vel metaphysice sūt: vt diximus superius: tñ
non desunt nobis rōnes nāles ex quibus ꝓbanimus omne
generatum in preterito esse corruptibile in futuro. Omne
enim qđ generatur ex suo ꝯuenienti est generatū: ⁊ ex suo si/
mili sibi vniuoce: ⁊ per se habuit generans ipsum: ⁊ omne ge
neratum habuit aliqđ ꝯtrariū: ⁊ omne qđ corrumpit̄ ex suo
ꝯtrario corrumpit̄: his suppositis dico ꝯstanter impossibile
esse ꝙ sit aliquid in primis non generabile: ⁊ deinde in po/
stremo sit cadens sub corruptione: ⁊ dico similiter impossi/
bile esse vt sit aliquid primo non ens in p̄terito: ⁊ deinde ge
neratū possit esse eternū manens tēpore īfinito sm nām: q̄ñ
sicut dictum est res generate cadētes sub corruptione gene/
rantur ex suis similibus generātibus ⁊ ex suis ꝯuenientibus
sm nām ꝓpriā: ⁊ habēt ꝯtraria ex quibus mutātur ⁊ alterā/
tur ad corruptionē: ⁊ ex talibus ꝯtrarijs est alterata eoꝝ cō/
positio sm nām queclibꝫ generat̄ generatione nāli. Que/
cunqꝫ aūt habent ꝯtraria huiusmodi necessaria siniunt̄ per
ea ⁊ corrūpunt̄ iteꝝ in futuro: ergo omne generatū in prete/
rito corrūpetur necessario in futuro. Si ergo mundus esset
sic generatus: vt dicit Plato: oporteret ꝙ generatus esset
ex alio mūdo: ⁊ corrumperet̄ in ꝯtrariū ⁊ ex ꝯtrario: sicut fit
in generatione ⁊ corruptione corpoꝝ simpliciū: sicut dicetur
in 2° libro de generatione ⁊ corruptione. Hec autē oia sunt

Defensio platonis

absurda ꝓpter qđ inconueniens videtur esse opinio Pla/
tonis. Si quis aūt ad omnia hec respondere velit sm Pla/
tonem: ⁊ dicat omnia hec celū ⁊ stellas nā quidem esse disso
lubiles eo ꝙ sunt generate: sed volūtate opificis esse indis/
solubiles eo ꝙ hoc qđ bona rōne compositū est non decet sa
pientem opificem dissoluere quēadmodum dicit̄ in timeo.

Impugnatio

Dicemus hoc dictum non esse naturale omnino: quoniam
sicut habitum est in physicis: naturalia sunt agentia quoruʒ
actus sunt in passiuis: ⁊ naturalr̄ patiuntur quecunqꝫ taliuʒ
actuum sunt susceptibilia: ⁊ ideo omne factuʒ in natura opꝫ
ꝙ habeat in eadem natura suam faciens: ⁊ ideo possibile ⁊
impossibile oportebit referre ad māʒ rei facte ⁊ ad causam
nālem: ⁊ non ad causam separatam ⁊ extrinsecam. Qđ igit̄
corruptibile est de natura hoc est simpliciter corruptibile: ⁊
habet causam in natura que agit suam corruptioneʒ: ⁊ si nō
habet talem ipsuʒ est incorruptibile: q₂ aliter omnia possent
dici incorruptibilia: q₂ sunt incorruptibilia si deus vult: ⁊ iđ
supra diximus ꝙ naturalia non sunt a casu nec a voluntate:
sed a causa agente ⁊ terminante ea: nec nos in naturalibus

Notabile dictum

habemus inquirere qualiter deus opifex sm suam liberam
voluntatem creatis ab ipso vtatur ad miraculum quo de/
claret potentiam suam: sed potius quid in rebus naturali/
bus sm causas nature insitas naturaliter fieri possit. Hec
igitur de primo libro celi ⁊ mundi a nobis dicta sint.

Explicit liber primus de celo ⁊ mundo.

Incipit liber Secundus de Celo ⁊ Mundo.

Tractatus primus de dextro ⁊ sinistro: ⁊ retro ⁊ ante: supe
riori ⁊ inferiori celi.

Cap. pᵐ. De recapitulatione eorum que dicta sunt de ge/
nerabilitate ⁊ corruptibilitate celi.

Tex. c. primū.

Iam ostendimus sufficienter per demonstrationes veras ꝙ celū
totum non est generatū ex materia aliqua
que sit elemētū eius: ⁊ ideo īpossibile est vt
ipsum sit corruptibile. Materia enim que
per modū elementi est in compositione rei
prior est ⁊ est in potentia ad ipsam rem ⁊ per generationem
⁊ motum venit de potentia ad actum: ⁊ lʒ nō sit in potentia
ad formā quā habet postꝙ̄ generata est: tñ est in potētia ad
aliam formā: ⁊ ideo est corruptibilis: ⁊ ideo celū est incorru
ptibile: q₂ mām talē non habet: ⁊ huiusmodi quidē causam
nos esse diximus: q₂ ipsum habet māmm que etiam per nām
ante dimensionem accipit formam: que forma est separata:
⁊ illa largit̄ ei esse: ⁊ hoc esse est eius qđ est indiuisibile: cui
dimensio aduenit per figurā ⁊ motū: ⁊ nō ꝓpter formā sub/
stātialē: cuius signū est: q₂ ipsa forma non est diuisa p partes
subiecti sicut diuiduntur alie forme substantiales ⁊ acciden
tales: ⁊ est non finitaꝝ operationum que omnia non possent
ei conuenire si ipsa esset determinans ⁊ perficiens subiectuʒ
suum post aduentum dimensionū sicut adueniūt forme phy/
sice generabilium ⁊ corruptibilium. Cuʒ enim duo sint que
faciunt generationem: quoꝝ vnum est ex parte materie que
est diuisibilitas: ⁊ alteꝝ ex parte agentium que sunt qualita

Vide pro his Auer. in prio ⁊ in 2° caplo de subā orbis

tes prime agentes ⁊ alterantes mā celi suscipit formā suam
ante vtrūqꝫ: ⁊ ideo nec habilitateʒ materie habet ad gene/
rationē: nec actioneʒ agentis ad generationem: ⁊ ideo dici
mus ꝙ sua mā equiuoce est mā ad materiam generabilium
⁊ corruptibilium: ⁊ cum materia eorum que generantur sit
quidem determinata corporeitate ⁊ non distinctaꝝ dimen/
sionum erit mā corporis celestis distinctaꝝ dimensionum in
actu que nunꝙ̄ mutant̄ in ipso: que tñ nō limitant operatio
nem forme eius que est substantia separata: q₂ substantia il
la separata non aduenit post dimensiones: sed ante non qui
dem tempore sed nā. Hec autem omnia superius sunt expe
dita: igitur impossibile est ꝙ celuʒ sit corruptibile: sicut dixe
runt quidam homines: sed potius sm suam nām semꝑ est:
cui non est principium neqꝫ finis in tota temporis īmensita

Nota triplicē cām sempiternitatis celi.

te: quam quidam eternitatē vocauerunt. Et huius quideʒ
cause sunt tres: quarum vna est que est precipua: quia esse
suum largitur ei virtus que non est in corpore neqꝫ corpus:
⁊ illa est infinite largitatis: ⁊ ideo influit ei esse tempore infi
nito sm naturam: eo ꝙ sicut diximus hec virtus non limita
tur aliqua mensura materie vel contrarij agentis in mate/
riam eius: ⁊ hanc formam quidam vocant animam: quidā
absurdissimum est et contra rationem. Ideo dixerunt quidam quod in spera etiam in circulo dextrum dicitur quelibet pars pellens et quelibet pars pulsa dicitur sinistrum: sed secundum hoc quelibet pars semicirculi ascendentis dicitur dextra: et quelibet pars semicirculi descendentis dicitur sinistra: et secundum hoc dextrum et sinistrum non differunt substantia in virtute: sed potius ratione situs tantum: et secundum hoc etiam erit causatum dextrum et sinistrum in inferioribus: et non differunt nisi ratione situs: et tunc homo conversus se efficitur aliud dextrum habens quam prius habuit quod est impossibile. Sicut enim se habet dextrum et sinistrum in causa quo ad virtutes: ita se habet in causatis: nisi quod in effectu est compositus et multiplicatus: ideo dixit Themistius consentiens Alexandro hoc quod supra posuimus: quod non est dextrum et sinistrum in celo secundum veritatem. Sed si esset in celo dextrum et sinistrum secundum dicta Peripatheticorum: tunc oporteret etiam quod esset ibi sursum et deorsum. Sed hoc dextrum reputamus nos inconveniens propter rationem supra inductam de causa inceptionis revolutionis celi: quia illi nostro iudicio non potest respondere. ¶ Dicendum igitur videtur ut supra diximus. scilicet dextrum et sinistrum accipiuntur in celo secundum esse partium celi per comparationem ad plage mundi situm quod est dextrum secundum esse non efficitur sinistrum secundum esse: sed potest effici sinistrum per comparationem ad plagam et situm mundi per hoc quod est in occidentali plaga mundi positum: et hoc non reputamus inconveniens in inferioribus quod vel dextrum secundum veritatem efficiatur sinistrum per comparationem. Si ergo ponimus omnes situs differentias esse in celo secundum esse dicentes quod longitudo orbis cuius principia sunt sursum et deorsum est spatium in quo disponuntur orbes secundum motum diurnum a polo in polum super axem circuli equinoctialis super quem est motus diurnus: et cum in uno orbe secundum unum subiectum sint multi orbes secundum formam secundum quod docuimus in fine .6. physicorum dicitur quod quidam ex orbibus formalibus sunt sursum in celo: et quidam ex eis sunt deorsum. Ille enim locus qui dicitur locus sursum et qui dicitur deorsum est diversus et differens ex omnibus medietatibus orbium formaliter sumptorum: medietates enim orbium sunt circulus equinoctialis: et circuli equidistantes circulo equinoctiali: et per distantiam ad circulum equinoctialem accipitur in spera differentia: et distantia polorum orbis primi qui est supremus inter omnes orbes. Si enim accipiamus orbes universos qui moventur motu diurno considerando in eis mediam eorum quod describitur linea intellectualis axis que transit de polo in polum per centrum circuli equinoctialis: invenimus quod illa medietas sic aliena que dicitur axis spere descripta non movetur omnino: ita quod aliqua pars eius transeat ab uno situ in alium: vel ab uno loco in alium: sed movetur in loco et situ suo sicut intelligeremus lineam revolvi in tota sua longitudine: illa enim in loco suo moveretur: et tamen non mutaret locum: et ita est de axi spere quod omnes spere moventur super axem celi primi cuius est motus diurnus: cum autem nomina damus lateribus mundi vocando unum oriens et dextrum: et alterum occidens et sinistrum: et tertium ante: et quartum retro ponimus considerationem in orbibus qui formaliter differunt secundum polos et axem polorum qui vocantur sursum et deorsum per modum quem diximus supra ubi posuimus imaginationem hominis habentis caput in polo australi et pedes in polo septentrionali et convertentis faciem suam ad hemisperium in quo nos habitamus hic in terre superficie: sic enim considerando superius et inferius mundi dicimus latera mundi oriens appellando dextrum: et occidens vocando sinistrum: et superficiem celi que est ab oriente in occasum contra ordinem signorum vocando retro ante superficiem que est ab oriente in occidentem secundum ordinem signorum vocando retro: et sic etiam astronomici illa latera mundi denominaverunt. Non enim damus nomina lateribus mundi ei quod est ante et retro ex eis que sequuntur superiorem polum vel inferiorem: sed potius ex eis que sequuntur dextrum et sinistrum per modos quos iam determinavimus: et hoc est ideo quia distantia inter hos polos non dicit nisi longitudinem orbis tantum: et secundum hanc dimensionem ille polus cuius stellas videmus super nos: qui est polus septentrionalis est pars inferior orbis qui est primus inter orbes: et habet motum primum. Polus autem cuius stellas non videmus qui est australis est superior orbis eiusdem pars: et hec est imaginatio tota differentiarum situs orbis.

Solo doctoris.

Tex. co. 14.

¶ Et sunt in ea plures dubitationes. Cum enim ad oculum videamus esse plures stellas in parte orbis septentrionali et plures imagines stellarum: videtur quod maioris vigoris est pars septentrionalis quam meridiana pars: et sic videtur dignius esse quod pars septentrionalis sit sursum quam pars meridiana celi: et forte hec ratio movit Pithagoram ad hoc quod dixit partem septentrionalem primi orbis esse sursum. Forte autem aliquis vellet ridere et diceret quod pauciores stelle in meridie eque potentes vel fortiores sunt multis stellis in septentrione: sed hoc non est probatum. Nos enim scimus quod pars celi magis habens virtutes est ubi est stella: et ideo conveniens esse videtur quod ubi plures sunt stelle plus est ibi celestis virtutis. ¶ Dixit autem ad hoc Averrois quod distinctio superioris in celo et inferioris non est vera nisi secundum opinionem Pithagore: sed hoc iterum stare non potest ut videtur cum nos videamus Aristo. reprehendisse Pithagoram: de hoc quod superius et inferius celi non distinxit ante dextrum et sinistrum. ¶ Unde dicendum videtur secundum Astronomos quod Peripathetici quando loquuntur de superiori et inferiori in celo loquuntur secundum mundi partem habitabilem: et pars habitabilis non est nisi quarta septentrionalis hemisperii superioris: et ad hoc adducemus rationes in libro quem de longitudine et latitudine locorum componemus: secundum hanc enim habitabilem fons caloris est a meridie et stellis meridianis: et ideo est sursum celi sicut de eo quod est sursum in animalibus diximus: et ad hoc quod obiicitur quod plures sunt stelle et plures imagines in septentrione: videtur esse dicendum quod sunt septem stelle quarum virtutes omnes alie sequuntur que sunt planete que habent se ad alias sicut anima ad corpus: sicut tradunt mathematici eo quod agunt in ipsas virtutes suas sicut anima in corpus: hec autem septem maxime sequuntur solem ad cuius distantiam efficiuntur directe et stationarie et retrocedentes et occulte sub radiis eius: et orientes ex ipsis: et ideo omnes stelle sequuntur solem. Solis autem vicinior via terre est in meridie: eo quod in meridie pars brevior diametri circuli deferentis ipsum: et ideo ut opinor pars meridiana dicitur superior: et pars aquilonaris dicitur inferior: et hec est causa quare dicit Aristo. quod mare fluit ab aquilone in meridiem: quia in aquilone propter frigus multiplicantur aque: et diminuuntur in meridie propter calorem: et ideo altior et multa aqua descendit ad inferiorem et paucam aquam sicut probabitur in libro metheororum. Dicitur autem aliquando aliter supremum et infimum celi secundum cursum stellarum: et sicut medium celi in meridie vocatur supremum: et medium in hemisperio inferiori quod est locus stelle in media nocte vocatur infimum: et hoc modo mathematici vocant supremum et infimum celi. ¶ Est autem dubitatio de ante et retro: quia ista secundum prius habita secundum esse differre non videntur: quia id quod inferius est secundum ordinem signorum mensurando ab oriente in occidens continue efficitur superius et habebit oppositum ordinem signorum. Adhuc autem videtur quod ante et retro: et sursum et deorsum non sunt in celo: et quod sursum et deorsum sunt principia augmenti: et ante et retro sunt principia sensibilis motus et in celo nec augmentum est: neque motus sensibilis. ¶ Sed ad hoc iterum dicendum esse videtur quod formaliter semper differt ante et retro: et hec ostendit conversus ordo signorum qui semper est in his duobus situbus absque omni ambiguitate est revolutio que est secundum ordinem signorum formaliter differt a revolutione que est contra ordinem signorum: et licet in primo orbe non sit distinctio signorum secundum figuram: tamen in gradibus eius est virtus conformis ad virtutem signorum: et in ordine graduum accidit quod accidit in ordine signorum necessario: propter quod etiam ostenditur veritas quod diximus in fine .7. physicorum de differentia formaliter orbis: et quod orbis semper formaliter movetur de forma in formam: et licet materialiter non mutet locum: sic etiam materialiter et per accidens fit ante et retro: et ideo formaliter quia forma eius quod est ante semper est alia a forma eius quod est retro: sed materia eius quod est ante fit aliquando materia eius quod est retro: quia illa signa que sunt ante fuerunt retro: et econverso: sed tamen revolutionum forme sunt diverse. ¶ Quod autem dicitur quod sursum et deorsum: et ante et retro sunt principia augmenti motuum et augmenti sensibilis: solvendum est dicendo quod non secundum omnia hec secundum que sunt iste differentie in inferioribus sunt etiam in superioribus: quia cum superiora sint simpliciora quam inferiora et si sint quasi materia superiorum infe-

Digressio 3 predicta de superiori et inferiori ipsius celi.

Solo Commentatoris in co, 15.

Solo propria.

Non quare pars meridionalis dicatur sursum celi et septentrionalis deorsum.

Digressio 6 ante et retro.

Solo

riora oportet q magis sint multiformia iferiora q̄ superiora: ⁊ ideo in superioribus que sunt incorporalia sunt ista pricipia dimensionum tm̄: in inferiora autem sunt principia dimēsionum e motuum. Ex iaz dictis patet q̄ et a pōis aspectus qui est sm̄ ordinem signorum dicitur dexter: aspectus eni idē est q̄ directio siue proiectio radiorū: e siue illa sint in sextam partē circuli: siue in tertiā: siue in alteram sm̄ q̄ vocant aspectū sextilē ⁊ triangulum: ⁊ quadratum: e oppositū semper est duplex dexter. s. ⁊ sinister: ⁊ dexter quidez est contra ordinem signoꝝ: eo q̄ ille est ab oriente ad anteriorē partem celi sm̄ extensionē cōcaue superficiei celi primi a dextro versus sinistrum: ⁊ sinistrum ⁊ econuerso in hemisperio superiori: in hemisperio autez inferiori si ibi tm̄ est habitatio ibi oriens est in occidente nostro ⁊ occidēs in oriēte: ⁊ ideo ibi iterum radiatio dextra ab oriente inferioris hemisperij dextrum cōtra ordinem signorum: ⁊ sinistrum ab occidente eiusdem hemisperij sm̄ ordinem signorum: ⁊ ex hoc manifestum est q̄ pcessus orbis p̄mi est cōtra processum orbium inferioꝝ: pp̄ter qd̄ diuersum ab inferioribus habet dextrū ⁊ sinistrum sicut nos inferius dicemus.

¶ Cap. 6m. De diuersitate habitātium sub dextro celi ⁊ sub sinistro eius sm̄ orbem superiorem q̄ inferiorem.

Tex. cō. 15.

Amplius autem de dextro ⁊ sinistro loquentes non nominamus dextrum alicuius rei nisi significando principiuz vnde est motus localis eius qd̄ est animatuz. Si ergo hoc est sm̄ hoc: p̄ncipium motus celi supremi scimus esse in parte ⁊ loco vnde oriūtur stelle fixe: tunc procul dubio idem locus ⁊ pars est ⁊ dextrū celi ⁊ locus partis vbi occidūt stelle ⁊ sinistra celi: ⁊ hic est locus ⁊ pars occidentis motus celi superioris. Si ergo celum incipit reuolui in motu suo ex dextro eius e incedit ⁊ reuoluitur super sinistrū ad idem dextrum ipsius: tunc proculdubio oportet q̄ superius orbis primi sit polus australis qui occultat a nobis in hac quarta nostre habitationis qui est polus cuius stellas non videmus: ⁊ inferius orbis sit polus aquilonaris qui non occultatur a nobis: cuius stelle nunq̄ a nobis occidunt in hac parte nostre habitationis. Si autem aliquis homo oppositum diceret. s. q̄ superior pars orbis esset polus qui non est occultus a nobis cuius stelle non occidūt visibus nostris: tūc proculdubio oporteret q̄ motus celi esset a sinistro in sinistrum: qa tunc esset imaginatio partium celi sicut si hō extēsus de polo in polum haberet caput in polo aquilonari ⁊ pedes in polo australi: ⁊ faciem ad nostram habitationem: et tunc esset necessario sinistrum eius in oriente ⁊ dextrum eius in occidente: e ideo tunc reuolueretur a sinistro in sinistrū: sed hoc nos nō dicimus fieri omnino: igitur ex dictis pz q̄ orbis qui est in polo occulto australi est superior ⁊ si qui habitant in quarta illa que est in quarta que extēditur a linea equinoctiali vsq3 in polum australē habitant sub orbe superiori in dextro orbis p̄mi ho: est sub cōcauo qd̄ est a dextro orbis primi sm̄ motum primuz qui est diurnus: ⁊ qd̄ nos intendimus hic in habitatiōe quarte aquilonaris versus: inferi⁹ orbis ⁊ in parte sinistra eo q̄ omnes a grecia citra habitantes sunt occidentales: ⁊ a grecia in Indiam habitātes in eadem quarta sunt orientales: totum ergo contrariuz est sm̄ veritatem eius qd̄ dixit Pithagoras. Dixit eni q̄ nos

Tex. cō. 16.

habitamus in medietate orbis superioris in parte dextra ipsius: ⁊ illi qui habitant in medietate orbis australis vltra lineam equinoctialez habitant in medietate orbis superioris in parte sinistra. Iam enim per ea que diximus ostēsum est totum cōtrarium esse verum: iz enim meo iudicio nihil de terra habitetur nisi quarta superior terre versus aquilonem a linea equinoctiali cui respondemus in superiori non

Opīo pithagoricoruz de habitatiōe terre.

habitamus: tamen Pithagorici dixerunt q̄ tota medietas terre superior que extenditur a polo versus polum oppositū habitatur: ⁊ citra videlicet equinoctialem vsq3 in poluz aquilonarem: ⁊ vltra equinoctionalem vsq3 in polum australez: ita q̄ nos citra equinoctialem habitamus vnam medietatem terre hemisperij superioris: ⁊ illi qui sunt vltra equinoctialem habitant aliā medietatem eiusdem hemisperij: medietas autem hemisperij non est nisi quarta pars ipsius totius terre: sicut in qualibet re medietas medietatis non est nisi quarta pars rei toti⁹ ⁊ Pithagoras dixit visus polum australem esse inferius: ⁊ sinistrum huius totius habitationis sm̄ totum hemisperium superius e versus polum aquilonarem esse superius: ⁊ dextrum hemisperij idem vocans dextrum qd̄ est habens multas stellas plurime virtutis ⁊ sinistrum qd̄ habet paucas: ⁊ non accipiens dextrū dino in vera significatione: ⁊ si dextrum sic accipiatur vt dicit Pithagoras adhuc falsum est qd̄ dicit: quia maior vigor caloris ⁊ stellarum est in quarta meridiana cum hoc sit superius orbis: vt probatum est quā in quarta aquilonari propter virtutem solis ⁊ planetarū in parte illa sicut diximus. Si autem non accipiatur dextruz vnde est motus diurnus in spera supremi: sed potius vnde est motus planetarum in speris inferioribus: ⁊ tunc dextrum ei esset in occidente orbis primi: quia planete mouentur ab occidente orbis p̄mi: ⁊ est eoruz ortus vbi est occasus orbis primi: ⁊ tunc oportet q̄ superius orbium planetarum sit in polo aquilonari: ⁊ inferius sit in polo australi: ⁊ tunc habitamus nos hic citra aquilonem versus polum aquilonarem in medietate superiori hemisperij superioris que est pars dextra sm̄ Pithagoram: e alij qui sunt vltra equinoctialem versus poluz australem habitant in medietate inferiori hemisperij superioris: quā vocat sinistrum Pithagoras. Cum enim motus orbium planetarum sit contrarius motui orbis primi consequens est vt etiam differentie dimensionum ⁊ motuū ipsorum sint cōtrarie differentijs dimensionum ⁊ motus orbis primi: reuolutio enim planetarum cum sit ab occidente in orientem contraria est sm̄ aliquem modum reuolutiōis orbis primi qui est ab oriente in occidentem: consequens ergo est q̄ nos qui sumus aquilonares versus occidentem habitantes: habitemus in parte vbi incipit motus planetarum celi: ⁊ q̄ isti sint in parte in qua est orizon: hoc est sinistro: motus celi planetarum. ¶ Est autem attendendum q̄ ortus ⁊

Documentum

occasus cuiuslibet celi sm̄ rei veritatem dupliciter est attendendus. Uno enim modo attenditur sm̄ longitudinis motum: ⁊ alio modo sm̄ motum latitudinis: ⁊ est motus longitudinis dictus in astronomia motus qui est super arcū: qui est inter occidentem e orientem. Motus autez latitudinis dicitur motus qui est super arcum: qui est inter equinoctialem e polum circuli signorum ⁊ polum mundi. Sed astronomus aliter sumit longitudinem ⁊ latitudinem. Uocat enim longitudinem astronomus motum qui est super longitudinem non celi quidem sed climatum: longitudo autem climatum distinguitur ab oriente in occidētē in toto hemisperio habitabilis superioris: latitudinem vō vocat latitudinem non celi: sed potius latitudinem climatum: e hoc distenditur ab equinoctiali versus polum aquilonarē in quarta nostre habitationis: ⁊ ideo nulla est contradictio inter philosophuz ⁊ astronomū: sed potius id qd̄ dicit naturalis philosophus dextrum superioris celi ⁊ superius esse versus polum occultum versus austrum ⁊ sinistrum eiusdem: ⁊ inferius esse versus polum apertum versus aquilonem ⁊ intelligitur ex eo qd̄ dicunt astronomi: ⁊ similiter verus est intellectus eius qd̄ dicit phisicus q̄ sm̄ orbes planetarum superius ⁊ dextrum sit versus polum apertum ⁊ inferius ⁊ sinistrum sit versus polum occultum: ⁊ hoc est per dictum astronomorum. Sicut enim dicimus longitudo celi que est latitudo climatum principiatur a polo: motum autem illuz aut accepimus in stellis aut in ipsa substantia orbis: ⁊ si accipimus enim in stellis absq3 dubio compertuz est stellas moueri a polo meridionali versus polum septentrionalem: in quibus iz centum annis gradu vno ⁊ parum plus: ⁊ ergo dextruz sit vnde incipit motus erit dextrum stellarum in parte celi que est ad meridiem: ⁊ superius celi erit ibidem sm̄ dimensionem longitudinis celi: ⁊ ita intelligitur qd̄ Arist. dicit q̄ habitatores in meridie habitant in superiori orbis stellarū fixarum ⁊ dextro: ⁊ illi qui sunt in aquilone habitant in inferiori eiusdem orbis in parte sinistra earūdem stellaruz. Si autem nos referimus motum celi ad ipsaz celi substantiaz: tunc absq3 dubio incipit motus ab oriente e gyrat per occidens: ⁊ tunc habitatores in austro vel in aquilone non sunt in dextro celi neq3 in sinistro: sed potius habitantes in oriēte sicut Indi sunt in dextro habitantes in occidente: sicut Hispani sunt in sinistro ⁊ habitantes in austro sunt in superiori: ⁊ habitantes in aquilone sunt in inferiori. ¶ Similiter autem

Nō qō intelligit dexi phī q̄ habitātes ī sua pte meridionalē sit in superiori orbis stellaꝝ fixaꝝ ⁊ ī dextro

ter autem duplex est motus planetarum: quia planete descē
dunt ab aquilone ⁊ ascendunt ad meridiem ⁊ figurantur in
mine ⁊ effectus eorum augentur quando ascendunt ⁊ dimi/
nuuntur quando descendunt: ⁊ ideo superius orbiū plane/
tarum fm suam substantiaz est versus polum aquilonarem
in circulo solstitiali: ⁊ ab illo est motus inceptio motus stel/
larum planetaruz fm motum qui est latitudinis climatum:
⁊ ideo quo ad stelle motum est ibi dextrum eius: ⁊ sinistruz
eius est in circulo solstitiali australi: qḋ propter hoc habitā
tes in aquilone habitant in superiori circulo planetarum ⁊
in dextro planete: ⁊ habitantes etiam in australi parte ha/
bitant in inferiori circuli planetarū ⁊ in sinistro planete. Si
autem motus referatur ad substantiaz orbis deferentis pla
netam: tunc ortus planete est a plaga mundi occidentali: et
ibi est dextrum eius: ⁊ occasus planete est a plaga mūdi ori/
entali: ⁊ ibi est sinistrum eius: ⁊ fm hoc nec in austro nec in
aquilone habitantes sunt in dextro vel sinistro orbis plane
te: sed potius habitātes in plaga mundi occidentali sunt in
dextro sicut Hispani: ⁊ habitantes in plaga mundi orienta
li sunt in sinistro: sicut Indi ⁊ Ethiopes: ⁊ iste est verus in/
tellectus eius qḋ dixit Arist. ⁊ Pithagoras: ⁊ illud qḋ p̄us
diximus dictum fuit fm Alexandruz ⁊ Themistiuz ⁊ alios
quosdam de schola Peripatheticorū. ¶ Cum autez in .8.
phisicorum probatum sit motorez esse in celo primo fm cir/
culum equinoctialem maxime eo ꝙ iste velocissime sit mo/
tus in motu diurno videbitur forte alicui mirabile quomō
ponimus diuersa principia fm longitudinem ⁊ latitudinez
⁊ profunditatem celi: quia fm ea que dicta sunt in octauo di
citur vnum ⁊ idem esse motus p̄ncipium fm qḋ est mobile
influens motum celo ⁊ in circulo equinoctiali: ⁊ si principia
tur motus celi p̄ncipiari videbitur a dextro circuli equino/
ctiali ⁊ non ab aliqua parte. Sed ad hoc soluendum dico ꝙ
preter p̄mum mobile est in quo motus est vnus tm̄: in oib⁹
alijs mobilibus sunt motus multi etiaz hoc est in omni spe
ra stellata siue habeat stellas multas sicut firmamentuz: si/
ue habeat stellam vnicam tm̄ sicut spere septem planetarū:
⁊ hoc quidem nos ostendemus inferius. Ista autē determi
natio differentiarum sic precise est fm speras stellatas fz du
plicem motum earum .s. fm motum quem vocamus longi/
tudinis climatum ⁊ quem vocamus motum latitudinis ea
rūdem: lz ergo fm vnum maximum circulum ⁊ velocissimū
maximum influat motum orbi motor ipsius: nihil tamē p̄/
hibet diuersas esse aptitudines ⁊ ad recipiendum motum
⁊ motus principium in quolibet corpore celi: ⁊ fm istas apti
tudines ⁊ vt ita dicam idoneitates ad inchoandaz partem
⁊ locum vnus est motus differētie prehabite in orbibus di/
stinguitur. Si ergo per ea que dicta sunt determinate sunt
longitudines partium celi ⁊ loca celi determinata a qb⁹ in/
cipit motus celorum per quas regyrat partes: ⁊ que per lo/
ca tā fz orbē stellatū supiorē q̄3 fz orbes iferiores planetar.

¶ Cap. 7m. De causa finali propter quam celorū mot⁹ opor
tet esse plures.

His autē determinatis inquirēdū videtur de
his que fm nature cōsequētiaz remanēt quasi
principia ex istis. Cuz enim dextrum ⁊ sinistrū
determinata sunt diuersimode tā in vno orbe
q̄3 in orbib⁹ plurib⁹ cōsequens est ex isto plures
esse motus celi: ⁊ pluralitas autē hec nō causat
ex cōtrarietate formarum celi: ita ꝙ plura sunt mobilia con
trarietate formaruz differentia: sicut multa sunt climata: qꝛ
in prehabitis multotiens determinatuz est ꝙ vnus motus
circularis nō potest eē cōtrarius alij motui circulari per for
maz sui subiecti: ⁊ ideo cuz motus superiorū sint multi: tūc
inquirēdū est de causa finali p̄pter quā sunt multi: ⁊ in quo
subiecto: ⁊ cui fini facti sunt mot⁹ circulares multi. In supio
ribus eniz p̄misimus ꝙ vellemus laborare in inq̄stiōe mo
tuum celorum. Est autem prenotandum ꝙ cum nos inue/
stigare velimus causam finalem: ⁊ duplex est finis in se: ⁊ in
alio: nos hic volumus inuestigare motuum istorum finem
nisi qui est in alio ⁊ non in seipso: ⁊ vt intelligatur dicenduz
est ꝙ finis in se vniuscuiusq3 rei est actio essentialis ipsius:
⁊ hoc est esse fm qḋ esse dicit sue essentie actum prout eē est
actus entium: ⁊ vita actus viuētium: ⁊ sentire actus sensibi
liuz: ⁊ itelligere siue intellectualiter viuere actus itellectua/
lium: ⁊ hec actio est simplex: ⁊ in nullo alio recepta: finis au/
tez in alio est actio entis put sit passio in passiuo suo p̄prio
qḋ recipit actionē eius: ⁊ ille finis est effectus essentialr agē
tis in aliud cui largit esse suū quātum ipm possibile est reci
pere ab ipso: actus eniz actiuorū sunt in patientib⁹ ⁊ dispo/
sitis qui nati sunt recipere actiones eorū. Diuersimode au/
tem attribuuntur isti fines reb⁹ eternis ⁊ corruptibilib⁹ quo
niam incorruptibilia in suo esse sunt perpetua per naturā: ⁊
ideo habent in seipsis esse diuinum nobilius omni esse cor
ruptibili: ⁊ cum nihil sit propter ignobilius se nō possunt eē
talia perpetuo ad esse causatuz extra ipsa nisi in alio qui est
finis secūdarius ⁊ vocatur finis operationis eorū ⁊ nō p̄n/
cipalis: ⁊ ideo cum dicitur ꝙ celo motus est p̄pter esse per/
petuum qḋ quidem est in ipsis est ille finis per se: ⁊ cum dici
tur ꝙ est propter generationem inferiorum est iste finis se
cūdarius ⁊ non principalis. Corruptibilia autem non ha/
bent in seipsis esse diuinū: sed potius in generatione: ⁊ ideo
quodlibet ipsorū extra se habet nobilius esse: ⁊ hec adhuc
dupliciter considerantur. ¶ Cuz enim queritur propter qḋ
est homo: dicitur ꝙ p̄pter esse qḋ est vt actus essentie: pro/
pter hoc eniz accipit forma hominis vt augeat in ipso actū
esse hominis: cum autem homo sit completus est imperfe/
ctus ipse propter diuisionem ⁊ multiplicationem huius eē
quatenus diuino esse per generationez participet: ⁊ sic actu
ab ipso qḋ est generatio eius optimuz fm naturam: ⁊ p̄pter
illud est in fine principali ⁊ nō secundario: lz quo ad esse indi/
uidui sit p̄pter seipsum: esse autem indiuidui est defectiuuz
⁊ non completum: ⁊ ideo est quedam cōuersio inter hos fi/
nes. Omne enim qḋ habet finem in seipso habet etiam fi/
nem in alio: sed cōpletior est finis in seipso q̄3 in alio: ⁊ ideo
finis in alio est propter finem in ipso in talibus q̄ est diui/
num qḋ habent talia perpetua in seipsis non est vacuum et
ociosum sed potius plenum ⁊ fontale ⁊ effluens ⁊ largum: ⁊
ideo nō est contentum in fine in seipso: sed procedit potius
quodāmodo processionis in aliud quodlibet qḋ receptibi/
le est sue bonitatis: id autē qḋ habet finem in alio necessa/
rio etiam habet finem in seipso inferiorem ⁊ ignobiliorem
sicut diximus superius. Sed tamen finis in alio necessario
proponit sibi finem in seipso eo ꝙ diximus sicut in fine secū/
di phisicorum posteriori posito necessario ponitur prius: sz
habens finem in seipso non eadem causa ponit finē in alio:
qꝛ non sequitur ꝙ priori posito ponatur posterius nisi rōne
materie alicuius specialiter ⁊ hoc est in operatis: quis ideo
posteriora sua ponant quia vacua in seipsis remanere non
possunt. ¶ His autem habitis notanduz est ꝙ celestes mo
tus possunt p̄bari plures ex priori fine ⁊ ex posteriori. Si eni
queratur quare celi motus sunt plures: ⁊ potest dici ꝙ mo/
tores superiores in se perpetui eo ꝙ non ociosi permanent
motum influunt suis mobilibus perpetuum: ⁊ quia mot⁹ di
stant longe ⁊ p̄pe a loco mobili diuersimode in subiectis di/
uersis: ideo diuersa fiunt elementa fm calidum ⁊ frigiduz:
⁊ humidum ⁊ siccum: ⁊ q̄ diuersa ⁊ contraria sunt elemen/
ta per actionem ⁊ passionem necessario fit generatio ⁊ cor/
ruptio: ⁊ iterum econuerso si queratur quare motus supio/
rum sunt diuersi: responderi potest ꝙ qꝛ est generatio ⁊ cor/
ruptio oportet esse generata ⁊ corrupta: ⁊ quia sunt diuersa
generata ⁊ corrupta oportet esse diuersitatem motuū que
diuersimode accedens ⁊ recedens facit contraria generata
⁊ corrupta simplicia: ⁊ quia motus est diuersus oportet esse
mouentem perpetuum: ⁊ quia mouēs est perpetuus in mo
uendo oportet eum esse perpetuum in esse largo ⁊ fontali: sz
prima via ex prioribus est simplicior ⁊ pertinet ad diuinuz:
⁊ secunda via est ex prioribus fm sensum ⁊ pertinet ad hāc
scientiam. ¶ Et ideo fm illam hic procedemus dicentes ꝙ
causa multitudinis motuum ista est: quia nō sequeretur ge/
neratio que est opus proueniens ex multis motibus supe/
riorum: ⁊ precipue ex duobus qui sunt motus primi mobi/
lis qui vocatur diurnus: cuius dextrum est in oriente mun/
di: ⁊ motus circuli obliqui qui dicitur signorū circulus cu
ius dextrum est in occidente mundi. Ad hos eniz duos mo
tus omnes alij corporum superiorum motus referētes. Si
cut enim diximus omnis cuius est operatio aliqua per se ⁊
essentialiter est propter illam suam operationem fm ꝙ ope
ratio ⁊ actio eius essentialis fm ꝙ manifestat nomē actio/

Obiectio 3 ḃ dicta.

Solo

Tex. cō. 17.

Vide Auro/um. c. 17. hic. ⁊ in .12. meta phy. cō. 38.

Multitudo celestium motuum ex duplici fine p̄bari pt ⁊ altera p̄/batio ē diuina altera nālis.

nis: quia actio est operatio actus hoc est forme essentialis ⁊ naturalis rei: sed tamen vt diximus operatio aliquādo est operatio sola quando est finis in se: ⁊ aliquando est operatum quando finis est in alio: operatio enim rei diuine que est perpetue ⁊ permanens est perseuerantia ⁊ permanentia in esse qđ est actio essentie permanentis: ⁊ hoc esse vita sempiterna in seipsa: ⁊ quia non est ociosa ⁊ vacua sed fontalis ⁊ larga hec vita in motore primo qui est imobilis omnino: ideo oportet ꝙ operatio eius in alio qđ est suum mobile ꝓprium sit largitiua motus sempiterne ſm omne esse temporis ⁊ ſm naturam ex parte celi non est defectus vt ostendimus in octano phyſicoꝝ. Celū enim est perpetuum ſm eundem modum perpetuitatis: quia corpus est spirituale subtile rotundum motum motu circulari sempiterno. Hec est ergo vna causa motus ⁊ accedentis ⁊ recedentis in orbe rotundo que accepta est ex ipsa largitate motoris. Possumus autem ad eandē cām venire incipiendo ab effectu eiꝰ in corporibus iferioribus. Repetemus ergo questionē querentes quare motus celi nō est factus vnicus sed plures vt diximus: dicatur igitur ꝙ causa diuersitatis motuum celestium est accepta ex generationis multiplicitate: ⁊ hoc vt videamus melius inchoemus ab his que exiguntur ad motum circularem dicentes ꝙ sicut in libro de motibꝰ animalium est probatum nullum corpus mouetur circulariter nisi moueatur super aliquod corpus stans quietum: qđ si moueretur non posset moueri circulus in loco vno permanēs. Uirtus enim imobilis hec ad minus addit super virtutem circuli moti. Nulla enim partium corporis rotundi circulariter moti permanet stans fixa ⁊ in motu: poli enim qui videntur stare sicut diximus superius in loco suo mouenī licet non transeant de loco ad locum vel de situ ad situm. Similiter autem manifestum est quia corpus circulariter motum nō est de natura eius corporis qđ figitur in medio sui eo ꝙ nulla pars circulariter moti descendit ad centrum qđ absq; dubio faceret si esset de natura grauis qđ figitur in cētro cōtra qđ mouetur circulus. Si enim aliqua pars ipsius moueretur ad medium cum idē sit motus totius ⁊ partis in omni corpore simplici: tunc oporteret ꝙ toti corpori celesti naturalis esset motus qđ est ad medium. Nos autem iam demonstrauimus in physicis ꝙ corpus celeste totum mouetur motu circulari naturaliter: quia si diceretur contrarium illius ꝙ.s. circularis motus esset ei accidentalis: non posset circularis motus esse sempiternus eo ꝙ nihil eorum que sunt accidentalia ⁊ extra naturam possit esse sempiternum sicut superius in primo libro demonstrauimus. Res enim accidētalis que est violenta ⁊ cōmuniter accidens ⁊ non accidens proprium est post naturale quia non accidit alicui tale accidens nisi per recessionem quandam a natura ⁊ virtutibꝰ naturalibus. Reuertamur ergo ad propositum dicentes ꝙ si est necessarium omne qđ mouetur motu circulariter vt moueatur super rem stantem ⁊ quietam: tunc oportet aliquod corpus quietum ⁊ fixum esse in centro: ⁊ hoc proculdubio nō est nisi terra sicut per sensum probatur quia terrā videmus in medio quiescere: hic igitur supponaī hoc: in futuro enim in sequentibus istius scientie demonstrationē adducemus de natura terre ⁊ de natura reliquorum elementorum: ⁊ loquimur de ipsis cum intentione exquisita: vlterius autem procedentes ex illo dicimus ꝙ quando vnum contrariorū est in natura: oportet etiam vt aliud sit in natura cum forme contrariorum sint ambe existentes. Cum enim contraria nata sunt fieri circa idem eandem proportionem habent ad esse contraria: ⁊ ideo si vnum est in natura: oportet ⁊ reliquum esse in natura. Duius autem est ⁊ alia ratio: quia enim omnis contrarietas habet in se aliquid de habitu ⁊ priuatione. Si contrarium quod est per modum priuationis ponatur: oportet ꝙ ⁊ illud quod est per modum habitus ponatur: quia habitus est ante priuationem ſm naturam ⁊ diffinitionem et hoc modo se habent calidum ⁊ frigidum: quies autem ⁊ grauitas ⁊ frigiditas dicuntur per priuationem leuitatis et motus ⁊ caliditatis. Cōueniūt autem terre quies ⁊ grauitas ⁊ frigiditas: ⁊ igni ꝯueniūt mobilitas ⁊ leuitas ⁊ caliditas: ergo opꝫ ꝙ qes sit ante terram ⁊ de motu qdem ⁊ quiete dicanī: vt priuatio ⁊ habitꝰ est planū caliditas ⁊ frigiditas: ⁊ sic aliquo mō opponanī: cū motus sit causa caloris in subiecto qđ est vtriusq; susceptibile: ⁊ hic videmus ꝙ ignis motꝰ excitatur ⁊ nō motꝰ extinguiī. Cū igitur frigiditas priuet motū ⁊ sistat eū erit ipa per hūc modum priuatio caliditatis. Si aūt etiā opponaī leue ⁊ graue: q: vnū eoꝝ priuat motū ꝓp qđ in ꝑmo perigeneoseos dī ⁊ ḡnatio ignis ex terra ḡnatio simplr̄ est corruptio ſm qd: ⁊ generatio terre ex igne ſm qd ⁊ corruptio est corruptio simpliciter: sic igiī habito ꝙ necessario sunt ignis ⁊ terra. Redibimus ⁊ inueniemꝰ necessitatem existendi media elemēta. Cū eni sint extrema habentia cōtrarietatem in vna qualitate: opꝫ eē per ḡnationem ab illis media que cū his hñt ꝯtrarietatē perfectā: sicut ꝯtrariatur aer ad terrā: ⁊ aqua ad ignem: hoc igiī ita eē vt diximus supponanī ꝙ in sequētibꝰ libroꝝ nālium: ⁊ ꝑcipue in 2ᵒ perigeneseos de his ingremus sufficienter: hoc eni hic nō induximus nisi vt ostēdamus ex hñtibus cōtrarietates ꝑm as corporibꝰ necessariā esse ḡnationē. Nō eni possibile est aliquādo distincte ꝯtrarietatibꝰ in seipsis fꝫ eē fixa manere: cū ꝯtraria se tangētia ⁊ agūt inuicem ⁊ patianī cōtinue abinuicē: e per hoc ꝯtinue corrūpant se adinuicē ⁊ generenī mutuo ex inuicē: cū corruptio vniꝰ sit ḡnatio alteriꝰ. Causa aūt huiꝰ diuerse ḡnationis ⁊ passiōis est accessus generantis ⁊ recessus ſm circulum. Motꝰ aūt circularis nō pōt esse perpetuꝰ nisi mobile suum sit perpetuū: ⁊ est conuersio in illo: q̄a etiā si mobile sit perpetuū: ⁊ est etiam motꝰ perpetuꝰ: cum mobile ⁊ motor nunq̄ possunt esse ociosa sine motu: vt probatū est in. 8. physicoꝝ: ergo sic arguēdo a primo per sermonem iā habite inductionis necessarium est ꝙ existente circulari motu necessarium est generationem eē ⁊ conuertitur etiā ab effectu ad cām vt prius diximus ꝙ si generatio est necessarium est esse motum circularem afferentem ⁊ referētem generans qđ mouet mām generabilium. Si aūt generatio est sicut motꝰ qdam circularis precipue in simpliciū corporū ḡnatione quoꝝ qđlibet generaī ex altero: tūc queramꝰ vtrū generatio sit tm̄ vna vel sint multe. Si eni est vna tunc nunq̄ est corruptio sed generatio vnius ⁊ eiusdē: ⁊ hoc est si causatur generatio ab vno motu simplici eodem mō se hñte. Si autem multe sint vt oculis videmus: q̄a idē qđ generaī aliquādo corrūpitur ⁊ generaī aliud ⁊ diuersum ab alio: opꝫ ꝙ hoc causeī a motu circulari diuersimode se habēte: ⁊ ille est circulus obliquus qui diciī signoꝝ in quo sol qui est principale generans: accedit ⁊ recedit: ⁊ accedendo facit vincere elementa superiora super inferiora: ⁊ recedendo facit vincere inferiora super supiora. Si enim ſm dispōnē motꝰ celestis est dispositio elementoꝝ adinuicem necessario: hoc autem in sequentibꝰ libris scie nālis ostendā illud ostēsione planiore ⁊ manifestiore quādo loquar de perpetuitate ḡnatiōis in scđo perigeneseos. Nūc eni nō intendimus inuestigare nisi cām finalē ꝓp quā facta sunt circularia corpora multa: ⁊ nō sufficit reuolutio celi vnius cām illā assignantes dicimus ꝙ nō sunt facta multa nisi ꝓp ḡnationē: nō eni pōt ḡnatio impediri: generatio aūt nō est nisi existentibus primis ḡnabilibꝰ que sunt ignis ⁊ reliqua elīta: elītoꝝ autē existētia ex motu circulari. Nō eni fuit esse terre necessariū nisi q: oportuit motum circularē habere corpus nāle qđ esset centrum contra qđ reuolueī qđ esset qđdam fixum. Sic igitur habita terra necessario habebitur ignis: ⁊ habitis his oportuit haberi reliqua duo: habitis elītis cōsequitur generatio: ergo a ꝑmo habito circulari motu sequitur generatio. Sꝫ necesse est ꝙ diuersitas ḡnationis eēt aliq̄ cā: ergo necessariū fuit ꝙ esset perpetuus aliqs motꝰ diuersimode mouēs mām. Tria eni sunt in ḡnatione quoꝝ ꝑmum est cōtinuitas esse: ⁊ 2ᵐ diuersitas generationis ⁊ corruptionis: ⁊ iterum diuersitas generatoꝝ in figuris ⁊ speciebꝰ: ⁊ primi qdem causa est circulus vno modo motꝰ super mām ḡnabilium: ⁊ ille est circulus habens motū diurnum. Secūda autē causa est circulus aliqñ auferēs ⁊ aliquādo referēs generātia: ⁊ ille est circulus obliquus. Et tertij cā est diuersitas generantiū aliqñ distātiū: ⁊ aliquādo nō distantiū ſm diuersos situs eoꝝ in circulis suis: ⁊ illi sunt orbes stellarum fixarum ⁊ planetarū. Sic igitur in ḡnatione necessario opꝫ nos habere duos motus quorū vnus dextrū habeat in oriente mundi: ⁊ alter dextrū habeat in occidente mūdi: quibus motibus multa moueanī generantia ꝓpter diuersitatem figure ⁊ forme generatorum: ⁊ hoc est qđ in capitulo isto intendimus declarare.

Tex. cō. 18.

Tex. cō. 19.

Tex. cō. 20.

Tex. cō. 21.

Ex iste locꝰ diget maxia speculatione ꝙ ab alio generatio ⁊ corruptio hēat cōtinuitatē et ab alio entitatē ⁊ hī Arist. ⁊ seq̄ces ꝯcedūt totū. 2. ḋ ḡnone. t. cō. 56. cogita. 3.

Tractatus

¶ Tractatus Secundus Secūdi Libri de figuris ⁊ motibus celorum.

¶ Cap. pᵐ. Q: prima figura est corporis primi.

Tex. cō. 22.

Um autez nos in prehabitis libri superioris ostēdimus motuz celi esse circularē: ⁊ ex illo sequat ipm celuz esse figure circularis: volumus tamen hic ex intētione pncipali querere que figura sit apta celo: vt vera causa eius ⁊ ppria sciat: nō enim sufficit ad perfecte sciēdū aliqd cōcludere: qa est tñ cōseques ex quodā alio: sed opz inuestigare ipm per cām ppriā ēentialē. Dicamus igit celū eē figure circularis ⁊ rotūde: ⁊ dico iterz ꝙ figura est rotūda necessario: ⁊ diffinio ꝙ illa figura est cōueniēs ⁊ apta sube celi. Cōueniētissimū est eni vt figura pma sit corporis pmi: iō ꝙ sm nām oē illud qō est pus alijs sm subaz est pmū eisdē sm accidētia ppria que cōsequunt subam illā. Est aūt perpetuuz corpus pmū sm subam oib⁹ gñabilib⁹ ⁊ corruptibilib⁹: igit erit eisdē pus sm figurā qō est accñs ppriū ɔsequēs subaz: precipue cū celū qō est magis formale ꝙ māle figurā habeat stātē ⁊ non mutabilē: generabilia autē vt eīnta eo ꝙ magis sunt mālia ꝙ formalia figuras ⁊ formas habeant mobiles: ⁊ ita sunt magis elōgata rōne pme figure ꝙ perpetuum corp⁹. Volētes igit nūc iterū ex ppria intētiōe cōsiderare figuras celestiuz: opz nos iquirere que est pma figuraz ⁊ supficialiū ⁊ corporaliū. Habito eni que est pma superficialiū: habet ēt que est pma corporaliuz: qa sicut se hñt adinuicez superficiales ita se hñt adinuicē corporales. Dicam⁹ igitur ꝙ figura ois supficialis: aut est figura terminata lineis rectis que vocat figura equalis supficiei eo ꝙ partiū ei⁹ vna nō eminet sup alterā quā nos planā appellare ɔsueuimus: aut est supficies cōtēta linea rotūda que est supficies nō eqlis: hoc est nō plana eo ꝙ partiuz ei⁹ vna eminet ab altera. Nō est eni alia figura lz sit simplex: qa illa que cōtinet linea arcuali ⁊ recta cōposita est ex his que nullā hz rōnē pme figure. Sed oēs supficies eqles siue plana necessario plurib⁹ ꝙ duab⁹ lineis cōtinet: rotūda vo cōtinet linea vna. Si autez istud est sm hoc ⁊ est vnū in omni genere añ multa ⁊ pus eo ꝙ prioritate naturali ⁊ simplex ante cōpositū: tūc pculdubio circulus est añ oēs figuras supficiales ⁊ prior eis prioritate nāli.

Obiectio ɔ pdicta.

¶ Si aūt aliquis dicat ꝙ sicut se hz linea recta ad circularē: ita se hz figura rectaz linearz ad figurā circularem: ⁊ qa linea recta est añ circularē: ideo videt ēt figura linearuz rectaz ante esse figurā circularē: pcipue cū Euclides in geometria primū agat de triāgulo ꝙ de circulo: ⁊ corpora triangula vel quadrata determinent añ corpora sperica.

Solutio

¶ Dicēdū ꝙ nō est silis habitudo figure rectaz linearz ad figurā circularē que est linee recte ad circularē: quoniā linea recta vni⁹ est forme ⁊ linea circularis duaz est formaz: qa hz formā cōcaui ⁊ formam cōuexi sicut diximus in phicis: sed figura rectaz linearz est pluriū linearz ⁊ figura circularis non hz nisi vnam lineā se terminantē ⁊ cōcludentē. pter qō etiā Euclides diffinivit circulū añ triangulū: sed diuersitates ⁊ passiōes triāguli demōstrant añ diuersitates ⁊ passiōes circuli: qa diuersitates ⁊ passiōes circuli nō inueniunt nisi per passiōes triāguli ⁊ mensuras quadrati in circulo ptracto: ⁊ ideo adhuc relinquit circulus añ triāguluz eē sicut simplicior eo.

Obiectio ɔ solutionem.

¶ Sed forte adhuc obijciet aliqs ostēdens ꝙ simplicitas circuli ⁊ cōpositio trianguli nō sunt eiusdē generis: et ideo nō pōt probari per simplicitatem ⁊ cōpositionem vni⁹ vel alteri⁹: ꝙ circulus sit prior vel posterior triāgulo. Si eni resoluat triāgulus in superiores non resoluet in circulū vel circulos sed poti⁹ in triāgulos: ⁊ si resoluat in lineas resoluetur in lineas rectas ⁊ nō in circulares. Et sic videt ꝙ circulus non sit simplex superficies nec simplex linea vñ cōponitur triāgulus: sed est alteri⁹ generis qz nō venit in cōpositione triāguli oino: ⁊ ita videt ꝙ circulus nō est simplex pō triāguli: ꝙ quo ad hoc nō pōt pbari eē prior triāgulo.

Solō

¶ Sed ad hoc absqz dubio dicēduz est: ꝙ circulus nō est simplex ad triangulum nisi aliqs ex cōparatione ⁊ nō pprie loquat: sed ratio prioritatis circuli ad triāguluz est ex vno qō est perfectum in cōparatione ad vnum imperfectū in genere linearz circularium ad figuras: inquantum eni linea circularis est perfecta cui nihil potest addi per cōpositionem ipsa sola nata est perficere figuram: qa si sola non excluderet figurā: ergo aliqd addi possit: ⁊ hoc probatum est in primo tractatu libri superioris. Sed inquātuz linea recta imperfecta est recipiens additionē ipsa non sufficit sola concludere figuraz: ⁊ ideo nulla figura ex vna vel ex duabus rectis lineis cōcluditur: ⁊ quo ad hoc in rōne elemēti ad figurā cōcludendam prior est linea circularis ꝙ recta: ⁊ ante ipsum est sicut vnuz in esse ⁊ virtute potēs cōcludere figurā ante id qō multa est in esse ⁊ virtute quādo cōcludit figurā: ⁊ sic in genere elementi simplicis virtutis est circulus ⁊ cōpositione triangularis: hoc igitur mō circulus est ante triāgulū: ⁊ idē inferimus vlterius dicētes: ꝙ sicut se hz circulus in superficialibus figuris: ita se hz spera in corporalib⁹: ꝙ pma iter corporales figuras est spera: superi⁹ aūt habitū est ꝙ pmo corpori debet pma figura corporalis sm nām: ⁊ ꝙ pmū corp⁹ est celū: ꝙ celo debet figura sperica sm nām.

Tex. cō. 23.

¶ Amplius aūt cōpletum est vt in pmo tractatu poris libri eē diximus post qō nō relinquitur aliqd addēdū ⁊ extra qō nihil est suoz que ad itegritatem ⁊ perfectionē ei⁹ pertinent: talē autē perfectionem linea equalis que recta vocat non hz qa possibilis est ei additio remanente forma ⁊ diffinitiōe eiusdē speciei recta pmanet: sed linee circulari nihil oino addi pōt ita ꝙ remaneat rō et forma circuli: igit linea continēs circulum rotūda est stans vna in sua perfectiōe. Cum igit rotūdum sit cōpletum ⁊ in omni genere cōpletū sit ante diminutū: tūc pp istas duas rōnes anteriores quas idiximus circulus erit ante reliqs figuras superficiales: per eādez igitur rōnē orbiculatuz corp⁹ siue sphericū est ante corpora reliquarū figuraz: qa ipm solū cōtinet superficie vna: sicut circulus cōtinet linea vna: reliqa autē corpora linearz equaliū hoc est rectarū cōtinent superficieb⁹ multis sicut figure rectaz linearz cōtinent lineis multis. Diximus eni in phisicis: qa in proportiōe prioritatis ꝙ circulus est in multis figuris supficialib⁹: ita ē spera in multis corporibus rectaz superficialiū ⁊ angulorz.

Tex. cō. 24.

¶ Amplius autē hec demōstrant ēt ex snia eorum que resoluūt corpora ad superficies diuersas: quorum opinio non est vera: sed a nobis in sequentib⁹ improbāda: tñ in hoc verū dicunt qō dicūt corpora sperica ad superficies diuersas nō resolui. Sumamus ergo sniam eoz qui cōponunt corpora ex superficiebus ⁊ resoluunt ea ad ipsas: tūc videbimus ꝙ testificant id qō diximus. Ipsi eni solū corpus orbiculatū iter oia reliqua corpora nō resolui debēt ad supficies: ideo qz nō inueniunt superficies multe sm principia superficiez ⁊ formaz: sed tñ vna que est vnius principij que est linea vna ⁊ vnius forme qñ forme rotūde. In oibus aūt alijs corporib⁹ angularis figure inueniunt superficies multe sm pncipia vel forma vel vtroqz modo: quoniam triāgulū nō pōt resolui in superficies multas sm formā: qa oēs sūt triāgulares: sed resoluit in multas superficies quaz quelibet est a multis lineis principiata ⁊ terminata. Omne aūt aliud corp⁹ qdratū vel pentagonū: ⁊ sic deinceps resoluit in supficies plures ⁊ plures sz formā ⁊ plures sm pncipia: ergo quo ad istos ēt corp⁹ spericum simplicius est corpore triāgularis superficiei. Nō enim est eadē snia corpora resoluētiū ad superficies ⁊ eoz qui dicunt resolui corpora in corpora athomalia. Illi enim qui resoluunt corpora ad supficies nō resoluunt oia corpora: sz tñ illa que pluriū sūt supficiez sm formā ⁊ pncipia figuraz vel sm principia superficiez tñ sicut diximus. Qui autē dicunt corpora quadrata resolui ad athoma oia corpora tam sperica ꝙ alia talem dicūt habere resolutionem eo ꝙ ex talib⁹ athomis corpora componantur. Jam igit dicendum est tribus rōnib⁹ ꝙ figura corporis orbiculari est ante figurā reliquoz corpoz prior eis sm nām.

Tex. cō. 25.

¶ Amplius autē figura corporis sperici etiā in ordine ⁊ cōpositione sub termino diffinito quo cōponit ei⁹ esse est ante reliquas figuras corporuz: et hoc planū erit per silitudinem loquēdo lz nō ita sit sm esse ⁊ naturam. Sicut eni in nūero vnū est ante duo per ordinez numeri ⁊ per diffōnē: qa cuz vnū diffinit nō ponit in diffinitione eius nūerus. Cū aūt diffinit numerus ponit in diffōne eius vnū: qa numerus est multitudo aggregata per vnū: ⁊ sic vnū est simplex numerus cōpositus ex vno: ita per silitudinē quādā loquēdo orbis est linea vna que est pncipiū ⁊

terminus superficiei cõtinẽtis orbẽ: ⁊ triãgulus hoc mõ est linee due que sunt termini cõtinẽtes ⁊ principiantes superficiẽ cõtinẽtẽ triãgulare corpus: sȝ eniȝ nulla vna superficies duab⁹ lineis possit cõcludi siue ꝯtineri: tñ ois superficies plana ꝑncipiatꝰ ex duab⁹ lineis quaꝝ vna est ꝑmᵃ eius ⁊ altera finis. Si eni vna linea moueri intelligatur ſm pũctũ vnuȝ reliquo imobili existente ex motu illius necessario cãtur triangulus: ⁊ tũc tota expãsio superficiei erit iter duas lineas et tertia linea cãtur ex fluxu puncti linee: ⁊ sic intelligatꝰ ꝙ triãgulus est due linee: ſm cõpõnẽ enim ⁊ generatiõez triãguli ẽ hoc mõ due linee: quaꝝ vna est vñ fluit expãsio superficiei: ⁊ altera ad quã terminatꝰ. Si aũt intelligatꝰ linea moueri ſm vtrũqȝ punctũ: tũc necessario cõstituit quadratũ cui⁹ expãsio tota generatur ĩfra duas lineas: ⁊ due relique linee a fluxibus duoꝝ ei⁹ pũctoꝝ ꝑducũtur: ⁊ sic intelligitꝰ in scdo Euclidis: ꝙ omne quadratũ infra duas lineas itelligitꝰ cõtineri ⁊ ab vna linea principiari sicut ⁊ triãgulus: sed altera parte lõgius nec ab vna principiatꝰ nec infra duas lineas continetꝰ sȝ sub duab⁹ aliquãdo possit cõtineri: ⁊ huiusmodi cã pertinet ad geometriã. Satis autẽ de ipso dictũ est quãtum spectat ad hanc intẽtionẽ. Sicut igitꝰ vnũ est añ duo ꝑus eo ſm ordinem numeri in cõpositis: sic erit figura corporis orbicularis ante figuras corpoꝝ reliquoꝝ: sȝ nõ per oĩa sit simile: qa vnũ in numero intrãt in numeri cõpõnez ⁊ diffõnem: id aũt qđ est vnum in sperico nõ intrat compositionẽ angulosi nec diffõnẽ ei⁹: ⁊ ideo hec rõ est persuasio ad sĩlitudinez accepta ⁊ nõ adeo firma sicut pri⁹ inducte: sed potior iter rõnes inductas est secũda ⁊ post hãc ꝑma. ❡ Ex his igitꝰ sic ꝓbatis precedẽtes dicemus ꝙ si hoc ſm nãz corpori primo debetꝰ figura ꝑma ⁊ corpus primũ celũ qđ est in orizõte mot⁹ vlis ꝙ orizõtẽ accipiamus veꝝ ⁊ nãlẽ sicut eũ diffiniuimus: tũc ꝓculdubio opȝ ꝙ corpus celeste totuȝ cui⁹ est nãlis mot⁹ circularis ꝑme figure que est sperica ⁊ rotũda. Et voco corpus primũ qđ non loco tñ sed nã cõmuni ꝑmũ est: ⁊ hoc est totũ corpus quinte eẽntie qđ est cõtẽtũ ĩfra sperã suꝑmã ⁊ cõuexũ ignis. Si autẽ hoc necessario oportet concedi: tunc necessario sequtur ꝙ corpus qđ sit locatum in ipso sit etiam rotundũ: ⁊ hoc est ignis: quia cum locus ⁊ locatum sint eiusdem figure: opȝ ꝙ corpus locatum in concauo corporis rotundi sit conuexitatis rotunde necessario: eadem autem necessitate corp⁹ locatum in concauo ignis sicut aer qui est rotũdus: ⁊ similiter aqua que locatur in concauo aeris ⁊ terra eodem modo locatur in concauo aeris ⁊ aque sit: ergo corpus qđ est in medio est rotundum eo ꝙ omnia cõponentia medium corp⁹ siue mediate siue imediate continue sequentia vsqȝ ad corp⁹ celi qđ naturaliter rotũdũ est sunt rotunda necessario: sȝ est differentia iter hoc ꝙ corpus celeste essentialiter ⁊ per se rotundum est: ⁊ ideo hȝ motũ circularẽ sicut diximus in ꝑmo libro scientie huius. Corpora aũt elemẽtalia sunt rotũda ꝑ accidens: ⁊ hoc est iđ qꝛ locantꝰ in rotũdo ⁊ sunt recta per se: ⁊ iđ hñt motũ rectũ. ❡ Dubitabit autẽ forte aliqs ⁊ dicet ꝙ quidẽ necessariũ est ꝙ corp⁹ qđ per accñs rotundũ est eẽ rotunde conuexitatis eo ꝙ locatur in rotũdo cõcauo ei⁹ qđ ꝑ se est rotundum: sȝ nõ ꝑꝑ hoc necessariũ est ꝙ idẽ corp⁹ qđ per accidens habet rotũdũ cõuexum hȝ ẽt rotundum concauuȝ: ⁊ sic vlteri⁹ nõ seqtur ꝙ locatũ in ipso nõ hẽat rotundum cõuexuȝ: ⁊ ideo forte aliqs crederet nõ eẽ necessarium ꝙ aqua terra ⁊ aer sunt rotunde cõuexitatis ⁊ concauitatꝭ. ❡ Sed ad hoc dicẽdũ ꝙ absqȝ dubio ꝙ ignis rotunde conuexitatis est per accñs: qa. s. locatur in corpore qđ per se rotundũ hȝ cõcauuȝ: sȝ qa leue per oẽs ptes equalr mouetꝰ sursum ad concauuȝ orbis lune: ideo necesse est ꝙ per oẽs partes equalr recedat a medio: ⁊ ideo necessarium efficitꝰ ignis rotunde concauitatis: ⁊ per accidẽs efficitꝰ aer rotunde conuexitatis ⁊ motu suo ad ignem ⁊ equalem ascensum a loco aque ⁊ terre efficitur rotunde concauitatis: ⁊ in illo loco aq̃ rotunda accipit conuexitatem ⁊ per descensum equalez a loco ignis ⁊ aeris efficitur rotunde concauitatis: terra autem rotunda est in centro: tum qa locatur in aque cõcauo: tũ qa vndiqȝ equalr a circũferentia ad centrũ descendit. Si ergo res ita se habet ⁊ corpora elemẽtoꝝ que sunt sub orbib⁹ ⁊ orbus rotundis planetarum sunt rotunda sicut diximus: ⁊ ita in omnibus continue se habet ad motuȝ vsqȝ qđ mouetꝰ primo motu qui est diurnus: tunc totuȝ vniuersum similiter est rotunde figure eo ꝙ totum vniuersum non cõstat nisi ex istis. Omnia eniȝ simplicia corpora elementorum tãgũt continue orbes planetarum: ⁊ orbes planetarum tãgunt se inuicem vsqȝ ad speram stellarum fixaruȝ ⁊ sic continue vsqȝ ad orbem vltimum: ergo ab vltimo vsqȝ ad infimum descendẽdo omnia sunt rotunda corpora vniuersi ⁊ per se ⁊ per accidens: hoc est qđ volumus demonstrare.

Tex. cõ. 26. — Dubita⁹ pulchra ⁊ ẽ Cõmẽtatoris in c. 26. — Solo — Tex. cõ. 27.

❡ Cap. 2ᵐ. In quo ꝓbatur celum esse spericum per rationez illã qua ꝓbatuȝ est ꝙ extra celum nõ est locus aliquis.

Iterũ aũt demonstratꝰ ⁊ visu ⁊ rõne sperici motus per cõpõnẽ ad locuȝ in quo mouetꝰ. Cũ autem aliqđ mouetꝰ ⁊ cadit sub oculis in ꝑñcipiis: tũc est notũ ⁊ ostẽsũ ⁊ nõ indigens rõne. Videmus aũt oculis ꝙ figura vniuersi est rotũda ꝑ hoc ꝙ oĩa celestia videm⁹ moueri ab eodeȝ in idẽ sicut in motu reflexionis: hoc eni eẽ nõ põt ex alia cã: nisi qa celũ cõtinens totũ est spericũ. Ampli⁹ aũt in ꝑñcipiis in primo libro ostẽdimus per demõstratiuã rõnẽ ꝙ extra orbẽ vltimũ neqȝ est vacuũ neqȝ plenũ neqȝ vlr locus: hui⁹ aũt veritas saluari nõ põt nisi orbis supremus sit rotũdus: detur eiȝ orbem vltimuȝ esse cõtentum infra lineas rectas: tũc necessario figure angulose: tunc ꝓculdubio sequetur extra vacuũ ⁊ inane ⁊ corpus eẽ ⁊ locum. Nos eni diximus in q̃rto phẏsicoꝝ ꝙ locus est imobilis: sed mot⁹ est ad ipȝ ⁊ ab ipso: ⁊ tũc locus est ſm actum quando locat corpus ſm potentiaȝ aut quando nõ habet corp⁹: ⁊ tũc nõ est ſm actuȝ superficies corporis cõtinentis alicui⁹ corporis. His ergo ꝑsuppositis dicamus ꝙ figura rectaꝝ lineaꝝ angulosa quando mouetꝰ circulariter distãt anguli ei⁹ plus a centro ꝙ̃ latera: ⁊ si linee ꝓducantur ad centrũ vsqȝ ad angulos ⁊ ad latera erunt longiores: ⁊ ducuntur ad angulos tanto longiores quãto viciniores sunt anguli: cuȝ ergo circũducitur angulus habet locum remotiorem a centro a quo quãdo recedit non impletꝰ ab aliquo lateꝝ: ⁊ sic est de locis partium lateruȝ ꝙ nihil succedit inter ea quãdo recedit ps eminẽtior: ergo extra talez figuram necessario est ⁊ locus ⁊ vacuum ꝑꝑ successionem motus ⁊ corp⁹ ei⁹ est illa superficies que est locus ipse: mot⁹ eni talis figure nõ est in loco ſm partes omnes: sed in diuersis locis succedũt oẽs sibi partes: ⁊ tales figura tollitur a loco in quo ſm aliquas partes fuit ante: ⁊ postea non est in eisdẽ nec aliquis succedens partib⁹ illis ⁊ efficitur in loco in quo nihil aliquando fuit: ⁊ hoc totũ non est nisi per angulorum ⁊ lateꝝ diuersitatem: cuȝ ergo hoc sit impossibile nõ põt eẽ celum angulosuȝ: sed opȝ ꝙ sit rotũdũ: qa rotũdum nihil hoꝝ contingit. Silr autẽ est in reliquis figuris non rotundis siue spericis in quibus nõ sunt oẽs linee eq̃les in cẽtro ad circũferentiã ꝓducte: ⁊ intãtũ est hoc veꝝ ꝙ ẽt in figura lentis ⁊ ouali cõtingit hoc qđ dcm̃ est: sȝ eni in figura lẽtis nõ accidant dicta inconuenientia: si axis super quã mouetur ⁊ poli eius intelligantꝰ poni non incõpressa superficie: sed in circulari ⁊ stricta: ⁊ similr si in ouali poli sicut in acutis oui ⁊ axis transeat per lõgitudinem cui non accidit extra ipm esse locum vel vacuȝ vel plenũ: tamẽ mot⁹ oium celoꝝ nõ est vn⁹: sicut diximus supra. sȝ sũt duo in genere: quorum vnus est a dextro qđ est in oriente: ⁊ alter a dextro qđ est in occidente mũdi: nec possunt eẽ isti duo super eosdẽ polos: qꝛ tũc vterqȝ esset super circulos rectos ⁊ nõ aliquando afferret: ⁊ aliquãdo deferret stellas generantes ⁊ nãm generatoꝝ mouentes: sed vterqȝ affert ipsas vno mõ: ⁊ hoc non potest carere generatiõe sicut supra diximus: opȝ igitꝰ ꝙ non sint super eosdem polos: ⁊ quãdo hoc eẽ cõceditꝰ: tunc nõ põt figura celorum eẽ lenticularis: vel oualis. Si eni esset in celo exteriori figura lentis: oporteret ꝙ in interiori esset: ⁊ interius celum moueretꝰ super alios polos ꝙ̃ primum: ergo veniret lẽticule interioris polis ꝯ cõpressaȝ superficiem exterioris: ⁊ tunc aut non impleret ipsum nunq̃: aut oporteret ꝙ volui ꝑꝑ altitudinem exterioris nõ posset. Similr autẽ est de oualib⁹ figuris: quãdo acutũ oui interioris eẽt cõtra cõpressum exterioris: ⁊ hoc eẽ oporteret quãdo sup diuersos polos mouerentꝰ. Dicit tñ Themistius de duab⁹ dictis figuris ꝙ Aris. quando dicit in duabus figuris lentis. s. ⁊ oualis accidẽ vacuum esse extra celum indiget interpretatione in bonũ: ꝙ. s. intelligatur ſm intellectũ quo celum accipitꝰ de ratione sue figure esse volubile in omnez situm: ita ꝙ vbicũqȝ ponantur

poli ꝙ

post ꝙ ipsum in loco suo ⁊ non extra locum suū moueatur: ⁊ iste intellectus est satis bonus: q2 fm hoc in omnibus istis figuris ⁊ que sunt eis similes: si orbis talium figurarū dispositi intelligatur: accidit vt extra ipsum sit vacuitas ⁊ locus p modum quem diximus: quia in talibus reuolutio totius fm omnes partes ⁊ locus totius in talibus nō semper est super locum vnum eundem: sed super diuersa fm modum quem supra determinauimus. Celi autē motum oportet esse in loco eodem: q2 celum proculdubio non proprie est in loco sicut diximus in physicis: ⁊ si mouetur in loco non est hoc. ideo ꝙ extra ipsum sit aliquid: sed locus eius ad quem refertur motus eius est conuexum corporis essentialiter in ipso existentis.

Tex.c.28. Amplius autem ex his que in 4° physicorum determinata sunt constat ꝙ motus quo mensurantur ⁊ numerantur omnes motus est motus celi supremi ⁊ primi: quia sicut in 8° physicorum determinatum est ipse solus vere est continuus ⁊ vniformis ⁊ perpetuus: in scientia autem diuina determinatur ꝙ quelibet res mensuratur ⁊ numeratur sui generis minimo: si ergo hec ita se habent ⁊ constat ꝙ minimus motus est velocissimus motus: tunc proculdubio velocior omnium motuum est motus celi: hoc autem sic supposito vlterius procedentes:

Tex.c.29. dicimus ꝙ omnium figurarū que concludunt ad eundem punctum vel locum a quo incipiunt est figura circuli: si enim accipiantur due superficies equales quarum vna sit angulosa: ⁊ altera circularis: ⁊ vna superponatur alteri anguli angulose superficiei: nec super circūferentiam nec infra eam possunt contineri: si infra circūferentiam contineantur: cum latera interiaceant angulis: oportebit ⁊ latera infra circūferentiam contineri. Si autem ⁊ latera ⁊ anguli infra circūferentiam continentur necessario minor erit angulosa quā circularis concludens ⁊ datum erat ꝙ essent superficies equales. Si autem anguli sint supra circūferentiam: sicut chorde quedam arcuum circūferentie: ⁊ tunc iterū circūferentia erit maior: ⁊ datum erat ꝙ esset equalis: oportet ergo ꝙ anguli ⁊ latera extra circūferentiam contineantur: vel saltim anguli soli: signi linee multe a centro ad angulos educantur erunt terminate ad angulos longiores semidiametris circuli a centro ad circunferentiam terminatis: si ergo circunducuntur linee ille describunt maiorem circūferentiam quā sit: circulus enim figura dicitur angulosa: tunc equalis: ⁊ hoc quidem ex tertio geometrie Euclidis demonstratur: ergo minus erit spatium circuli per quod mouetur circulus quā sit spatium linee angularis in angulosa circunducta: ergo in equali motu circulus transibit spatium motus sui quā aliqua figura angulosa sibi equalis: ergo motus circuli minor est motu cuiuslibet figure angulose equalis circulo: si autem hoc est fm hoc cum spericum se habeat ad corpus sicut circulare ad superficiem: tunc proculdubio oportet ꝙ mobile cuius est motus primus qui est minimus omnium motuū corporū que sunt sibi equalis rotundum ⁊ spericum: ⁊ hec est demonstratio fortis valde: ⁊ si quis consideret in ipsa inueniret ꝙ celum nulla rōne potest esse angulosum vel nō spericum: ⁊ etiam ꝙ fm naturam non potest esse minus vel maius quā est modo: quia si posset esse minus: tunc posset habere motum angulose superficiei in eodem tempore quo mouetur: ⁊ sic posset esse angulosum: ⁊ si posset esse maius: tūc posset habere angulosam superficiem in motu eiusdem temporis: quod est etiā inconueniēs: q2 semp sequeref ꝙ motus eius nō esset minimus qui posset esse in tāto corpe. c. 3. in quo celū rotūdū est figura corporū inter ipsum existentium.

Cap. 3m. In quo celum rotundum est figura corporum inter ipsum existentium.

Tex.c.30. Ex his aūt corporibus que intra celum cōtinent potest aliquis ad hoc sufficientes demonstrationes inducere ꝙ celum est rotundum: licet oēs hee a posteriori probent id quod est prius ⁊ non nisi quia ⁊ non propter quid ostendant. Planum est enim aquam existere super terram ⁊ aerem super aquam: ⁊ ignem super aerē: ⁊ corpora celestia sunt super ista que nunc enumerauimus corpora: licet ista corpora superiora non sunt continua cū istis corporibus inferioribus neq3 permixta eis: sed tangāt ipsa tm̄. superficies aūt aque est rotunda: ⁊ huius quedam causa est: q2 terra est rotunda quā tangit vndiq3 per circūferentiā amphitrici aque occeani. Similiter autē aer est rotundus: q2 tangit aquam rotundam. Et ignis rotundus est: q2 tangit aerem rotundum: ⁊ celum rotundum naturaliter: quia aliter nō vndiq3 tangeret ignem: ⁊ sic vadit continue vsq3 ad vltimum celū: quia omnes celi necessario sunt rotundi. Sed dubitabit aliquis forte dicens: ꝙ si terra rotunda est propter motū grauitatis sue que equaliter recedit a circūferentia ad centrū: non sequitur ꝙ aqua sit rotunda per tactus eius ad terram nisi tm̄ in concauo eius. Et ex hoc non sequitur ꝙ conuexū eius sit rotundum. Eodem modo est de aere ⁊ igne: sed in prehabitis solutum est istud quia ex motu grauium ⁊ leuium probauit ipsa esse rotunda tam in concauo quā in conuexo sicut diximus superius: ⁊ hoc quod diximus de tactu eorū adinuicem est argumentatio ab effectu sumpta: quia non ideo sunt ista rotunda q2 tangunt se fm superficies rotundas: sed potius q2 sunt superficierū rotundarū ideo tangunt se fm rotundum: ⁊ hoc precipue patet in celo quod essentialiter rotundum est: ⁊ non habet rotunditatem ab eo ꝙ tangit rotunda corpora locata in ipso: tamen in rōne inducta ostendendo rotūda corpora mūdi: incipiemus ab aque rotūditate quā rotūdam extra probauimus eo ꝙ equaliter mouetur ad superficiem terre: cōuenit nobis ostendendum ꝙ aqua sit determinata ad terre superficiem: q2 sine hoc nostra ratio erit incōpleta.

Tex.c.31. Dicamus ergo hoc esse manifestum ⁊ planum cū nos cōfitebimur ea que sensui sunt manifesta: ꝙ. s. res ponderose mouentur ad locum inferiorē: ⁊ ꝙ grauissimum descendit in centro sicut terra: ⁊ quod est graue nō grauissimū vt aqua mouetur ad locū ppinquum centro ⁊ non ad centrum: ⁊ hoc est moueri ad superficiem terre locate in centro: locus enim inferior non infimus non est centrū sed propinquius centro. Describimus ergo centrum mundi quod idem est ꝙ centrum terre ⁊ sit. a. ⁊ describamus circūferentiam siue superficiem aque cuiuscūq3 figure fuerit ⁊ sit. b. e. c. protrahamus a centro. a. duas lineas: quarū vna sit. a. b. ⁊ altera. a. c. ⁊ protrahamus lineam. b. c. que sit basis trianguli. a. b. c. ⁊ ptrahamus a centro. a. perpendicularem vsq3 punctum. e. ita ꝙ. a. d. e. sit linea vna: sicut docet ars theorematum ⁊ est quartūdecimū primi Euclidis: ⁊ huius quidem figure descriptio est ista. Hac descriptione igitur facta dico lineam. a. d. que est perpendicularis super basim trianguli. a. b. c. esse breuiorem: ⁊ linea. a. b. ⁊ linea. a. c. quod sic probatur: q2 enim perpēdiculariter est stans super basim. b. c. est vtraq3 eius parte super lineam eandē angulus rectus: sicut dicit diffinitio perpendicularis in primo Euclidis posita: ergo angulus qui est in puncto. d. trianguli. a. b. d. est rectus: cum ergo triangulus rectilineus habeat tres equales duobus rectis: sicut docet theorema. 32m primi Euclidis: oportet ꝙ alij duo anguli quorū vnus est in puncto. b. ⁊ alter in puncto. a. sint equales vni recto: ergo vterq3 eorū per se sumptum minor est recto: ergo maior angulus trianguli. a. b. d. est angulus qui est ad punctum. d. si in omni triangulo maior angulo opponitur ⁊ subtenditur maioris longius latus: sicut docet theorema. 19m primi Euclidis: sicut latus. a. b. quod opponitur ⁊ subtendit angulo qui est in pūcto. d. ⁊ lōgius a latere. b. d. ⁊ latere. a. d. diuisim sumptus: igitur est longius latere. a. d. Similiter autē probatur ꝙ. a. c. longius est. a. d. in triangulo. a. d. c. ergo habetur propositum ꝙ. a. d. linea breuior sit. a. b. ⁊ quā sit. a. c. ergo locus qui est in puncto. d. vicinior est centro quā locus qui est in principio. b. ⁊. c. sed habitum est supra ꝙ graue non grauissimum finit ad locum inferiorem viciniorem centro ⁊ nō ad centrum ipsum: ergo aqua quādo est in punctis. a. c. fluit ad punctum. d. ⁊ non cessat fluere donec cessat linea. a. d. ad equalitatem linee. a. c. ⁊ linea. a. b. sit. a. e. equalis quando est producta versus circūferentiam vsq3 ad punctum. e. quando igitur peruenit ad punctum. e. stabit tunc in superficie sua ⁊ non fluit vlterius ad locū aliquem.

Tex.c.32. Cū ergo tres linee. a. b. ⁊. b. c. ⁊. a. e. sint protracte ab eodem puncto ⁊ sint equales: ⁊ linea continuans ipsas necessario erit circularis sicut expresse videtur ex. 9° theoremate tertij Euclidis. Cum ergo b. e. c. signet superficiē aque: aque superficies est circularis: ⁊ hoc est quod volumus demonstrare. Ex omnibus igitur dictis demonstratum est certissimū ꝙ totus mūdus est figure sperice: ⁊ opz ꝙ sit tam decēter factus ad similitudinē factoris sui ꝙ ipse sit in fine decoris: ita ꝙ amplior decor nec fm

nām nec ſm artē poterit cogitari. Decor autē iſte ſm plus ꝛ minus eſt in corporibus nālibus: qꝛ decori illi qui eſt in rotūditate corporis celeſtis: ꝛ lenitati eius ꝛ planitiei non pōt aſſimilari decor aliqs factus manu iſtrumētis artificialib⁹: ꝛ oē inſtrumētū armillaꝝ factū ab aſtronomis ad ſimilitudinem celi inueſtigandum eſt imperfectū ꝛ fallax ſm aliquid: ꝛ lꝫ in aliquo defectū ſenſus ſupponat rectitudo intellectus: ſit etiā ſic in lineis quas ſenſibiliter deſcribit geometer cū in aliquo fallit: lꝫ forte illud deprehendi non poſſit in paruo tēpore: ꝛ ideo in tēpore magno cuꝫ magna fallacia creuit: ꝛ ex paruis deprehendiť falſitas inſtrumētoꝝ. Similr autē in corporibus naturalibus que videnť apud nos ſiue ſint ſimplicia ſiue compoſita nō exprimitur decor corporis: qꝛ cuꝫ acta illa generabilia ſunt ꝛ corruptibilia non ſunt receptiua decoris celeſtis niſi inquantuꝫ participāt aliquod ſimile in celo: nunq̄ autē totam poſſibilitatem celi percipiūt: ꝛ ideo nunq̄ poſſunt perfecte accipere decorē figure eius ꝛ lenitatis ipſi⁹: ſicut autē eſt in ipſis celis inferioribus ꝛ ſuperioribus: ita ꝙ ſupremū in decore maximo habet figuram ſpericaꝫ ꝛ lenitatem ꝛ luna decore minimo in genere corpoꝝ celeſtiū: ꝛ ideo etiam in toto non illuminatur a ſole ꝑpterea ꝙ de terre natura dicitur eſſe.

Opio Cōmē t.c.32.

¶ Huius autē dicti occaſione quidam dicunt nullum eſſe circulum extrinſecum: qꝛ lꝫ ſit rotundum ꝛ eccentricum: opꝫ incentricum ꝛ eccentricum eſſe corpus vacuū replens ſicut nos oſtēdimus ſuperius: qꝛ ꝛ hoc nullius eſſet actionis niſi vt vacuum ſuppleret. Ideo dicimus hanc eſſe incōuenientem poſitionem mathematicoꝝ.

Opio ppria.

¶ Nos autē conuenientem reputamus: nec ideo dicitur eſſe ſine actione corpus qđ eſt de natura quinte eſſentie: qꝛ ſuppleat vacuum: qꝛ vt ſupra dixim⁹ corpus celeſte agit ex ſtella ꝛ circulo ꝛ ex eſſentia. De eccentricis autē quare neceſſariū eſt eos poni non ad hanc doctrinam pertinet: nec per hoc breuiter poſſit explicari: ꝛ ideo illud vſqꝫ ad aliquod tēpus differatur quādo domino dante de quantitatibus ꝛ motibus ſuperioꝝ in aſtronomia explicabitur: hic autem ſufficit ꝙ altitudo iſtius corporis non habet aliquid ſimile in genere corporuꝫ naturalium omnino ꝛ planū: qꝛ ſicut ſe habent ſpatiū altitudinis aque ad terram: qꝛ aqua multipliciter eſt ad terram: ꝛ ſic altitudo alioꝝ elementoꝝ ſe habet adinuicem: qꝛ ſemper eſt ſuperius eo qđ eſt formabilius multipliciter eſt ad inferius: ſicut ſimile ſpatiuꝫ celi multipliciter eſt ad ſpatiū ignis ꝛ ſuperioris celi ſpatium multiplex eſt ad ſpatiuꝫ inferioris. Cauſas autem horum corpoꝝ ꝛ ſpatioꝝ quantitatis aſtronomi eſt determinare: tanta ergo de figura celi ꝛ mundi a nobis dicta ſufficiant.

¶ Cap. 4m. De aſſignatione cauſe quare celuꝫ mouetur ab oriente in occidentē ꝛ non econuerſo.

Tex.c.33.

Deinceps autem noſtre intentionis eſt inquirere de motu celi qui proprius eſt ꝛ naturalis eſt celeſti corpori qđ primum nobilius eſt inter corpora: lꝫ enim habiuꝫ ſit ꝙ ſuus motus eſt motus circularis tamen multa accidunt huic motui: ꝛ ſunt eius diuerſitates multe de quibus oportet facere inquiſitionem ꝛ reddere cauſas: dicamus ergo ex prehabitis ꝙ omne corpus ſpericum equaliter ſe habet vt moueatur de duobus motibus altero quicunqꝫ ſit ille. ſ. ꝙ moueatur ab. a. in. b. ꝛ econuerſo de. b. in. a. ſuper eundem arcuꝫ: circulus enim ſic ſe habet ſolus in ſuperficialibus figuris ꝙ in quacūqꝫ parte poteſt incipere mot⁹ eius. Et ſimiliter eſt de ſpera in corporalibus figuris: oſtēdimus autem in prehabitis hos duos motus non cauſari ex cōtrarietate eius qđ mouetur ſicut eſt in motu deſcēſionis ꝛ aſcēſionis: ꝛ vt vniuerſalr dicatur in oībus motibus rectis: in omnibus enim iſtis diuerſitas motuū cauſatur ex contrarietate mobiliuꝫ: ſed in ſpera non ſic eſt: qꝛ quicūqꝫ arcus in ſpera accipiatur tunc equaliter ſe habebit ſpera vt habeat duos motus ſuper arcum illum quoꝝ vnus eſt ab vno puncto arcus in alium ꝛ econuerſo alter: ꝛ hoc ſe habet ſpera ex ipſa ſua rotunditate ꝛ non aliqua contrarietate vel diuerſitate que ſit in ipſa: ꝛ ideo difficilis eſt queſtio quā hic ſuſcipimus terminandā: qꝛ ſcilicet celū magis voluatur ab oriēte in occidens q̄ econuerſo: cum ipſum ſit rotundum: ꝛ figure ſperice nate equaliter ſic ſe habere ad vtrunqꝫ motuꝫ. Ad cuius queſtionis ſolutionem oportet ſupponere ea que dicta ſunt in 2° phyſicorum ꝙ ſi natura nihil operatur inane ꝛ precipue in rebus ſempiternis: ſicut ſepiſſime oſtenſum eſt. Similiter motus eius circularis eſt perpetuus: oportet enim ex omnibus iſtis abſqꝫ dubio ꝙ propter aliquam cauſam motus eius ex quibuſdam partibus eſt ad alios poſterius q̄ econuerſo: motus enim iſte aut ſic ſe habet quod ſibi eſt cauſa aliqua naturalis: aut ipſe eſt cauſa rerum in prima natura: aut ipſe eſt cauſatus ab aliqua cauſa rerum que ſunt in ipſo motu: ꝛ hoc tertium inducte diuiſionis mēbruꝫ eſt numeri: inquiſitio autem huius cauſe eſt difficillima: ꝛ ideo non debet aliquis nos reputare pręſumptuoſos: quia hic difficilia inquirimus: ſicut enim inquiſitio difficultatis eſt aliquando vituperata aliquando eſt laudabilis: intentio enim eſt ꝛ voluntas inquirendi cauſas rerum occultarum: quas vel impoſſibile vel difficillime eſt homini ſcire: aut eſt etiam intentio ꝛ voluntas inquirendi cauſas in omnibus rebus ſiue ſint proprie ſiue ſecunde reputari poteſt occaſioni rei ex paucitate rationis eius qui inquirit de talibus: qꝛ ſi rationem haberet ſciret vtiqꝫ quedam altiſſima non habere cauſam ſed cauſas eſſe aliorum: contingit autem hoc peccatum dupliciter: aut enim contingit ex debilitate rationis inquirente quia vincitur ignorantia: ꝛ ideo putant circulariter vnum per alterum non habens tātū conſiderationis vt diſtinguat inter demōſtrationem propter quid ꝛ demonſtrationem quia: cauſatur autem inquiſitio reruꝫ difficilium non primarum ſed habentiuꝫ cauſas ante ſe aliquādo laudabiliter ex multo deſiderio ſciendi: ꝛ vt multum inquiratur de ſcientia: ꝛ ꝙ ille ſciantur ſm veritatem per cauſam propriam: ſcilicet ꝛ eſſentialem rei. Nos enim non opꝫ contemnere ꝛ dimittere equaliter omnem cauſaꝫ ab aliquo aſſignatam: ſed conſiderandum diligenter in cauſis rerum ab aliquo aſſignatis: ꝛ qualiter perſuadet auditor cauſe illius. Si enim accipit ſignum dialecticum vel rhetoricuꝫ pro cauſa perſuadet perſuaſione humana ꝛ debili: quia non cōcludit ex neceſſitate propoſitum ſi affert cauſam eſſentialeꝫ veram: tunc perſuadet demonſtratione forti cui non contradicitur nec reſiſtitur ab aliquo: quando autem aliquis taleꝫ inuenit que eſt neceſſitas puto eo ꝙ eſt ſperica a ſignis ꝛ locibus rhetoricis eſt ſubtilis eo ꝙ eſt intelligibilis rei quiditas vel cauſa que eſt ſola ſine aliquo ſibi adiuncto ſufficiens ad propoſitum oſtendendaꝫ abſqꝫ dubio laude dignus eſt ꝛ remuneratione que quidem remuneratio proprie eſt honor debitus ſapienti propter virtutem intellectualē.

Tex.c.34.

Honor ē virtutis pmiū.

Redeamus autem nunc ad propoſitum dicendo cauſas manifeſtas quas in antecedentibus expoſuimus que cadunt ſub oculis intuentium celum: quomodo autem cuius cauſam aſſignare intendimus eſt quare celum ex quibuſdam ſuis partibus mouetur ad quaſdam potius q̄ econuerſo: cum tamen ſit ſpericum ꝛ quantum eſt de diſpoſitione figure ſue in omnem partem ꝛ ab omni parte ſua ſit volubile equaliter. ¶ Dicendum igitur ad hoc ꝙ natura quantum poteſt fieri in hoc circa qđ operatur ꝛ facit illud qđ facit nobilius modo quo ſibi eſt poſſibilis: ſi autem hec ita ſe habent: ſcimus autem ex diſpoſitione omnium animalium ꝙ ſuperius nobilius eſt q̄ inferius ꝛ ante nobilius q̄ ſit retro: ꝛ dextrum eſt multo nobilius q̄ ſiniſtrum ſm Pithagoram ſicut diximus ſuperius: tunc oportet ꝙ motus celi fiat meliori ꝛ nobiliori modo quo fieri poteſt: ꝙ autem celum habeat primum ꝛ vltimum nobilius eſt ꝛ vltius: ita ꝙ primuꝫ eſt principium motus in eo: ꝛ hoc eſt nobilius ꝛ vltimum eſt per quod regyrat motus eius in primuꝫ: ꝛ ꝙ hoc eſt quaſi vltimum in ipſo atteſtatur queſtio inducta que abſqꝫ dubio nulla eſſet niſi tales in celo eſſent diuerſitates: queſtioni autem facit locum id qđ videmus in ſenſu: videmus enim omne celum tam inferius q̄ ſuperius oriri ex quibuſdam partibus ꝛ locis: cauſa autem huius eſt queſtionis que eaꝫ ſoluit ꝛ exponit. Cum autem natura facit melius ꝛ nobilius preciſe in celo ꝛ in alijs nobilibus ꝛ perpetuis: tunc abſoluens queſtionem cauſa eſt: quoniam nobilius ꝛ melius eſt vt celum primum moueatur motu ſimplici ſempiterno cui non eſt abſciſio qui eſt circularis ꝛ vniformis ꝛ vt principetur iſte motus in ipſo a meliori loco eius vt meliori parte: pars autem ꝛ locus nobilior eſt in dextro oportet ergo vt ſit a dextro motus eius: neceſſarium autem eſt eſſe duplex dex-

trum vnum spere superioris ⁊ alterum spere inferioris sicut
nos patefecimus supra: ⁊ ideo celum necessario est moueri
ab oriente in occidens. Sic ergo manifestum est ex dictis ⁊
verificatum quare celum moueatur ab oriente in occiden-
tem: ⁊ non econuerso ab occidente suo moueatur in orientem
siue sit superius siue inferius.

¶ Cap. 5m. De qualitate motus celi ⁊ qualitate motus infe-
riorum orbium colligitur ex motibus multis: ⁊ in eo est di-
gressio tangens diuersitatem opinionum circa causam di-
uersitatis motuum sperarum inferiorum.

Tex. c. 35.

Adhuc autem etiam in hoc capitulo sequente
querimus de motu celi ostendendo ꝙ motus
primi celi est equalis in quo non est diuersitas
aliqua velocitatis vel tarditatis: hec aũt vni-
formitas cõuenit primo celo ⁊ motui primo: ce-
teris enim que sunt sub celo primo sunt motus
multi ex quibus omnibus congregatur motus vnus: ⁊ ille
ex hoc videtur esse diuersus: q2 ex diuersis motibus inequa
libus aggregatur: sed celi primi non est nisi vnus motus: ⁊
ideo est vniformis omnino ⁊ simplex. ¶ Lz enim in inferio

Digressio

ribus orbibus non sit demonstratum sm ꝙ sunt illi motus
multi: tamen scitur ex ipso motu multiplicem esse diuersita
tem in ipsis: qd quidaz chaldei duplici diuersitati attribue-
runt in quibusdam: ⁊ in quibusdam simplicem diuersitatez
esse dixerunt: duplicem autem diuersitatem dixerunt esse in
omnibus speris planetaruz preter ꝙ solis vna quidem de-
ferente eccentrico: cuius differentia accipitur ex motu cen-
tri circuli deferentis in circulo paruo in quo mouetur circa
centrum terre: propter qd contingit ꝙ stella rotata indiffe-
renter in temporibus inequalibus quadrat quantitates cir
culi signorum abscindit a terra: alter autem est ex epiciclo in
quo stella rotata circa centrum qd fertur ⁊ figitur in eccen-
trico sm tempora inequalia moratur in eodem signo circuli
signorum in diuersis temporibus: quia in aliquo signo ali-
quando inuenitur velox ⁊ in eadem inuenitur tarda ⁊ stãs
in aliquo tempore: ⁊ lz planeta equaliter feratur in epiciclo
sm se equaliter in deferente per se tamen motus eius in epi
ciclo inequalis est ad motum eius in circulo deferente qd
gratia exempli patet in motibus saturni de quo deprehen-
dit Ptolomeus obseruatione subtili ꝙ in quinquagintano-
uem annis solaribus ⁊ vna die ⁊ quarta vnius diei perficit
saturnus quinquagintaseptem rotationes in suo ⁊ in eodẽ
tempore perficit duas rotationes epicicio ⁊ vnum gradum
⁊ duas tertias vnius gradus que sunt quadraginta minu-
ta qui motus sunt valde inequales: ⁊ ex illis duabus diuer-
sitatibus colligit motus eius vnus sm quã perficit circuluz
signoꝝ ⁊ similes diuersitates sunt in alijs lz non sint vno mo
do in mercurio ⁊ in alijs quinque: sed in sole deprehende-
runt non esse epicicluz sed deferentẽ eccentricum tm: ⁊ ideo
vnam tm diuersitatem ei attribuunt qd est eccentrico circu
lo: lz enim sol vno modo moueatur in deferẽte tamen quia
deferens egreditur de centro circuli signorum ideo inequa
les partes eius respondẽt equalibus partibus circuli signo-
rum: propter qd contingit ꝙ sol in temporibus inequalibus
abscidit equales partes zodiaci: ecce hic est diuersitas quã
supponẽtes ⁊ non ꝓbantes positionem ex inferioribus orbi-
bus chaldei: nõ enim contradicit Ptolomeus ꝙ diuersita-
tes iste non possunt esse ex alijs causis ꝙ ex epiciclis ⁊ eccẽ-
tricis: sed dicit ꝙ est magis ꝯueniẽs visui vt sit ex illis. Egy-
ptij enim alias horum causas assignauerunt ex grauitate ⁊
leuitate astrorum sumentes causas harum diuersitatum: q2
videbatur eis ꝙ astra attracto humore occeani nutrirẽtur:
⁊ tunc essent grauiora ⁊ descenderent ⁊ digesto illo essent le-
uiora ⁊ ascenderent quoꝝ sermo fabulosus est ⁊ contemni-
bilis. ¶ Fuerunt autem quidam parum ante hec tempo-
ra naturales philosophi qui abhorruerũt eccentricos ⁊ epi-
ciclos eo ꝙ videbant ꝙ positis illis necesse est corpus pone-
re in medio eorum qd suppleat vacuũ sicut ⁊ nos supra ostẽ-
dimus: hoc autem corpus cum aliquando ascẽdat ⁊ aliquã
do descendat non videtur esse rotundarum superficierum:
ostensum autem est ꝙ totum corpus celeste esse rotundaruz
superficierum: ⁊ tunc videbitur sequi non esse aliquod cor-
pus qd suppleat vacuũ qd est inter eccentricos: simile iudi-
cabant hoc verum dicentes impossibile esse vacuum in na-

Opinio quorũdã chaldeoꝝ de diuersita te motuũ celestium.

Opinio egyptioꝝ.

Opio Alpetragij.

tura: ⁊ ideo simpliciter dicebãt omnino epiciclos ⁊ eccentri
cos non esse. Aliam etiam rationem ad hoc inducentes: q2
dicebant ꝙ omnis corporis naturalis est habere rotundas
superficies ⁊ moueri circa centrum: corporis autem qd est
vnius ⁊ eiusdem nature habere superficies rotundas vni-
us mensure ⁊ moueri circa centrum vnum ⁊ idem cum to-
tum corpus quintum sit vnius ⁊ eiusdem nature: vt dicunt
totum corpus illud erit eodem modo rotundarum superfi-
cierum ⁊ motuum circa centrum vnum ⁊ idem: ⁊ sic nullus
erit omnino eccentricus. Hi autem deficiunt in causa diuer
sitatis motuum orbium inferiorum eo ꝙ diuersitas duplex
in eis videtur per aspectum sicut diximus: dicunt ꝙ huius
diuersitatis causa est rotatio polorum inferiorum circulorũ
super diuersos polos superiorum: dicunt enim omnem stel-
lam inferiorem moueri ab oriente in occidentem sicut mo-
uetur spera prima in ordine sperarum: ⁊ omnes superiores
⁊ inferiores esse motas ab vnica virtute motoris primi: sed
hanc virtutem esse fortiorez in ea que vicinius coniungitur
debiliorem in spera que se habet longinquius ad ipsam: ⁊
ideo cum prima spera perficit suum circulum tunc spera in
ferior aliquantulum retardatur a perfectione tota circuli: ⁊
huius retardationis causa videtur ꝙ stella moueatur ab
occidente in orientem: qd autem aliquãdo est vltra equino-
ctiale in meridie ⁊ aliquando in equinoctiali ⁊ aliquando
in aquilone citra equinoctialem inde dicunt cõtingere ꝙ po
li sui mouentur in circulis paruis circa polos mundi hoc est
videntur moueri per huius retardationes qui circuli par-
ui eque distantes sunt ab equinoctiali circulo: ⁊ ideo dicunt
causari motum latitudinis quem astronomi ponunt esse in
sole ex hoc ꝙ in vtranqz partem declinant a circulo equino-
ctiali per. 24. gradus fere: motus autez latitudinis in alijs
planetis non dicitur esse ab astronomis in hoc ꝙ declinent
ab equinoctiali circulo: sed potius ex hoc ꝙ declinant a zo-
diaco ⁊ non mouentur directe sub ipso quemadmodum fa-
cit sol: ⁊ tunc dicunt isti causari ex hoc ꝙ circuli quos retar-
dando describunt poli eorum quos describit polus zodiaci
sed declinant ab ipsis: ⁊ quia poli illi mouẽtur omnibus mo
tibus superiorum circulorum ideo contingunt diuersitates
motuum due quas diximus: quia stella ex tardatione pro-
pria deberet vniformiter retardari in omnibus quartis cir
culi signorum: polus enim accipit aliquam retardationem
minorem ex circulo superiori fere cuius polus aliquando
mouetur: ⁊ ideo videtur aliquando posteriorari ⁊ aliquan-
do anteriorari in arcu maiori vel minori: ꝓpter qd apparet
diuersitas motus ⁊ super illam fundauit astrologiam suam
Alpetragius abuysac: ego autem videns qd neutrũ horum
demonstratum est sed suppositum pro radice ex ipso habea
tur imaginatio diuersitatis que est per aspectum magis cõ-
sentio dictis mathematicorum. Neutrum enim horum vel
affirmatur vel negatur ex dictis Aristo. ⁊ magis videt con-
sentire dictis mathematicoꝝ qui vocat inferiorum spera
rum motus ⁊ non retardationes: ⁊ qui expresse dicit plane-
tas moueri ab occidente in orientem: ⁊ similiter dicit in oc-
cidente mundi dextrum est motus planetarum ꝙ si motus
eorum non esset nisi retardationes non indigerent dextro
aliquo speciali qd esset distinctum a dextro celi primi. Ad ra
tiones autez Alpetragij abuysac dicimus: ꝙ sm proportio-
nes naturales ab Aristote. probatas ⁊ a nobis expositas ꝙ
vniformitas est in partibus celi per prius ⁊ posterius sicut
diximus supra: ⁊ dico ꝙ corpus primum ⁊ secundum ⁊ for-
te tertium est omnino vniforme in figura: sed primum vni-
forme est etiam in diaphanitate ⁊ simplicitate quã vniformi
tatem celum stellatum non retinuit lz in toto sit rotundaruz
superficierum: ⁊ circulatione vo non obliquabilium ⁊ ideo
sit concentricum primo corpori qd omnino est vniforme cuz
non est retinens vniformitatem diaphanitatis in omnibus
partibus propter qd quoddam eius est stellatum: ⁊ quod-
dam non: ⁊ quoddam coloratum lacteum: ⁊ quoddam non:
est stellarum alia rubens sanguinei coloris ⁊ alia pallens ⁊
alia vmbrosa quasi nubes sicut apparet ad visum: descen-
dentes autem spere minus habent vniformitatis sm con-
sequentiam nature ⁊ rationis ⁊ ideo cum hanc diuersitatez
non habeant sm stellatum esse ⁊ non stellatum eo ꝙ queli-
bet earum non habet nisi stellam vnam: oportet ꝙ habeant

Opio ꝓpria.

Solo ad rõnes Alpetragij.

causam ſm rotunditatem ſuperficierum perfectam τ imperfectam: τ ideo retinent in circulis perfectam rotunditatez: ſed in eo qđ interiacet circulis eſt quedam rotunditas ſed non perfecta eo ꝙ corpus eſt ſpiſſius τ minus ſpiſſum ſm ꝙ eſt maior vacuitas quam ſupplet τ minor: τ hoc eſt videre ad oculum in luna τ plurima inuenitur diuerſitas τ poſt hec plurima in mercurio τ in ſaturno τ ioue τ marte τ venere lȝ numerus diuerſitatum ſit equalis tamen eadem eſt maior τ minor: ſed ſpecialis cauſa eſt in ſole quare in illo eſt minor ꝓpter .ſ. ſui corporis nobilitatẽ ſicut infra dicemus. ℂ Ad aliud autẽ qđ inducunt ſatis ex antecedẽtibus pȝ ſolutio: qꝛ ſupra dictuȝ eſt ꝙ lȝ in cõmuni corpus quintum ſit vnius nature τ motus tamen in ſpeciali nõ poteſt eſſe cuius ſignũ eſt ꝙ ipſum diuiſum eſt in multos celos: τ ſcimus ꝙ natura diuidens ipſum in diuerſa nõ eſt niſi in diuerſa forma ſubſtãtiali: τ diuerſitas formaꝝ ſubſtãtialiũ ꝯſtituit ſpecies diuerſas: τ ideo que diuerſa ſunt ſpecie nõ eſt mirũ ſi circa diuerſa cẽtra mouenť dũmodo motus eoꝝ referãtur in cõmuni ad centrum vnum qđ eſt centruȝ vniuerſi τ hoc ſit in motibus omnium ſuperioꝝ: τ ideo qꝛ motus ipſoꝝ ſunt ꝓpter eſſe generationis τ corruptionis in inferioribus ſicut diximus ſuperius: τ eſſe generationis non fit ex vno motu nec ex multis motibus eodem modo mouentibus oportuit ipſa multos habere motus τ hoc fieri multis modis: τ ideo ſapientium ſentẽtia eſt multos in celo eſſe motus qui adhuc vſqȝ ad tempora noſtra non ſunt deprehenſi ab aliquo homine. Aduertẽdum etiã motus ſuperioꝝ eſſe non natura mouẽte ſed ab intellectu: τ ideo non ſufficit in inferioribus querere ea que ſunt nature corporalis tñ: quinimo putandũ eſt ꝙ ſicut ſunt motores diuerſoꝝ ordinũ ꝙ ita ſint motus eoꝝ diuerſi relati ad motuȝ vnũ: τ ita ſunt partes quibus mouenť diuerſe τ loca ad que referť motus eoꝝ diuerſa: loca autem iſta ſunt centra τ in omnibus his nihil omnino dictũ eſt cõtra naturã: ſic ergo intelligimus dictũ eſſe ꝙ orbis primi ſit motus vnus: τ ꝙ corpoꝝ inferioꝝ ſint motus multi qui ſimul collecti per aggregationem ꝯſtituunt motum vnuȝ qui indicat verũ locum in zodiaco vbi videť eſſe ſtella: mot⁹ autẽ iſti ab Ariſt. vocanť iaulab in arabico: qꝛ ſunt ad modũ circularis deſcendentes τ aſcẽdẽtes oblique: iaulab eniȝ vocať colũna circularis lignum per gyros quoſdã aſcendẽdo τ deſcẽdendo cõprimat torcularuȝ: τ hoc etiã modo vocat Alpetragius abuyſac. ℂ Redeamus igiť ad ꝓpoſitũ: dicentes ꝙ ſi celũ primũ qđ eſt ſupremũ moueť motu diuerſo nõ equali tunc accidit motui eius intẽſio τ remiſſio velocitatis τ tarditatis: omnis autẽ vehementia ſiue intẽſio velocitatis que creſcit in motu aliquãdo eſt terminus vltra quẽ creſcere nõ poteſt: hec igitur vehemẽtia aut eſt in principio motus aut in fine aut in medio: ſicut verbi gratia: violenti motus terminum ſue vehemẽtie habẽt principium motus. Motus autẽ locales naturales rectoꝝ corpoꝝ terminum haberẽt vehemẽtie in fine motus ꝓpter qđ infinita diſtãtia poſtrius ad quaȝ eſt motus nãlis localis recti corporis ſequitur motum fieri in nũc temporis: vt habitũ eſt in 8° phyſicoꝝ. Motus autẽ animalis vt nutrimenti τ alimẽti terminũ habẽt ſue vehemẽtie in medio: ſic etiã eſt de motibus localibus aialiuȝ: qꝛ in principio mẽbra ſunt mobilia ꝓpter vicinitatem ſeminalis humidi nondũ ad ſtatuȝ exiccati: in fine autẽ frigeſcũt ꝓpter frigus īductũ ex humido extraneo: ſed in medio ſũt in ſtatu τ tũc vehementiſſime poſſunt perficere motũ aialez τ localẽ. Nos autẽ vt ſepius in antecedentibus oſtendimus non inuenimus in motu circulari principiuȝ a quo incipiat ita ꝙ ante non fuerit neqȝ finẽ in quo termineť ſm tẽpus τ naturam neqȝ mediũ in quo ſit ſtatus vigoris motoris vel mobilis eius: ergo vehemẽtia maior in ipſo nec eſt in principio eius nec in fine eius nec in medio eius: nõ eniȝ habet initium motus celi in tempore nec in fine nec medium eius qđ in tota temporis duratione inuẽtus eſt eſſe diuerſus in vehemẽtia loci in tota longitudine temporis preteriti que aggregata eſt vſqȝ modo per obſeruationes ſubtiles phyſicoꝝ: reuertentes ergo breuiter colligamus ꝯſequentiam rationis iſtius dicentes ꝙ ſi motui celi non poteſt accidere aliqua vehementia maior velocitatis ſm eſſe temporis: tunc neceſſario ꝯſequeť motũ celi motum nõ eſſe diuerſuȝ: quia ois diuerſitas motus eſt propter vehementiam maiorem τ remiſſionem que vna vice maior eſt ꝙ̃ alia.

Tex.c.35.

ℂ Cap. 5m. In quo probatur per motorem primum τ mobile primuȝ ꝙ primus motus eſt vniformis: τ eſt in eo digreſſio declarans que ſit cauſa prima τ quid ſit cauſatũ primũ.

Tex.c.36.

HOc autẽ aliter poſſumus oſtendere: ſi enim omne qđ moueť ꝓcul dubio moueť a motore aliquo determinato: tũc opȝ ꝙ ois diuerſitas motus aut erit ꝓpter diuerſitatez eius qđ moueť: aut ꝓpter diuerſitatẽ eius qđ mouet: aut ꝓpter diuerſitatẽ vtriuſqȝ ſimul: dico autẽ diuerſitatem eius qđ mouet qñ ipſuȝ non mouet ſm vnũ modũ potentie ſemper: τ dico diuerſitatem eius qđ mouetur quando non ſigitur nec permanet ſm vnam τ eandem diſpoſitionem: τ dico ꝙ diuerſitas propter vtrunqȝ eſt quando neutrum eorum permanet: ſed vtrunqȝ mutatur: quando enim aliquid talium contingit: tunc non eſt inconueniens ſi illud qđ mouetur moueatur motu diuerſo ſm vehementiam qui non eſt vniformis: nihil autẽ horum poſſibile eſt accidere in celo: τ hoc lȝ ſatis habeatur ex principio octaui phyſicorum: tamen etiam habetur per ea que in hoc libro oſtẽſa ſunt. Oſtẽſum enim eſt in primo libro huius ſcientie τ ſatis explanatum ꝙ illud celum mouetur motu primo qui eſt diurnus ſimpliciſſimum eſt in genere corporum: τ non eſt factum nec generatum ex potentia aliqua nec cadit ſub corruptione neqȝ eſt mutabile per augmentum τ decrementum neqȝ alterabile per qualitates: τ ſi iſta omnia iam probata ſunt cõuenire mobili primo qđ eſt corpus: tunc multo magis cõueniunt motori primo: quia motor primus ſimplicior eſt ꝙ̃ corpus primum qđ mouetur ab ipſo: cauſa enim prima in genere mouentium naturalium eſt que mouet tñ primum in genere eorum que primo mouentur ſm naturam τ ſimpler ſimpliciter qđ mouet ſimpler in genere corporum τ ingenerabile τ incorruptibile omnino immutabile ſm formarum immutationem: ſi ergo hoc ita ſe habet corpus primum motũ habens neqȝ eſt mutatum nec alteratum omnino a qualitate in qualitatem: tũc procul dubio multo magis hoc qđ mouet ipſum qđ non eſt corpus nec virtus in corpore non eſt mutatum nec alteratum τ precipue cum ſit purus ſpecie qui eſt intellectus τ nec corpus neqȝ virtus in corpore: patet ergo impoſſibile eſſe ꝙ motus celi diuerſus ſit ex motore vel mobili τ non vniformis. ℂ Qđ autem nos diximus cauſaȝ primam mouere cauſatum primuȝ forte perturbat aliquos eo ꝙ motor omnis ſm naturam proportionati vigoris eſt in mouendo: τ habet conterminum virtutis in quantitate τ nobilitate ꝙ mouetur ab ipſo: cauſa autem prima non proportionatur alicui enti velut finitur virtus eius ad ens aliud. Adhuc autem omne qđ mouet ſicut ſupra diximus: eſt propter id ad quod mouet ad minus ſicut propter finem ſecundarium. Cauſa autem prima omnino eſt propter ſeipſam τ propter ipſam eſt quicquid eſt. Adhuc autez omne qđ mouet non eſt perfectum per ſeipſum largiri bonitates ſuas ſicut in ſequentibus oſtendemus: quia ſi eſſet perfectum per ſeipſum tunc ſuperfluus eſſet motus eius: cauſa autem prima diues eſt in ſeipſa τ in alijs diuitijs feſtiua ineſtimabilis τ potens largiri per ſeipſam: ergo ipſa non eſt motor proprius τ proportionatus mobili primo. Quod τ nos concedimus indubitanter aſſerentes deum benedictum τ glorioſum non eſſe proportionatum alicui mobili. Sed primuȝ dicitur quando dicitur aliquid ſimpliciter primum: τ dicitur aliquid in genere primum: ſimpliciter enim cauſa prima eſt eſſentia prima que eſt deus glorioſus mundi creator τ gubernator virtus omnino cuius improportionabilis eſt mundo in genere: τ cauſa prima eſt in cauſis naturalibus ſm virtutem ſuo moto proportionato: τ hec eſt intelligẽtia ſiue celeſtis animus ſiue mens celeſtis ſiue quocunqȝ alio nomine motor primi celi poteſt conuenienter nominari: τ ille etiam non variatur per diſpoſitiones τ alterationes intellectus quando formam intellectus in ſe habet que eſt ſcientia eius τ hic eſt cauſa motus eo modo quo ſuperius determinamus: hic enim intellectus formarum mouentium nihil extra ſe habet ſicut intellectus hominis variabilis: τ ideo vno modo mouet τ hoc ſatis expoſitum eſt in octauo phyſicorum: τ eſt obſeruandum ꝙ hic motor non alio motu mouet τ alio cauſat naturalia τ inferiora in

Digreſſio

Primũ cauſa dupľr dicitur.

Scȝ ĩ hac opĩõe doctoris ẽ ꝯſiderãduȝ an ſit de intẽtiõe Ariſt. deũ glorioſum nõ mouere orbẽ aliquem.

fuis formis distincta: sed eodem sicut artifex eodem actu quo mouet instrumentum inducit formam artis in materia artificiali: et ideo motus celi qui est motus intelligentie totum opus nature facit opus intelligentie: et ideo iz sit corporis motus cum virtus agit intellectiue in ipso sicut est in motu corporis animati: et hoc qualiter sit demonstrauimus in fine primi physicorum: vbi de appetitu materie tractauimus: ibi ergo propter prolixitatem euitandã in quodam requirat. ¶ Similiter aũt causatum primum dicit multipliciter: dicit enĩz causatũ primũ aliquãdo sm rõnẽ primã: aliquãdo aũt sm esse primũz: sm rõnẽ enim primã est id qd causat nõ psupposito quodã alio: et causatũ scdz est qꝙ vno solo psupposito causat: et tertiũ causatũ qꝙ duobus psuppositis inducit in esse: vnde sm istũ modũ ens est causatũ primũ: qꝛ intellectus entis nihil sibi ppõnit et quodlibet aliqd pter ens: aut scdm est aut tertiũ et sic deinceps. ¶ Causatũ primũ sm esse dicit esse adhuc dupliciter: aũ aut est primuz simpliciter: aut primũ in ordine causatorũ nãlium: et primũ quidẽ simpliciter causatũ sm esse est intelligentia que causat a lumine cause prime: primũ aũt in ordine nãlium est mobile primuz: qꝛ omnia nãlia cum motu ꝯtemplant. ¶ His aũt determinatis redeamus ad ppositũ rõnes inducentes ex qbus motus primi prebet vniformitas. Dicamus ergo qꝙ si motus celi primi non est equalis velocitatis semp: tũc aut totus mutat ita qꝙ est totus velocior: et aliquãdo totus tardior ppter totũ celũ mutatũ: aut mutant partes eiꝰ qd mouet sm hũc modũ qꝙ vna pars eius est aliquãdo velocior et alia pars eiꝰ tardior: ad sensum aũt probat qꝙ motus partiũ sunt vniformes: et hoc pz in mobili qd est spera stellata que lz nõ sit mobile primũ sicut infra ostendemus: tñ in motu partiũ est vniforme et si hoc est in ipso: tũc multo magis est hoc verũ in mobili primo: partes enim spere stellate sunt stelle: et hoc supponat modo qꝛ inferius rõnes ad hoc inducent: si aũt motus stellarũ siue sit cõmunis siue pprius esset diuersus: tunc stelle vnius imaginis illius nõ semp elongarent a se inuicem ita qꝙ intra lineationẽ imaginis illius nõ semp ꝯtingerent in tota temporis lõgitudine: quedã enim earũ mouent motu velociori et preuenirent alias que mouent motu tardiori: et ex hoc ꝯtingeret duplex lõgitudo adinuicem: qꝙ.s. stelle eiusdẽ imaginis recederent a se inuicẽ: et vna imago nõ semp esset in eadem ꝯtinuitate et lõgitudine ad aliam: qꝙ qꝛ factum est pz qꝙ oẽs obseruationes factas in pterito tẽpore opz etiam qꝙ impossibilis sic fieri in aliquo futuro tẽpore: et hoc sepe diximꝰ tã sm motũ cõmunẽ qꝫ sm motũ ppriũ: et vocamus cõmunẽ motum diurnũ quẽ quilibet orbis ifterior accipit a motu spere prime et supreme. Motus at pprius est quẽ hz spera stellarũ fixarũ super polos orbis signorũ ab occidẽte in oriẽtẽ: et sm quidẽ hunc motũ mouent stelle oblique motu qui dicit arabice lanlab: ita qꝙ meridiane accedũt ab equinoctiali: et ille que sunt iuxta equinoctialẽ effecte sunt aquilonares: sed tñ equalr precedant et succedũt oẽs et iste motus fit in oĩbus cẽtum annis gradu vno et vocat motus firmamẽti apud astronomos et obseruatio que iter omnes hic expressius docet est imago libre cuius lance stella media est obseruata esse per quãtitatem pollicis extra extremas ita qꝙ in linea eadẽ non iacet a tẽpore Nabuchodonosor regis vsqz ad hodiernum diem. Similr due stelle que sũt in cornu arietis et stella que est in genu psei: et alia stella que arabice dicit abnoch qd latine sonat hircus ab omnibus retroactis tẽporibꝰ obseruate sunt iacere in vna linea recta: et similr est in alijs stellis: et ideo ꝯstat qꝙ partes orbis primi qui simplicior est vniformiter qꝫ spera stellarũ fixarũ nõ potest esse motus diuersitas sm partes inequales siue inequalr motus. Nõ põt enim dici qꝙ hoc sit sm totum celum mutatũ a dispõne sua: et hoc esse nõ põt nisi vigor celi dissoluat aliquãdo et debilitat celũ: hoc at esse nõ põt qꝙ mollificatio et remissio in pprio actu ois rei si cut diximus est ppter debilitatẽ virtutis in re illa accidẽtẽ: omnis aũt debilitas pcipue simplicis corporis oino est ex cõ innãli accidente in ea et vincẽte eam: et hoc apparet in aialibus: in aialibus enĩ est sincopis que est cordis defectꝰ et ptisis et huiusmodi: et senectus etiã que magis videt esse in corpore sm nãm extra nãm cõpositionis aialium est eo qꝙ soluit cõpositio vel cõplexio: lz hoc sit ex gñantibus aialia ex ꝯtrarijs que cõponunt ipsum: aialia enim generant ex ꝯtrarijs: et ideo pugnant ad se inuicẽ in cõposito: et qꝛ illa ꝯtraria sunt diuersorũ locorũ appetunt separari et in locis esse: qꝛ nõ est aliquid simpliciũ cõponẽtiũ aialia directe in loco suo: et qꝛ corruptio sit nãlis ex cõponentibus aialibus innãlis ipsi cõposito sic qꝙ animal cito veterescat et finitur per mortem: hoc aũt multo magis innaturale est in simplici cuius nobilitas innaturalis est omnino cum non habeat in se ꝯtraria pugnantia que appetant separationẽ: redeamus igit destruẽdo causas debilitatis in celestibus dicentes: qꝙ si accidentia innãlia nõ accidũt super corpora prima que sunt simplicia semper equaliter mouentia et in locis suis nãlibus existentia: et non est ex eis aliquod qd habeat cõtrarium pugnans et corrumpens omnino: tunc non potest dici qꝙ cadat super ea debilitas omnino: tunc non potest imaginari etiaz causa quare in motu eorũ modo sit vehementia et modo remissio siue velocitas quandoqz et tarditas quandoqz: cuicũqz enĩz alii quando accidit vehemẽtia et velocitas preter naturaz: et illi etiam accidit remissio et tarditas preter nãm eo qꝙ cõtraria nata sunt fieri circa idem etiã nõ potest dici qꝙ hoc sit ppter diuersas dispositiones intellectus mouentis qd in 8° physicorũ ostẽdimus: qꝙ ergo intellectus motoris est in actu semper et in sua scientia nihil extra ipsum. ¶ Amplius impossibile est dici qꝙ celum vehementius moueat tempore infinito et remissius tempore infinito: sicut Anaxagoras posuit tẽpus intellectus agentis separantis infinitum et ꝯgregantis separata tempore infinito sicut alibi exposuimus: ad similitudinem enim illius dici non potest qꝙ celum tempore infinito mouetur tarde ppter motorem tempore infinito debilem existentem et tempore infinito tarde existentem: et hoc multiplici ratione non videmus aliquam rerũ accidentiũ ex nã accidere per tẽpus infinitũ: qꝛ tẽpus rei naturalis longius est tempore innaturalis rei: et ideo cum naturale non sit temporis infiniti: vel etiam si est temporis infiniti non potest esse innaturale temporis infiniti: in cõpositis enĩz et tẽporalibus naturale non est temporis infiniti: sed in perpetuis simplicibus naturale est temporis infiniti: et si innaturale aliquid esset in eis: oporteret qꝙ hoc esset sm minus tempus: ergo impossibile est omnino tam in simplicibus qꝫ in compositis qꝙ mouens aliquid sit debile per tempus infinitum: nec potest dici qꝙ motor celi sit sm dispositionem naturalez et extra dispositionem naturalem equaliter et simul sm tempus infinitum: non enim potest esse simul fortis et debilis tempore infinito equaliter: lz enim tempus infinitum non possit cõmensurari alicui nec finito nec infinito eo qꝙ non habet finez: tamen in hoc vnum infinitum est equale alio infinito: qꝛ non excedit ipsum neqz est maius ipso: et ideo si motor esset debilis et fortis in tempore infinito: oporteret qꝙ tam vehemẽtia motus qꝫ remissio ipsius esset sempiterna sm tempus totũ infinitum: et hoc est impossibile sicut iam diximus eo qꝙ res accidens extra naturam non est perpetua et equalis rei naturali: sed potius accidit sm tempus breue et est impossibile etiam vt mouens sempiterne in tempore infinito faciat motum vehementem et fortem: et cum hoc faciat motum remissum remissione et mollificatione sempiterna: quia si ita esset oporteret qꝙ in qualibet hora temporis inueniret motus indeterminatus et non infinitus sm aliquam vnam dispositionem: et hoc falsum est expresse cum iam sepius in antecedentibus probatum est: qꝙ omnis motus celi est de loco ad locum et est determinatus et finitus sm vniformitatem velocitatis et tarditatis: cuius causaz sepius diximus esse: qꝛ omnis motus naturalis determinatus non habet motorem et virtutis finite existentem sm vigorem mouẽdi qꝫuis infinitus sit sm tempus in quo mouet: sicut sunt motores orbium celestium: quia si essent virtutis infinite in vigore mouendi: tunc mouerent speras suas in nunc temporis et non in tempore et possent mouere speras maiores et pluriũ stellarum existentes qꝫ moueant omnia falsa sunt sm naturam: et ideo lz nulla diuersitas sit inter motores sperarum in tempore motus eorum tamen est diuersitas magna in eis sm vigorem mouendi: et qꝙ non sunt finiti sm tempus in mouendo ratio est: quia omnes equaliter separate sunt a materia cuius nec actus sunt nec dependentiam habent ad ipsaz sicut diximus sepe: omne enim qd in esse et in tempore finitur sm naturã materiale est: et sicut ha-

Primũ causatũ dupliciter.

Tex.c.37.

Tex.c.38.

Vide pro hoc Auer. in digressione presentis loci.

huit potentiam ad esse cum non esset: ita habet potentiam ad non esse quando est: ⁊ hoc satis est in priori loco hui⁹ sen

Tex.c.39.

tentie patefactum. ¶ Amplius autem sic omnis rei tempus minimum in quo suam complet operationem est determinatum: ita est ⁊ motu celi primi: neq̄ est possibile vt compleat motum sue terminationis in minori tempore determinatum est ei ſm vigorem mouentis ⁊ quantitatem mobilis: ⁊ hoc videre possumus in omni virtute cuius est opus aliqd ſm naturam: si enim accipiatur motor determinate in ambulando ⁊ spatium determinatum: ⁊ similiter si accipiatur cytharedus determinate virtutis ſm actum cytharizandi ⁊ cythara determinate quantitatis habet vterq̄ determinatum tempus minimum in quo potest explere suam operationem ita ꝙ non in minore. Cum igitur celum sit ppetuū ⁊ in perpetuis que nunq̄ exeunt in actum omne illud sit necessariū esse in eis qd possibile est esse in eis: eo ꝙ aliter nō essent perpetua: oportet ꝙ tempus aliquod sit minimum in quo ſm actum expletur motus circularis eius: ⁊ hoc est tempus. 24. horarum: sed si celum posset vehementius moueri q̄ moueatur: tunc posset esse tempus minus motus ſm q̄ determinatum est ei: ⁊ si posset tardius moueri tunc posset tempus esse magis q̄ determinatum est motui reuolutionis eius: hoc est autem impossibile ſm naturas: vt iam diximus ꝙ quando non potest dici ꝙ sit motui celi vehementia sempiterna vltra naturalem modum addita: tunc non potest etiam dici ꝙ sit ei remissio sempiterna circa naturalem motum ⁊ diminuta: ⁊ sicut in eo non est motus additus vltra vigorem nature ita non est in eo diminutus motus citra vigorem nature perpetue: ⁊ sicut dictum est de vehementia addita vel diminuta: ita est etiam intelligendum de re-

Tex.c.40.

missione addita vel diminuta. Impossibile enim est vt diximus superius addi vel diminui vltra vel citra determinatum sibi minimum tempus: ergo impossibile est dicere ꝙ tēpore infinito moueatur celum velocius ⁊ tempore infinito moueatur celum remissius qd deberet ſm naturam simul ⁊ semel moueri: si igitur vehementia ⁊ remissio accidunt celo: tunc oporteret ꝙ in ista extendantur motus eius ⁊ remittatur ꝙ hic duo per vices succedant sibi in ipso: q: scilicet celum quandoq̄ sit velocioris motus quādoq̄ tardioris ſm diuersa tempora: hoc autem omnino absurdum est ⁊ simile fabule eorum qui dicunt ꝙ celi motor vt homo mutatur ⁊ ꝙ celum variatur vt hec corruptibilia que omnia in hoc libro ⁊ in principio octaui physicoꝝ sunt improbata: si enī ita variaretur celum ⁊ motus eius non posset hoc occultari a nobis cum sub visu nostro cadat celum ⁊ motus eius diurnus contraria enim iuxta se posita magis illucescūt: ⁊ ideo tardus motus succedens in mente vehementi statim ad visum stellarum deprehenderetur: ⁊ citius cognosceretur sensu q̄ si per infinitum tempus celum diceretur esse tardum ⁊ per infinitum tempus diceretur esse velox. Iam ergo nunc manifestum est ⁊ certum per ea que nunc induximus de principijs antecedentibus ⁊ rationibus ꝙ celum primū est vnū ⁊ vnius forme ꝙ non est factum vel generatum de materia: ⁊ est sempiternum in toto tempore durans: ⁊ ꝙ motus primi celi est equalis in quo non est diuersitas omnino: ⁊ ꝙ diuersitas que apparet in motibus speraꝝ iferioꝝ est ppter hoc ꝙ motus eaꝝ colligitur ex motibus multis.

¶ Tractatus tertius secundi libri qui totus est de natura ⁊ figura ⁊ motibus stellarum.

¶ Cap. pm̄ Eiusdem tertij tractatus qd determinat de natura stellaruꝫ ⁊ ꝙ non sunt ignee: in quo est digressio de qualitate ex motu ⁊ lumine generatur calor.

Tex.c.41.

POstq̄ aūt perscrutati sumus de omnibus accidentibus corporis primi ſm suam totalitatem sibi conuenientibus: conueniens est nūc de partibus eiusdem facere inquisitionem: ⁊ quia pars nobilior est stella per quā cognoscimus totam qd scimus de corpore primo: eo ꝙ solus stelle motus: ⁊ sicut ipsa sub visu cadunt: ⁊ reliquum orbis non stellatum non est comprehensum nisi per rationem: ideo primo loquē-dum videtur de stellis: eo ꝙ tractatus de stellis erit nobis via quedam ad cognoscendum particulares orbes in quibus sunt stelle: queramus autē tria de stellis: de natura stellaꝝ: de cuius natura corporis sint: ⁊ de signis eaꝝ: ⁊ de motibus ipsaꝝ: de his faciemus tractatum vnum specialem: inquirendū autem de natura stellaꝝ necessarium est primum accipere ⁊ presupponere ea que determinata sunt: ⁊ hoc est vnum illoꝝ vt confessum esse ponamus omnem stellā esse de natura eiusdem corporis in quo loco sint ⁊ in toto mouētur. Diximus enim in prehabitis necessario esse corpus quinte essentie quoddam distinctum in natura. i. a quatuor corporibus simplicibus que sunt elementa: cuius naturalis motus est motus circularis: ⁊ cum in simplici corpore idem sit motus totius ⁊ partis: oportet ꝙ stella que est pars quinti corporis sit etiam de natura quinti corporis ⁊ nō de natura alicuius elementi. Qd enī corpus sit de natura eius in quo est sicut in toto ⁊ in loco concorditer dicunt nobiscum antiqui: qui tamen non habent quare celum igneum esset: nisi quia videbatur eis stellas esse igneas propter lumen ⁊ calorem que deprehenderunt in ipsas ⁊ cum eadē sit natura totius ⁊ partis dixerunt totum celum esse igneum: ⁊ tunc conuerterunt hanc propositionem ⁊ dixerunt omnem partē simplicis corporis esse eiusdem nature cum toto in quo est pars illa sita ⁊ fixa: in hoc igitur concordantes cum eis dicimus stellas esse de natura quinti corporis: q: site ⁊ fixe in corpore qd quinte nature superius esse pbauimus: petimus hic enim supponi stellas esse partes huius corporis donec inferius hoc probe-

Tex.c.42.

mus in capitulo vbi de motibus ipsaꝝ stellaꝝ inquisitionē particularem faciemus: caliditas enim ⁊ lumen deprehensa in stellis non sunt cause quare debēt dici ignee: q: caliditas nō semper peruenit ex hoc qd essentialiter est calidū cū aliquando perueniat ex motu ⁊ aliquando ex reflexione radiorū ad locum vnum: sicut apparet in speculis comburētibus in libro queꝫ Euclides de talibus speculis in sua pspectiua ascripsit. Cum tamen motus ⁊ radij ⁊ lumen non essentialr̄ sint calidi ꝓpter hoc antiqui fallaci ⁊ non conuertibili crediderunt signo. Nec fuit signum sufficienter inducens ad hoc dicendū ꝙ stelle essent ignee que sunt luminose: q: multis corporibus non igneis lucere accidit: sicut apparet in quercu putrefacta ⁊ igni accidit nō lucē sicut simplicior ⁊ purior est: sicut est in regione iuxta ethiopiā: vt dicit Alexander de hoc alibi sumus perscrutati: fallaci ergo signo credētes decepti sunt stellas igneas esse asserētes. ¶ Sed obijcit aliquis forte dicens ſm Platonē: omne qd generatur a sibi simili specie vel genere generari. Motus aūt ⁊ lumen non sunt similia genere vel specie calori: ⁊ ideo non deberi generari calorem ex motu vel lumine: sed potius calorem debere generari a corpore essentialiter calido: ⁊ cum ex stellis calor producatur natura stelle essent nāliter calide: cum autem calidum corpus essentialr̄ nō sit nisi ignis videbunt̄ stelle esse ignee. ¶ Forte aūt eodē mō dicet̄ de lumine eo ꝙ vbi ignis ſm suam pfectionē est ibi lucet vt dicit Plato: ⁊ ideo etiā p fumū etiā stelle ignee videbunt̄ q̄ si quedā corpora luceāt nō ignea nō tm̄ lucēt sine igne: ⁊ ideo id qd micat in eis est ignis vt videt̄. ¶ Sed dicēdū ad hoc videt̄ ꝙ cū dicit̄ id qd gnāt a simili sibi ſm spēm vel genus gnātur: hoc est dicēdū de gnōne substātiaꝝ ⁊ nō accidētiū: q: quedā substātiaꝝ habēt generās vniuocū: sicut cū homo ex homine gnāt̄: ⁊ tūc gnātio fit a sibi simili ſm spēm: quedā aūt habēt gnās equiuoca sicut cū virtute stellaꝝ ex putrefactis pducant̄ aialia: ⁊ illa habēt cōuenientes in genere ex quo generat̄: ita ꝙ genus dicit subiectū ppriū ⁊ primū in gnātione: hec enim est semp cōueniēs gnātio ⁊ ipsius ⁊ gnātio virtus formatiua esse in ipso. Cum aūt accidētia generant̄ quoꝝ nō est per se ⁊ pprie gnātio nō opꝫ ista saluari: q: videmus nigredinē aliqn̄ gnāri a calido aliquādo a frigido: cū igit̄ calor sit accns sicut lumē: nō opꝫ hic a sibi similibus specie vel genere pduci: si tn̄ vellemus possemus dicere ꝙ cū dicit̄ ꝙ cū generat̄ omne pducit̄ ex cōueniente sibi ſm spēm vel genus. Intelligit̄ ibi genus id qd est gnāle ſm idē subiectū: ⁊ ſm hoc accidētia ⁊ pprietates semp se concomitātes in eodē subiecto: vel frequēter sunt cōsiles ⁊ habētia genus vnuꝫ: ⁊ sic possemus dicere ꝙ motus est de gnē ignis: q: cū motus ⁊ ignis sint in codeꝫ subiecto susceptibili vtriusq̄ tūc motus confortat vel inducit calorē: q: videmus ꝙ

Digressio q̄rit quo calor a motu ⁊ lumine pducat. vide auerroim in simili mā hic. c. 42. Et in 2° cap. de sba orbis

Quo intelligitur ppō famosa dicens omne qd gnat a sibi simili generari.

in igne moto quasi renigoratur calor: ⁊ in igne quiescente extinguitur: sed tamen motus non habet vbiq; inducere calorem: sed potius in corpore qd dissoluit motus per confricationem partis ad partem: propter hoc enim ꝙ dissoluit partes eius rarefacit eas ⁊ disponit ad ignem ⁊ calorem: ⁊ cum dissoluuntur vltra q̃ debitum sit forme aeris: vel aque vel terre: tunc dispositio fit necessitas ⁊ inducit igneitatem: quando autem motus est in subiecto qd dissolui non potest p motum: tunc non inducit calorem neq; igneitatem: ⁊ tale corpus est celi: sicut probatum est in libro superiori: ⁊ si queratur quis est ille motus qui sic dissoluit inducendo calorem facile est respondere: quoniam non est nisi motus localis: eo ꝙ ille solus est dissolutiuus eius qd mouetur si hoc dicatur motui: tunc dabitur maxime motui qui est quasi vita quedam existentibus omnibus: ⁊ ille est motus celi: sicut probatum est in 8° physicorum: ⁊ propter hoc etiam viuificatiua qualitas est calor: ⁊ mortificatiua qualitas est frigus: quia frigiditas abscindit ⁊ sistit motum in eis que sunt frigida. De lumine autem qd probat in 2° de anima: formam ⁊ non corpus esse secus est: quia absq; dubio ignis in sua maxima perfectione existens non lucet: ⁊ ideo lumen non est de perfectione eius qd est essentialiter calidum nisi nos dicamus lucem dici dupliciter ad illud qd habet actum lucis: ⁊ ad illud qd habet naturam lucentis: licet per accidens non luceat. Natura enim lucentis habet esse diaphanum perspicuum ⁊ purum. Sed aliquando non lucet propter nimiam raritatem non disgregantem partes eius: ꝙ ita visus non potest figi super ipsas: ⁊ sic forte intelligit Aristo. in capitulo vbi dicit ꝙ tres sunt spes ignis: scilicet carbo: ⁊ flamma: ⁊ lux: vel forte loquebatur in corporiter de igne prout est materia aliena: ⁊ vocauit species eius differentias materiales ipsius: quia ignis in terrestri combusto carbo est: in vapore autem qui quasi medius est terrestre: ⁊ aqueus: ⁊ aereum flamma: ⁊ in aere lux esse videtur: ⁊ quocunq; modo dicatur patet satis ꝙ lux non est proprietas ignis: sed potius communis forma celestium quorundam: ⁊ quorundam terrestrium que forma accidit materie ante q̃ adueniat ei qualitas elementaris: ⁊ ideo non est conueniens propter hoc stellas dicere igneas que lucent sm actum.

Nota modum quo motus inducit calorem.

6° phy. t. cō. primi.

Ignis in sua maxima perfectione existens nō lucet. vt scribitur cō. 31. quarto de celo.

Cap. 2m. De causis caloris in regione aeris que dicitur estus.

Tex. c. 42.

Caliditas autem specialiter que est in regione illa aeris: que dicitur estus in qua apparet assub: ⁊ cometes absq; dubio peruenit ex stellis ⁊ lumine: ⁊ motu: sicut enim iam diximus caliditas peruenit ex fricatione ⁊ motu: ⁊ percussione aeris: de aptitudine enim motus est ꝙ etiam corpora spissa: ⁊ per naturam frigida calefacit: ⁊ vt ferrum ⁊ lapides: ⁊ si ita se habet motus ad hec corpora vt dictū est: tūc multo magis ignict ea que sunt minus spissa: ⁊ sibi magis propinqua: sicut est superior pars aeris que coniungitur igni: ⁊ ideo cum motus superiorum corporum maximorum tangit materiam elementarem in hoc ꝙ vicinissimum sibi est inducit formam ignis: ⁊ in eo qd post illud est inducit estum magnum relinquendo ipsum in forma aeris signum veritatis eius ꝙ motus ignit corpora grossa ⁊ spissa est qd videmus in hastula plumbata proiecta ex arcu sagittarij fortiter proijcientis: in illa enim calefit plumbum: ita ꝙ liquescit ⁊ distillat de hastula. Redeamus igitur adaptantes hoc ad propositum dicentes ꝙ prime stelle propter fortissimum motum suum exacuuntur: ⁊ ideo igniri dicuntur pro eo ꝙ igniunt materiam quam fortiter mouent: ⁊ ideo ex motu corum ignitur aer qui vicinior est in circuitu per conuersum aeris qd est vicinius circa stellas. Iste autem stelle per effectum dicuntur igniri non ob aliud: nisi quia ipse incedunt per motum suum in aere non quidem ita ꝙ aer sit locus earū. Sed ita ꝙ motus earum effectum suum extendit ad aerē: ⁊ ideo motus earum per effectum est in aere: ⁊ aer ille quādo mouetur ab eis propter motum ⁊ lumen earum fit ignis: ⁊ ideo etiam stelle iste igniuntur: hoc est igniri dicuntur ab aere nō quidem succenduntur: sed ideo quia communicāt aeri igniri proprietates equiuoce: quia habent eas vt agentes: ⁊ aer habet eas vt patientes: ⁊ hoc modo calefiunt: sicut dicitur mars calefieri: vel alia stella calida: ⁊ ille modus fuit antiquorum qui propter istas stellas igniri per effectum dicebāt.

Secundum veritatem autem dicuntur stelle ea que similitudinem habent stellarum: sicut assub ⁊ cometes: ⁊ ignis perpendicularis ⁊ huiusmodi: ⁊ illa dicuntur exacui propter multum calorem superioris aeris: cuius regio vocatur estus: ⁊ est aer ignitus qui est locus existens in circuitu stellarum taliū que non in virtute sunt stelle: sed stelle dicuntur propter similitudinem quā habent ad stellas. Causa autem quare stelle tales igniuntur est: quia mouentur in aere illo ignito: qui ex vicinitate mot° stellarum: ⁊ vicinitate luminis fit estus ignis: ⁊ ideo omnes tales vapores qui dicuntur stelle igniuntur ab eo ⁊ fiunt ignis: stelle autem que in orbe superiori qui non sunt eiusdem materie cum quatuor elementis circumuoluuntur in orbe suo: ⁊ ideo non ignitur: quia non est orbis susceptiuus impressionis actiuarum ⁊ passiuarum: stelle autem predicte que sunt sicut assub ⁊ similia: ⁊ non igniuntur nisi ideo quia aer est sub orbe propinquiore rotundo qui est orbis lune non quidem immediate: sed per mediū ignium ad quē tamen pertingit effectus motus stellarum: ⁊ ideo cum orbis incidit per reuolutionem fortissimam in circuitu calefit aer ille: ⁊ nō ignitur. Contra hoc tamen obijcit Alexan. peripatheticus dicens: ꝙ omne qd agit tangit: vt dicit Aristo. in libro. 16° animalium. Sed qd immutat per calorē: vel motum agit: ergo tangit: omne autem qd tangit vltimum suum habet simul cum vltimo tacti: ergo si stelle agunt in aere habent vltima sua cū vltimo aeris tacti: qd est falsum: quia inter stellas ⁊ aerem est medius ignis: ⁊ similiter inter stellas ⁊ aeris partem superiorē que estus vocatur. Amplius si motus facit calorem cum orbis in omnibus partibus suis equaliter moueri videtur: ꝙ orbis in omnib° partibus suis equaliter deberet calefacere. Calefactio ergo aeris estuosi ita attribuitur partibus alijs sicut stellis: quare igitur dicitur ꝙ stelle calefaciant aerē. Sed ad hec ipsa obiecta respondet Alexan. dicens: ꝙ non semper est verum ꝙ omne qd agit tangit: ita ꝙ vltimum eius sit cum vltimo eius qd agit sine qd patitur ab ipso: ⁊ dat instantiam de pisce qui vocatur stupefactor: qui quando ille est in rete ⁊ tangit manum piscatoris: nec ipse est stupidus: ⁊ tamen stupefacit manum piscatoris. Hec solutio q̃ non placet Themistio: nec etiā Auerroi dicentibus ꝙ piscis stupefactor agit in rete quidē in stupefactionem sensus: quia rete non habet sensum: sed agit in rete actionem passionis alicuius: que stupefacit manum piscatoris: ⁊ rete stupefaceret si rete sensum haberet: stelle autē nihil talium agunt in partes orbis que sub ipsis neq; etiam motus stellarum: ⁊ ideo non potest mediante orbe talis impressio pertingere ad ignem ⁊ ad aeris partem superiorem: ⁊ dicunt igitur duo prenotati philosophi ꝙ vna ⁊ eadē actione aliter agit spissum: ⁊ aliter non spissum: ⁊ aliter agunt in id qd est susceptibile contrarietatis: ⁊ aliter in id qd non suscepit contrarietatem qualitatum actiuarum ⁊ passiuarum: rarum enim motu suo minus dissoluit q̃ spissum: ⁊ ideo minus calefacit q̃ spissum: ⁊ cum vtrunq; illorum dissoluat nō tamen dissoluit nisi id qd rarefieri potest: ⁊ ideo neutrū horum dissoluit partes orbis neq; calefacit sicut diximus superius: dicunt ergo ꝙ totius orbis est actio illa que est dissoluere ⁊ calefacere per motum. Sed tamen quia stelle sunt spissiores partes orbis. Ideo hec actio magis attribuitur orbi sm stellas q̃ sm aliquas partes non stellatas: ⁊ non oportet ꝙ immediate semper tangat. Sed sufficit ꝙ per medium tangat licet actio eius fortius imprimat in id qd coniungitur ei sine medio: q̃ in id qd coniungitur ei cum medio vel per medium: dum tamen illa equaliter sint susceptibilia talis impressionis: ⁊ sm hoc dicūt isti philosophi ꝙ aer qui est sub stellis calefit magis q̃ sub alijs locis orbis non stellatis ⁊ precipue aer qui supponitur soli: eo ꝙ sol maior ⁊ spissior est omnibus alijs ⁊ stellis: ⁊ huius signum est ꝙ aer tanto calidior inuenitur: quanto magis directe est sub sole sicut aer illorum super quorum zenith capitum mouetur sol: ⁊ quanto magis elongatur aer per obliquitatem a via solis ad aquilonem ⁊ meridiem tanto inuenitur frigidior: ⁊ cōtingit hoc vt dictum est propter motum solis: ⁊ non ideo ꝙ sol sit igneus: ⁊ similiter est in alijs stellis. Nos autem Alexandri solutionem sm quid approbamus: quia absq; dubio stelle habent proprietates elementorum: vt dicemus inferius: non sicut disposite per ipsas: sed sicut facientes eas

Obiectio alexandri quā ē Auer. cō. 42. adducit.

Solo eiusdē.

Impugnatio

Solo Auer. ⁊ themisti.

Solo alberti pro alexādro quā ē Com. in 2° cap. de suba orbis vr sustinere. Z,

in materia que susceptibilis est contrarietatis: ⁊ ideo non sequitur: ꝙ si aliquid agit ſm aliquam actionem ⁊ disponatur ſm illam eandem vel ꝙ tangit physico tactu ſm eandem qualitatē: quā imprimit in illud qđ est patiēs ab ipso. Stelle enim imprimūt calidū ⁊ frigidū: ⁊ humidū ⁊ siccū: ⁊ tamē ſm nām illoꝝ disponunt: ⁊ si hoc esset tm̄ ex motu stellaꝝ: ⁊ ex spissitudine: tunc semper imprimerent calorē igneum: ⁊ hoc non faciunt: sicut experimur ſm visum: ⁊ ideo opꝫ nos hic facere digressionem: ⁊ loqui de natura stellarū ſm dicta aliorum philosophorum.

¶ Cap. 3m. Et est digressio declarans quomodo causatur calor a quibusdam stellis.

Inquiremus igitur tria de stellis: quorum primum est de causa caloris venientis a stellis oībus: vel quibusdā. Scḋm aūt vtrū stelle cōueniant in genere: vel in specie inter se: ⁊ cū alijs partibus orbis. Tertium vō de stellaꝝ diuersis effectibus. ¶ Dicimus autem de primō ꝙ est de causa caloris venientis a stellis omnibus vel quibusdam ꝙ nos inueniemus stellas in operatione ista variari: qꝛ iam compertum est in obseruationibus philosophorum ꝙ quedam operantur frigus: ⁊ quedam calorem: ⁊ cum oēs simul moueantur. Si esset calor ex motu tm̄ omnes operarentur calorem: ⁊ ideo calor non videtur causari ex motu stellarum tm̄. Similiter autem ꝯstat ꝙ non causatur ex motu luminis ipsorum: quia probatum est ab Aristo. lumē nō esse corpus: nec moueri: nisi per accidēs motu scilicet corporis luminosi: cum igitur sit forma motu suo non inducit calorem: videmus autem ꝙ ex frequentibus alterationibus formarum non necessario calor inducitur: eo ꝙ calor nō inducitur nisi ex motu locali: sicut diximus ante. Si autem dicatur non ex lumine peruenire calor videbitur contrarium ad sensum: quia loca multum luminosa: sicut ad que fit reflexio fiunt vehementer calida: ⁊ quando eadem obumbrātur iterum fiunt frigida: ⁊ videmus in speculis comburentibus ꝙ quādo fit reflexio ad locū vnū: tunc elicitur ignis ex multo lumine: ergo lumen stellarum ⁊ solis videntur esse causa caloris: contra qđ iterū videtur esse: quia qđ semper operatur aliquem effectum videtur esse causa illius essentialis: lumen igitur semper operatur calorem videtur esse per se causa caloris: ⁊ videtur sic ꝙ lumen per se opponatur frigori: ⁊ hoc est falsum: videtur ergo ꝙ lumen non sit causa caloris per se. ¶ Sed ad omnia hec nos dicimus sine preiudicio melioris sententie: ꝙ ⁊ motus ⁊ lumen ⁊ stelle quedā sunt cause caloris: ⁊ qualiter quidem motus sit causa caloris: ⁊ qđ prius ostensum est: lumen autem dupliciter est causa caloris: ⁊ hoc est per vicinitatē: ⁊ per reflexionē radioꝝ: ꝑ vicinitatem quidē sicut diximus ꝙ vbi vicinius est lumen qđ est calidum: sicut Solis ⁊ Martis ibi erit maior calor: ⁊ hec vicinitas est tribus modis: quorum vnus est breuitas diametri: ⁊ alter oppositio ad zenith capitū ad diametrū: vel ad lineam a diametro non multum inclinatū: ⁊ tertius arctitudo spere in qua sol vel alia stella calidi luminis mouetur: breuitatem autem diametri voco minorem partem diametri eccentrici deferentis stellam calidam per effectū: ibi enim operatur maiorem calorem q̄ in locis que supponuntur augi stelle eiusdem: ⁊ ideo cum dicāt philosophi ꝙ vltra equinoctialem versus meridiem ſm equalem distantiam ab equinoctiali calidiora sunt loca q̄ contra equinoctialem ad aquilonem: eo ꝙ aux solis est in aquilone: ⁊ oppositio augis in meridie: propter qđ etiam quidam dicunt medietatem terre in meridie esse inhabitabilem ad minus in tribus vel quatuor climatibus primis propter nimium solis calorem. Oppositio luminario ad zenith capitum: ⁊ diametrum est: quando sol diametraliter supponitur capitibus aliquorum: ⁊ tunc reflectitur radius in seipsū: eo ꝙ ad pares angulos semꝑ fit reflexio: ⁊ diametri linea est breuior inter ea que protrahuntur ab eodem puncto: ⁊ ad idē punctum: ⁊ que sunt iuxta diametrum tanto sunt maioris caloris operatiui: quanto ad acutiorem angulum reflectuntur: ⁊ ideo calidissima est regio eoꝝ super quoꝝ zenith capitū sol transit: ⁊ a quibus declinat tanto sunt loca calidiora: quāto minus declinant ab eis: ⁊ quanto minus declināt tanto acutiori angulo reflectitur ab ipsis. ¶ Arctitudinem autem spere voco locum spere a quo sol parum per multū tempus: propter circuli strictură recedit sicut est videre in circulo signorum in fine sagittarij: ⁊ in principio capricorni: ⁊ similiter in fine geminorum: ⁊ principio cancri in quibus propter recuruationem circuli signorum sol quasi per 24. gradus videt stare in eodem loco: ⁊ non multum distant gradus 12. in fine geminoꝝ a gradibus 12. in principio cancri in fine cancri: ⁊ sol ascendens per gradus qui sunt in fine geminorum: ⁊ descendens per gradus qui sunt in principio cancri reflectitur ꝯtra punctum estiualem solstitij: ideo quasi moratur in loco eodem: ⁊ radij eius ꝯfortantur multum in loco qui supponitur illis gradibus: eo ꝙ ex calore solis reclinans ex die vno confortatur per calorem relictum ex die altero per tres dies in quibus mouetur in gradibus dictis. Et ideo terra ethiopie que centro supponitur feruentior est loco qui est sub equinoctiali. Sed hoc mlto magis est in vltimis gradibus sagittarij ⁊ primis gradibus capricorni: qꝛ ibi ꝯcurrūt oēs tres cause caloris hoc est diametri breuitas: ⁊ diametralis altitudo solis sup zenith: ⁊ arctitudo circuli signorum: ꝑpter qđ nō est dubium illa loca esse incēsa ⁊ inhabitabilia propter calorem: differemus autem latius in libro quē post istum faciemus: qui vocabit de longitudine ⁊ latitudine ciuitatum siue locoꝝ inhabitabilium. Si autem queratur vtrum totus orbis hoc modo sit causa caloris vel saltē stelle omnes dicimus non: qꝛ licꝫ totus orbis sit de natura corporis lucidi: sicut dicit Auicēna: non tamē totus orbis micat: ⁊ ideo pars que non micat non emittit lumen: ⁊ ideo nullo istoꝝ modoꝝ est causa caloris: sed inter omnes stellas solus sol emittit radios fortes: ⁊ ideo solus sol hoc modo est causa caloris continui: ⁊ huius cause sunt quinque: que tamē simul collate vnam tamen perfectam causam solis caloris cōstituunt: ⁊ vna illaꝝ est magnitudo solis ipse est inter corpora simplicia non concaua: sed solida sperica maius est corpus multa quantitate excedens alia corpora: ⁊ ideo fortior est eius effectus. Scḋa causa est solaris corporis spissitudo in qua vincit omnes alias stellas: ⁊ ideo fortius fricat ⁊ calefacit. Tertia causa est lumen incomparabiliter plus calcatum in ipso q̄ in alijs luminaribus: ⁊ ideo fortiores emittit radios: ⁊ magis vrentes inferiora. Quarta causa est subtilitas substantie eius: ⁊ puritas ex qua penetrabilius est omni lumine lumen eius: ⁊ magis dissoluens ea in que cadit. Quinta ⁊ vltima causa est: qꝛ sol in natura sui luminis habet mouere ignem: sicut ⁊ spera stellarum fixarum habet mouere terram: ⁊ spera lune habet aquam: ⁊ spere quinque aliorū planetarum habent mouere aerem: sicut inferius dicemus: ⁊ ideo etiam quidam philosophi dixerunt ꝙ radius solis in eo ꝙ radius non habet inducere calorem: sed calor est a proprietate ignis qui mouetur a radijs eius: sicut ferrū a magnete: ⁊ adducitur cum radijs eius: his causis ex vbis Auicēne additur sexta que est solis vicinitas: qꝛ vicinior est stellis superioribus fixis ⁊ tribus planetis altioribus qui sunt saturnus: iuppiter: ⁊ mars: inferiores autem stelle vel sunt vicine soli semper: sicut venus ⁊ mercurius: ⁊ mouentur cū sole: eo ꝙ nunq̄ elongantur multum ab ipso: vel recipiūt lumen a sole sicut luna: ⁊ ideo non mouent nisi virtute solis. ¶ Reflexio autem est causa caloris: eo ꝙ in reflexione multi radij diriguntur ad punctum vnū: vbi propter multiplicatum calorem: aut calet locus: aut in toto incenditur: sicut apparet in berillo vel crystallo: vel forte vitro bene rotūdo: ⁊ impleto aqua frigida que opposita sibi fortissima illuminatione illuminat vnum locum post ipsum: ⁊ ad illum fit reflexio radiorum: in quo etiam accenditur ignis si ponat pannus combustus ⁊ bene siccus: nisi sit ventus impediens fixionem caloris: ⁊ remanentia super idem punctum vel nisi sit nimis obliquus radius solis incidens in corpus reflectens ipsum: sicut est in hyeme. ¶ Si autem queratur causa quare lumen ita facit calorem cum ſm dicta peripatheticorū: neqꝫ lumen sit corpus calidū: neqꝫ radius eius videt esse. ¶ Dicendum ꝙ lumen est propria forma stellaꝝ: ⁊ corporis celestis que vniuersaliter mouet materiam generabiliū ad esse: ⁊ ideo primi mobilis motus ⁊ celi vniuersaliter per luminis influxum in generabilia est sicut vita quedam existētibus omnibus per naturam: ⁊ ideo ipsum est dissolutiuum materie: ⁊ per ꝯsequens calefactiuū: ⁊ ideo calefacit calore

Solis ad pm qsitū quo qrebat cā calor ꝑuenientis a quibusdā stellis.

Vicinitas q̄ ē cā ꝙ lumē calefaciat ē tribus modis.

Nota quinq̄ cāe ꝑp quas solus sol inter oēs stellas ꝑcipue calefaciat.

Nota q̄re reflexio ē cā ꝙ lumē calefaciat.

Dubium

Solu.

vificō inquantum est lumen hȝ aliam proprietatem habe/
re possit inquantum est lumen huius corporis vel illius: si/
cut alterius nature est lumen Iouis: ⁊ alterius nature lumē
Saturni: sicut nos in sequentib⁹ ostendemus. Omnib⁹ igiꝛ
his modis dicemus lumen esse causam caloris stellarum:
⁊ ideo etiā regio superior aeris ⁊ exestuat: tum propter mo
tum vicinum celestis corporis: tum propter multam vicini/
tatem luminis ad ipsum influentis ex orbe. Ad hoc autem
qđ queritur vtrum lumē ex motu vel ex se sit causa caloris:
dicendum videtur ꝙ non ex motu quo mouetur: sed poti⁹
ex motu quo mouet: ⁊ dissoluit materiam ⁊ mouet eaȝ vni/
uersaliter ad formam qa lumen celi sm ꝙ huius mouet ad
omnem formam. Sed lumen celi vel stellaruȝ super ista vel
illa figura respectus stellarum coniunctum cum virtute for
matiua spirituali que est in calore excitato per lumē mouet
ad hanc speciem aut illam: ⁊ ideo dicit Arist. in libro de ani
malibus ꝙ in semine est triplex calor hoc est elemētaris: ce/
lestis: ⁊ anime informantis ad virtuteȝ seminis formatiuā.
Ad hoc autem qđ queritur vtrum essentialiter operatur ca
lorem vel non: dicendum esse videtur ꝙ non essentialr̄ ope
retur calorem nisi corpus calidum: lumen auteȝ nec corpus
est: neqȝ calidum corpus est: ⁊ ideo non essentialiter operaꝛ
calorem: sed operatur ipsum per proprietateȝ effectus sui p
prij qui est dissoluere illuminata passibilia: ⁊ quia iste effe/
ctus est etiam motus ⁊ ideo motus operatur calorem. Sȝ
dissoluere aliter est effectus motus ⁊ aliter est effect⁹ lumi/
nis: motus enim dissoluit fricando ⁊ concutiendo partē ad
partem: lumen autem sicut forma prima vniuersaliter mo/
uentis corporis quia non disponitur qualitate ad quaȝ mo
uet. Nullus enim motor primus in aliquo motu mouetur
motu quo mouet: ⁊ ideo etiam non disponitur qualitate ad
quā mouet: hec igitur sunt dicta breuiter de solutione p̄mi
trium questionum.

¶ Cap. 4m. Et est digressio declarans vtruȝ stelle sunt vni⁹
speciei vel diuersarum specierum.

Secdm statuȝ pncipale.

Consequenter inquirimus vtrum stelle conue
niant inuiceȝ in genere vel specie: vel in vtro/
qȝ: ⁊ est ratio in Messalach ꝙ omnes cōmuni
cēt in genere vno: ⁊ specie: quia aliqua vna na
tura attribuit eis motum vnum circularem: et
cum omnes similiter habeant illum motū cir/
cularem videntur eum participare per formam eiusdē spe/
ciei in omnibus: ⁊ hec ratio cōfirmatur in multis sententijs
quas ⁊ nos etiam in antecedentibus huius libri Aristo. se/
quentes posuimus: Messalach autē ista arguēdo dicit in
libro de spera mota in quo loquitur de stellis ⁊ motibus or/
bium: ⁊ videꝛ ratio hec cōfirmari ex numero essentiarum:
quia sicut q̄tuor elementa sunt terminatarum formaꝝ ⁊ spe
cierum: ita videꝛ quintuȝ corpus totū esse vnius nature et
vnius speciei: ⁊ si quis cōtra dictum obijciat Messalach p
sermonem Auicēne dicentis ꝙ sicut est vna natura dans ve
locitatem maximā partem celo superiori sm motuȝ qui est
ab oriēte super polos mundi: ita oportet vnam naturam et
formam esse diuersam ab illa que attribuit inferioribus or
bibus motum econuerso ab occidente in oriētē que natura
variatur sm species attribuentes diuersas velocitates or/
bib⁹ inferiorib⁹ sm ꝙ dicimus ꝙ Saturnus complet circu
luȝ in triginta annis: ⁊ Luna in mēse: ⁊ intermedij in diuer
sis tēporib⁹ maiorib⁹ ⁊ minoribus: ⁊ ꝓpter id dicunt orbes i/
feriores ⁊ stellas esse diuersaꝝ specieꝝ. Respondet Messa/
lach ꝙ omnes stelle inquantū stelle sunt vnius velocitatis.
Sȝ ꝙ tardius vna perficit circulū q̄ alia contingit propter
maius vel minus spatiū: ⁊ ideo dicit ꝙ si Luna que in men
se perficit circulū esset in spera Saturni ipsa perficeret circu
lum in triginta annis: ⁊ si Saturnus eēt in circulo Lune tp̄e
perficeret circulū in mēse vno. ¶ Sed dictū illud eēt mira/
bile ⁊ inaturale: videtur oīum enȝ natura cōstantiū quāti/
tas certa ⁊ determinata: oportet igiꝛ aliquā esse formaȝ na
turalem que Saturno attribuit tantā quātitateȝ: ⁊ aliā que
circulo solis tantā attribuit quātitatē sibi propriam: ⁊ sic de
alijs stellis ⁊ orbib⁹. ¶ Preterea nō rationabiliter dictū est
qđ dicit per accidens esse ꝙ stella Saturni tardius perficit
circulū q̄ Luna: q: sicut se habent mobilia recta ad loca di/
stinctam rectam habentia ita se habēt circularia ad loca di/

Impugnatio opinionis Messalach.

stincta circulariter: ⁊ ideo sicut differentie sunt distantiaruȝ
rectarum per sursum ⁊ deorsum: ⁊ per iuxta sursum ⁊ iuxta
deorsum in quibus sunt mobilia simpliciter grauia: ⁊ leuia:
⁊ media: ita differunt distantie rotunde per polos ⁊ centruȝ
preter hoc solum ꝙ contrarietatē adinuicem nō habent cir
cularia sicut recta: ⁊ ideo Saturni moueri est sup polos su/
os sm proprium motuȝ: ⁊ super suum centrū naturaliter et
non lune: ⁊ ideo si luna per impossibile eē poneꝛ in orbe Sa
turni nō moubereꝛ nisi violenter ipsa super polos orbis Sa/
turni: ⁊ ideo omnino inaturale est dictuȝ Messalach. Am/
plius in omnibus corporib⁹ naturalibus rarum ⁊ densuȝ vi
demus attributa partib⁹ materie sm congruentiam forme
substātialis: videmus eni ꝙ si rarificatur materia aeris ra
ritate ꝯgruente forme ignis ipsa nō manet amplius sub for
ma aeris: sed transit ad formam ignis. Similiter autem est
de omnib⁹ alijs. Cum igitur constet tam ex ratione q̄ ex au
ctoritate oīum Peripatheticoꝝ ꝙ partes cuiuslibet circu
li non stellate differentis sunt raritatis ⁊ spissitudis ad par
tes illas que sunt stelle: siue sint fixe: siue planete: videbitur
ꝙ partes orbiū non stellate differrēt specie a stellis. Idē au/
tem videꝛ ⁊ de ipsis inter se stellis: quecūqȝ eni differentiaȝ
non habēt in specie nō habent differentiā aliquā in proprie
tate ⁊ operatione spēm consequente. Si ergo stelle non dif/
ferant specie nō habebūt etiā differentiā in proprietatib⁹ ⁊
operationib⁹ speciē consequentib⁹ qđ falsum esse probatur
per omnes obseruatiōes antiquoꝝ factas de operationi/
bus stellarum: tradunt enim illi quasdaȝ esse calidas excel/
lenter: ⁊ quasdam esse frigidas excellenter: ⁊ quasdam tem
peratas: ⁊ quasdam his duobus modis humidas: ⁊ quas/
dam siccas: ⁊ quasdā habere proprietates confictas vt ca/
lidas: ⁊ humidas: vel frigidas ⁊ humidas ⁊ huius: ⁊ quas/
dam masculinas: ⁊ quasdam femininas nō quidē sm veri/
tatem: sed sm ꝓprietatem similitudine sibi cōueniente. Ad
huc autem si sunt vnius speciei quid oportuit facere mul/
tas ⁊ differentes cum vnica operatio oīum est que compē/
diose fieret per vnum. Adhuc autem id qđ est vnius forme
continuitatem oīum partiuȝ habet sub forma: si igitur tot⁹
orbis est forme vnius vt diciꝛ absqȝ dubio totus erit conti/
nuus: hoc eni videmus in omnib⁹ simplicib⁹ corporib⁹ ꝙ ni
hil ea distinguit adinuicem: nisi diuidens ea forma substā/
tialis: videmus autem orbem esse diuisum in multas par/
tes per hoc qđ videmus accessiones ⁊ preuentiones stellaꝝ
fieri differentes: qđ esse nullo modo posset existēte ipo con/
tinuo: quia continui vna parte mota mouetur ⁊ alia per eq̄
lem distātiam semper sequens: aut precedens in ꝯtinuo qđ
nullo modo videmus in stellis orbis: ergo non totus orbis
est cōtinuus. ¶ Videꝛ auteȝ ad hoc dicere Auerrois super
librū celi ⁊ mundi in eodem loco vbi Aristo. loquitur de na
tura stellarum: quia orbis est vnus quasi vnum animal cu/
ius diuerse sunt partes quasi organice deseruientes ad per
fectionem vnius motus in cōmuni: ita tamē ꝙ quelibet hȝ
motum proprium. Quod ⁊ ipsum extra rationē videtur eē
dictum: quia animalis partes ex diuersis sunt etiam com/
posite: orbis autem simplex est ⁊ incōpositus. Preterea ani
malis partes mouentur in spatio vno cum toto: sed partes
orbis mouentur in spatijs diuersis. Adhuc autem anima/
lis partes colligationem habent ad vnuȝ aliquid qđ est p̄n/
cipium in omnibus ⁊ hoc non potest bene fingi in partibus
orbis. Et ex omnibus hijs dictis constat difficile esse aliqđ
verum tradere de natura orbis cū ⁊ philosophi inter se dis/
sentiant ⁊ per rationem demonstratiuaȝ ad hoc non posset
aliquis peruenire. ¶ Propter qđ sine preiudicio alioꝝ vi
detur mihi dicendum ꝙ ea que querūtur de orbe duo sunt
quorum vnum est natura ipsius ⁊ alterum quantitas ei⁹ et
quantitas motus ipsius: ⁊ querendo naturam ipsius demō
stratiue quidem possumus iuenire in vniuersali ꝙ est rotū/
dus ⁊ ꝙ motus eius est circularis sm naturam eius in spe/
cie ⁊ in particulari non possumus inuenire per demonstra/
tionem nec ad hoc inuenitur philosophi qui ante nos fue/
runt aliquam induxisse demonstrationem. Sed quantita/
tem ipsius ⁊ quantitatem motus eius bene inuenerunt phi
losophi per demonstrationes: ⁊ ideo vsqȝ hodie dubiuȝ est
sm quid attendatur differentia orbium ⁊ stellarū: ⁊ dubiuȝ
est ⁊ erit de eccentricis ⁊ epicicilis ⁊ alijs quibusdā que que/

Opio Commētatoris .2. celi. c.42.

Impugnatio

Solo doctorie.

rimtur de orbium natura ⁊ stellarū.¶ Qd ergo nobis vi-
detur probabilius in ista questione est q orbis in genere sit
nature vnius: sed in specie naturarum ⁊ formarum diuer-
sarum tam in orbibus q̄ in stellis ⁊ dictum Messalach re-
putamus inconueniens nisi loquatur de natura cōmuni or-
bis: ⁊ qd dicit de motu stellarū q est equalis velocitatis sm
naturam reputo absurdum: quia ⁊ ipse mathematicus fuit
⁊ non naturalis: sed difficilius est quando queritur vtrū stel
la ab alijs partib⁹ orbis differat specie: quia nos videmus
q nulla pars specie differt a toto: inferius autem probatur
q stella est pars orbis in quo est: ⁊ ideo dicendum videt q
stella est quasi dignior pars orbis cui presidet motor orbis:
⁊ per ipsam influrit motum in totum orbem: ⁊ ideo omnes
alie partes referuntur ad stellas ⁊ non differūt ab alijs par-
tibus specie: quia species est motor qui dat speciem toti or-
bi per stellam sicut anima dat esse per cor animali quia cor
est principium animalis: ⁊ q densitas maior est in ipsa stel-
la: ⁊ hoc est ideo vt magis ipsa cōmisceatur nobilitas luminis
que dat idoneitatem ad suscipiendum actum motoris: ⁊ nō
est simile de elementis ⁊ celis: quia elementa mouentur per
naturam que vno modo est in omnibus similibus partib⁹:
sed orbis mouetur per intelligentias que ad hoc vt motum
influant erigunt nobilius ⁊ vilius ex parte subiecti cui influ
unt motum: sicut supra diximus: ⁊ qa nobilius ⁊ minus no-
bile differunt: oportet esse rara ⁊ spissa ideo in partib⁹ mo-
bilium talium oportet esse differentem raritatem ⁊ spissitu
dinem: quid autem de celo octauo qd est multarum stellarū
infra dicemus vbi specialem de hoc faciemus inquisitionē
in sequenti tractatu post istum: ⁊ qd queritur de stellarū dif-
ferentia inter se dicēdum. videtur q stelle que sunt in diuer
sis orbib⁹ differant specie: sed que sunt in orbe vno non hñt
tantam differentiam ⁊ qd obijcitur de differentia proprieta
tis ⁊ operationum stellarum videtur q si stelle sint in orbe
vno sicut sunt fire que forte sm omnes phos preter vnū so-
lum qui hic trahit in dubium sunt in celo vno: tūc sunt eius-
dem speciei ⁊ nobiliores illius indiuidui orbis sunt multe
sicut infra dicemus ⁊ vires motores eius sunt multe: sz que
sunt in diuersis orbib⁹ sunt diuersarum specierum ⁊ diuer-
sorum motorū sicut diximus supra: ⁊ similiter differūt ope-
rationes sequentes e passiones: qa illa sequuntur aliquādo
diuersas nobilitates partiū vnius orbis ⁊ aliquādo sequū-
tur diuersas formas in diuersis orbib⁹: hec autē patebūt in
sequenti capitulo.¶ Qd autē dicit Auerrois nō est intelligē
dum ita q orbis sit vnū indiuiduū: sed potius q opera-
tiōes oium orbium referantur ad finem vnum sicut opera-
tiones vnius animalis: qa desideriū primi motoris habēt
omnes inferiores motores ⁊ ad ipsum referunt omnē mo
tum suū ꝓpter hoc assimilatur totus orbis vni animali qd
ad idem refert omnes mot⁹ mēbrorum suorum ⁊ suarū par
tium: sed qualiter hoc sit primi phi est determinare per cer-
titudinem: quia vnitas illa in primo motore est sicut in du-
ce exercitus: ⁊ hinc est q multi antiquorum celestia vocaue
runt militiā celi ⁊ choros castrorū vocauerunt ordinem cō-
gregationum orbium ⁊ stellarū sicut in vltima parte prime
phie Aristo. determinatur. de numero autē motuum vniuſ
cuiusq spere ⁊ vniuscuiusq stelle inferius loquimur quan-
tum huic scientie sufficit: eo q ad id mathematici per cer-
titudinem volunt determinare.

An stelle q̄ sūt i diuersis orbib⁹ spe differāt.

An stelle q̄ sūt in vno orbe sūt eiusdē spe ciei.

Quō opinio Auerrois sustētari possit.

Vide. 12. me ta. cō. 44.

¶ Cap. 6m. Et est digressio declarans causam naturalem de effectibus stellarum.

Tertiū q̄sitū principale.

De effectib⁹ aūt stellarum diuersis duo in phia
queruntur: que sunt. s. ⁊ quādo ⁊ vbi sit effect⁹ cu-
iuslibet stelle: ⁊ hoc inquirere est electoris ⁊ diui
nātis per astra cui⁹ est eligere ⁊ scire horas sm
quas ad figuras astrorū referunt ea que sūt in
inferiorib⁹: ⁊ hoc opꝫ relinquere scie electorū:
qui alio noīe vocant geomantici eo q pncipalius qd inqui-
runt per stellarū figuras ⁊ effectus sunt natiuitates eorū que
gñantur in inferiorib⁹ ⁊ euentus nascētium: hanc eni sciam
in duob⁹ voluminib⁹ determinauit Ptolomeus: quorū vnū
est de accidentibus magnis vniuersalibus in mūdo habēs
octo distinctiones: accidentia autem magna sunt sicut mu-
tationes regnorum de gente in gentem ⁊ translatiōes secta-
rum: ⁊ doctrine nouarū religionū ⁊ huiusmodi: aliud au-
tem est de accidentibus paruis particularib⁹ sicut sunt euē-
tus vnius hominis nati in hac constellatione vel illa.¶ Se
cūdum autem qd queritur de effectibus stellarum est natu-
ralis causa per quā stella dicitur habere hūc vel illū effectū
⁊ hoc hic determinandū est ⁊ a generatis ⁊ electorib⁹ sup-
ponēdum.¶ Queramus igitur vnde dicatur quedam stel-
larum frigida ⁊ quedam calida: ⁊ sic de alijs qualitatib⁹ pri
mis: ⁊ etiam vnde dicatur mouere stella ea que generant ad
hanc vel ad illam formā: cōstat enim q actio omnis parti-
cipatur a forma nulla talibus qualitatib⁹ est informata ⁊ sic
videtur q nulla stellarum habeat agere sm huius qualita-
tes.¶ Adhuc autē cum talium qualitatum non possunt eē
combinatiōes nisi quatuor: vt pbat Aristo. in. 2. perigenese
os: videt sm hoc q stelle non debēt esse nisi. 8. quarū quatu-
or mouerent ⁊ agerent sm qualitates simplices: ⁊ q̄tuor sm
qualitates cōiugatas ⁊ hoc videmus ad visum eē falsum:
qa stelle sunt in multitudine maxima ⁊ non potest aliqs di-
cere superfluere naturam in corpore celesti qd nobilius est
omni corpore cum videamus eam non abundare ⁊ effluere
superfluis in inferiorib⁹ nisi accidat hoc raro per casū quā-
do in manu nascitur digitus sext⁹.¶ Amplius autem inq-
ramus vtrum istas qualitates agant per accidens: aut per
se: ⁊ si agāt eas per accidens: tunc possunt ipsas non agere:
⁊ tunc oporteret q ad alios quosdam motores reducerent
motus materie elementorū quādo alterantur sm qualita-
tes dictas qd est omnino absurdum: qa ex hoc tunc seque-
retur q oporteret habere aliud celum perpetuū ⁊ incorru-
ptibile qd moueret sm istas qualitates eo q omnis motus
corruptibilis erit ab aliquo primo motu incorruptibilis vt
sepe ostensum est. Si autem dicat q mouent ad istas quali
tates ⁊ agunt eas per se: tunc videbuntur aliter disponi per
istas qualitates ita q quedam earum essentialiter sint hu-
mide ⁊ quedam essentialiter frigide: ⁊ sic de alijs qd est impos
sibile ⁊ forte istas difficultates fugientes antiqui dixerūt ce-
lum ⁊ stellas esse igneas ⁊ attrahere sibi de vapore terreo ⁊
aqueo a quibus acciperent humidū calidum ⁊ humidū fri
gidum ⁊ siccū frigidū: ⁊ q calidum siccū haberent in natu
ra eo q essent ignee: sed hoc nos ridiculū reputamus ⁊ in
loco ꝓprio in sequentib⁹ improbabimus.¶ Qd autē magis
est difficile est scire sm quā naturam sidera habeant fortu-
nas ⁊ infortunia ⁊ vires ministrent nō tm̄ exortis per natu-
ram sed aliquādo ⁊ factis per artem sicut imaginib⁹ vel ve-
stib⁹ incisis de nouo vel edificijs de nouo factis ⁊ huiusmo-
di: hec enim omnia causis mutabilibus sunt ⁊ esse possunt
⁊ non esse: ⁊ ideo videtur q regimen eorum non dependeat
ab aliqua natura vel virtute stellarū.¶ Sz ad oia hec q-
dam respondent in quorū responsionē Auerrois super li-
brū Aristo. de celo ⁊ mundo in cōmento ꝯcordare videtur
q ista nō habent stelle nisi ex motu: qa in materia sibi vici-
na quā fortiter fricat ⁊ dissoluit inductiuus est calidi consu
mentis humidum: ⁊ in illis que distat inducit calidum non
cōsumens sed mouens humidū ⁊ faciens ipm spirituale ⁊
effluens ad circūferentiam: sicut est humidū aereum: in il
lo autē que est remotior inducitur frigidum ⁊ calidi ꝓuatio
ne: tamen qa pertingit ad ipsum motus celestium: ideo hu
midū manens fluens supra seipsum sicut est humidum ⁊ fri
gidum: ⁊ in vltimo distantie a motu corporis celestis ex pri
uatione caloris ⁊ motus inducitur frigidū exprimēs ex ipo
humidum ⁊ hoc est frigidum siccū in materia terrestri: ⁊ isti
dicunt q nulla stella est frigida nisi per accidens sui mot⁹:
Saturnus enim dicit frigidus: q: tarde mouetur ⁊ tardus
motus non excitat calorem: ⁊ sic dicunt de alijs ⁊ vtitur tali
modo loquendi Auerrois reprehēdens Auicē. dicentē stel-
las esse naturaliter calidas ⁊ frigidas: ⁊ sic de alijs qualita-
tib⁹ dicens hoc non esse verū nisi ex comparatione: ⁊ notat
comparationem remotionem maiorem vel minorē ⁊ qua-
litatū corporis stelle maiorem vel minorem.¶ Et hoc dicti
absurdissimum est ⁊ compertum est obseruatione verissi-
ma quasdam stellas plus elōgatas q̄ sit Saturnus: ⁊ que
tardioris sunt motus esse calidas valde sicut est stellatio ca
nis ⁊ compertum est stellas propinquas veloces esse frigi-
das sicut est Luna Venus: ⁊ hoc idem dicit Auerrois in li
bro suo quē vocat de natura ⁊ substātia orbis contradicēs
sibiipsi.¶ Qd autem adhuc difficiliorem reddit questionē

Auerrois lo hic cō. 42.

Impugna tio.

istam

istam est qd tradit Aristo. in secūdo libro de causis proprietatū elementorum ⁊ planetarum: ꝙ .s. omnes stelle illuminātur a sole sicut ⁊ luna in qd dictum consentit Ptolomeus in Almagesti ⁊ suus cōmentator similiter ⁊ Auicen. ⁊ Messalach in libro de spera mota ponit ad figuram vt ostendat cōuenientiam dicti illius: si enim sic est tūc videtur etiam oēs stelle habere verum luminis solis: ⁊ sic omnes erunt calide ⁊ sicce vt videt: vtrum a sole illuminentur stelle similiter est inquirendū in sequenti capitulo post istud. ¶ Sz ad ea que hic quesita sunt videtur dicendū ꝙ sicut omnis motus localis reducitur ad vnum motum incorruptibilez primū ⁊ motus ille incorruptibilis reducitur ad vnū motorem imobilē fm locum: ita est reductio omnis motus ad formam ad corpus aliquod mouens ad formam: ⁊ non motum aliquo motu qui est ad formam: ⁊ hoc corpus est celum ⁊ stelle: sed differens est reductio: quia motus locales non possunt reduci ad motorem imobilem fm locum nisi per motum qui est corporis celestis: eo ꝙ motus localis non repugnat incorruptibilitati corporis celi cum nihil mutet in ipso: sed motus qui ad formam sunt non possunt reduci ad aliquem motuz perpetuum qui sit ad formam qui sit motus perpetui motoris qui motus ad formam ⁊ mutat ⁊ corrumpit subiectū propter qd nec perpetuus: nec perpetui esse potest: sed reducitē ad motum localem vt ad causam efficientem ⁊ referentem mouens corpus ad formam: sicut sunt celum ⁊ stelle sicut supra exposuimus: ⁊ illi motores in natura sua habent agere formas generatorum ⁊ corruptoruz: ⁊ huic simile videmus in quolibet particulari motu augmenti ⁊ alterati͂ōis fm naturam factam in animalibus que minor mūdus a phÿsicis vocatur. Si autem nos queramus p̄mum augmenti motorem in animalibus inueniemus ipsuz esse virtutem anime que dicitur augmentatiua: ⁊ constat ꝙ hoc non augeť: neqz quantitatem habet sicut vult Aristo. in libro p̄mo perigeneseos. si etiam queramus primum motorem in alteratione ⁊ digestione cibi in sanguine ⁊ sanguis in similitudinem membrorum cōstat ꝙ est virtus anime que nutritiua dicitur: sicut tradit Aristo. in scd͂o de anima reprehēdēs Empedo. qui hoc dicebat fieri a virtute ignis. Cuz ergo talis sit reductio motuum materie vniuersalis generatorum ⁊ corruptorum ad motores simpliciter primos qualis est reductio motuū materie vniuersalis cuius ad virtutes anime que sunt in membris sic est: ⁊ sunt motores primi in ordine participati cuiuslibet animalis: oportet ꝙ absqz dubio stelle que sunt quasi quedam membra celi sint primi motores ad quos reducuntur omnes augmentationes ⁊ alterationes ⁊ generationes materie vniuersis generatorum ⁊ corruptorum: habēt enim stelle virtutez in se intellectuz mouentium que sunt intellectus artificis formalis ad opus qd producit ⁊ actiones stellarum informare ex illis quēadmoduz informatur calor complexionalis a virtutib⁹ anime: ⁊ ideo infinit per motuz suum illas formas sicut calor naturalis in cibuz ⁊ corpus inducit formam carnis ⁊ sanguinis quādo informat⁹ est a virtute anime: ⁊ hec est causa etiam ꝙ quādo sciūtur virtutes stellarum ⁊ situb⁹ ⁊ motib⁹ suis tunc cōiecturatio habeť veri similiter de productione generatorū ⁊ duratione ⁊ omni formatione eoruz: ⁊ qd obijcitur ꝙ stelle fm modum ⁊ naturā primarum qualitatuz fm hoc nō debent esse nisi octo: friuolum enim est omnino: qa qualitates p̄me quando in elemētis accipiūtur nō sunt nisi actiue ⁊ passiue sicut probari habet in scd͂o perigeneseos: ⁊ tunc simplicia sunt quatuor ⁊ cōbinationes earum sunt quatuor: sed si accipiantur qualitates prime put sunt instrumenta motorū ad omnes formas tunc habent in se virtutes formarum multarum: sicut in se habent malleus ⁊ ictus fabri omnes formas que figurātur in ferro ⁊ huius simile est in calore complexionali hominis qui vnicus est si accipiatur prout est instrumentum anime habet in se virtutes multas formandi carnem ⁊ ossa ⁊ neruos ⁊ medullas ⁊ plurima alia talia ⁊ eliciendi spiritum animalem ⁊ vitalem ⁊ naturalem ⁊ mouēdi imagines ad phātasie ⁊ intellectus operationes ⁊ talibus virtutibus. Respōdet numerus ⁊ imago stellarum: quia motores stellaꝝ sunt pleni formis eorum que fiunt in inferioribus: ⁊ ideo instrumenta eorum multa sunt per naturam ⁊ diuersa in quantitate ⁊ multiplicantur earum vires ex multitudine stellarum ⁊ respectuum in circulo per accessum eorum adinuicem ⁊ recessum abinuicem: ⁊ ideo friuolum est accipere naturā stellarum ⁊ imaginum stellarum quas in se habent vel per motum continuum acquirunt continue fm naturam ⁊ combinationum primarum qualitatum. ¶ Et qd queritur vtruz habeant agere formas essentialiter vel accidentaliter qd dicimus ꝙ habent eas agere eētialiter: sed essentialiter agere dicitur dupliciter. s. per essentiam materialem ⁊ corporalem ⁊ per essentiam intellectualem ⁊ spiritualem: statuarius enim per se ⁊ essentialiter facit statuam: non tamē materialiter disponitur forma statue: ⁊ sic stelle agunt eētialiter formas: sed habent eas spiritualiter ⁊ intellectualr̄ fm ꝙ sunt instrumenta intellectum mouentiuz: ⁊ hoc est qd egregie dicit Aristo. in septimo prime philosophie. ꝙ sicut sanitas est ex sanitate ⁊ domus ex domo in operatione artis: eo ꝙ sanitas in corpore est ex sanitate que est in anima medici ⁊ domus que est ex lignis ⁊ lapidibus est ex domo que est in anima edificantis domum ita est in formis naturalibus: ⁊ hec fuit causa inducens Platonem ꝙ dixit omnes formas esse a datore formarum ⁊ non esse in materia: cum tamē hoc nō sit verum: quia isti motores educūt eas de materia in qua sunt potentialiter ⁊ non fm actum. ¶ Ad solutionem autez inductam videtur consentiendum ꝙ est nulla omnino ⁊ falsa. Sed ad hoc qd queritur qualiter hoc posset esse verum cum omnes stelle illuminantur a sole ⁊ ita habent virtutem luminis solis. ¶ Dico ꝙ verum extimo esse ꝙ omnes stelle a sole recipiunt illuminationez: sed quia non recipiunt lumen extrinsecus sui tm̄: sed intrinsecus: ideo lumē incorporatum eis accipit virtutem ⁊ naturam corporum quibus incorporatur ⁊ huius simile est in calore ⁊ spiritu complexionali mundi minoris cuiuslibet membri nobilis ⁊ principalis accipit virtutem ad quod ⁊ in qd dirigitur ⁊ deriuatur: ⁊ ideo virtutem vite dat sibi cor: ⁊ virtutem anime dat sibi cerebrum que est sensus ⁊ motus: ⁊ virtutem naturaliū operationum dat sibi epar: ⁊ virtutem generatiuam ⁊ formatiuam speciei dant sibi testiculi: ⁊ hoc est ideo quia calor ⁊ spiritus non tm̄ dirigūtur ad exterius membrorum: sed imbibuntur in eis ⁊ dirigūtur ⁊ informantur: ⁊ ita est de lumine solis directo ad stellas ⁊ imbibito in ipsis ⁊ hec est causa ꝙ totum orbem assimilauerunt philosophi vni animali in quo principale membrum ⁊ loco cordis sit sol propter quod etiam solis orbis in medio orbium positus est a natura sicut cor in animali: in hoc patet solutio omnium satis que in hac questione possunt inquiri.

An corpa celestia eētialiter vel accītaliter hñt agere formas.

7° meta t. c. 29. ⁊ 30.

An lumē qd recipiūt alie stelle a sole sit eiusdem virtutis cum lumine sol'.

Sz i hoc ē locus speculatiōis: qa si lumē sol' variatur sz uāo stellaꝝ i qb⁹ recipit oz ꝙ hoc fiat p aliquaz alterationē ⁊ nō vt ꝗ sit illa cogua.

¶ Cap. 6m. Et est digressio declarans qualiter stelle omnes illuminantur a sole.

nis ⁊ famosis viris in sciētia nihil aspernātes sententias eoꝝ: ⁊ negant ea que videmus oculis. Videmus enim differre generata corpora ꝓpter differentias qualitatum elemētoꝝ: ⁊ ꝙ generatio aliud est ab alteratione: eo ꝙ generatio est in substantialibus: ⁊ alteratio in accidētibus: ⁊ ꝙ in generato nullū elementoꝝ est in actu cōpleto: ⁊ ꝙ cōpositū est aliud in forma substātiali ab elemētis cōponētibus ipsum que oia illi negant dicētes generationē ⁊ alterationē esse idē: ⁊ ꝙ cōpositū sit generatū in quo aggregata sunt actu: ⁊ ꝙ cōpositū non differt nisi figuris ⁊ situ ⁊ ordine athomoꝝ: ⁊ oia huius esse falsa que isti dicūt de quibus iam satis ⁊ plene diximus in libris phy.sicoꝝ: in quibus egimus de ꝯtinuitate tēporis ⁊ motus: vbi ostēdimus nihil ꝯtinuoꝝ ex indiuisibilibus cōponi vel ad indiuisibilia diuidi. ¶ Amplius aūt ex dictis suis ꝯtradicere sibi cogunť: si enim elemēta sunt athomi sicut dicūt: tunc impossibile est vt differētia que est inter aerem ⁊ aquam causetur ex differētia magnitudinis partiū ⁊ paruitatis eorūdem: q2 vnū indiuisibile non differt ab alio diuisibili per paruitatē ⁊ magnitudinē: cum oia indiuisibilia sint equalia: ꝯtradicūt ergo sibi qui dicūt athomos esse elementa: ⁊ tamen hoc dicere per paruitatē ⁊ magnitudinē ꝯtradicūt sibi in alio: q2 cū dicūt ꝙ generatio nō est nisi aggregatio ⁊ corruptio segregatio istoꝝ indiuisibiliū: tūc cū hoc non est possibile eis dicere ꝙ quedaʒ hoꝝ quatuor corpoꝝ que nos dicimus esse elementa sunt ex quibusdā. Cum enim dicunt fieri ex aere aquā vel terram: sic dicūt hec fieri ꝙ ille figure que ꝯueniūt in aere separanť ⁊ remouent tunc residue magne: ⁊ ille sunt aqua vel terra: ⁊ tunc sequunť duo incōuenientia: quoꝝ vnū est ꝙ vnū non fit ex alio sed potius in eo: ⁊ separať ex ipso: ⁊ aliud est ꝙ quādo magne separate sūt a paruis figuris: tūc nō remanēt nisi magne: ⁊ tūc ecōuerso nō potest fieri aer ex aere: ꝯtradicūt igiť sibi dicētes impossibilia: ꝙ.s. vnum hoꝝ quatuor fit ex alio: ⁊ ꝙ est in eo anteq̄ fiat ex ipso: ⁊ ꝙ vnū fit ex alio: ⁊ nō ecōuerso reliquū ex isto. Amplius aūt ꝯm opinionē ipsoꝝ sequiť elementa nō esse infinita: dicūt eni figuris geometricis differre corpora prima quādoq3: sicut superius exposuimus. Omnes enim figure corporee resoluunť in pyramidē: cuius figura est pinealis: quia basis eius est circulus ⁊ terminať in pūctū superius in cono pyramidis: sicut enim ꝓbať in fine geometrie quinque corpora regularia resoluunť in pyramidē ⁊ spera ⁊ cubus: quia spera resoluiť in octo pyramides: ⁊ cubus in sex. Ratio aūt quare corpora sex in pyramides resoluunť: q2 superficies rectaꝝ lineaꝝ oēs resoluunť in primā rectilineā que est triangulus: a triangulo aūt generať pyramis: ⁊ ideo est prima in corporalibus: sicut triangulus in supficialibus: nec est instātia in sperica figura: q2 spera etiam sicut diximus cōponitur ex partibus fictis ⁊ pfectis que sūt pyramides. Si aūt sic est tūc ꝓculdubio figuras primas nō numerat numerus infinitus: q2 non excrescūt vnaʒ vel duas vel tres: q2 si omnino resolutio fiat ad primā: tūc est vna prima triāgulus. Si autem ad primā in genere fiat resolutio tūc supficialiū est vna pria ⁊ corporaliū est vna prima que sunt triāgulus ⁊ spera: si aūt fit resolutio in figuras supficiebus differētes: tūc sūt tres: q2 triāgulus est angulosus: ⁊ spera sine angulis ⁊ pyramis generať ex angulo ⁊ circulo. Hoꝝ aūt oiuʒ pfecta satis ꝓbatio est ex 2° arithmetice: vbi ostendiť qualr vnus figuralis numerus ex altero generať: ⁊ ad alteꝝ resoluiť. Amplius autē nāliter rōcinando ex ꝓbabilis ꝙ si omni elemento nāli est motus naturalis ⁊ essentialis: ⁊ est corpori simplici motus simplex ⁊ motus simplices non sunt infiniti: sicut in phy.sicis ostēsuʒ est: eo ꝙ mot⁹ primi nō sūt duo in gñe: ⁊ ad loca que sunt motus simplices nō sunt nisi duo in gñe: tūc manifestū est ⁊ claꝝ ꝙ elemēta que mouenť istis motib⁹ nō sūt isnita.

¶ Cap. 3m. Q2 nō est vnū elemnetum tm̄ quodcunq3 sit illud.

Cum aūt satis ostensuʒ sit ꝙ elementa nō sunt infinita ꝯm numerum: ꝯueniens est inquirere vtrū elemētū sit vnū corpus vel plura: hoc eni dubiū est apud antiquos: quoꝝ quidā ignē dicebāt oium esse elementum: ⁊ quidam aerem: ⁊ quidam aquam: ⁊ quidam terrā: alij aūt medium corpus inter aquam ⁊ aerem: subtilius quidem aqua: grossius autem aere: quidam autem medium inter ignem ⁊ aerem elementum esse tradiderant: grossius quidem igne: subtilius autem aere: hoc aūt medium per spatium infinitum opinabantur distendi: ⁊ totum occupare celum: ⁊ vltra celum extendi per locum infinitum quem extra celuʒ esse cōtenderant: ad oēs autem hos qui elementum vnum tm̄ esse dicunt: ⁊ hoc non extremum sed medium ponūt: siue id medium sit aer ⁊ aqua: siue quodcūq3 aliud medium sit inter aquam ⁊ aerem: vel inter ignem ⁊ aereʒ: ꝙ ipsi ignorauerūt rōnem sui dicti de elemento: ⁊ obliti sunt defectus elementi q̄3 supra posuimus: oēs enim isti ex vno elemento qđ esse dicunt res omnes generant per spissitudinem ⁊ raritatē ipsius dicentes spissitudinē fieri in corpore ex eo ꝙ prime partes illius elementi cōponunť: ⁊ raritatē dicunt fieri ex eo ꝙ plurime partes illius elemēti egrediunť ⁊ resoluunť ⁊ remanent loca paꝝ vacua quasi pori quidam: ⁊ tūc efficiť corpus raꝝ: si enim subtile ⁊ rarum est elemētū: eo qđ est prius spisso cū spissum sit sicut cōpositū: ⁊ raꝝ sicut simplex ꝯm eos tūc subtilissimū corpus est primū: est aūt subtilissimum vnuʒ extremoꝝ qđ est ignis ⁊ nō medium: ergo ignis est primū corpoꝝ: primum aūt est elementum: non ergo medium est elementum sed alteꝝ extremoꝝ: media enim inter duo extrema possunt esse dupl'r per qualitatem.s. ⁊ per quantitatem: siue partium positionem: per qualitatē qđ est accepta media sunt sicut per graue ⁊ leue: ⁊ frigidū ⁊ calidū: que sunt qualitates actiue: per humidū ⁊ siccum que sunt passiue. Sed de actiuis ⁊ passiuis magis pertinet ad ꝯsiderationē libri peri geneseos. Sed ꝯm qualitates ad motum localē ordinatas equaliter simplicia sunt ambo extrema.s. ignis ⁊ terra: eo ꝙ vtrūq3 habet motū simplicem per virtutem simplicē ad motum localem inclinantē: ⁊ sic ponentes vnum de medijs pro elemento peccauerunt: q2 ambo extrema sunt ante media. Scđm aūt ꝙ medium accipitur per quantitatem ⁊ situ partium: tunc autē non est nisi extremum vnum qđ est ignis qđ subtilius ⁊ rarius est medio: ꝯm hanc enim cōparationem medioꝝ ad extrema mediū est inter extrema: ⁊ est illud qđ cum vno extremo per cōpositionē ꝯstituit extremū vltimuʒ: ⁊ sic p3 ꝙ quocūq3 modo sumať mediuʒ semper peccant qui vnum medioꝝ ponūt pro elemēto. Si aūt forte dicerent ꝙ ignis nō est elemētū subtilissimū: adhuc nihil min⁹ peccāt: q2 ex quo dicūt mediū esse elementū: tūc op3 ꝙ dent ei extremū subtilius: ⁊ illud quicquid sit erit prius medio ⁊ elementū ad ipsum per rōnē prius inductā: illud enim erit ad qđ resoluiť sicut minus subtile resoluiť in subtile qđ est posterius ipso per viā resolutionis: ʒ prius eo sit ꝯm viā cōpositionis. Amplius aūt sermo dicētis ꝙ oia fiunt ex elemēto vno spissitudine ⁊ raritate facientibus trāsmutationē illius vnius in nullo differt ꝯm rē a sermone dicētis: ꝙ oia sunt ex vno magno ⁊ paruo facientibus trāsmutationē illius vni⁹ qđ elementū esse dicūt. Cum dicūt vnum esse elementū rarefactibile ⁊ inspissabile nō possunt dicere ꝙ ea que sunt ex vno differant ꝯm cōplexionem factam ex vno: q2 ex vno non fiunt diuerse complexionis qualitatum. Cum igitur non sunt plures modi quibus possunt fieri res ex elemento nisi ꝯm qualitateʒ ⁊ quantitatem: oportet ꝙ ea que fiunt ex elemento vno ꝯm diuersitatem quantitatis partium in numero ⁊ quantitate cōponi vt fiant diuersa. Cum ergo dicunt ex spisso ⁊ raro elementi vnius diuersas res generari: oportet ꝙ spissum ⁊ rarum fiant ꝯm differentias partium in magno ⁊ paruo: ideo enim dicunt ꝙ subtilitas est partium paucitas ⁊ paruitas: q2 dicunt ꝙ subtile ⁊ rarum non fiunt nisi per eductionē partium magnaꝝ spissi loco quoꝝ remanent pori vacui qui quāto plures sunt tanto minores ⁊ pauciores sunt partes interposite poris: ⁊ sic subtile ponit paruitatē partium ⁊ paucitatem. Spissum aūt propter duas oppositas causas dicit multitudinem partium ⁊ grossitiem siue magnitudinem earundem: subtile enim est id qđ est expansum ⁊ porosum: ⁊ nihil est ita dispositum nisi id qđ est compositum ex paucis ⁊ paruis per modum qui determinatus est. Si igitur hec ita se habent: tunc sequitur proculdubio ex his que dicunt ꝙ distinguunt substantiales reruʒ differentias per paruitatem ⁊ magnitudinem partium. Si aūt per hec distinguunt substātiales rerum differentias: tunc sequitur ꝙ ea que nos vocamus elementa que sunt quatuor corpora que nos vocamus prima que ipsi dicunt ex vno quodam elemento facta nō habeant differentias absolutas: sed per comparationē dictas

tm̄: q2

Tex.c.39.
Tex.c.40.
Tex.c.41.
Tex.c.42.
Tex.c.43.

tm̄:quia magnum ⁊ paruū dicuntur per cōparationez ⁊ nō simpliciter. Idem enim est magnū respectu alicuius ⁊ puū respectu alterius: igitur nō est aliqđ elm̄tum vere ignis: nec vere aer: nec vere aqua: nec vere terra: necesse est igitur vt vna ⁊ eadem res quando cōparat̄ ad aliqđ sit ignis: ⁊ quādo comparat̄ ad aliud sit aer: ⁊ quādo comparat̄ ad tertiū aliquod sit aqua: sicut cetere partes ad vnum cōparate sunt parue: ⁊ ad aliud comparate sunt magne: ⁊ hoc idē accidit etiā illis qui dicūt ꝙ elm̄ta multa sunt ⁊ infinita: ⁊ res elemētate non diuersificant̄ nisi per paruitatē eoꝝ ⁊ paucitatē et per magnitudinē. Non tm̄ sequit̄ hoc incōueniēs cōtra eos inquātū dicunt elm̄ta infinita sed inquātū dicūt ꝙ ipsa elm̄ta paruitate ⁊ magnitudine ⁊ paucitate ⁊ multitudie causant entiū elatoꝝ differentias: hoc enī necesse est eos dicere: sicut dicimus prius cum ipsi negent qualitates elm̄torum. Ex q̄bus diuerse cōstituunt̄ elm̄torum cōplexiones qb⁹ ꝓuidēt diuerse eorum que sunt substantiales differentie: tūc oīū non relinquit̄ aliqua compositio posse fieri ex athomis: nisi illa que fit fm̄ ponentium diuersam quantitatem in numero et magnitudine. Qui autem sic dicunt auctores ⁊ inuentores sunt athomorum. Amplius dicemus his qui sic distinguūt ea que nos vocamus elementa a se inuicem per suarū partium quantitatem: qđ sequit̄ procuidubio ꝙ vnum ⁊ idem elementū specie sint ignis ⁊ aer ⁊ aqua ⁊ terra: cuius causa est qa partes parue sunt in partibus magnis sicut partes earum: ⁊ ideo eadem pars comparata vni est magna ⁊ cōparata alij est parua: differentia autē huius que est per cōparationem non variat speciem: ⁊ sic corpus eiusdē speciei nominari potest nominibus omnium quatuor corporum que nos elementa vocamus. Ad illos autē qui medium corpus aliqđ elementum esse non dixerunt sed extremum subtilissimum sicut est ignis: non sequunt̄ dicta inconuenientia oīa de quibus locuti sumus ꝙ dicta inconuenientia consecuta sunt inquātum vnum ⁊ medium illi elemento esse dixerunt sed alia multa irrationabilia sequuntur ad positionez eoꝝ. Quidam enim eoꝝ qui dixerūt ꝙ ignis est elementū oīum dixerunt ꝙ differentia substātialis ignis ꝓpter quā est primum corporum ⁊ elm̄tū est pyramidalis figura: ⁊ alij dixerunt ꝙ causa illius esset figura pyramidis. Sed qꝛ est subtilissimum corpoꝝ ⁊ nos disputabimus contra vtrāq; istarū positionum: ⁊ primū contra eos qui dixerunt ꝙ ignis elm̄tū est primū ꝓpter figuram pyramidis: sed anteq̄ contradicamus illis inducamus rationes illoꝝ: dicamus igitur ꝙ quidam nitunt̄ affirmare ignem esse elemētum ⁊ primū corporum: eo ꝙ ignis est velocissimum corporum in ascendendo: ⁊ pyramis est velocissima figurarum in ascendēdo: ergo ignis est figure pyramidis velocissime ascendendo: probāt ex hoc ꝙ extremus eius terminatur in puncto: ⁊ ita bene penetrat in ascendendo: ⁊ constat ꝙ iste syllogismus ex duab⁹ affirmatiuis in secunda figura ⁊ altera compositio ꝯtinet non causam vt causam ascensionis: quia qđ penetrat bene ⁊ est acutum non magis bene ascendit q̄ descendit: cum non sit causa motus nisi inquantum est penetratiuū medij per qđ est motus. Iste enim est modus probationis debilis ⁊ stultus ⁊ nimis simplex. Quidam autem ad hoc induxerunt ꝓbationem stolidam quidem: sed tamen minus inconueniētem: hij enim dicunt supponentes ꝙ omnia corpora secūda que sunt fm̄ eos elementa componunt̄ ex corpore p̄mo subtilissimo per inspissationem ipsius. Similis dicunt ꝙ melior figurarum ⁊ simplicior est que est composita ex pyramidali inter figuras corporales. Cum igitur hec ita se habent tam in corporibus q̄ in figuris ⁊ constet ignem esse subtilissimū corporum: itemq; constet figuram pyramidalem esse simpliciorem ⁊ priorem inter figuras corporales: ⁊ iterum cōstat ꝙ figura prima debetur corpori primo: tūc procuidubio cōcludi videtur ꝙ figura pyramidalis debetur igni q̄ etiā figuram substantialem ignis differentiam ⁊ speciem esse dixerunt non valentes videre differentiam inter specificā differentiam ⁊ figuram. ¶ Hec autem ratio etiam a nobis inducta superius esse videtur ad probandum ꝙ celo debetur figura rotūda: ⁊ ideo forte aliquis crederet ꝙ hec a nobis talis ratio non esset infirmanda. ¶ Sed aduertere oportet ꝙ aliter a nobis inducta est: ⁊ aliter ab illis. Celum enim cū sit compositum ex motore ⁊ mobili: sicut sepe diximus figuram habet necessario ꝙ competit suo motori mouenti ipm̄ motu circulari: ⁊ ideo cum suppositum sit celum habere figuram stabilem qua sibi ablata iam non potest esse celū: cōueniens fuit vt concluderetur sibi primam figuram debere aptari: eo ꝙ ipsum est primum corporum: hic autē nulla necessitate adhuc probatum est ignem habere figuram aliquā sine qua ignis non posset esse ignis sicut se habēt figure animatorum ⁊ animata. Et tamen isti quasi supponentes hoc qđ nos inferius falsum esse probabimus: inducunt rationē qualiter sibi debeat̄ p̄ma figura sine qua ignis non sit ignis: peccant igitur sic ratiocinantes ⁊ peccatum eorum inferius ostendemus. Alij autem inter eos fuerunt qui ignē elemētum esse dicebant: qui dixerunt hoc non esse propter aliquā figuram igni attributam pro differentia substantiali: sed dixerunt ꝙ ignis est elementum eo ꝙ est subtilissimum corporum: reliqua autem corpora ab igne debent fieri per compositionem partiū ignis adinuicē per minorē ⁊ maiorē spissitudinem: dicūt enī ignis partes per se hn̄tes tumorē ⁊ inflationē quātitatiuā: ⁊ ideo partes ipsius coartate plus aut minus faciūt reliqua corpora omnia que elemēta ex igne eē dicunt. Dicimus autē ad hec omnia: quoniā multe conclusiones difficiles ⁊ impossibiles ex dictis sequūtur opionib⁹. Et est p̄mo contra vltimo inductā disputemus opinionē. Dicimus igitur quoniā si illi qui dicunt eē ignem elemētū: qa est subtilissimum corpoꝝ: volunt dicere ignis partes eē indiuisibiles: ⁊ tāq̄ īdiuisibilia plura pauciora cōponi in rarū ⁊ spissum ⁊ ex eo sic diuersificari corpora: tunc īducemus cōtra eos qui dicūt eē athomos elm̄ta. Amplius aūt ⁊ ex prehabitis sermonib⁹ ꝓbabimus īpossibile eē ꝙ subtilissimū indiuisibile sit elementū corpoꝝ omniū: hoc enī manifestabit̄ inquirenti ⁊ de hoc nālīter. Si enī corpus īdiuisibile est elemētū: tūc opꝫ ꝙ omne corp⁹ equale sit alteri corpori per quātitatē: cōstat enī tunc ꝙ non differt vnum ab alio p magnitudinē ⁊ paruitatē cōponentiū: eo ꝙ oīa cōponētia sunt indiuisibilia: ⁊ īdiuisibilia oīa sūt equalia. Sꝫ differētia tm̄ erit in numero indiuisibiliū eo ꝙ vnū cōponit̄ ex plurib⁹ ⁊ alterū ex paucioribus: ⁊ hoc nō generat quātitatem inequalē: ⁊ tūc erit magnitudo totius aque equalis magnitudini toti⁹ aeris: ⁊ sic reliquorum corpoꝝ qui nos elm̄ta vocamus erit quātitas equalis: huius aūt ꝯtrariū oīno videm⁹: qa nos videmus ꝙ spissa que fm̄ dictos viros cōponunt̄ ex plurib⁹ īdiuisibilib⁹ minora sunt in quātitate q̄ rara vt dicūt ex paucioribus cōponuntur: aer enim maioris quātitatis est q̄ aq̄: ⁊ vt vniuersalīr dicat̄ omne corpus subtile pluris est magnitudinis q̄ corpus grossū: patens est igit̄ ꝙ elm̄tū aque minoris est quātitatis q̄ elm̄tū aeris: ⁊ hoc est ꝯtrarium eius qđ sequit̄ ex dictis eoꝝ: ⁊ hoc qdem sequit̄ si per subtilissimum corpoꝝ partes indiuisibiles itelligāt: ⁊ si nō dicāt iter partes interponi vacuum in corpore subtili: qa si vacuū diceret̄ interponi partibus raris ⁊ hec vacua expelli a corpore spisso: ⁊ tunc partes indiuisibiles contrahi in minorem quantitatē: tunc non accideret eis conclusio inducta: sed isti nō dixerūt esse vacuū: ⁊ ideo accidit necessario id qđ conclusum est si ꝓpter hoc ignem subtilissimū corpoꝝ esse dicūt: qa partes habet īdiuisibiles: sed hoc nō videt̄ eē ex dictis eoꝝ supra īductis vbi dixerūt partes ignis habere tumorē ⁊ īflationē: qꝛ indiuisibilem tumorē ⁊ īflationē quantitatis nullam hꝫ. Et ideo adhuc redeamus ad eos ⁊ dicamus ꝙ si nō dicūt partes īdiuisibiles: sed alīr subtiles esse partes ignis: tūc opꝫ ꝙ magnitudo elemēti minoris multiplicata est in elm̄to maiori: sicut magnitudo aque est in aere multiplicata: tūc opꝫ ꝙ hoc fiat per diuisionē subtilis in subtili⁹ ipso: igit̄ elm̄tū aeris ex quo componit̄ ipse aer est diuisibile in subtilius: quia qđ diuidit̄ in continuis est diuisibile in infinitum: similīr autē diuisibile erit elm̄tū ignis in subtilius se: ⁊ sīr fm̄ istos oē corpus subtile absq; dubio diuidit̄ in subtilius ipso: quia licꝫ corpus physicum sub forma ignis vel aeris non diuidatur in infinitum: tamen quātitas eius sub forma subtilis ⁊ subtilioris in partibus diuiditur in infinitum: ⁊ hoc modo isti dicūt ꝙ ignis forma que est elm̄ti est subtilitas: ⁊ sic quo ad istos ignis diuidit̄ in infinitū sub forma elm̄ti: ergo nullū est adeo subtile accipe quin sic subtili⁹ ipso accipere ante ipsū subtili⁹ est elm̄tū: ꝯ ignis quē dicūt eē elm̄tū hꝫ an̄ se elm̄tū subtili⁹ ipso: ⁊ sic ignis nō erat elm̄tū primū. Iā enī ostēsum ē ꝙ

Tex. cō. 44.

Tex. cō. 45.

Dubium.

Solo

Tex. cō. 46.

Tex. cō. 47.

Tex. cō. 48.

ignis recipit partitionē in subtilius ſm dicta iſtoꝝ: his aūt habitis disputem⁹ ꝯ aliā partē ignē elm̄tū eē dicētium eo ꝙ ſibi attributa ſit figura prima ſicut forma ſpecifica vel coniū cta forma ſpecifice: dixerunt enim iſti ꝙ ſicut aīalia hñt propriaſ figuras ſuas formas ſpecificas ꝯſites ſine qbus nō ſaluaſ ſpecies aīalis: ita hꝫ ignis figurā pyramidis ſine qua ignis non eſt ignis. Dico igiſ ꝙ ſi hec ita ſe hñt: cum pyramis nō diuidaſ in pyramides: ſed in ptes quaꝝ neutra eſt pyramis: videbiſ tunc ꝙ ignis nō diuidi poſſit in ptes q̄rū vtraꝗ ſit ignis: ſicut nec aīal diuidiſ in ptes quaꝝ vtraꝗ ſit animal. Cū igiſ ignis diuidiſ ꝑ ignis nec eſt elemētū eo ꝙ non eſt ignis nec eſt ex elemēto alio eo qḋ eſt aliqd p̄mi corporis: ꝗ aliqḋ corp⁹ eſt accipere ꝙ nec eſt elm̄tū: neqꝫ ex elm̄to

Tex. cō. 49.

qḋ ridiculū eſt. Et ex hoc ꝯuertētes nos ad eos q dixerūt ignē eſſe elemētuꝫ: eo ꝙ eſt ſubtiliſſimū corpoꝝ. Induco rōnē prius inductā: qa cū omne corpus ſit diuiſibile ſequiſ neceſſario ꝙ ignis habeat ſubtili⁹ ante ſe: ⁊ ſic elemēti erit elementū ⁊ vſqꝫ in infinitū: eo ꝙ ſm dicta iſtoꝝ diuiſum ſubtile ex ſpiſſiori elemētuꝫ eſt ad ipm.

Tex. cō. 50.

Adhuc aūt accidit ⁊ ex hac opinione ꝙ vnū numero corpus ſit omne elm̄tū per cōparationem ad diuerſa per ſubtile ⁊ groſſuꝫ: ⁊ qa vni cōparatū eſt ſubtile: alij cōparatū eſt groſſum vel ſpiſſuꝫ: ⁊ ſic idē corpus ad aliqd cōparatū eſt ignis: ⁊ ad aliqd cōparatū eſt aer: ⁊ ad aliqd cōparatū eſt aqua: ⁊ ad aliqd comparatū eſt

Tex. cō. 51.

terra. Ampli⁹ aūt vniuerſalr loquendo dicēdū ꝙ oēs illi errauerunt qui dixerūt elm̄tū eſſe corp⁹ vnūquodqꝫ ſiue ſit medium ſiue extremū: vnius eni corporis eſt vnus mot⁹ nāl's ⁊ cōpoſita non hñt motū aliquē ſimplicium corpoꝝ que ſunt in ipſis: ⁊ qa vnum elm̄tū ſequiſ tūc vnū ſolum eē oīum elm̄toꝝ motuꝫ. Viſus aūt teſtificaſ ꝯtrū illius: qꝛ in his que videmus nos quattuor elm̄ta. Videmus ꝙ qḋlibet corporū habet motū vnū nālēꝫ diuerſuꝫ ab alterius motu: ⁊ quedaꝫ mouenſ ſurſum ⁊ quedā deorſum. Si aūt oīa eſſent vnū vel ex vno corpore oīum eſſet mot⁹ vnus: ⁊ iſte mot⁹ eēt in omni corpore tāto velocior quāto haberet plures partes p̄mi corporis ſimplicis cuius iſte eſt p̄mo mot⁹: ⁊ ſic deberēt corpora ſpiſſa ſicut terra ⁊ aqua que plurimas hñt partes: ſicē iſti dicunt velocius aſcendere ꝙ̄ ipſe ignis. Nos aūt videmus hui⁹ ꝯtriuꝫ: qa corpora multa ſpiſſa videmus velocius incedere deorſum: cuius nulla eſt cā: niſi qa ſunt ꝯtrium elementum igni. Propter iſtas ergo ſn̄ias ⁊ rōnes naturales ⁊ propter illud qḋ ꝓbant de mathematicis induximus in p̄miſſis: ⁊ ꝓpter illud qḋ nunc vltimo induximus ex teſtimonio viſus: ꝙ motus naturales ſūt multi: idicatur expreſſe ꝙ nō eſt poſſibile vt elementum ſit tm̄ vnum.

Cap. 4m. Vtrum elementa ſunt generabilia vel corruptibilia ſm totum vel ſm partem tm̄.

Tex. cō. 52.

Dicamus igiſ qḋ ex dictis ſequiſ ꝙ cū elemēta nec ſint īfinita per numeꝝ: nec vnicū tm̄ ꝙ ſint plura vno finita nūero. Sed anteꝗ̄ queramus de numero coꝝ determiato: opꝫ inqrere an elementa ſint p̄ma corpora ſempiterna oīa an ſint generata cadētia ſub corruptiōe: p̄moꝝ eni ſimplicium quedā ſūt perpetua: quedā aūt gñabilia: ⁊ ideo non pōt ſtatim ſciri determiate nūerus elm̄toꝝ niſi prius ſciaſ in quo genere ſint ſimpliciū corpoꝝ: vtruꝫ. ſ. in genere ꝑpetuorū ⁊ imortaliū corpoꝝ aut in genere corruptibili. Quādo eiꝫ illud fuerit declaratū nobis: tunc facilius ſciſ ſūma numeri coꝝ ⁊ cuius ſunt nature: hoc eni generalr ꝑſcire opꝫ ſiue elemēta ſunt athomi: ſiue ſimilia corpora: ſiue ēt figurata pyramidib⁹: ſiue per prioritateꝫ ſimplicitatis accepta: ſiue aliter quocūqꝫ mō accipianſ. Sciendū igiſ qa non eſt poſſibile vt elemēta dicātur eē icorruptibilia: ſi per diffōnē ſupra poſitā accipianſ: oīa eni elm̄ta ſm partes oēs remouenſ per corruptionē: ⁊ hoc ꝓbaſ per inductionē. Videmus eni ignē ⁊ aerem ⁊ aquā ⁊ terrā vniuſr reſolui: ⁊ hoc ſiue accipianſ ptes ſm cōpoſitionē quātitatis: ſiue ēt ſm cōpoſitionē qualitatꝫ: ſiue etiā partes accipianſ idiuiſibiles que vocanſ athomi: ſiue ēt partes accipianſ diuiſibiles: gñaliter eni loqmur quo ad quēcūqꝫ modū partiū: qui pōt eē vel fingi in elm̄tis. Cuꝫ eni videamus elm̄ta reſolui ⁊ corrūpi ſm partes: queramus iteꝝ vtrū illa reſolutio vadit in infinitū aut ſtat in aliꝗ icorruptibili ⁊ qḋcūqꝫ hoꝝ deſ ducemus ad ipoſſibile: qꝛ ſi reſolutio vadit in īfinitū ita ꝙ per reſolōnē ſemp eſt aliqḋ accipere nō reſolutuꝫ ꝓpter qḋ elm̄tuꝫ in toto dicaſ corruptibile eē: tūc opꝫ neceſſario ꝙ tp̄s reſolōnis: qḋ. ſ. mēſurat extra ſucceſſiue reſolōnis ad actū infinitū: qa ſi mutatio aliqua ē infinita: opꝫ ꝙ tp̄s mēſurās eam de neceſſitate ſit īfinituꝫ: ⁊ hoc eſt ideo qa quelibet ꝑs priuꝫ elm̄ti ſucceſſiue accepta hꝫ ſuā reſolōnē in tp̄e parte alia ⁊ alia. Nihil aūt corrūpiſ per reſolōnē niſi qḋ eſt gñatū: gñatio igiſ partiuꝫ ſucceſſiua ē infinita ſicut reſolutio: ſꝫ gñatio ſemp eſt extra reſolōnē corruptionis: ꝗ tp̄s generatiōis eſt extra tēpus corruptiōis. Cuꝫ igiſ vtrūqꝫ ſit infinitū ſm eundē terminuꝫ qui eſt ſinis: ergo duo infinita ſm finita tempora: quoꝝ vnū eſt eſſe alterū qḋ eſt impoſſibile oīno. Scđm eni eos qui dicūt eterna eē ⁊ mūdum ⁊ tēpus non eſt poſſibile duo eſſe tempora īfinita: quorum vtrūqꝫ ſit infinitum ſm alterum terminorum: ⁊ tamen vnū ſit extra alterum: qa ſic ſe habet ſm iſtos p̄teritū ad futurum: ꝙ in p̄ſenti diſtinguunſ: ⁊ vnum eſt extra alterū: ſed ꝙ duo ſunt infinita ſm eūdem terminum ⁊ finita ſm eūdeꝫ ⁊ vnum ſit extra alterum eſt oīno impoſſibile: ⁊ ſic eēt in propoſito: qa tēpus generatiōis infinite incipit a quodā determinato nunc: ⁊ ſilr tempus corruptionis infinite ⁊ vnuꝫ ponitur extra alteꝝ: ⁊ per hoc ꝙ gñatio totius elm̄ti quo ad oēs partes ipſi⁹ poniſ extra corruptionē elm̄ti quo ad oēs partes ipſius. Si aūt tp̄s vnius icluderet ſm viciſſitudinē iſtra tp̄s alterius: tunc non eſſet vtrūqꝫ infinitū: qa ſic ſe habet tēpus gñationis ad tp̄s corruptionis: ſicut determiari hꝫ in ſecundo de gñone ⁊ corruptiōe. vbi ꝓbaſ ꝙ tātū eſt tp̄s gñatiōis i circulo obliquo: quātū eſt tp̄s corruptiōis in motu eiuſdeꝫ circuli: ⁊ qa nō quieſcit circulus afferēs ⁊ deferēs equalr generās: ideo nūꝗ̄ ſꝫ tātū geſcūt per infinitū tp̄s gñatio ⁊ corruptio tā elm̄toꝝ ꝙ̄ elemētatoꝝ. Qḋ autē nō poſſunt eē duo tēpora infinita quoꝝ vnum ſit extra aliud: ⁊ ſint infinita ſm eūdem terminum: facile probatur ſi ad memoriam reuocentur ea que habita ſunt in fine p̄mi libroꝝ iſtoꝝ: qa ſi nos accipiamus tēporalia iſta hoc eſt generabile ⁊ corruptibile: tunc eni perpetuum generabile ſm infinitam potētiaꝫ actiuam ad eē: extra illaꝫ aūt nō pōt eſſe in eodē potentia paſſiua ſm nō eē infinitū: qa aliter idē eſſet ſemp ⁊ ſemp nō eēt que nō poſſunt ſimul ineē: ⁊ ſilr eſt in tēporib⁹ ipſoꝝ: ⁊ hic late ſuperius in fine p̄mi libri ꝓbata ſunt: pꝫ igitur ꝙ tempora duo īfinita ſimul nō ſunt: quoꝝ vnū eſt extra aliud: etiā detur corruptio in infinitum ire. Cū ergo gñatio vadit in infinitum: ꝙ tunc vnum tp̄s infinitū eſt extra aliud tp̄s īfinitū: ⁊ hoc eſt de nūero impoſſibiliū: qḋ ſequiſ ꝯtra multos p̄hos qui dixerunt generationē corpoꝝ infinitam eē ⁊ precedereꝫ tamē corruptionē eorūdem corpoꝝ infinitā. Si aūt dicaſ ꝙ reſolutio ſtat in aliquo qḋ reſoluitur gratia cuius elemētū nō totum dicitur reſolui ⁊ corrumpi: tūc opꝫ ꝙ aut ſtet in indiuiſibili ⁊ corruptibili: ſicut dixerunt Demo. ⁊ Leucip. aut ꝙ ſtet in aliquo diuiſibili qḋ tamen eſt incorruptibile: ſicut dixit Empedo. Ille eniꝫ dixit ꝙ quedā elm̄toꝝ partes ⁊ p̄cipue ignis nō ſunt corruptibiles in quibus ſtat reſolutio elementoꝝ: cuꝫ tm̄ ille partes non ſint indiuiſibiles. Dicam⁹ ꝗ ꝙ impoſſibile eſt vt ſtet reſolutio in athomis ꝓpter omnia incōuenientia que adduximus ſupra cōtra eos q athomos eſſe poſuerunt: neqꝫ iteꝝ poſſibile eſt vt ſtet reſolutio in parte diuiſibili: ita ꝙ nulla pars diuiſibilis non reſoluatur ⁊ reſolutione corruptionis: conceditur enim ꝙ cum omnes partes ſimul ſunt ꝙ non poteſt reſiſtere corpus reſolutioni corruptionis: cum tamē tunc ſit maioris virtutis ad reſiſtēduꝫ ꝙ̄ quando eſt diuiſum in partes multas minores: eſt enim corpus maius minus reſolubile per corruptioneꝫ ꝙ̄ corpus minus. Si igiſ corpus maius ſuſcipit reſolutionē corruptionis: tūc multo dignius eſt vt corpus minus capiat reſolōnē corruptionis. Si quis autē forte diceret elementū nō corrūpi nec in toto nec in parte: cōtrarium huius teſtificatur viſus: qa nos videmus ꝙ ignis ſm duos modos corrumpiſ: a contrario enim corrumpiſ per ſe: ⁊ corrumpiſ etiaꝫ ⁊ finiſ in ſeipſo per materie proprie defectum: ⁊ tunc etiā corrumpiſ a contrario ſꝫ hec corruptio ſit per accidens: qa. ſ. ꝯtrarium non poteſt agere in ipſum vincendo ꝙ̄ diu nutriſ ⁊ fouetur in materia ſibi conuenienti: ⁊ ſi ignis ita corrumpitur qui habet fortiorem actiuam virtutem inter cetera elemēta: tunc oportet ꝙ qḋlibet elementoruꝫ corrumpatur. Corrumpitur igitur omne minus citius per contrarietatē maioris

toris vincentis super ipsum: ⁊ quanto est minus tāto est īm potentius resistere contrario ⁊ magis citius corruptibile: ⁊ sic habetur propositum. ¶ Scias autem ꝙ sunt quidā modernorū qui se magnos reputant huic sententie que fm veritatem est Aristo. contradicentes ⁊ quasi cōcordātes Empedo. dicunt enim elementa non fm totū esse corruptibilia dicentes ꝙ natura loci ⁊ ordo cōseruat ea fm totū: qđ absq; dubio falsum est: quia locus non conseruat: sed continet: vt locus ad quem est motus: prout enim motus est ad locū sic conseruat locatum: sicut nos docuimus in quarto libro phy. sicorum: prout autē locus est superficies contrarietate distincta: sic locus agit ad corruptionem locati sed hoc accidit loco: ⁊ non conuenit ei inquantum est locus. Ordo etiam nō conseruat elementa fm aliquid incorruptibile qđ sit in ipsꝫ: quia lꝫ elementa se contingentia in vna qualitate conueniant: in altera tamen sibi repugnant ⁊ agunt ⁊ patiuntur abinuicem: ⁊ ideo ordo non facit ꝙ minus sint corruptibilia fm totum: ⁊ huius signum est: qꝛ inueniemus precipuos in philosophia viros loquentes de diluuio cuiuslibet elementi super aliud: sicut patet in enumeratione diluuiorū que habetur in principio Timei Platonis: ⁊ ideo tenendum est ꝙ lꝫ elementum esset fm totum corruptibile: non corrumpi autē fm totum propter equalitatem causarū generationis ⁊ corruptionis: sicut optime declarabitur in fine secūdi de generatione ⁊ corruptione. quia hic nō est tempus loquendi de illo. Sic igitur ostensum sit ꝙ elementa sunt generabilia fꝫ totum ⁊ cadentia sub corruptione.

Neq; nā loci neq; elitorū ordo pōt cōseruare ea ne corrūpi possint.

¶ Cap. 5m. Ex quo sicut ex subiecto generationis fit generatio elementorum.

Tex. cō. 53.

VLterius igitur habita hac conclusiōe ꝙ elementa fm totū sunt generata: ⁊ fm totū sunt generata ⁊ fm totum cadētia sub corruptione: dicimus ꝙ tunc sequitur necessario aut ipsa eē generata ab eo qđ est actu corpus: aut ex eo qđ ē actu non corpus potentia habens corporeitatem: ⁊ si sunt generata ab eo qđ est actu corpus: aut illud est aliud corpus ab eis qđ est elementum ad ipsa quatuor que vocamus elementa: aut generantur ex corpore eo ꝙ generātur ex inuicem. Iste enim questiones sequuntur conclusionē probabiti capituli: ꝙ scilicet elemēta sint generabilia fm totum. Si enim fm partes essent generabilia ⁊ corruptibilia: tunc generatio eorum esset per modū recompensationis et dissolutionis partiū fm quantitatem: ⁊ quereret vtrum ex corpore: aut ex non corpore generarent. Resumamus autē partem primam diuisionis prime. Si enim aliqs dicat elementa ex non corpore generari: oportet ꝙ non corpus qđ dicit generari aliquid ponat ꝙ sit subiectum generatiōis: eo ꝙ sicut motus non potest esse sine substantia ita nec mutatio: oportet igitur ꝙ non corpus qđ est subiectū generationis sit ens non corpus separatū. i. ab omni corporeitate fm actum: ꝙ tamen potentia habet dimensiōes corporeitatis: ⁊ hoc est ponere materiam primam entem sine corporeitate ⁊ accidentibus: sic autem posita est indiuisibilis ⁊ non implet locū: ad hoc tamē ꝙ ipsa inducit corporeitatem per generationem: oportet preexistere locū in quo generetur corpꝰ qđ generari dicitur ex non corpore. Sequitur igitur dicentē elementa generari ex non corpore: ꝙ ante generatum corpꝰ sit locus vacuus: ⁊ sint dimensiones separate a materia: quia per tales dimensiones separatas dicitur esse vacuum ⁊ inane: hoc autē sequitur impossibile: ergo impossibile est dicere corpus elementi generari ex non corpore nullam omnino corporeitatem habentem. Nec potest dici ꝙ non corpus ex quo fit generatio dicat absolute non ens: qa tunc generatio non haberet subiectū omnino. Et ideo omnes antiqui cōueniunt in hoc ꝙ ex nihilo fit omnino. Cū igitur omne generatum: aut sit generatum ex re que non habet aliquā corporeitatem: aut ex eo qđ est actu corpus: ⁊ non possit fieri generatio ex eo ꝙ nullam habet omnino corporeitatem: oportet ꝙ dicatur fieri generationem corporum primorum que sunt elementa ex re que corpus est in actu. Si autem hoc dicatur videbit itez sequi impossibile: qa nos videmus ꝙ oē generatum corpus: ⁊ id ex quo generatur sint in eodem loco: sic videmus aer qui per generationē accipit formā ignis quando est generatus est in loco ignis. Si igitur elementa

Tex. cō. 54.

Tex. cō. 55.

fm totum generata sunt ex corpore actu existente: tunc illud corpus vnde fm totum generātur omnia elemēta erit in eodem loco in quo sunt elemēta: ⁊ penetrat ipsum per totum: igitur quādo generātur elementa ex ipso: tunc duo corpora sunt in eodem loco: qa in concauo lune fm hoc erat corpus qđ erat ante elemēta: ⁊ erat subiectum generationis eorū: ⁊ in eodem concauo sunt elemēta quatuor generata: ergo in ipsa generatione oportuit ꝙ ambo eēnt in loco vno. Si autem daretur ꝙ ille locus in quo generata sunt elementa ante generationem fuit incorporeus: ita ꝙ in ipso non fuit aliqđ corpus: tunc sequeret esse vacuum actu: ⁊ sic sequeret ꝙ dimensiones loci separētur a corpore generato: ita ꝙ dimēsiones in nullo essent subiecto omnino: hoc autem iam superius ostendimus esse impossibile. ¶ Est autē huius questionis solutio expedita in fine primi physicorū. vbi diximus ꝙ subiectum generatiōis est corpus nō determinatarum dimēsionum: ⁊ ideo cum dicitur corpus generatum ex corpore ponitur subiectum generationis per accidens: quia non fit corpus ex corpore per se: qa tūc fieret actus ex actu ⁊ non ex potentia. Quādo autē dicit ꝙ corpus fit ex eo ꝙ potētia est corpus: tūc ponitur subiectum generatiōis per se: ⁊ illi accidit esse corpus: eo ꝙ materia a corporeitate non diuidit: sicut alibi est ostēsum. Et hoc dicēdo nō sequitur esse vacuū: qa id vnde generat corpus: corpus est per accidēs: ⁊ sic implet locum: nec sequit duo corpora esse in eodem loco: qa idem postea est corpus a corporeitate generati: ⁊ nō duabus corporeitatibus: ⁊ est vna quidem fm essentiam corporeitatis in generato: ⁊ eo ex quo fit generatio: sed duplex fm eē: ⁊ hoc alibi est explanatū. Accipiemus ergo membra secūde diuisionis. Si enī generatio elementi fit ex corpore: ⁊ hoc dicatur esse corpus aliud ante elementa: tunc sequitur statim aliqđ corpus fuisse ante quatuor corpora que nos elementa vocamus: ⁊ tunc esset illud vnum elementum ad ista quatuor et ista non essent prima corpora: adhuc autem illud corpus qđ sic ante elemēta esset ponere: aut esset graue vel leue ⁊ alias habens proprietates elementorum: aut nullaꝫ haberet qualitatem elementi alicuius. Si autem non haberet qualitatem alicuius elementi separatum est a qualitatibus sensibilibus elementorum: ⁊ a motu qui est per grauitatem ⁊ leuitatem: ⁊ per alias virtutes sensibilium qualitatum: separatum autem sic a sensibilibus non retinens nisi quantitatem est mathematicum corpus: cui nec motus determinatꝰ habetur: neq; locus determinatus ad queꝫ moueatur. In quocunq; enim loco esse diceretur debite sibi ad illum moueretur naturaliter vel violenter: ⁊ si moueretur violenter: tunc haberet motum accidentalem extra naturam: ⁊ si talem haberet motum: tunc oporteret ꝙ haberet aliū motum naturalem qui esset essentialis sibi: sicut patet ex omnibꝰ ante dictis: ⁊ hoc est contra hypothesim: qua positum est esse separatum a sensibilibus qualitatibus ⁊ a motu. Si enim diceretur in loco naturaliter esse vel accidentaliter: tunc oporteret ꝙ differret ab aliquo quatuor elementorū: ⁊ hoc est iterum contra hypothesim: quia positum fuit esse aliquod corpus ante elementa ⁊ extra ea: ⁊ si tale est: nihil tunc potest generari ex ipso: quia ex mathematicis nihil generatur: eo ꝙ non alterantur qualitatibus sensitiuis: puta si eēt dicto modo in loco: tunc oporteret ꝙ id quod generatur ex eo esset in eodem loco: quia sicut supra diximus ꝙ generatur ⁊ ex quo fit generatio sunt simul in eodem loco: ⁊ sic duo corpora essent in eodem loco: ⁊ quia iam ostensum est ⁊ certificatū ꝙ non fiunt elementa ex non corpore: neq; ex corpore alio ab se existente: relinquitur vt dicamus ꝙ elemēta generant ex se inuicem: ⁊ ideo nullum corpus est ante ea precipue cū ostenderimus ꝙ generatio eorū non est per aggregationē athomorum vel corporum homogeneorum.

Documēti.

¶ Cap. 6m. Utrum generentur ex se inuicem fm latitudinē sicut erit apertum ex occulto.

Tex. cō. 56.

HAbito autem in precedenti capitulo ꝙ elementa generantur ex inuicem: consequēs est querere fm quem modum ex inuiceꝫ generentur. Et ideo inducamus modos quos dixerūt antiqui vt videamus si aliquis sit conueniēs inter eos. Dicamus ergo ꝙ si elementa generātur ex inuicem: aut generantur sine alteratione ⁊ transmu-

tatione: sicut dixerunt Empedo. ⁊ Demo. fieri generatiõe aut generarentur ex inuicem sine alteratione ⁊ trãsmutatione per modũ quez dixit Plato: qui dicit corpora resolui ad superficies: aut est alius modus quo generant adinuicez p̄ter dictos: ita ꝙ fiat ipsoꝝ alteratio ⁊ transmutatio adinuicem. Inuestigemus ḡ pmũ modũ: lz enĩ Demo. non posuerit elm̃ta esse ista q̃tuor que elm̃ta vocamus: ⁊ Empe. posuit ista q̃tuor elm̃ta eẽ: tamẽ cõuenerũt in hoc ꝙ vterq̧ negauit alterationẽ verã eẽ ⁊ verã generationem: eo ꝙ Empe. nõ in toto alterari dixit elm̃ta: sed poti⁹ per parua cõgregari adinuicẽ. Et pmo quidẽ dicẽdũ est ꝯ istos ꝙ isti ignorauerũt proprios s̃mones suos: qa ignorãtia maior esse nõ põt q̃ aliqs intendat affirmare aliqd eẽ ⁊ affirmet per talẽ sermonez ex quo sequit̃ ipm non eẽ: ita etiã isti intẽderunt ꝓbare esse verã generationẽ que exitus est de nõ eẽ in esse: ⁊ induxerũt talem sermonẽ ex quo sequit̃ elm̃ta nõ generari abinuicez s̃m verã gñationẽ: sed s̃m fallacẽ que videt̃ esse ⁊ non est: eo ꝙ s̃m istos res generata nõ erit de nõ esse ad esse: sed poti⁹ de esse occulto ad esse manifestuz: sicut fit in ortu filioꝝ ⁊ in ptu mulierum: qa filius qui clausus fuit in occulto erit ad apertum: ⁊ nõ erit de nõ eẽ ad esse. In vera enĩ gñatione nõ egrediũtur res ante existẽtes in occulto ⁊ apparẽt sicut dicũt ignez occultum in lapide egredi ad apertũ: ꝓpter scissuram lapidis: vel sicut effundi liquorẽ clausuz in vase: qa res que vere gñatur: gñatur ex mã sua que est potẽtia generatũ ⁊ non actu: ⁊ generat̃ per alterationẽ qualitatũ actiuaꝝ ⁊ passiuarũ ⁊ per substãtie trãsmutationẽ. Quicũq̧ ergo ponũt nõ fieri rem ex potẽtia: nec per alterationẽ ⁊ transmutationem: ⁊ consitent̃ ꝙ ex nihilo nihil fit s̃m naturã necesse est ꝙ dicant aut formã generati actu est intus aut est a datore extra: ⁊ siquidem dicũt eã actu eẽ intus: sic ponunt latentiaz formaꝝ ⁊ generationẽ nihil esse: nisi exitum occulti actu existentis ad apertum: sicut Demo. ⁊ Empedo. ⁊ Anaxa. dixerunt. Qui autẽ ponunt a datore formarum esse formas: sicut Plato dicit formas omnes dari a causis separatis ⁊ extrisecis: due aũt opiniones medie sunt iter istas. s. forma generati fiat ex nihilo vel ex potentia. Conueniunt aũt pũi in hoc ꝙ non fit ex nihilo s̃m naturam: relinquit̃ ergo illa que est ꝙ educantur oẽs ex materia in qua sunt potentia per alterationem ⁊ transmutationem substantialem: ex sermone aũt eoruz qui ponũt latentiam formarũ accidũt multe res irrationabiles quibus per dispositionem cõtradici nõ potest s̃m dicentes enim latitationem: ⁊ ꝙ gñatio est exitus entis in actu de occulto in apertum: seqt̃ur ꝙ quando res latens est in aliquã quãtitatem actu. Et deinde manifestatur inuenitur spissa ⁊ coartata in minori quantitate nihil adducitur ei de extrisecis sibi que prius nõ habuit: ita ꝙ nec noua quãtitas que sit leuitas vel grauitas que prius nõ habuit: ⁊ hoc ineuitabiliter sequitur cõtra omnes illos qui ponunt generationez esse per modum exeũtis de occulto ad apertum: dicunt eniz hi ꝙ aqua actu ens occultata est in aere: eo ꝙ nõ dicũt aquã ex aere generari: nisi quia egreditur: per apertuz etiam prius occulta erat in ipso. Nos autẽ videmus ⁊ cognoscimus per motum aque ꝙ maior est grauitas quãdo egressa est ex aere q̃ quando latet in ipso: quia si tante grauitatis eẽt quando est in aere: sicut quando egreditur ipsa rueret deorsum. Cum igitur nullam omnino sustineat alterationem ⁊ transmutationem: oportet ꝙ illam grauitatem det ei sola trãslatio de loco occulto ad locum apertum: ⁊ sic omnis res occultata leuior debet esse q̃ manifesta: qõ est omnino absurdũ.

Tex. cõ. 57.

Amplius autem corpora occulta in alijs que illi dicunt esse eis permixta: eo ꝙ occultationem mixturam esse dicebant non accipiunt maiorem locum q̃ sit locus suus sibi debitus per naturam. Sed nos videmus ꝙ quãdo aer fit ex aq̃ in qua latet vt dicunt aduersarij locum maiorem accipit q̃ fuit ille in quo latuit: omne enim subtilius vult habere locũ maiorem q̃ grossius: ⁊ hoc quidem manifestum ⁊ planum in alteratione ⁊ transmutatione liquorum in aere: humiditas enim si claudatur fortiter in vase vt vaporet intus: tunc inflatur ⁊ querit locum maiorem: ⁊ ideo scinditur vas si nõ haberet respiraculum: sicut patet in vtribus in quib⁹ absq̧ respiraculo clauditur mustum qui franguntur propter musti euaporationem. Si autem sic se habet res vt dictum est: ⁊ concedatur nobis ꝙ res non augetur per vacuuz qõ igrediatur in ipsum: ⁊ facit distare partes suas abinuicez: ita ꝙ in ipso vacuo expandantur corpora: hoc enim vacuum non esse concedũt auctores latitationis: tunc manifestum est qr non est possibile ꝙ corpus occultum vel manifestum accipiat locum maiorem q̃ qui primo debetur sibi: ergo aer in aq̃ habet locum tãtum quãtum habet extra aquam: ⁊ aqua nõ sufficit eum retinere: sicut ostensũ est per vas qõ scinditur quando vaporat humor in ipso: quia nihil aere potenti⁹ est qui etiam scindit ferrea vasa ne dum aqua in qua constringi dicitur. Nos autem nõ videmus ita scindi aquam: ergo aer actu non latet in aqua: nec aliud corpus in alio corpore.

Tex. cõ. 58.

Amplius autem sequitur adhuc istos ꝙ tãdem aliquid remaneat ex omni corpore ex quo nullum aliud corpus valeat generari. Cũ enim vnum corpus latet in alio non potest dici ꝙ corpus istud latens sit infinitum s̃m vltima: quia infinitum s̃m vltima in nullo corpore includi potest: oportet ergo ꝙ abscindatur generatio vnius ex alio: aut in vno corpore finito inclusa sint elementa infinita numero: lz sint finita per vltima. Constat enim ꝙ cum erit inclusum ab includente ꝙ aliqua quantitas sui egreditur: sicut si dicatur ex terra exire aqua: tunc oportet aliquantam aquam ex terra extrahi: ⁊ secunda generatio extraheret iterum aliquantam: ⁊ sic deinceps: ergo si finita fuit aqua in terra tandem tota extraheretur: ⁊ tũc ex terra manente non potest amplius fieri aq̃ qõ est absurdum: aut oportet dicere ꝙ infinita aqua infuit terre: qõ est adhuc absurdius: quia ex infinitis per numez quorum quodlibet est finitum s̃m vltima constituitur vnũ infinitum s̃m vltima: sicut probatum est in libro physicoꝝ: ⁊ tunc sequeretur ꝙ infinitum s̃m vltima ⁊ esset actu: ⁊ cum hoc esset inclusum in corpore finito s̃m vltima qõ oĩno non est intelligibile. Sic enim manifestum est ⁊ certum ꝙ elemẽta non fiunt ex elementis: alia per separationem ⁊ egressionem latentis ad manifestum.

Tex. cõ. 59.

Cap. 7m. In quo probatur ꝙ non generantur elementa ex seinuicem s̃m mutationem figurarum: vel s̃m resolutionez figurarum vel superficierum.

Relinquitur autez ex prehabitis ꝙ elemẽta generantur adinuicem per aliquaz alterationẽ: ⁊ de hoc remanent adhuc duo modi quos tangere debemus: aut eniz hec alteratio est per figurarum mutationem aut per resolutionez figurarum ad superficies. Dico autem mutationem figurarum s̃m ꝙ cera variata per figuras alterari dicitur quando fit rotunda ⁊ quando fit quadrata: sicut enĩ vnã numero materiaz dixerunt induere figuras diuersas ex q̃bus fit ignis ⁊ aer ⁊ aqua ⁊ terra: quia hoc persuasum habebant ꝙ ex figuris sperice essent differentie elementorũ. Resolutionem autem figurarum voco quemadmoduz refertur dixisse Plato ꝙ figura ignis cõstat ex tribus superficiebus triangularibus ⁊ resoluitur in eas: figura autem terre ex octo superficiebus quadratis ⁊ in ipsis resoluitur: ita ꝙ corpora non habent differentias specificas nisi ex istis superficiebus. Qõ si elementa dicantur differre abinuicem ex alteratione vnius per figuras que dant elementis esse in specie ⁊ rationez: tunc sequitur necessario ꝙ oportet ponere elementum esse athomum: quia si detur oppositũ scilicet ꝙ elementum est diuisibile: tunc diuisiõe figure que datur elemẽto specifica differentia diuidetur: sicut si ignis diuidatur diuisione pyramidis: diuiditur autem pyramis in non pyramides: sed in ea que dicuntur in geometrica duo serratilia quorum vtrũq̧ in tres diuiditur pyramides: ergo ignis nõ diuidetur in ignes: sed in ea que non sunt ignis: oportet ponere ꝙ primus ignis qui est elementum est athomus. Eadem autem ratione neq̧ pars terre erit terra: quia quadratum in quadrata non diuiditur: ⁊ hanc vocabant figuram frigoris: eo ꝙ terra est frigida. Si fiat autem alteratio elementorum adinuicem per resolutionem figurarum in superficies: ita ꝙ superficierum differentia sit causa differẽtie elementorum: tunc sequitur ꝙ impossibile sit ꝙ quodlibet elementuz fiat ex quolibet: qõ lz concederent quidam ex ipsis: tamen esse inconueniens probatur per visuz. Videmus enĩ ꝙ non est necessarium ꝙ sit vnum elementum qõ sit cõmune per mutationem ⁊ alterationem in quodlibet elementuz ⁊ non aliud quia visus testificatur in hoc in quo omnia elementa

Tex. cõ. 60.

Tex. cõ. 61.

menta cadant sub visu: quia est transmutatio cuiuslibet in quodlibet: vnum ergo inconuenientium qđ sequitur cōtra istos est ꝙ dicunt de visibilibus hoc cuius contrarium nobis nunciat visus: quia tempore calido videmus terram ⁊ aquam resolui in ignem ⁊ aerez: ⁊ tēpore frigoris videmus econuerso fieri: causa autem huius erroris est: quia principia rerum non acceperunt vera ⁊ bona acceptione: qꝛ principia geometrica que eterna sunt naturalibus corruptibilibus attribuerunt: sed potius quasdam sententias falsas a doctoribus suis de principijs hereditauerunt: ⁊ ad illas retorquere volebant omnia ea que fiebant in rebus naturalibus: ⁊ ideo omnium rerum principia posuerunt entia nō separabilia per corruptionem: illud vō non est ita: quoniaz si nos de proximis principijs loquamur: tūc principia sensibilium corruptibilium sunt sensibilia ⁊ corruptibilia: proxima enim materia ⁊ proxima forma corruptibilium corruptibilis: est etiam principia proxima rerum sempiternaruz ⁊ incorruptibiliuz sempiterna: ⁊ incorruptibilia sunt sicut principia celestium corporum: similiter autem principia prima corporalia sunt incorruptibilia sicut prima materia ⁊ prima forma: sicut ostensum est in fine primi physicoꝝ: ⁊ vt vniuersaliter dicatur: oportet ꝙ principia rerum homogenea ⁊ similia ⁊ naturalia sint his quorum sunt principia: ⁊ tunc geometrica non erant principium naturalium neqꝫ econuerso.

Proxima principia rez corruptibiliū sūt corruptibilia sedz Auerois hic cō. 61.

Platonici autem ⁊ quidam alij antiquorum propter dilectionem dictorum suorum qui nimis extollebāt mathematica propter incorruptibilitatem ⁊ necessitatem quaz inuenerunt in ipsis: ⁊ ideo dixerunt ea esse principia naturaliuz: fecerunt id quod facere consueuerunt qui ponūt sermones impossibiles vñ non fuerunt in principio absqꝫ magna consideratione impossibili supposito: ⁊ cum supposuerūt impossibilia pro principijs: oportuit eos studere vt verificarent ⁊ probarent ea que dixerunt que erant contraria veritati ne viderentur succumbere: ⁊ ne sententie suorum doctoꝝ quibus imbuti erant annullarentur. Nos autez dicimus ꝙ in quibusdaz rebus magis manifesta sunt nobis principia ꝙ̄ ea que ex principijs efficiūtur: sicut mathematicis propter qđ in illis ex pricipijs p̄mis oportet procedere potius ꝙ̄ ex principiatis: in quibusdam autem econuerso est: quia completa que facta sunt vltima notiora sunt nobis sicut in naturis composita complete manifestant sensui: ⁊ ex illis oportet nos iudicare de principijs ipsoruz qualia sunt: ⁊ ideo ex complemento nature qđ est compositum factum vltimum in natura ⁊ ex fine illius completi qđ est actio compositi naturalis ⁊ essentialis: sicut est motus eius oportet nobis accipere iudicium de principijs eorum: ⁊ nō per iudicium priorum principiorum que sunt incorporalia venire in iudicio nature eorum que completa sunt: ⁊ in iudicium finium suorum: omnis enim scientie est complementum ⁊ finis s̄m ea que propria sunt illi scientie: complemētum enim artis que imitatur naturam ⁊ complementum nature est res facta: illa enim est vltima intenta a natura ⁊ arte mechanica: cuius finis est operatum: ⁊ hoc vltimo operatum taz in arte ꝙ̄ in natura est res sensibilis cadēs sub visu: ex illa ergo oportet accipere iudicium de principijs nature qualia esse debeāt.

Tex. cō. 62.

Reuertentes autem ad propositum iudicamus impossibilia que consequūtur ad dicta eorum dicamus ergo ꝙ cum ipsi concedant ꝙ non omne elementum alteratur ad quodlibet: sed potius aliquod est ad qđ alia alterātur quasi ascēdant ad illud ⁊ illud non alteratur ad alia: ⁊ hoc forte ponunt esse terram: tūc sequitur necessario ꝙ terra sola sit elementum: quia s̄m hoc terra est vltimum ad qđ fit resolutio aliorum: ⁊ illa non resoluitur ad aliud s̄m estimationez eorum: hec enim fuit elementi dispositio supra posita. Amplius

Tex. cō. 63.

s̄m ea que dicunt sequitur in elementis esse triangulos superfluos ad transmutationem elementorum: hoc autem nō est rectum neqꝫ conueniens: eo ꝙ natura nunꝙ̄ abundat superfluis neqꝫ deficit necessarijs: accidit autem triangulos esse vacuos in permutatione elemētorum adinuicem: eo ꝙ elementa ex inequalibus numero triangulis componūtur. Si igitur dicamus ignem ex. 28. esse triangulis ⁊ aerem ex tribus erunt superflui. 17. trianguli quando ignis mutatur in aerem: ⁊ quando ecōuerso mutaſ aer in ignem: tūc deficiūt 17. ⁊ sic est de alijs mutationibꝯ elemētoꝝ adinuicē que oia s̄m eos ex inequalibꝯ numero triangulis consistūt. Amplius

Tex. cō. 64.

aūt isti nō habent dicere ꝙ generatio corporis sit ex corpore sed potius ex nō corpore: superficies enim non corpus est ex qua dicūt fieri corporum generationez: nec potest dici ꝙ fiat ex superficiebꝯ corpus nisi supponereſ vna ⁊ cōmunis elementis materia cui aduenieētes superficies sunt pro formis substātialibus in corporibus cōsumēdis si hoc modo isti nō dixerūt sed superficies fieri trāsmutationem. ¶ Amplius autem cogūtur iterum s̄m dicta sua ponere ꝙ nō omne corpus homogeneum susceptibile est diuisionis in homogenea: et propter hoc cōtradicūt ei ꝙ nature est suppositū in geometricis: ibi enim supponitur ⁊ lineam ⁊ superficiem ⁊ corpus in homogenea diuidi in ifinitum: ⁊ sic cōcedūt primum sensibile qđ est cōtinuū per naturam cōtinui que est in eo eē diuisibile. Isti aūt cōtradicūt huic sentētie: dicūt enim nō esse sensibile diuisibile esse in similia siue homogenea toti ne cogātur contradicere sue positiōi de figuris. quia viderunt ꝙ quedam figurata figuris p̄mis nō possunt diuidi prima diuisiōe in homogenea: quia pyramis prima diuisiōe in pyramides diuidi nō possunt: sed potius in serratilia: ⁊ deide s̄z diuisionez serratilia diuidi possunt in pyramides: l̄z sint inequales prime pyramidi. Dico ergo ꝙ illi qui dant cuilibet elemēto aliquam ex figuris pro differētia cōstitutiua ⁊ specificatiua ⁊ diuersificant substātias primorum corporum per figuras adinuicem cogūtur necessario qđ dicūt ꝙ prima corpora figuris distincta nō diuidūtur diuisiōe cōtinui que est diuisio in homogenea: figura enim pyramidis ⁊ figura sperica p̄ma diuisiōe nō diuidūtur in homogenea hoc est in pyramides ⁊ speras sicut sepe diximus. Si autez hec ita se habēt: tūc sequiſ iterum ꝙ pars ignis prima diuisione accepta nō sit ignis: sed oportet ꝙ sit corpus qđ est ante elementum ignis: quia pars prior est toto ⁊ simplicior: ⁊ cū nō sit elementū nec ex elemēto: oportet ꝙ sit prius ipso: qa nihil est posterius elemētū nisi qđ est ex elemēto. Cuz autē omne corpꝯ sit elemētū vel ex elemēto: oportet ꝙ ista pars per diuisionē ab igne accepta sit elemētum ad ea que vocamus elemēta: ⁊ sic elemēta illa nō sunt prima que figurauerūt pyramides vel speras.

Tex. cō. 65.

Tex. cō. 66.

¶ Amplius aūt vniuersaliter dico ꝙ contra omnes illos qui studēt figuras corporibꝯ adherere substātialibꝯ differentijs sequitur impossibile necessario: nō enim potest eē figura complēs superficiem corporis nisi que implet angulis suis capacitatem angulorꝫ superficiei corporalis: nec potest esse figura perficiēs corpus nisi que angulis suis corporalibus implet capacitatem angulorꝫ corporalium: ⁊ huius contrariū cogūtur illi dicere: quia quedam figurarū superficialiū quādo componūtur nō implent locū ⁊ capacitatez angulorꝫ corporaliū: ⁊ has tamē figuras illi attribuūt corporibus primis pro differētijs specificis. Quinque eniz figuras attribuūt quinque corporibus: sicut diximus supra: figuraz enim quatuor basiū cōtinētem equales triangulos ⁊ similes igni attribuūt: figuram aūt sex basiū quadratarum equalium terre dederūt figuram octo habētem triangulos equales ⁊ similes aeri dederūt: viginti vō basiū triāgulorū equalium concesserūt aque in illam que habēt duodecim pentagonas bases equales ⁊ similes celo attributam esse dixerūt. Nos autem ostendimus ista esse falsa ⁊ irrationabiliter dicta: cōstat enim corpus cōstitui ex corporeitate que fit ex trium diametroruz intersectiōe facta ad angulos rectos: sicut superius diximus in alijs locis ab isto: superficies autez includēs corpus fit ex intersecatione duorum diametrorū ad angulos rectos quarum vna est longitudo corporis: oportet ergo ꝙ omnis figura que superficialiter includere habet corpus impleat quatuor angulos rectos: ita ꝙ nec plus nec minus: due enim linee secātes in superficie corporali faciunt duos angulos rectos ⁊ equales duobus: sicut probatum est in. 15. theoremate primi Euclidis. Dico ergo ꝙ pauce sunt figure respectu omnium aliarum que taz ad punctum vnum impleat locum suum totum: siue in corpore: siue in superficie: siue aliquid sit superfluum aliquid diminutum: siue vacuū ex figuris superficialibus non sunt nisi tres que impleant capacitatem quatuor angulorum rectoruz qui sunt capacitas superficiei corporalis: vt diximus. Ille autez tres sunt trianguli: non tamē quilibet triāgulus: sed ille tm̄ qui est equilaterus ⁊ equiangulus ⁊ figura exagoni ⁊ figura

quadrati: circulus autem etiam in centro habet quatuor angulos rectos vel equos quatuor rectis. Sic ergo inter figuras angulosas non sunt nisi tres que impleant locum superficiei corporalis: quia quadratus quatuor habet rectos ad vnum punctum coniunctos: & ideo locum implentes absque eo quod aliquid remaneat vacuum vel superfluum anguluis vniuscuiusque trianguli equilateri & equianguli: & sicut due tertie vnius recti. Duodecim autem tertie anguli recti faciunt quatuor angulos rectos: consequens ergo est quod si sex trianguli equilateri & equianguli coniungantur in puncto vnoquoque: quod sex anguli coniuncti sex triangulorum implent spatia quatuor angulorum superficialium: in quocunque enim corpore ita quod nihil remanet vacuum neque aliquid abundat superfluum. Exagonius autem aut equilaterus & equiangulus quemlibet angulum habet existentem tantum inquantum est vnus rectus: & tertia recti vnius: consequens ergo est quod quando se tres exagoni applicantur sibi in puncto vno quolibet quod implent tres anguli eorum se contingentes spatium quatuor angulorum rectorum: ita quod nec aliquid remaneat vacuum: neque aliquid superfluum: hoc autem in nulla aliarum figurarum angulosarum est inuenire: si enim accipiatur pentagonus equiangulus & equilaterus angulus equus habet rectum & quantitatem recti: & ideo in nullo numero sibi possunt applicari pentagoni in puncto vno diametrorum se intersecantium quando minus vel plus faciant rectis quatuor: & sic est de eptentagonis & omnibus alijs figuris superficialibus: ex figuris autem essentialibus hoc est corporalibus non sunt nisi due: quia corpus statuitur vt diximus ex tribus diametris intersecantibus se ad angulos rectos: & iste intersectiones necessario faciunt octo rectos quod diameter secans in profundum cum qualibet medietate duarum diametrorum se secundum latum & longum secantium faciunt angulum vnum rectum: & cum quatuor anguli recti constituantur superficie ex duabus diametris se secantibus oportet prouenire octo angulos rectos ex secatione tertie diametri cum duabus: non inueniuntur autem in figuris corporalibus vt diximus nisi due que impleant spatium hoc octo angulorum ita quod nec plus nec minus que sunt pyramis & cubus quem figuram corrupte quidam vocant figuram pyramidalem: eo quod proportionatur pyramidi quidam vocant biacole: cum enim cubus quemlibet rectum angulum habeat: tunc vbicunque accipietur punctum intersecationis trium diametrorum si sibi in eo applicentur vni cubi per angulos se contingentes in puncto illo cubi. 13. suis angulis rectis se contingentibus implebunt spatium octo corporalium angulorum: ita quod nec remanet aliquid vacuum nec aliquod restat superfluum: angulus autem pyramidis eo quod pyramis contrahitur in conum vnius puncti non est rectus: sed est minus recto. Et hec proportio est inuenta in geometria: ita quod anguli sex pyramidis corporales sunt equales corporibus angulis quatuor cuborum: ergo anguli duodecim pyramidis equales sunt angulis octo cuborum: sed octo cubi angulariter in vno puncto coniuncti impleant octo angulos rectos corporales: ergo duodecim pyramides coniuncte spatium idem implebunt: ita quod nihil remanet vacuum & nihil restat superfluum. Si autem hec ita se habent tunc non sufficiunt figure corporales implentes locum & spatium corporis: sed oportet ponere multo plures quam sint: quia elementa que sunt corpora simplicia sunt plura duobus. Male ergo attribuerunt elementis figuras supra inductas: que in veritate spatium corporis non implent: dictum ergo eorum

Tex. cō. 67.

est impossibile omnino. Amplius autem ex naturalibus rationes contra istos inducentes dicimus quod signum eius quod elementa nullam habent figuram essentialem est quod nos videmus ea omnia figurari secundum figuram loci continentis: & variari figuram contentorum secundum varietatem figure continentis: si autem figura esset aliqua elementalis essentialis corrupta illa iam non esset figura: & sic elementum semper secundum totum corrumpitur quando corrumpitur a loco diuerse figure: quia autem figurantur elementa ad figuras continentium locorum precipue: quia in aqua & aere quorum vtrunque est male terminabile termino proprio: & bene figurabile & terminabile termino alieno: terra autem propter siccitatem quam habet magis videtur retentiua figure sue nisi forte subtilietur in puluerem: quia tunc propter subtilitatem partium facile figuratur figura aliena: ignis autem quando extra locum suum est magis videtur retinere figuram pyramidalem qui est per modum pyramidis: in loco autem suo habet sphericam figuram. Si ergo sic est tunc non est verum quod figura elementi remanet semper in dispositione sua quamdiu saluatur elementum sicut dicunt aduersarij: si enim detur quod non figurentur figure continentis ipsum: sed retinet figuram semper: tunc non sunt eiusdem figure continens & contentum: sequitur quod contentum non tangat semper vbique continens totaliter: & sic relinqueretur aliquid esse vacuum in medio quod est impossibile. Si autem ponatur tangere ipsum vbique sicut diximus: tunc impossibile est dicere cum hoc quod retineat semper figuram suam remanente specie & natura elementi: sequitur igitur quod est aqua vel aliud elementum quodcunque tamen variatum ad figuram continentis quantitatis secundum dicta aduersariorum non sit aqua nisi per essentialem figuram: & hoc est impossibile. Manifestum ergo est & certum per ea que dicta sunt: quod elementis non sunt alique figure determinate que sint eis essentiales quemadmodum figura attribuitur corporibus animatis sine quibus non saluatur species animatorum: hoc autem signat natura elementi quod sibi per naturam non debetur aliqua figura determinata que sit ei essentialiter: sicut enim locus recipiens & deferens omnia que mouentur ad ipsum non possunt esse figure alicuius vt possit omnia recipere: ita etiam elementa cum sint substantia figurarum omnium elementorum non possunt per naturam habere aliquam figuram: cum enim nihil sit susceptibile sui ipsius: si haberent aliquam figuram per naturam illam non susciperent in aliquo elemento: vt ergo omnia possint formari & figurari in elementatis: nullam debent per naturam habere figuram essentialem: sicut enim prius diximus in hyle quod est materia prima que est susceptibilis omnium formarum quod nullam debet habere formam in actu: quia quamcunque haberet in actu illius non esset susceptibilis in potentia: ita dicendum est in elementis quod non debent habere figuram aliquam & formam eorum que sunt ex elementis vt omnium figurarum in composito ex elementis sint susceptibilia: non enim est differentia inter hyle & elementa nisi quod hyle potentia est ad formas omnes tam elementorum quam compositorum ex elementis: licet formas mixtorum non recipiat nisi mediantibus formis elementorum: elementa autem eo quod retinent formas in potentia: quia non sunt susceptibilia suarum formarum que sunt forme prime materie prius eis aduenientes: sed susceptibilia sunt formarum omnium consequentium: sic ergo oportet intelligere elementa non figurata essentialiter aliqua figura vt rerum figuram in composito possint recipere: vnde elementa sunt sicut hyle cadens sub sensibilibus formis: quibus mediantibus suscipit formas complexionales que ex commixtione sensibilium qualitatum causantur: & ideo possibile est quod elementa adinuicem alterentur quando separantur qualitates ipsorum ab ipsis: secundum intentionem: & quelibet secundum medietatem alteretur ad alteram: sicut determinatur in fine primi perigeneseos in tractatu de mixtione: & ad hoc superflue sunt figure Platonis. Amplius autem qualiter erit possibile vt fiat ex elementis caro aut os aut similium aliquod que mixta sunt & continua cum secundum dicta istorum perfectiones corporum non sunt nisi figure que mixta sunt & continua: non enim possibile est ex compositione figurarum omne corpus permutabile secundum qualitates tactus: neque adhuc etiam possibile quod aliquid permutabilium fiat ex compositione superficierum: si per applicationem & suppositionem multe superficies componantur: sicut tradiderunt Platonici: elementa autem omnia componuntur per mixtionem qualitatum suarum: & non secundum applicationem superficierum: accidentia vero elementis sicut figura non sunt per talem adinuicem mixtionem qualitatum: propter hoc igitur omnibus huius inconuenientia generaliter dicta quod si aliquis ingrat de dictis antiquorum que dixerunt de elementis per scientiam certam que est per veram causam & per similes facientes fidem & non per sophismata sciet procul dubio antiquos nullo modo dixisse & probasse veram elementorum generationem: & quantum quidem studuerunt eam affirmare per talia qualia dicta sunt ab ipsis tanto magis negabant ipsam ex eisdem rationibus: quia eius quod probant non est vera intentio generationis.

Vide & hec dicta ab ipso Auerroe hic. c. 67.

Tex. cō. 83. & 84. & istra pō genera. 3.

Tex. cō. [illegible]

Cap. 8m. Et est digressio qualiter elementa sunt in commixto.

Surgit autem questio ex antehabitis in capitulo isto: superius enim in precedenti ante hunc librum figuras elementorum probauimus esse rotundas non tamen ex materia: sed ex natura ipsorum cum naturalis motus ipsorum exigat: hic

autem

autem videmus contrarium venisse probando elementa figuras non habere fm naturam. Adhuc primam materiam propter hoc nullam dicimus formam habere vel figuraꝫ vt omnes figuras ⁊ formas sit nata suscipere: elementa aũt sũt quedam materia elementoꝝ: videt̃ ergo simili esse conueniens si elementa dicantur non habere figuras: eo ꝙ nata sunt recipere omnem figuram compositi ꝙ etiã careant qualitatibus actiuis ⁊ passiuis vt sint nata recipere qualitates cõmixtoꝝ. ¶ Adhuc aũt forte videbitur alicui querendum de formis substantialibus elementoꝝ: vtruꝫ maneant in cõ cõmixto ex elementis vel non: si enim remanere dicatur: tũc videbitur sequi necessario ꝙ compositũ plures habeat formas substantiales: ⁊ ad hoc multa sequunt̃ inconuenientia: quoꝝ vnũ ⁊ primũ est ꝙ nihil suscipit multas substantiales formas: ergo nec cõpositũ. Adhuc aũt qꝛ ꝑ multas formas substantiales poneretur in diuersis speciebus. Adhuc autẽ qꝛ non esset vere vnicum: sed potius esset contiguuꝫ vel per accidens vnum: que omnia absurda sunt. Si autem nõ manent tũc videtur ꝙ cum materia mixti nullam habeat actu formaꝫ nec simplicis. s. nec compositi ꝙ priuatio ipsius adeo sit generalis priuatio materie prime: si ꝓma materia est simplex: ergo ⁊ materia compositi qđ oĩno est absurdũ. Adhuc aũt fm hec materia prima ⁊ cõmunis per multis efficeretur ꝓpria huius vel illius materia: adhuc auteꝫ fm hoc tot formaꝝ esset susceptibilis materia compositi quot formarum est susceptibilis forma simplicis elementi esset materia composita ex elementis susceptibilis forme simplicis elementi: ⁊ hoc est absurdum: ⁊ hec omnia necessario sequi videntur: qꝛ absqꝫ dubio fundamentum firmuꝫ est materialis habitus ⁊ habetur in primo physicoꝝ: ꝙ omnis materia omnium illarũ formaꝝ susceptibilis est a quibus est priuata fm actuꝫ. ¶ Si aũt signis credere velimus tũc signum est elementum esse in composito fm suam formã: hoc qđ est ibi proprietas elementi que est virtus eius actiua vel passiua fm qualitates elementares: eo ꝙ non possumus dicere compositũ vel calidum vel frigidum vel humidum vel sicc ũ: nisi in eo qđ est ex elementis. Cum enim sciemus proprietateꝫ nunꝙ esse sine proprio subiecto: oportebit ꝙ fm aliquem modum elementum insit composito fm formam substantialem. Adhuc autem in resolutione ipsum compositum non resoluitur ad materiam cõmunem elementoꝝ: sed potius ad elementa vt videtur etiam tunc ꝙ elemẽta sint in ipso aliquo modo fm actum. Si aũt hec omnia forte aliquis vellet soluere dicẽs ꝙ elementa manent fm medietates suaꝝ formaꝝ ⁊ fm medietates alterantur adinuicem: sicut videtur dicere etiam Aristo. in fine primi perigeneseos: videtur hoc esse inconueniens: eo ꝙ forme substantiales non recipiant intensionem ⁊ remissionem: ⁊ sic non possunt intẽdi ⁊ remitti: sic ergo est difficultas in omni parte huius questionis: propter qđ etiã Auerrois impingit crimen Auicen. dicens eum latuisse qualiter potentia ⁊ non actu elementa sint in composito: ⁊ ideo dixisse ꝙ sint in composito actu: ⁊ ideo dicit sibi fieri conclusiones omnium inconuenientium que ad hoc superius sunt inducta. Et dicit sibi ad errorem accidisse frequenter in naturis ex confidentia bonitatis sui ingenij quã habuit absqꝫ magno exercitio in ꝓbabilibus: in cõmento autem libri perigeneseos Auerrois consentit cum Auicenna dicens: ꝙ sũt elementa saluata in composito cõmixto: fm esse primum ⁊ non scđm. Et ideo si Auerrois hic contradicit Auicẽne contradicit sibiipsi. Ad omnia aũt hec dicendum ꝙ est primuꝫ esse ⁊ scđm esse elementoꝝ: est aũt primum esse elementoꝝ qđ habẽt ex primis formis substantialibus: scđm aũt est qđ habent coniuncta tam accidentibus naturalibus que sunt potentie sue naturales: ⁊ quantum ad hoc fm esse corrumpuntur excellentie ipsoꝝ in vnoquoqꝫ fm medietatem: ⁊ ex his omnibus prouenit qualitas que est actus mixti: quantum autem ad primũ esse miscentur quidem substantie ipsorum ⁊ vnaqueqꝫ fm aliquid corrumpitur ad alterum: ⁊ fm aliquid manet: ⁊ manet meo iudicio confuso esse ⁊ nõ distincto: ⁊ hoc vocat Auicen. manere fm esse fm actum diminutum ⁊ non perfectum: non manere aũt fm esse distinctũ ⁊ ꝑfectuꝫ: ⁊ ideo dicit Auerrois ꝙ non manet nisi fm potentiã ⁊ non est fm rem contradictio aliqua iter istos duos viros: tamen nullo modo manent fm figuras: forma aũt mixti cõpositi ⁊ actus eius est fluens ex mixtione tali elementoꝝ sicut distinctum a ꝯfuso: ⁊ determinatum a generali: ⁊ sic breuiter loquendo actus de potentia formali non materiali oĩno ⁊ est actus ille fm esse simplex: ⁊ tamen in se habet virtutes mixtorum: a quoꝝ virtutibus causatur ⁊ educitur: nihil enim prohibet vnum simplex esse multaꝝ virtutum: sicut in scientia prime philosophie habet ostẽdi: sic enim omnis forma se habet ad priores ex quibus fluit ex causis primarijs. Viuere enim sic se habet ad esse ⁊ sentire: sicut se habet ad viuere ⁊ esse: ⁊ ꝑ istud iam fere elucescit totius istius q̃stionis solutio. Jam enim patet qualiter materia compositi differt a materia prima: ⁊ qualiter vnius ⁊ eiusdẽ non sunt plures forme prout forma est finis ⁊ perfectio vltima distincta fm esse: hoc non solũmodo intelligitur ꝙ vnius ⁊ eiusdẽ nõ sunt forme multe: qꝛ forme incõfuse ⁊ indistincte sunt in materia: sicut potentia propria ad formam vltimam: hoc auteꝫ qđ dicit̃ ꝙ forme substantiales non intenduntur ⁊ remittuntur: est aliquo modo veꝝ ⁊ aliquo modo falsum: forme eniꝫ que sunt perfectiones vltime iam in natura non intendunt̃ neqꝫ remittuntur: ⁊ ideo etiam non cõmiscentur: talem aũt formam non habet elementum fm ꝙ est elementum: cuꝫ elementum diffiniatur ad compositionem: sicut patet ex predictis: sed potius nominat formam materialeꝫ ⁊ imperfectã: ⁊ ideo est remissibilis ⁊ cõmiscibilis forma sua: ⁊ hec est etiã causa quare ea retenta fm aliquem modum suscipere est elementum adhuc alterius forme: qꝛ non retinet eam nisi susceptibile prout efficitur habitus confusus cuꝫ alijs formis elementoꝝ. Qđ autem dicitur ꝙ deberet hic homo retinere figuras non sequitur: qꝛ sicut diximus elementa propter hoc ꝙ sunt elementa non habent figuras determinatas: qꝛ figura est concomitãs figuram substantialem perfectam: ⁊ ideo nõ est vere figura nisi in animatis corporibus: in lapidibus aũt est fm minus: ⁊ ideo saluatur etiam esse lapidis ꝯfracta figura generationis eoꝝ qđ non contingit in animatis. In elementis aũt nulla est: qꝛ qđ elementum est ordinatum ad susceptioneꝫ omnis figure: ⁊ ideo si haberet ⁊ retineret figuram haberet elementum formam substantialem manentẽ: ⁊ nullo modo cõmiscibilem: ⁊ corrupta figura elementi non maneret elementum: sicut Platonici dixerunt: sed qualitates ⁊ forme illius sunt facientes ad materie determinationẽ: ⁊ ad aperiendum cõmunitatem suam in cõmixto: ⁊ ideo manere opꝫ fm modum qui prius determinatus est. ¶ Ad hoc qđ primo queritur de contrarietate dictoꝝ modoꝝ dicẽdum ꝙ nunꝙ probauimus ꝙ elementum haberet figuram naturalem: sicut figura est cõsequens figuram perfectionis vltime: sed taliter habet figuram que est naturalis ex motu suo ⁊ loco suo: ⁊ hec figura est que non accidit ei inquantum est elementuꝫ: sed inquantũ est mobile ad locũ ex grauitate ⁊ leuitate: ⁊ hoc fundat̃ super hoc qđ dicturi sumus in libro metheoroꝝ: ꝙ. s. alio modo mouent̃ elementa ad mixtum ⁊ alio modo ad locum: per motum enim ad mixtum leuia mouentur ad grauia ⁊ econuerso: per motuꝫ autẽ ad loca leuia recedant a grauibus ⁊ econuerso: per hoc ergo patet solutio questiorum.

Auer. hic cõmẽto. 67.

Auer. ꝑmo đ gñatione. cõ. vltimo.

Quo intelligitur formas substantiales non intẽdi neqꝫ remitti. vide ꝑ hoc et Com. hic. cõ. 67.

Alio mõ mouent̃ elemẽta ad mixtum ⁊ alio mõ ad locum. 3.

¶ Cap. 9m. Qꝛ rationes sunt inconuenientes quibus attribuunt figuras quasdam elementis quibusdam.

Lec. c. 69.

Positiones autem philosophorum quas induxerunt dando elementis figuras non sunt conuenientes qualitatibus elementorũ fm ꝙ mobiles sunt que sunt grauitas ⁊ leuitas neqꝫ cõueniunt virtutibus eoꝝ fm quas agunt ⁊ patiuntur que sunt caliditas ⁊ frigiditas: humiditas ⁊ siccitas: nec etiam conueniunt motibus ⁊ actionibus eorum: dixerunt enim ꝙ ignis figuratur figura sperica: ⁊ aliquando dixerunt ꝙ figuratur figura pyramidis: eo ꝙ iste due figure sunt velocioris motus: ⁊ maioris mobilitatis ꝙ̃ alique alie figure angulose: ⁊ causa huius est qꝛ cum spera iacet in loco aliquo non tangit de superficie plana super quã iacet nisi in pũcto propter qđ facile voluitur ⁊ mouetur. Similiter autem de pyramide qui non stat super basim: sed iacet super superficiem rotundam que continet ipsam fm longitudinem que est a basi vsqꝫ ad angulum eius que est in cono: tunc enim eadem de causa facile ⁊ cito voluitur qua facile voluitur spera. Similiter autem est de pyramide quando voluitur super punctum anguli quod est in cono eius: qꝛ

tunc facillime voluitur sicut trochus: eo q̄ quasi nihil impeditur a corporis superficie super quã voluitur: hec ergo est causa q̄re dederũt igni has duas figuras: ac si arguerent sic q̄ est sphericũ vel pyramidale facile mouet: ignis facile mouet: q̄ est sphericus vel pyramidalis: ⁊ est syllogismus ex duabus affirmatiuis in scd̃a figura ⁊ peccant in se: q: equiuocũ est mediũ q: velocitas ex causa spherice vel pyramidalis figure est velocitas circularis mot⁹ ⁊ velocitas ignis ex ordinate ad motum rectũ. Iste enim velocitates si per causas efficientes ⁊ formales diffiniantur: sicut naturales ⁊ reales debent esse diffinitione non sunt eiusdem rationis: ex eisdem aũt rationibus aptabant igni easdem figuras propter proprietatem eius combustiuam: dicũt enim q̄ q: combustiuũ est penetratiuũ combustibilis ⁊ incisiuũ partiũ suarũ vndiq̄ q̄ ideo debet habere figuram sphericam vel pyramidalem: q: spera est tota quasi angulus vnus: eo q̄ in quolibet puncto figurato est quasi applicatio duarum linearũ curuarũ equaliter in circuitu: ⁊ ideo tota spera est quasi angulus quidem vnicus: ⁊ non magis penetratiua est figura q̄ pluriũ angulorũ figura: similiter autem pyramidem dixerũt esse quasi angulũ acutũ: q: in cono habet angulũ acutũ: ⁊ superficies eius applicant tote in ea sicut in angulo: ⁊ ideo tota pyramis penetrat ad penetrationem anguli acuti: ⁊ dixerũt q̄ ignis penetrat ⁊ adurit ex suis angulis: ⁊ hec iterũ ratio peccat sicut prima. Est enim ac si syllogizarent omne sphericum vel pyramidale: eo q̄ est vel totũ angulus acutus est combustiuũ ⁊ inflammatiuũ: ignis est combustiuus ⁊ inflammatiuus: ergo ignis est sphericus vel pyramidalis. Medium aũt qd̃ est omne combustiuũ ⁊ inflammatiuũ nõ causatur ab eo qd̃ est ad esse totum angulũ vel esse totũ acutũ angulũ: nisi per accidens sicut patebit infra.

Tex.c.70. ¶ Dicamus ergo cõ dicentes his qui errauerũt in acceptione motus: q̄uis enim dicte due figure sint velocioris motus vel mobilitatis sicut dictũ est: tamen non est ratio velocitatis motus earũ: sicut est ratio velocitatis ignis: quoniã motus ignis directe est sursum ⁊ circularis: motus aũt istarũ figurarũ est circularis: sicut diximus superius.

Dubium ¶ Si quis autẽ obijciens dicit q̄ etiam spera vel pyramis possunt moueri directe sursum ad minus sm̃ motum qui dicitur inuolutio tribationis: sicut si spera manu sursum moueat: tũc enim inuoluendo se ascendit: ⁊ hoc modo potest spera habere velocitatem vniuocam cum velocitate motus recti.

Solutio ¶ Dicimus ad illud q̄ essentiale est spere ⁊ pyramidi circulariter ferri per accidens recte moueri: quando autem datur figura alicui mobili tanq̄ causa motus sui: datur ei sicut causa per se: ⁊ non sicut causa per accidens: ⁊ sic patet qualiter peccant rationes ipsorum.

Tex.cõ.71. ¶ Amplius aũt figura terre sm̃ ea que dicta sunt talis est qualis eam facit frigus grandinis qd̃ est vehementis constrictionis: frigus aũt vehementis constrictionis est faciens figuram cubicã vt dicũt: eo q̄ cubus non mouet de facili: ⁊ hoc conuenit terre inquantum quiescit in medio. Sed cõtra hoc dicimus q̄ terra non quiescit in omnibus locis equaliter: sed in vno loco tm̃ qui est locus suus hoc est centrum mundi ⁊ motus terre sine omni quiete est ex loco propinquo ⁊ remoto extra locum illum dũmodo nihil prohibeat ipsam. Male ergo aptatur ei figura facta ex frigido constringente: q: figura equaliter ordinat ad quiescere in omni loco ⁊ terra non quiescit nisi in vno loco. Similiter aũt habent hec omnia elementa que quiescunt in locis suis: ⁊ extra loca sua non mouentur: ⁊ precipue in loco propinquo vbi motus est velocior q̄ in alio aliquo loco: ita enim facit ignis ⁊ terra ⁊ omnia alia: cũ ergo figura frigoris faciat quiescere: oportet q̄ ignis quiescẽs in loco suo habeat figuram frigoris constringentis extra locum suum habeat figuram motus: ⁊ similiter terra ⁊ quodlibet aliorum elementorum.

Tex.cõ.72. Amplius autem si ignis adustionis causa sunt anguli cum omnis angulus est cum omni angulo conueniat in natura communi: q̄.s. angulus est erit omnis angulus causa caloris: ⁊ causet calorẽ sm̃ plus ⁊ minus sm̃ q̄ est acutior ⁊ rectior ⁊ hebetior: cũ ergo omnibus elementis attribuant figure angulose omnia elementa erũt calida ⁊ vrentia sm̃ plus ⁊ minus: elementum enim octo basiũ ⁊ elementũ duodecim basiũ ⁊ viginti basiũ: ⁊ sic de alijs oĩa sunt angulosa: ergo sm̃ plus ⁊ minus adurentia: figura enim orbis diuidit ⁊ penetrat: sicut dicit Democritus eo q̄ ipsa est vnius de numero angulorũ: sicut supra dictũ est: ⁊ sic elementa propter angulos sunt adurentia non distinguunt per calidũ in communi: sed potius erũt calida ⁊ differunt in calido sm̃ plus ⁊ minus. Dictũ aũt hoc falsum est ⁊ vanũ: q: sic nõ possunt facere generationem elementa: q̄ falsũ sit ⁊ vanum patet ex hoc: q: cum angulus ponit causa caloris per se: tunc sequitur corpora geometrica esse calida ⁊ adurentia eo q̄ habẽt angulos per se ⁊ differũt in hoc q̄ plus ⁊ minus eo q̄ quosdam habent angulos impartibiles acutissimos sicut est angulus contingentie qui indiuisibilis est per lineã rectã sicut probat in.15° theoremate tertij Euclidis: quosdam habent angulos maiores acutos dissimiles: ⁊ quosdã rectos: ⁊ quosdam hebetes: ⁊ sic debẽt esse calida plus ⁊ minus per eandem rationem per quã ponũt sphericum ⁊ pyramidale calidũ. Si ergo sic est q̄ in geometricis corporibus sunt partes angulorũ acutissimorũ qui non diuidũtur per lineam rectam: tũc ad minus inquiremus ab eis quare corpora nũlla calefaciũt ⁊ adurũt ⁊ causant angulos: ⁊ nõ faciũt hoc mathematici. minus enim qd̃ facere possunt est q̄ reddant de hoc causam: nec potest aliquis respõdere ad hoc qd̃ corpora naturalia habent comburere per esse angulorum q̄ habent in materia: corpora autem mathematica cũ in solo sint intellectu ⁊ imagine non habent comburere qd̃ esse accidit angulis: cum per esse qd̃ habent in materia non diffiniantur: sed potius per essentiam quãtitatis: ⁊ ideo si per esse accidit hoc: tũc hoc conuenit angulo per accidẽs: ⁊ sic nõ est causa combustionis nisi accidentalis: ⁊ sic potest fieri combustio non ex angulis: ⁊ ita male ponitur angulus causa cõbustionis. Reputamus etenim nos verũ esse q̄ acumen angulorũ facit combustionẽ per accidens: ⁊ ideo non dicimus q̄ angulositas faciat combustionem. Isti aũt non dicunt q̄ dixerunt mathematica extra naturam habere esse ⁊ habere angulos ⁊ esse mathematica causant eorũ que sunt in natura.

T.cõ.73. Amplius aũt tali vtimur ratione cum res adurens sit orbis ⁊ ignis ⁊ pyramis sic adurens: oportet q̄ ignis sit orbis vel pyramis ⁊ arguerent sic: omne adurẽs est orbis vel pyramis vel vtrũq̄: ignis est adurens: ergo ignis est orbis vel pyramis vel vtrũq̄: nos enim diximus ad hoc q̄ ignis ponit adurens: ⁊ orbis similiter ⁊ pyramis: ⁊ propter penetrationem ⁊ separationem ⁊ diuisionem partiũ adustarũ: dicimus ergo q̄ etiam si concedamus q̄ orbis ⁊ pyramis diuidunt ⁊ separant: non est tamen necessariũ vt semper separent ⁊ diuidant homogenea sicut diuidit cõtinuũ: q: non est necessariũ vt sit orbis diuisus ex orbe: vel pyramis ex pyramide prima diuisione: ostendimus enim superius q̄ talis diuisio est extra rationem omnino: diuisio ergo orbis ⁊ pyramis non conueniunt igni: q: diuidit in igneos ⁊ ignis elementum qd̃ẽ similiter in homogenea: ⁊ qui vult q̄ diuisio sit orbis: ⁊ etiam pyramidis in homogenea vult impossibile: sicut qui vult q̄ cultellus diuidat in duo quorũ vtrũq̄ sit cultellus: ⁊ serra diuidatur in duo quorũ vtrũq̄ sit serra.

Tex.cõ.74. Amplius admirabile videt omnibus ignem figurari figura spere vel pyramidis eo q̄ diuidit ⁊ separat: cum ignis magis essentialiter conueniat vnire ⁊ aggregare q̄ diuidere ⁊ separare: separat enim ⁊ corrumpit id qd̃ est etherogeneum sibi: vnit ⁊ congregat homogeneum sibi sicut facit calor naturalis in corpore hominis qui vnit ⁊ generat ⁊ terminat homogenea corpori etherogenea segregat ab alijs corrumpit ⁊ reijcit ea: cum ergo aggregatio sit sicut generatio ⁊ esse ⁊ segregatio sicut corruptio ad non esse erit igni essentiale cõgregare: ⁊ accidentale segregare. Quando enim congregat ⁊ vnit homogenea sibi: tunc segregat ⁊ corrumpit que sunt etherogenea propinqua ⁊ permixta cũ homogenijs: ⁊ ideo aggregatio est aliquãdo sine segregatiõe: ⁊ segregatio nũq̄ est sine aggregatione: cum igitur sit principali intentione cõgreget ⁊ secundario segreget: ⁊ tũc ad minus quãdo figuratum ignem per conuenientia sui operis oporteret q̄ darent ei figurã cõuenientẽ vtriq̄ operationi sue: vel ad minus figurarent ipsum sm̃ conuenientiã operis principalis qd̃ est cõgregare: hoc enĩ dignius attribuitur ei qd̃ segregare: sicut iam dictum est.

Congregare cõuenit igne pma intẽtione vide in 1° de gñne. t.c.[illegible]

Tex.cõ.75. Amplius aũt cum calidum ⁊ frigidum sint contraria in suis virtutibus que sunt sue qualitates: ⁊ tunc non potest poni figura aliqua ab eis frigida: q: si attribueretur ei figura aliqua oporteret q̄ illa esset contraria figure que est causa calidi: quia cõtrariorũ per se ⁊ essentiales cause sunt contrarie: nulla autem figura alicui figure est cõtra-

ris: ergo nō potest frigidū habere figurā: ⁊ hoc est maximū inconueniēs: si enim vni eoꝝ attribuit figura: tūc omnibus attribuenda est: vel si vnū non habet figuram que est causa sue virtutis: tūc nulli est figura aliqua: cū omnia contraria sūt eiusdem generationis: ⁊ ex eodem ⁊ vno genere fiant.

Tex.c.76. ¶ Quidam aūt eoꝝ videntes necessitatem istam studuerūt vt ponerent aliquam causam frigiditatis in elementis ⁊ dixerūt contraria verienti ⁊ inconuenientia. Dixerūt enim ꝙ grossities ⁊ magnitudo partiū facit frigus: eo ꝙ magnū nō penetrat in poros: verū ⁊ si illud esset causa frigoris: tūc cum calidū ⁊ frigidū sint opposita oporteret ꝙ paruitas ⁊ subtilitas que bene penetrant in poros essent causa calidi: sequeretur ergo ex hoc ꝙ calidū ⁊ frigidum diuersificant in essentia sm diuersitatem magni ⁊ parui ⁊ non sm figuraꝝ diuersitatem. Amplius in eadē specie figuraꝝ inuenit magna figura ⁊ parua: sm dicta aūt ab illis in eadem figure specie nō erit magnū attributū igni: sed paruū igni ⁊ magnū frigori: ergo figura per speciem figure non est causa ignis ⁊ adustionis: qr magna figura est causa ꝯtrarij qđ est infrigidatio.

Tex.c.77. ¶ Sic ergo per ea que dicta sunt satis est ostensum ⁊ certificatū ꝙ elementa abinuicem non distinguunt per figuraꝝ differentias sicut per differentias essentiales propter inconuenientia omnia supra inducta. ¶ Cū aūt corpora prima differant suis qualitatibus que sunt calidū frigidū ⁊ humidū ⁊ siccū: ⁊ propter suas virtutes que sunt grauitas ⁊ leuitas: ⁊ ppter suas operationes essentiales que sunt motus ipsoꝝ: tūc dicimus ꝙ vnicuiqꝫ singulariter sūt qualitates ⁊ virtutes ⁊ operationes essentiales quesite in eis sm naturas eoꝝ ex quibus est ipsoꝝ differentia inquirenda: si enim hoꝝ scimus differentiam veram absqꝫ ambiguitate sciemus differentias elementoꝝ abinuicem: sed nos de illis in parte queremus in libro sequenti: ⁊ in parte differemus vsqꝫ ad scđm librū perigeneseos sicut diximus superius vbi etiā assignabimus causam: quare quedam istoꝝ vsqꝫ ad illū librū sunt differenda.

¶ Incipit liber Quartus de celo ⁊ mundo. In quo agitur de graui ⁊ leui.

¶ Tractatus primus de natura grauis ⁊ leuis sm opiniões antiquorum.

¶ Cap. pm. Que intentio libri: ⁊ qualiter procedendū est in eo.

Tex c.1. Empus autē nunc requirit vt queramus nūc de leui ⁊ graui ⁊ exponamus vtrūqꝫ per diffinitionē ppriaꝫ: ⁊ ostendamus que sit natura vtriusqꝫ: ⁊ qua de causa elementa sunt informata virtutibus his: qr inquisitio de motibus localibus elementoꝝ: de quibus nos hic intendimus ppria est per ꝯgregationem haꝝ virtutū: ⁊ si bene cognouerimus distinctionem haꝝ virtutū in elementis: tūc sciemus numeꝝ elementoꝝ prout nobis competit circulariter certificari numeꝝ veꝝ eoꝝ in hac scientia libri in qua querimus de mobilibus sm locū sicut in principio primi istius libri de celo ⁊ mūdo tetigimus. ¶ Cū nos aūt dicimus velle inquirere de causis leuis ⁊ grauis non intēdimus nisi de causis formalibus: eo ꝙ hec principia sunt perpetua: ⁊ non habēt causas efficientes naturales.

Tex.c.2. Vide Cōmē. pro hoc hic i cō. pmo. ⁊ pōdera quare dixerit nāles. pro quo vide Cōmēta. in .2. c. de subā orbis vbi pꝫ intelligētiā esse causam efficiētē ⁊ cōseruātem respectu celi ⁊ respectu motus eius. 3.

¶ Anteqꝫ aūt inquiramus de his virtutibus oportet determinare quid significat per nomina ista: vnde dicimus ꝙ nihil in natura vocat graue vel leue: nisi res cui inest virtus actiua vt moueat motu naturali recto: qr cū grauitas ⁊ leuitas sint nature grauiū ⁊ leuiū: ⁊ natura est principiū motus intrinsecū: oportet ꝙ leue ⁊ graue diffiniant ad motū quem formaliter faciūt in graui ⁊ leui: non indigentes ad hoc motore extrinseco: sicut indigerent si essent virtutes passiue. Omnis enim virtus passiua motore eget extrinseco: per quā efficiat in actu: sicut est videre in principio potentia geometricante: qui nequaqꝫ geometricabit sine doctore mouēte extrinsecus: geometer nūc habēs habitū: ⁊ geometricans sm actū non indiget extrinseco doctore mouente ipsum: ⁊ educente ipsum de potentia ad actū qr habens istū habitū agit cū voluerit: ⁊ omnino eodēꝫ modo in eo ꝙ est graue sm actū sm cōparationeꝫ ad motū descendendi: ⁊ de leui sm actū sm comparationem ad motū ascendendi. Ab antiquis aūt non inuenimus nomina propria posita que nominent has formas ⁊ suas operationes siue actiones nominibus proprijs nisi aliquis velit in cōmuni vni ⁊ eidem nomini ⁊ dare formā ⁊ eius actione sicut frequentissime antiqui operam ⁊ virtutem nominant nomine eodem ꝙ aliquando quidem est frequentius nomen ppriū operationis: ⁊ secūdario conuenit habitui: eo ꝙ actio notior est apud imponentes nomina sm sensum: aliquando aūt est nomen propriū habitus sed secundario conuenit actioni habitus illius: ⁊ hec impositio rarior est: qr accepta est ab eo qđ est prius sm intellectū: ⁊ hāc prioritatem vulgus nō simul tā considerat in impositione nominū. Aliquando aūt inuenit propriū nomen habitui ⁊ aliud impositū actioni eiusdē: ⁊ hec etiam impositio nominū conuenientissima est quando potest haberi: sed antiqui antiquiores ante nos non ita subtiliter distinxerūt: ⁊ vnicuiqꝫ nomen propriū adaptauerūt: ⁊ si nos vellemus fingere nomina: tūc oporteret ꝙ nomē actionis deriuaret vel demonstraret a nomine habitus sicut a calido trahit calefacere: ⁊ sicut dicit agere ab actu: eo ꝙ sicut formaliter vel actio vel operatio cōueniūt rei in forma ⁊ essentia: ita etiam conuenientia debent esse in nominibus: ⁊ differentia in hoc ꝙ vnū dicit formam inquirere: ⁊ alteꝝ in motu ⁊ tempore: ⁊ tūc diceremus ꝙ leuis est leuire: hoc est agere sm leuitatem: ⁊ grauis est grauire hoc est agere sm grauitatem: sed qr non habemus ppria nomina operationū istaꝝ: ideo intendentes alijs noībus dicimus ꝙ leuis est mouere sursū: ⁊ grauis est mouere deorsū circūloquēdo significantes haꝝ virtutū operationes ppria. Oēs enim antiqui naturales ꝯcorditer tractauerūt de graui ⁊ leui tanqꝫ coniuncti essent de hoc in scđo mobiliū esset tractandū de his: eo ꝙ viderūt hoc esse principiū motus nālis contracti ad materiam mobilis sm rectū: ⁊ ideo tota supposita sūt ab eis tanqꝫ fundamenta ⁊ prima de quibus tractauit: eo ꝙ conueniūt simplicibus corporibus: ⁊ per illa conueniunt omnibus alijs que componuntur ex illis: lꝫ aūt omnes antiqui de his fecerūt mentionem: non tamen diffinierūt sufficienter aliquod istoꝝ nisi paucissimi inter eos: qr non sūt loquuti nisi de graui ⁊ leui dictis sm cōparationem exceptis paucis qui tetigerūt graue ⁊ leue absolute: sed dixerunt de eis diminute qđ dixerūt: vel omnino dixerūt falsum nullatenus afferentes sermonem exquisitū ⁊ sufficientem de duobus istis: vtile autem reputo referre omniū sermonem eoꝝ de duobus istis in primis: ⁊ deinde inuestigare ea que querenda sunt de eis inquisitione perfecta: ⁊ post omnia tūc demum dicere sententiam nostram de istis.

¶ Cap. 2m. De distinctione simpliciter leuis ⁊ grauis a leui ⁊ graui per comparationem dictis.

Tex.c.3. Primū aūt de his que inquirenda sūt verū dicā tur graue ⁊ leue absolute ⁊ sm diffinitiones suas essentiales an dicant in comparatione ad aliquid aliud tm. Comparatiue enim loquentes de graui ⁊ leui dicimus ꝙ aliquando ꝙ res vnius nature comparatur sm grauitateꝫ ita ꝙ vna alteri est equaliter grauis vel grauior altera qꝫ altera: sicut gratia exempli dicimus es graue grauius esse ligno: cūꝫ tamen vtrūqꝫ sit vnius nature grauis: aliquando autem dicimus esse in ligno: cum tamen vtrūqꝫ sit vnius nature. Aliquando auteꝫ dicimus leue absolute ⁊ graue absolute: ⁊ tūc sunt contrariarū naturaꝝ. Primi autem philosophantes nihil omnino dixerunt de graui ⁊ leui absolute: neqꝫ diffiniuerunt ea prout simpliciter opponuntur: sed diffiniunt graue ⁊ leue sm comparationem dictam. Non enim inueniunt diffinisse hoc prout sunt contrariaꝝ naturaꝝ simpliciū nec retulisse aliquid per hūc modū de ipsis: sed potius grauius ⁊ leuius diffinierunt prout prius diximus.

Tex.cō.4. Ut autem nos melius dicta antiquoꝝ ⁊ facilius comprehendamus volumus diffinire ea sm ꝙ absolute dicuntur diffinientes ea sic dicendo: ꝙ de numero corpoꝝ simpliciuꝫ sunt que sempiterne mouentur ad medium: de numero eorūdem sunt que semper mouentur ex medio sursum. Quecūqꝫ autem mouentur ex medio mouentur ad locum qui simpliciter est sursum: ⁊ non quo ad nos tm ⁊ illa sunt leuia: ⁊ quecunqꝫ mouentur

Nota de nomini impositione diuersitatē multiplicem.

ad id qd est medium mundi mouentur ad locum qui simpliciter est deorsum ⁊ illa sunt grauia. Sunt autem quidam vulgo in nullo differentes qui negant aliquid in mundo esse simpliciter sursum: ⁊ aliquid in mundo esse simpliciter deorsum: errantes ⁊ viam vere scientie non inuenientes: tales autem fuerunt primi philosophantes qui parum dignitatis adhuc habere potuerunt vltra vulgi conceptiones: ⁊ ideo dixerunt nihil in mundo esse sursum vel deorsum simpliciter: sed per comparationem ad nos tantum: viderunt enim isti mundum sphericum esse: sphericum autem est simile per totum: ⁊ ideo dixerunt in eo non esse sursum vel deorsum secundum aliquam diuersitatem spere: sed si sunt in mundo iste differentie non sunt in eo nisi secundum comparationem factam ad nos. Si autem isti verum dicerent: tunc possibile esset ꝙ ambulans in loco vno aliquo pedes haberet ad terram: ⁊ in alio loco ambulans pedes haberet ad aerem: in orientem enim ambulans pedes figit super terram ⁊ hemisperium inferius est subtus pedes suos per centrum vsq3 ad inferius celi hemisperium: ⁊ tunc secundum idem esse in occidente cum pedes suos necesse sit inferius esse: oportet conuerti pedes suos contra inferius hemisperium: ⁊ tunc conuertentur ad aerem: ⁊ caput eius conuerteretur ad terram: ⁊ sic ambulans in vno loco sicut in orizonte opposito modo ambulat quam ambulat in alio loco sicut in occidente: ita ꝙ non conuertantur pedes eius contra locum pedum priorem: sed opposito modo eo ꝙ sic est inferius ad nos: aer enim qui est sub terra inferior est quo ad nos quam ipsa terra ⁊ celi hemisperium inferius est quo ad nos quam ipse aer: ⁊ ideo cum homo ambulet conuertendo pedes inferius: tunc oportet ꝙ conuertat apud antipedes pedes ad aerem ⁊ non ad terram: hoc autem inconueniens declinantes nos vocamus orizontem mundi sursum: ⁊ dicimus ꝙ ipse locus qui est ibi est prior ⁊ dignior in natura: simpliciter suis sz est respectu aliorum locorum: ⁊ similiter sursum vel deorsum dicta simpliciter priora secundum naturam sunt secundum comparationem dictis: ex illo autem concludimus ꝙ si in mundo est orizon ⁊ medium secundum naturam: tunc oportet absq3 dubio in mundo sit aliquis locus simpliciter sursum ⁊ deorsum: ⁊ hoc modo ostendimus simpliciter in primo superiorum librorum per hoc ꝙ motus localis rectus non potest esse infinitus sed ad aliquem finem **Tex.c.5.** necessario. Et hoc quidem confitentur multi antiquorum licz non satis firmas ad hoc inducant rationes: ⁊ illi etiam aliqualiter viderunt graue ⁊ leue dici absolute: firma autem non est ratio eorum eo ꝙ putauerunt celum non esse nisi hemisperium: siue hemisperium ⁊ non conuenire totum sed tantum contingere de terra id qd est super nos: non enim putabant celum esse rotundum sed factum esse per modum semicirculi: dixerunt tamen ꝙ superius illius est sursum ⁊ centrum qd est in medio diametri eius est deorsum ⁊ ex dicto eo qd sequitur ꝙ non vbiq3 iuxta circumferentiam est sursum eo ꝙ non vbiq3 est circumferentia neq3 vbiq3 in medio est **Tex.c.6.** deorsum sed secundum nostrum hemisperium tantum: ⁊ tamen si hoc concedamus tunc sequitur ꝙ est simpliciter leue qd mouetur ad locum simpliciter sursum: ⁊ simpliciter graue id qd mouetur ad locum qui simpliciter est deorsum: id autem qd est secundum comparationem ad aliquid est graue vel leue est quando due res sunt equaliter vnius nature secundum causas magnitudinis ⁊ spissitudinis sue: ⁊ tamen earum vna mouetur velocius altera siue inferius siue superius: illi autem non possunt esse simplices: quoniam in simplicibus non potest esse ꝙ ille que sunt magnitudinis ⁊ spissitudinis equaliter differant in velocitate maiori ⁊ minori: omnia enim simplicia equalia ⁊ equaliter spissa sunt equalis velocitatis: quando autem fuerint diuersarum specierum sicut es ⁊ lignum ⁊ huiusmodi: ⁊ fuerint composita: tunc potest esse ꝙ sint inequalia secundum velocitatem ⁊ tarditatem: magnitudinem autem voco dimensionem equalis quantitatis: ⁊ spissitudinem equalem dico que sunt equalis grossitiei vel subtilitatis secundum spissitudinem ⁊ raritatem: hoc est secundum equaliter habere partes propinque secundum **Tex.c.7.** finitum vel remote. Sic ergo distinctis graui ⁊ leui absolute secundum comparationem dictis: dico ꝙ plures eorum qui tractauerunt de his duabus naturis non tractauerunt de ipsis nisi secundum ꝙ dicitur comparatiue: dixerunt enim querentes de duobus quorum motus est equalis in hoc qd est ad eundem locum ⁊ inquirunt causam quare vnum mouetur velocius alio descendendo: hoc autem est querere de graui ⁊ leui secundum comparationem dictis tantum: ⁊ non absolute: ⁊ quando dixerunt graue ⁊ leue secundum comparationem dicta: tunc opinati sunt rationem distinctionis dedisse inter graue ⁊ leue absolute dicta: cum tamen sermo distinctionis eorum in his secundum comparationem dictis non sit conueniens diffinitionibus eorum secundum ꝙ absolute dicitur.

Cap. 3m. De improbatione opinionis illorum qui dicebant causam leuis ⁊ grauis esse compositam ex superficiebus ⁊ ex athomis.

Tex.c.8. Dicimus ergo ꝙ quidam antiquorum dixerunt graue ⁊ leue vnius nature ⁊ eiusdem esse quantum ad componentia ⁊ illi graui ⁊ leui ⁊ econuerso distinxerunt in hoc ꝙ dixerunt quodlibet vtrumq3 ipsorum compositum sit ex similibus per naturam tamen graue differt a leui: quia graue componitur ex multis similibus: ⁊ leue componitur ex paucis ac si leue ⁊ graue non differant nisi per multitudinem ⁊ paucitatem componentium ea que sunt similia in natura: sicut gratia exempli dicitur differre grauius frustum plumbi a minus graui: eo ꝙ licz vtrumq3 componatur ex similibus partibus plumbi cum in grauiori est plus partium plumbi ⁊ in minus graui sunt pauciores similes partes: similiter autem est de re grauiori ⁊ minus graui: ⁊ hec quidem est opinio Platonis in timeo: sic enim dicunt de omnibus similibus in specie quorum vnum est grauius alio qd grauius per hoc ꝙ est grauius: quia illius substantie habet partes plures: ⁊ minus graue per hoc ꝙ est minus graue: quia eiusdem substantie habet pauciores partes. Idem autem dicunt de ligno ⁊ plumbo dicentes quippe nihil aliud plumbum esse grauius ligno nisi ꝙ de partibus grauibus habet plus quam lignum: opinantur omnia corpora componi ex similibus que sunt superficies: ⁊ naturam vnam ⁊ eandez esse omnium corporum: ⁊ de hoc quidem licz sic esse opinentur preter visuz opinantur: quia visus testificatur quodlibet compositorum resolui in plura que sunt diuersarum specierum: ⁊ etiam videmus quedam que de grauibus habent plus aliquando non descendere: ⁊ precipue in aqua non descendit lignum magnum ⁊ graue: ⁊ quedam de grauibus habent multo minus descendere in eadem: quia paucos in aqua videmus submergi lapides. Testimonium ergo visus in vtroq3 est contra istos secundum hanc tamen scientiam: ⁊ per hanc causam distinxerunt inter grauius ⁊ leuius nihil dicentes de graui ⁊ leui absolutis: huius autem con**Tex.c.9.**trarium videmus: quia in rebus simplicibus inuenimus ignem esse leuem sempiterne leuitatis: siue comparetur ad aliud siue non: ⁊ ideo semper mouetur sursum ⁊ videmus terram ⁊ res compositas in quibus abundat terra esse sempiterne grauitatis siue comparentur ad aliud siue non: ⁊ ideo semper moueri deorsum: si autem hec ita se habent tunc non est verum ꝙ propter dispositionem paruitatis aut paucitatis triangulorum superficierum ex quibus elementa secundum Platonicos componuntur mouetur ignis superius: quia si esset sicut ipsi dicunt: tunc ignis multus ⁊ magnus deberet esse tardus in ascendendo eo ꝙ ex multis componitur triangulis: ⁊ ignis paruus in ascendendo deberet esse velox: eo ꝙ ex paucis triangulis habet compositionem: huius autem totum videmus contrarium: quia quanto maior est ignis tanto ascendit velocius: ⁊ quanto est minor tanto deprimitur facilius ⁊ ascendit tardius. Amplius autem si corpus **Tex.c.10.** leuius est leue: ideo quia ex homogeniis paucis componitur ⁊ grauius: ideo est graue quia componitur ex multis homogeniis: ⁊ dicatur cum hoc ꝙ ignis ⁊ aer ⁊ aqua ⁊ terra componantur ex triangulis ⁊ non differunt in grauitate ⁊ leuitate nisi secundum multitudinem ⁊ paucitatem triangulorum: ita ꝙ quedam eorum sunt leuia ⁊ grauia propter dictam causam: tunc multus aer ⁊ magnus debet grauior esse aqua pauca ⁊ parua: quia multus aer secundum Platonicos ex pluribus triangulis componitur quam aqua parua: sed hoc ergo velocius descendit multus aer deorsuz quam parua aqua: ⁊ pauca aqua velocius sursum ascendit quam multus aer: hoc autem est contra sensum: dicto ergo modo distinguunt graue ⁊ leue Platonici secundum dictum modum diffiniunt. **Tex.c.11.** Alii autem non consenserunt in distinctionem hanc nec inquisiuerunt de causa leuis ⁊ grauis per modum qui dictus est: sed distinguunt eam per aliam causam quam sit illa quam intenderunt dare Platonici: ⁊ melius dicunt illi quamuis sint antiquiores Platonicis: ⁊ hoc rarum est philosophantibus: quia posteriores

Posteriores pspicaciores esse consuenerūt idē Commentator hic cōmēto .ii.

perspicaciores esse consueuerit q̄ priores: eo ꝙ posteriores iuuantur rationibus eorum qui precesserūt eos. Nos etiam videmus ꝙ quedam corpora spissiora sunt alijs: ⁊ huius causam melius possunt dicere antiquiores qui ponūt athomos q̄ posteriores qui ponunt superficies: ⁊ videmus ꝙ corpora dura valde que spissa sunt multum ⁊ constrictos habent poros esse grauiora ⁊ in permutatione sua ⁊ velocius descēdere licet habeant superficies pauciores: sic ergo ostensum est ⁊ certificatū ꝙ leue ⁊ graue non causatur ex multitudine compositionis partium homogenearū vel paucitatem earūdem: quia si vtraqz causaretur ex illis tūc graue ⁊ leue non essent inequaliter spissa: sed tm̄ differrent multitudine ⁊ paucitate superficiez ⁊ essent equaliter spissa: eo ꝙ superficies cū superficie alia non applicatur ita ꝙ aliquid remaneat vacuū inter duas superficies: sed continue vnde omne corpus esset spissum ⁊ nullum rarū si ex superficiebus corpora componerentur: si autem

Tex. c. 12.

comparationem volumus facere inter istas duas opiniones: tunc dicemus ꝙ illi qui componunt ex partibus indiuisibilibus ita ꝙ dicūt ea componi ex primis figuris superficierū que nō diuidūtur in homogenea figuris illis: sicut in tertio libro superiori ostendimus non possūt reddere causam differentie leuis ⁊ grauis neqz in simplicibus neqz in compositis: nō enim possūt dicere ꝙ causa huius differētie sit magnitudo ⁊ paruitas superficierū: quia tūc quanto maior esset superficies tanto grauior esset in corpore cui componitur qđ omnino impossibile ⁊ non intelligibile est ꝙ superficies differant propter grauitatem ⁊ leuitatem: illi autem qui cōponunt corpora ex athomis corporibus tres dimensiones habentibus sicut faciunt Democritus ⁊ Leucippus possunt reddere differentiam grauis ⁊ leuis in simplicibus que qđē est intelligibilis licet sit falsa: sed causa reddita in simplicibus que non esset in compositis sm̄ illos enim differūt athomi per magnum ⁊ paruum: ⁊ dicunt ꝙ corpus simplex compositum ex magnis semper est graue vt terra ⁊ aqua: compositum autem ex substantialibus ⁊ paruis athomis semp est leue vt ignis ⁊ aer: sed in compositis non est possibile reddere hanc causam differentie: corpora enim composita ad sensum differunt ad modum quem dicemus: ⁊ hoc est quia videmus multa corpora parua in quātitate ⁊ composita minoribus athomis sicut est es ⁊ precipue aurum esse grauiora corporibus maioribus compositis ex grossioribus athomis sicut est lana: aurum enim plus habet de partibus aque ⁊ ignis cū sit calidū ⁊ humidū ⁊ liqbile: ⁊ lana plus hz de partibus terre cū nihil hoz accidit ei: athomi āt aq̄ ⁊ ignis minores sūt ⁊ subtiliores athomis terre s̄z Demo. ⁊ Leucippū.

¶ Cap. 4m. De improbatione oppositionū illoz qui vacuū ⁊ plenum dixerunt esse causam grauitatis ⁊ leuitatis.

Tex. c. 13.

Antiquorū autem alij diuersificati sunt in causa grauis ⁊ leuis ab his qui prenominati sunt dicentes vacuum esse causam leuis ⁊ plenum esse causam grauis: cum autem ponentes vacuū sint bipartiti sicut diximus in quarto phy. sicorum: ⁊ quidam eorum dixerunt vacuū esse separatum a corporibus: ⁊ quidam eorum vacuum esse imbibitum ⁊ profundatum esse in corporibus: ⁊ ideo rara esse ⁊ porosa illa corpora sicut fuit Xutos philosophus quidam: quidam alij fuerunt illi qui vacuum causam esse leuis dixerunt de numero illorum qui posuerunt vacuum imbibitum esse in corporibus ⁊ profundatum in ipsis: ⁊ hec opinio tres habuit diuersitates quarum vna fuit qui dixit ꝙ leue est qđ constat ex maiori vacuo q̄ ad minus leue siue habeat partes plures pleni siue pauciores siue equales. Alia autem fuit que dixit ꝙ leuius est qđ constat ex maiori vacuo ⁊ pleno minori q̄ aliud qđ est minus leue q̄ ipsum. Tertia vō fuit que dixit ꝙ leuius est cuius proportio sui vacui ad plenum maior est q̄ proportio vacui alterius ad plenum qđ est minus leue q̄ ipsuz: has autem omnes diuersitates suis locis in hoc capło intēdimus improbare sed postponere intendimus rationes huius secte que dixit vacuum esse causam leuitatis: dicunt autem omnes isti ꝙ vacuum qđ est in corporibus impellit ea sursum sicut mouēs corpora: ⁊ per hoc motum cum ipsis. ⁊ hoc iterum dicunt esse verum donec forsan se multa corpora magna in quantitate sunt leuiora alijs minoribus: eo ꝙ in magnis de vacuitate est plus q̄ in minoribus sicut patet ex magna spongia ⁊ paruo plumbo: hanc enī dicunt esse causam ꝙ aliquando corpora leuiora sunt maioris spissitudinis hoc est quantitatis ⁊ mensure q̄uis sint cōposita ex equalibus in numero partibus corporibus minoribus ⁊ grauioribus que tot habent partes corporis per naturam sicut illa: ⁊ vt vniuersaliter dicatur isti dixerūt ꝙ causa leuitatis corporum ab alijs partibus corporalibus grauioribus equalibus sibi per naturam partium componentium est vt plus de vacuo sit in leui q̄ in eo qđ est minus leue: licet sit compar in numero componentium: ⁊ sm̄ hūc modum dixerunt ꝙ vna res est leuior vel grauior alia. ¶ His

Tex. c. 14.

autem contradicentes dicemus vacuum maius causam esse leuitatis diminute dicunt: ⁊ si daretur eis ꝙ non dicerent falsum: quicunqz enim distinguunt causam harum duarum virtutum siue potentiarum per vacuū maius ergo esse causam leuis: sed vt addūt ꝙ hoc est leuius qđ habet de vacuo plus ⁊ de pleno minus siue de corporeitate minus ꝙ idem dicimus cum pleno: si enim hec non addiderūt sequitur ex dictis eorum leue non esse leue: confitentur enim illi ignem omnem esse leuem: eo ꝙ in ipso maius est vacuum q̄ in alio quocunqz corpore: ⁊ sequitur in expositione eorum manifestus error vt scilicet magnum aurum leuius sit igne paruo: eo ꝙ sm̄ ipsos plus inest ei de vacuo: accipiemus enim paruum ignem ⁊ constat ꝙ in illo est aliqđ corporis pleni ⁊ multiplicia illius corporeitatis accipiantur in magno auro quantecūqz quantitatis voluero. Cum enim aurum multiplex sit ad ignem oportet ꝙ multiplex sit vacuum qđ est in auro ad vacuum qđ est in igne paruo: ⁊ sic aurum magnum leuius est igne paruo ⁊ est contra sensum: ergo falsum fuit ⁊ diminutum qđ dixerunt vacuum profundatum in corporibus tm̄ esse causam leuitatis: vt autem melius pateant antiquorum positiones: sciendum ꝙ quidam antiquorum vacuum

Tex. c. 15.

esse in mundo isto omnino negauerunt licet concederent ipsuz esse extra mundum: ⁊ illi etiam nullo modo penitus aliqđ de grauis ⁊ leuis causa distinxerūt sicut Empedocles ⁊ Pithagoras. Quidam autem de numero eorūdem negantiuz esse vacuum distinxerunt inter causam grauis ⁊ leuis sicut multi alij philosophi: verūtamen non dederūt causam grauis ⁊ leuis absolute ⁊ simpliciter dictoz ita ꝙ dicerent quare quedam simpliciter ascendūt sursum: ⁊ quare quedā simpliciter descendant deorsum: ⁊ tales fuerūt qui dixerūt componi corpora ex superficiebus vel ex athomis: ⁊ illi non poterūt dare causam quare quedam corpora maiora in spissitudine siue quantitatis sint leuiora quibusdam alijs minoribus in quantitatis spissitudine sicut supra diximus de plumbo paruo e spongia magna: quāuis enim locuti sunt isti de causa leuis ⁊ grauis in corporibus inequalibus causam nullam dederūt: ⁊ hoc qđ dixerūt contrariatur ei qđ videmus oculis: quia videmus maius corpus aliquando leuius esse paruo: ⁊ quo ad hoc sufficientius dixerunt ponentes vacuū quia illi ex dictis suis causam dederunt illius qđ diximus sicut manifestū est ex predictis. Redeamus aūt ad ppositū

Tex. c. 16.

dicentes ꝙ omnes illi qui tm̄ leuitatis ignis dixerūt esse vacuū aliquo tamen supradictoz modoz inconuenienter dixerunt: si enim dixerunt causari leuitatem ignis primo modo ex multitudine scilicet vacuitatis que est in igne tunc necessario sequuntur eos sentētie impossibiliū multoz a quibus exire non possunt. Et si dixerūt secūdo modo scilicet ꝙ causa leuitatis ignis est ex hoc ꝙ plus habet de vacuo ⁊ minus de corporeitate siue de pleno: iterū sequitur impossibile: videmus enim ꝙ licet vniuersaliter comparando eūdem ignē ad equale quodcūqz aliud corpus in igne sit plus de vacuo ⁊ minus de corpore siue pleno: tamē sicut superius diximus in igne multiplici ad terram paruam est plus de corporeitate q̄ sit terra parua: ⁊ tamen ignis magnus ⁊ multus leuior est terra parua ⁊ pauca ⁊ plus vel minus de pleno non facit graue vel leue: nec etiam plus de vacuo facit leue vel graue sicut diximus supra. Adhuc autem dicentibus causam grauitatis ⁊ leuitatis esse plus de pleno vel plus de vacuo contingit non diffinire absolutum leue vel absolutū graue: sed comparatū tm̄ ꝙ diffiniūt ipsum cū permixtione contrarij: qđ enim habet plus de vacuo habet aliquid de pleno Itera

rio qđ habet plus de pleno habet adhuc de vacuo cōtrario: si per illas diffinitiones graue ⁊ leue simplicia non distinguunt sed aut ad aliud impossibile: si enim grauius est in quo est plus de pleno cum in magno igne sit plus de pleno q̄ȝ in parua terra sequitur magnum ignem esse grauiorem q̄ȝ paruam terram qđ est contra visum: si autem dixerint ꝙ leuitatis maioris causa est habere intus plus de vacuo sequitur aliquid graue simpliciter qđ simpliciter quo ad omnes partes sui magnas ⁊ paruas mouet̄ deorsuȝ leui⁹ eo qđ simpliciter est leue ⁊ sm omnes sui partes magnas ⁊ paruas mouet̄ deorsum: q: sicut supra diximus sequeret̄ magnaȝ terrā esse leuiorem paruo igne: ⁊ hoc est incōueniens: q̄ȝ leue simpliciter semper est leuius in oībus suis partibus q̄ȝ sit id quod est simpliciter graue ⁊ motū semp deorsum lȝ nō ↄuertat̄: q: non omne leuius aliquo est simpliciter etiā leue ⁊ absolute. Res enim grauitatem habentes aliquādo cōparant̄ in leuitate sicut dicere ↄsueuimus aquam leuiorem esse terra ⁊ aerē esse leuiorē aqua: cum tamen ⁊ aer ⁊ aqua habeant grauitatem in locis suis sicut infra ostendemus. Si aūt dixerunt sm tertium modū superius determinatū esse causam leuitatis ⁊ grauitatis hoc est ꝙ proportio vacui ad plenuȝ in vno sit sicut proportio vacui ad plenū in alio: ad hoc ꝙ sint equaliter leuia ⁊ grauia vel ꝙ sit proportio vacui ad plenū in vno ⁊ tunc vnum illoꝝ erit leuius ⁊ alteꝝ grauius: dicemus ꝙ lȝ illud aliquo modo sufficientius sit q̄ȝ duo modi prehabiti tamen per hoc euadere impossibilia non possunt: lȝ enim ex isto posset aliquo modo sm hominē ⁊ sm rem causari simpliciter leue ⁊ simpliciter graue tamen ↄsequunt̄ impossibilia multa q̄ȝuis ei possumus dicere ꝙ simpliciter leue est cuius vniuersaliter quo ad omnes partes est proportio maior vacui ad plenū q̄ȝ sit aque vel aeris vel terre: ⁊ simpliciter graue est cuius quo ad omnes partes proportio minor est vacui ad plenum q̄ȝ alioꝝ: sequitur tamen ex sermone illorū impossibile alio modo: in igne enim paruo ⁊ in igne magno equalis proportio vacui ad plenum: quoniam sicut se habet proportio vacui ad plenum in igne paruo: sic se habet proportio vacui ad plenum in igne magno. Si enim decupla in vno decupla est etiam in alio: ⁊ sic de alijs proportionibus. Similiter aūt se habet ꝓportio vacui ad plenū in terra magna ⁊ in terra parua. Sequitur igitur ex hoc vt que sunt eq̄lia sm ꝓportionem sint equalia sm grauitatem ⁊ leuitatem: ⁊ que sunt equalia sm grauitatem ⁊ leuitatem: sint equalia sm velocitatem ascēdendi sursum vel descendendi deorsuȝ: ergo equaliter sm velocitatem ascenderet ignis magnus ⁊ paruus: ⁊ equalr̄ sm velocitatem descenderet terra parua ⁊ magna: ⁊ similiter est de alijs grauibus ⁊ leuibus paruis ⁊ magnis. Huius aūt ↄtrarium videmus oculis cuȝ aspiciamus ignem magnum velocius ascendere paruo ⁊ aurū vel

Tex.c.17. plumbum magnum velocius descēdere paruo. ¶ Amplius aūt impossibile est dicere ꝙ vacuitas sit causa mouens sursum id quod vocatur leue: nisi ita ꝙ etiam ipsa moueat̄ sursum eodem motu. Cum aūt mouetur sursum non mouetur a pleno sed vacuo. Cum enim vacuum sit distantia tres habens dimensiones non potest mouere aliquid quando est ꝓfundata in corpore nisi moueatur: ⁊ sic idem erit totum mouens seipsum totum qđ est improbatuȝ in principio septimi physicoꝝ. Adhuc aūt etiam si non fiat vis in hoc: ⁊ si dixerint illi ꝙ de aptitudine vacui est mouere sursum: ⁊ de aptitudine pleni est mouere deorsum ea que componuntur ex pleno vacuo: tunc adhuc diminute dicunt isti causam leuis ⁊ grauis. Non enim sufficit inquirere ⁊ determinare sm hec qualiter res componuntur ex vacuo ⁊ pleno: ⁊ sequunt̄ motum alterius ipsoꝝ: sed opȝ inquirere quare non separatur vnq̄ȝ vacuum a pleno: simplicia enim que componunt aliqua separari habēt sm naturā: ⁊ si deberet vacuum esse separatuȝ a pleno ⁊ vacuum debet esse simpliciter motuȝ sursum: ⁊ plenum simpliciter motū deorsum: ⁊ hoc non dicunt q: sicut dictum est ante isti ponūt vacuum non esse separatum sed profundatū in corpore: falsum est etiā insuper q: si vacuuȝ esset simplex causa leuitatis simplicis: tūc id qđ nihil est esset cau-

Tex.c.18. sa eius qđ principium est motus in natura. Amplius autem impossibile est vt ponatur vacuo locus ad queȝ moueat vel ad quem moueatur: hoc est ac si ipsa vacuitas non sit locus. Si enim vacuū dicatur mouere vel moueri sm locum: tunc opȝ necessario vt assignetur ei locus ad quem moueat naturalr̄ vel moueatur ⁊ ille erit naturalis: ⁊ tunc sequitur ꝙ oppositus isti loco sit violentus: ⁊ qualiter locus nālis ⁊ violētus attribuatur vacuo impossibile est fingere volentibus. Amplius autem queratur ab his que causa sit motus ipsa vacuitas ⁊ qualiter mouet vacuitas seipsam: hoc enim necesse est dicere si vacuuȝ mouet ꝙ vacuū etiā moueatur: non enim possunt dicere ꝙ plenuȝ ⁊ corporeitas moueatur a vacuo ⁊ non vacuum: quia illa mouentur motu opposito motui vacui vt diximus superius. Qualiter autem dicatur causa motus vacuum non potest intelligi: quia non sunt in natura nisi quatuor cause quarum vacuum nulla est omnino: ⁊ etiam si esset causa non esset naturalis: ideo opinio de pleno ⁊ vacuo omnino est irrationalis ⁊ falsa. ¶ Amplius aūt

Tex.c.19. altercationes disputationum que sunt contra istos qui dicunt vacuum esse causam leuis: ⁊ plenum esse causam grauis: sunt etiam contra illos qui ponunt causam leuis ⁊ grauis athomos differentes per magnum ⁊ paruum: sicut fecerunt Democritus ⁊ Leucippus: ⁊ similiter contra eos qui ponunt causam grauis ⁊ leuis partes mensare que sunt lineę ⁊ superficies: lȝ non omnia impossibilia que sunt contra vnam opinionem sunt etiam contra aliam tamen in hoc cōueniunt ꝙ accidit his omnibus tribus opinionibus ꝙ non possunt ex dictis suis assignare causam leuis ⁊ grauis absolute dictorum: sed assignant tm̄ causam leuis ⁊ grauis per comparationem acceptorum: lȝ enim tertia pars eorum qui dixerunt vacuum ⁊ plenum esse causam leuis ⁊ grauis videt̄ur dicere causam grauis absolutorum in hoc qđ dicit ꝙ est illud leuissimum in quo est maxima proportio vacui ad plenum ⁊ hoc grauissimum qđ habet econuerso proportioneȝ: tamen absq̄ dubio sm rei veritatem non dicit q: nullū est adeo vacuum dūmodo aliquid habeat de pleno ꝙ ipsuȝ nō contingat accipi magis euacuari: ⁊ ideo sm eos omni leui est accipere leuius ⁊ omni graui est accipere grauius. Sed graui simplici nō est accipere grauius in natura: nec leui simplici est accipere leuius: sicut nec albo simplici omnino est accipere albius: quia simplex leue ⁊ simplex graue sunt in termino leuitatis ⁊ grauitatis nihil habentia de permixtione contrarij. Cum igitur illi non dicunt nisi causam leuioris ⁊ grauioris: nulli alij dicunt causam ipsorum sicut supra ostendimus: ⁊ quo ad hoc idem accidit omnibus tribus dictis opinionibus. Isti enim qui dicunt plenum ⁊ vacuū causam esse leuis ⁊ grauis ponunt ꝙ materia ⁊ subiectum in quo radicantur iste virtutes que sunt leuitas ⁊ grauitas sit multū quoddam: eo ꝙ dicunt ipsa esse contraria scilicet vacuuȝ ⁊ plenum: dicunt enim ꝙ proximum subiectum leuis est vacuum: ⁊ proximum subiectum grauis est plenum que sunt multa ⁊ contraria. Qđ aūt id impossibile accidat his tribus opinionibus sic probatur. Omnes enim cōueniūt in hoc ꝙ materiam ⁊ subiectum harum virtutum ponūt esse aut vnū aut multa que sunt contraria: si autem ponant materiā que est subiectum harum vnum in natura: sicut faciunt dicētes athomos aut superficies triangulas: tunc constat ex omnibus que superius diximus: contra has opiniones disputauimus ꝙ nihil erit graue absolutum nec leue absolutum omnino. Si autem materia horum dicatur esse multa ⁊ cōtraria: sicut dicunt auctores vacui ⁊ pleni: tunc iterū nil erit graue absolutum aut leue absolutum: quia necesse est ꝙ illa contraria sint circa subiectum vnum in natura ⁊ forma: ⁊ sic iteruȝ sequitur ꝙ idem in natura ⁊ forma qđ subijcitur contrarijs differat in plus habendo de vacuo vel de pleno: ⁊ si sit leuius vel grauius quia sic idem erit aliquando leue ⁊ aliquando graue: ⁊ cum vacuum semper ponatur esse permixtum pleno ⁊ plenū vacuo nihil erit absolute graue ⁊ absolute leue. Si autem non sunt extrema in leuitate ⁊ grauitate: tunc etiam non poterunt inueniri media inter leue ⁊ graue absoluta: quia illa non sunt nisi per compositionem extremorū: media aūt sunt causa quare sunt quedam res grauiores ⁊ quedam leuiores: ⁊ sic nulla res neq̄ leuis est neq̄ grauis: neq̄ leuior neq̄ grauior.

¶ Cap. 5m. De improbatione opinionis que dixit causam leuis ⁊ grauis esse rarum ⁊ densum.

Preter

Tex. co. 20.

Preter autem dictas opiniones est opinio quarta de causa leuis ⁊ grauis illorum qui posuerunt magnitudinem corporis ⁊ eius paruitatem esse causam grauitatis ⁊ leuitatis vocantes magnitudinem ⁊ spissitudinem: grauitatem ⁊ leuitatem: ⁊ subtilitatem siue raritatem corporis paruitatem appellantes: ⁊ horum sermo licz sit vanus s̄m rei veritatem dicendam de causa leuis ⁊ grauis: tamen est sufficientior omnibus tribus opinionib⁹ inductis. Est enim valde receptibilis cordi humano: eo ꝙ multum concordat ei qđ s̄m sensuum attestationem cognoscitur. Nos eni omnia grauia ⁊ spissa videmus sicut terram ⁊ terrena corpora et omnia leuia videmus esse rara ⁊ subtilia: ⁊ istud isti dicunt ꝙ nos videmus ꝙ quatuor corpora vocata elementa differunt in grauitate et leuitate s̄m modum differentie eorū in grossitie ⁊ subtilitate: siue densitate ⁊ raritate que isti magnitudinem ⁊ paruitatem appellant: sed tamen hic sermo istorum vanus est: quia absq3 dubio si quis subtiliter consideret dictum eorum idem inconueniens accidit istis qđ accidit illis qui dixerunt vnum solum esse elementum siue id sit vnum de extremis sicut ignis vel terra: siue vnum de medijs sicut aer vel aqua: siue etiam quintum preter hoc ꝙ sit medium inter aquam ⁊ aerem ⁊ terram ⁊ ignem: dicunt enim omnes isti ꝙ illud elementum qđ dicunt esse omniū aliorum producit ex se aliam differentiam raritatis ⁊ spissitudinis siue grossitiei ⁊ subtilitatis: quia ad easdem res significandas vtūtur. Hoc enim necessario isti dicunt ꝙ vnū sit adhuc primum elementum s̄m naturam ante spissum et rarum: ⁊ postea manens in substantiali forma diuersimode raro ⁊ denso ⁊ efficiatur tunc graue ⁊ leue: ⁊ tunc idem accidit his impossibile qđ accidit illis qui omniū corporū materiam elementalem posuerunt vnam: ⁊ hoc inconueniens est vt concedant ꝙ nulla res grauis est absolute neq3 leuis absolute: sicut nos ostēdimus supra: vbi disputauimus cōtra eos qui posuerunt elementum esse vnumquodcunq3 sit illud. Amplius autem si vnum ⁊ idem sit diuersificatū per rarū ⁊ densum: tunc sequitur iterum ꝙ nihil mouetur ex sua forma subtili sursum vel deorsum: sed semper expulsū a suo contrario sicut frigidum expellit calidū ⁊ econuerso: quia tunc non potest dici ꝙ simpler per substantiam motū sursum sit ad locum sue generationis ⁊ conseruationis: sed potius vnum ⁊ idem est per formam elementalē: quia mouetur sursum quando coartatur a spissis partibus inferius ⁊ mouetur deorsum quando expellitur a raris partibus inferius eo ꝙ contrarie forme se mutuo expellunt. ¶ Sequit̄ etiam s̄m istos ꝙ multa subtilia composita ⁊ coniuncta in vnum sunt grauiora rebus paucis coniunctis grossis que isti magna vocant: si autem hec ita se habent: tunc sequitur ex sermone illo ꝙ aer multus aut ignis multus sit grauior ꝙ̄ aqua pauca aut terra pauca: hoc autem impossibile esse ostensum est supra: ⁊ contingunt hec omnia impossibilia ex hoc ꝙ isti dicunt vnam materiam in forma esse elementi subiectam his contrarijs que sunt spissum ⁊ rarum vel vacuum ⁊ plenum: tunc enim sequitur ꝙ idem elementū mouetur sursum ⁊ deorsum: ⁊ hoc non potest esse s̄m naturam: ⁊ ideo oportet ꝙ sit s̄m violentiam: nec est euadere aliquo modo ex dictis inconuenientibus ei qui ponunt vnam materiam in forma esse elementi subiecta his cōtrarijs que diuersificāt corpora prima que nos vocamus elemēta: ⁊ ideo oportet ꝙ nos dicamus materiam primā non in forma elementi esse ante elementa per naturam: ⁊ non per esse: sed postꝙ̄ illa materia acceperit esse elementi per formam elementalem: tunc ad elementum simplex est ꝙ fertur sursum ⁊ aliud qđ fertur deorsū per virtutes que sunt in ipsis quarū vna est grauitas ⁊ altera leuitas: ita ꝙ ille forme simplices sunt priorum corporum simplicium: isti ergo sunt sermones ⁊ similes quos attulerunt primi loquentes de graui ⁊ leui ⁊ s̄m modum qui dictus est retulerunt causam grauis ⁊ leuis.

¶ Sequitur Tractatus Secundus Quarti Libri.

¶ Tractatus Secundus Quarti Libri de Celo ⁊ Mundo qui est de graui ⁊ leui s̄m veritatem.

¶ Cap. p̄m. De ordine dicendorum eorū: ⁊ quare quedam mouentur sursum quedam deorsū qđ est principium considerationis grauium ⁊ leuium.

Tex. co. 26.

Enumeratis taliť opinionibus ⁊ ostēsis incōuenientibus que accidūt eis trāseūdū est ad loquēdū de graui ⁊ leui s̄m opinionē nostrā. Intendamus igiť distinguere vtrūq3 ipsoꝝ per verā ipsorū diffinitionē ⁊ facere de vtroq3 tractatū exquisitum qui sufficiēs sit ad sciēdū naturas ⁊ opa ⁊ passiōes ipsoꝝ: sed qa p̄ncipiū cognoscēdi virtutes mouētes est ab operatiōib⁹ ipsoꝝ quo ad nos: ideo videtur nobis p̄mo esse determinanda questio quā ingrāt multi de operationib⁹ istaꝝ virtutū: sunt eni quedā que tm̄ mouentur deorsū ⁊ quedā que mouenť sursum ⁊ deorsum s̄m aliquē modū sicut elemēta media: cognita eni causa huius mot⁹ cognoscemus leue simpliť ⁊ simpliť graue ⁊ leue cōparatum ⁊ graue cōparatū: ⁊ per ꝯñs naturā sciemus elntoꝝ ex istaꝝ virtutum quadruplici diuersitate s̄m ꝙ cognoscibilis est in scia istius libri post determinationem: igiť huius questionis dicēdū erit de graui ⁊ leui: ita ꝙ vtrūq3 determinandum erit per ꝓpriam eius diffinitionē ⁊ declaranda sunt ꝓpria ipsoꝝ accidētia que sunt vestigia quedam cognitionis ipsoꝝ: ⁊ qua de cā vnūquodq3 ipsoꝝ accidit elementis ⁊ hijs que cōponuntur ex elntis. Ad qōnē illā ergo qua queritur quare quedā corpoꝝ primoꝝ mouenť sursum ⁊ quedā deorsum dicemus rñdentes p̄mo ex causa finali que est vera rei perfectio materie ꝙ causa est qa loca illa ad que mouētur corpora simplicia sunt perfectiōes ipsoꝝ: cū eni vnūquodq3 moueať ad perfectionē que conuenit sibi: opꝫ ꝙ mobile s̄m nām etiā ad locū quem aptitudie nature desiderat sicut ad finem perficientē moueatur: sed tamē sciendū est multiplicem esse perfectionē. Perficit enim forma ⁊ perficit actus siue actio forme: forma quedā perficit sicut finis eius que est in potentia: operatio aūt que est finis forme est ab ipsa sicꝫ a causa: ⁊ hoc modo perfectio est motus eius qđ mouetur aliquo modo: vel forte verius est qꝛ est perfectio iperfecta que est via in perfectione: forma aūt perfectio est simpler ⁊ aliqñ est perfectio sola ⁊ aliqñ ando cū accñtibus sibi inseparabiliť adiunctis sola quedā est ipsa perfectio gñationis ⁊ gñati cū adiunctis autē sibi accidētibus in substantialib⁹ est perfectio eius qđ mouetur ad locum a generante: qa quantū dat ei generans de sua forma tantū dat ei de accidentibus inseparatis cōcomitantibus formā que sunt motus ⁊ locus: ⁊ huius exemplū dat Alpharabius in oleo lāpadis: ꝙ quātū accipit de forma ignis tantū accipit de motu ⁊ loco ignis vsq3 dum totū euolat de lampade. ergo modo locus est finis eius qđ moueť ad locum: hoc aūt verificatur in exemplum aliorū motuum: sicut enim est in generatione ⁊ alteratiōe sic est in loci mutatione. Cum aūt sint tres motus sicut dictū est in quinto phẏsicoꝝ. quorum vnus in quātitate: secūdus in forma qualitatis: ⁊ tertius in loco: generatio enim nō est motus sed mutatio: tunc manifestū est ꝙ qōlibet istoꝝ motuum est ex contrario in contrariū qđ est perfectio rei ⁊ forma ⁊ finis: ⁊ si est ad medium est ad ipsum: sicut ad finem ⁊ sicut ad contrariū eius ex quo est motus: non enim est motus ad motum: neq3 ad qđcunq3 aliud sicut diximus in quinto phẏsicoꝝ: sed ad id qđ est perfectio eius qđ est in potētia ⁊ finis: hoc aūt idem patet ex consideratione mouentiū. Nō enim quecunq3 mouent: sed sunt motores determinati qui per se mouent in quolibet motu sicut in phẏsicis determinatum est: in motu enim per se verum est ꝙ sicut alterabile qđ mouetur in alteratione est preter augmētabile qđ augetur ⁊ distinctum ab eo: ita alterans per se distinctum est a per se agēte ⁊ taliter distiguere habemus in motu locali: qa nō oē mouēs localiť mouet quocūq3 motu locali. Si aūt hec ita se hñt ⁊ cōcessum fuerit ꝙ sursū ⁊ deorsū sunt ꝯ̄tia in loco extātia: tūc opꝫ necessario ꝙ mouētia ad duo loca per se sicut ad fines motuū suoꝝ sunt graue ⁊ leue ꝑcipue cū id qđ p se mouet sursū vel deorsū: ⁊ id qđ est graue potētia vel leue po-

Tex. co. 22.

tetis: ex his enim necessario seqtur ꝙ motus elementorum ad loca sua est mot⁹ ad formas suas ꝛ ad suos fines: qa idē est motus ad formā ꝛ ad locū sicut documus in .8. physicorum: ꝛ idē est movēs in ipso cum id qđ movetur per se est in potētia ad locum: cū autē in potētia per accñs tunc non est idem: ꝛ tūc etiam non indiget movēte per se: sed potius movente qđ est removens ꝓhibens ꝛ nunc idem movet ꝛ movef lꝫ non ſm idem: qa leue vel graue inquantuꝫ est forma quedā ꝛ inquantuꝫ eadem forma habet esse in mā ꝛ in hꝫ movef: ꝛ tunc movens est motū per accidens sicut supra diximus quādo aliqd se movet motu eius: qa movet sic nauta movet se motu navis quā movet: ꝛ hoc nō est ꝯtra id qđ in principio septimi est determinatū: qa sic non movet continuū seipm nec pars movet totum: sed potius motor est distinctus a mobili non qdem per subiectū ꝛ esse sed per essentiam ꝛ diffōnez: hec aūt omnia manifesta sunt ex predictis. Scđꝫ hūc igitur modū qui dictus est de motu locali qui ad suum locū est sicut ad finem ꝛ ad suū simile ꝛ ad simile ei⁹ qđ movet intelligendū est id qđ antiqui philosophi dixerūt: ꝙ scilicet simile tendit ad suū simile in motu suo: qa id qđ desiderat aliud non desiderat ipm nisi per hoc ꝙ similitudineꝫ habet cū ipso: contrariū quippe fugit contrariū ꝛ corrumpit ipm ꝛ non intelligif sic ꝙ totuꝫ moveaf ad totū vel pars ad totū sicut quidam errantes dixerūt: non enim terra movef ad terram in quocunqꝫ loco fuerit: si enim poneref terra in orbe lune ꝛ esset aliqua eius pars inferius: pars nō moveretur ad totū sed totū potius ad partem eo ꝙ forma extra suū vbi non est completū in eo qđ non est conīūctum in loco suo naturali qui est vnū de accidentib⁹ inseparabilib⁹ forme perfecte: ꝛ ideo moveref tunc terra inferius vbi inveniet perfectionem finis completā que est in loco forme tali debito: sic autē est in igne vt generaliter loquaf in omni toto ꝛ pte que non habent ſm nām diversum motū: sed potius vnicum: ꝛ hoc quotiescūqꝫ totū ꝛ pars sunt homogenea ſm naturam: tunc enim ſm modū dictū pars movetur ad locum totius ꝛ econuerso. Amplius autem hoc ipm ꝛ aliter possumus demonstrare: qa enim orizon est continēs ea que movenf sursum: ꝛ similiter medium qđ est spatiū inter superficieꝫ aque continens est omnia que movenf simpliciter deorsum ꝛ continere est actus forme erit locus aliquid simile forme: vtrūqꝫ enim continef ꝛ ad vtrūqꝫ est motus eius qđ est in potentia preterꝗ vnum continet extra ꝛ alterum intra: ꝛ sic oportet ꝙ aliqua pars vltimi superius ꝛ aliqua medij inferi⁹ est sicut forma rei: dico aūt aliqua pars vltimi superius ꝓpter hoc ꝙ non totū continens corpus est forma sed potius forme contrariū: sed potius superficies vltima que includit et tangit id qđ locatū est in ipsa ꝛ eadem superficies adhuc nō est simile per hoc ꝙ est superficies corporis continentis sed potius per hoc ꝙ est terminus locati exterioris: illa enīꝫ superficies si referretur ad id cuius est superficies habet formam contrariam locato que forte corrūpit locatū: si aūt referaf ad distantiam loci cuius ipsa est terminus ſm qđ est locus habet in se proprietates ꝛ vires perficientes ꝛ conservantes ꝛ continentes locatū: ꝛ si forte aliqua pars alteri⁹ corporis moveaf infra ipsam corrūpereſ hoc modo: orizon enī est locus ignis: ꝛ mediū mūdi est locus terre sicut diximus in quarto physicoꝝ. Si autem locus ad quem est mot⁹ simile per naturam sicut forma dans esse: qa id qđ est in potentia habitata adhuc est simile illi ad qđ est ꝛ per illam similitudinē movetur ad ipm: sic ergo iterū constat ad id qđ per se movetur ad locum movetur ad ipsum sicut ad simile ꝛ sicut ad formam in locis extremis: in medijs aūt idem est oino: aqua enim per hoc ꝙ locaf in aeris vltima superficie similitudinem habet cū illo ꝛ aer cū vltima ignis superficie que est concauum ignis ꝛ similiter est descendendo: quia aer hoc modo similis est aque sicut locatum locato: ꝛ aqua similis terre sed habens modum similitudinis adinuicem sic non habet ignis ꝛ terra sed distant sicut forma ꝛ materia: cum enim locus sit in similitudine forme erit locatū per oppositū in similitudinem materie: ꝛ ideo locatū movef ad locū sicut materia ad formam ignis: igif in numero elementorū tm̄ locus existens erit sicut forma tm̄: ꝛ terra in corpore elementoꝝ tm̄ locatū existens erit sicut materia tm̄: nec erit ignis loco terre: ꝛ ideo terra non movef ad ipsum nisi intelligaf de

Tex. cō. 23.

Nō qđo loc⁹ ē ꝯseruatiu⁹ locati.

loco cōmuni non proprio ad quem etiam corpus locatū nō movef nisi gratia alicuius partis eius sicut diximus glebaꝫ moveri in celuꝫ: qa movetur in terra que est in medio celi. ¶ Obijcit aūt Themistius hoc dicens ꝙ nō videf ee causa id qđ pro causa motus ad locum est assignatū: si quis enī queat quare sanabile sanatur: ꝛ respondeatur qa aptuꝫ est sanari: vel qa aptum est moveri ad sanitatem: nullam enim omnino taliter respondendo reddit causaꝫ. ¶ Et hoc qdē qđ ostēdit Themistius verum est in compositis in quibus multa sunt moventia ad sanitatem ꝛ multi modi sanationis sed in simplicib⁹ perfecta respōsio est: qa in illis movens nō est nisi vnū ꝛ vnicuꝫ habet finem: ꝛ ille reddif per aptitudinem moventis vel mobilis quando convertif: quare graue movef deorsum ꝛ respondef qa natum sit moveri ad hūc finem: cum enim sit principiū in ordine illo non habet ante se aliud per qđ certificaf: ꝛ sic incōueniens est in primis simplicib⁹ motis ad locū responsio inducta ad qōneꝫ ꝓdictam.

Obiectio Themistij.

Solutio

¶ Cap. 2m. De conuenientia ꝛ differētia motus localis simplicium corporum ad motus alios.

Ex predictis aūt patet conuenientia ꝛ differētia motus localis elementoꝝ ad alios motus: qm̄ querit quare leue movetur sursum ꝛ graue deorsuꝫ: similis est ei qui querit quare sanandus sanaf ꝛ non alteraf: dicimus enim ad hoc sicut prius ꝙ omnis res movetur ad perfectionem sibi conuenientem: ꝛ ideo cū antiqui omnem motū alterationem putauerūt dixerūt verum ꝙ omnis res ad conueniens sibi ꝛ simile ꝛ perfectum alteraf ꝛ non aliam: sicut verbi gratia si accipiatur augmentabile per se: hic enim alterabitur ad magnitudinem ꝛ longitudinem qui terminus est sue quantitatis ſm naturam: ꝛ non ad aliud: ꝛ in hoc aliud conueniūt res mote omnes qđ omnis mot⁹ alteratio ab antiquis vocatur: qa lꝫ alie sunt que alteranf ſm rationem et genus quantitatis: ꝛ alie que ſm genus ꝛ formam alteranf qualitatis: ꝛ alie que alteranf per consequens vbi ꝛ loci: tamen ſm qđ dictum est: omnes conueniūt in hoc ꝙ alterantur ad conueniens qđ est finis eorum ꝛ aliquid qđ aliquod simile forme per naturam: ꝛ in loco id qđ alteraf localr hoc modo qđ est leue alteraf ad sursum ꝛ qđ graue est alteratur ad deorsum sicut ad finem conuenientem sibi per naturaꝫ. Cū aūt in hoc conueniant omnes motus differūt tamē oēs motus alij a motu locali recto simplicium corporum: qa motu locali recto simplicium est principium motus ex seipso ꝛ de intus sicut movens est graue ꝛ sicut movēs est leue: sicut enim diximus in precedentibus in hijs quando sunt actu non moventur nisi sint extra locum violenter: ꝛ tunc non habent movens extra nisi hoc ꝙ removeat prohibens: sed tamen id qđ est graue tendit ad locum per moventem formā gravis ꝛ levis que sunt in ipso gravi ꝛ levi: quando anteꝫ in potentia ad locuꝫ per se: tunc habet extra movens generās ꝛ id non movet nisi dando formaꝫ gravis ꝛ levis tm̄: ꝛ quātum largitur de forma gravis ꝛ levis tantum largitur de motu: ꝛ tunc iterum proxime movens est forma gravis ꝛ levis data a generante: ꝛ sic est iterū intrinsecum ei ꝙ movef id qđ movet sursum vel deorsum sicut patet ex hijs que sepius dicta sunt: in motib⁹ autē alijs non est ita ꝙ in illis movens non de intus in eo qđ modo sed de foris sicut est in eo qđ sanatur ꝛ in eo qđ augef: lꝫ enim aliquis quandoqꝫ sanetur per nām sine medico vel aliquo movente: extrinsec⁹ tamen in talibus sanans membrū non est intraneuꝫ membro sanato: sed potius est sanans cor: ꝛ sanatum est aliud membrum cuius cor nulla pars vel forma est. Et similiter est in augmento: quia lꝫ aliquod aliud sit sibi intraneum: tamen augens proprie qđ est cibus nec est pars nec est forma membri aucti ſm ꝙ augef per ipm: sed potius advenit ei extrinsecus ita ꝙ lꝫ non sit extrinsecū animali: est tamen extrinsecum membro qđ augetur per ipsum: per hoc etiam patet solutio sophistarum que hic possunt obijci contra ea que diximus ſm hec que dicta sunt ea que alterantur ꝛ augenf permutanf ex seipsis: hoc est essentialiter cum parvo motu alicuius moventis extra ipsa existentis: ita ꝙ vnuꝫ suscipit sanitatem ꝛ alterum nutrimentum debitum ſm naturaꝫ ꝛ sine illo extrinseco movente nō movetur aliquo modo: ꝛ hoc cognoscere possumus in hoc ꝙ res vna ꝛ eadeꝫ recipit sanitatem

Tex. cō. 24.

Nō verā sententiam doctoris de motu gravium ꝛ levium. vide Cōmentatorē. 3. celi. c. 28. ꝛ 8. phy. 32.

tatem ⁊ infirmitatem cũ tamen non possit intelligi ꝙ vna ⁊ eadem res moueat se ad vtrunq; istorum: qꝛ ſm hoc idem essentialiter moueret ad contraria ſi est modo: sicut sananda ab infirmitate non recipit sanitatē: ⁊ ſi mouetur sicut in firmanda sanitatem: tunc recipit infirmitatem ⁊ cũ non possit idem esse sanans ⁊ infirmitatem faciens ſm formã oportet ꝙ mouens ad vtrunq; istorum sit extrinsecum ei qđ mouetur: in graui aũt ⁊ leui nullo modo similiter est in eis principium mouens ⁊ manifestius q̃ in alijs motibus eo ꝙ est intrinsecũ: ⁊ huius quedam causa est: qꝛ in hoc est materia ⁊ potentia grauis ⁊ leuis propinquissima est substantie perfecte grauis ⁊ leuis: graue enim ⁊ leue generanť cum substãtia: qꝛ ignis ⁊ terra non habent aliam generationem dantē grauitatem ⁊ leuitatem q̃ illam que dat eis perfectionem ⁊ substantiam: ⁊ ideo hec ⁊ potentia grauis est hec potētia terre ⁊ ſm tempus que non antecedit vna aliã ⁊ ſm eẽ sunt propinquissime: quia materia in substãtia est via in accidētia inseparabilia coniuncta illi substantie ⁊ signũ illius est motus leuis ⁊ grauis qui statim cũ substantia incipiēte incipit sine aliquo interuallo temporis: motus enĩ localis est rerum perfectarum ſm substantiã: ⁊ ideo quantũ inest de substãtia tãtũ inest de mouente ſm locum: ⁊ de ipsa loci mutatione: cũ enim motus localis in omnib⁹ generatis est vltimus eo ꝙ consequitur substantiam oportet necessario ꝙ ipse ſm substantie rationem sit primus ⁊ proximus substantie: ita ꝙ inter substantiam ⁊ mouens ſm locum ⁊ motũ ipsũ non est medium: ⁊ qꝛ ista sunt coniũcta sicut non potuit motus localis habere mouens extraneum sed intraneum: alia etiam accidentia que accipiuntur per alterationē ⁊ augmētum non sunt ita propinqua substãtie: ⁊ ideo oportet ꝙ habeat mouens extraneum extra substantiam mobilis: nõ sic tamen est de motu processiuo qui est ab anima sicut est alibi dictum: ista ergo est conuenientia ⁊ differentia motus ſʒ localem naturalem ad alios motus qui sunt alteratio ⁊ augmētum: ex dictis autem non sequitur ꝙ idem moueat seipsum essentialiter: ⁊ ꝙ idem sit mouens ⁊ motum sicut male dixit Plato lʒ mouens enim totum sit idem mobili toto: tamen differt per essentiam ⁊ diffinitionē sicut superius diximus: ⁊ ideo non idem mouet se per se sed per accidens. Cõtra autē que dicta sũt opponit Joãnes sophista. d. ꝙ ſi ita est ꝙ forma leuis ⁊ grauis datur cũ substantia grauis ⁊ leuis ⁊ motus localis absq; interuallo temporis contingitur his duobus: ⁊ tunc in his que generantur inuenitur actus quē nõ precedit potentia ſm tempus: quoniã motum ſm locũ nõ precedit potentia ad motum in eodem mobili sed mot⁹ concomitatur potentiam: ⁊ hoc est contra Aristo. in. 9. pme philosophie vbi dicit ꝙ potentia tempore precedit actu in eodem generabili. Sed ad hoc dicendum ꝙ absq; dubio potentia motus sursum non precedit motum sursum in eodē ſm formam sed in eodem ſm materiã: vnde non precedit motum sursum in igne sed in solo elemento ex quo generať ignis. Similiter potentia motus deorsum non precedit motum deorsũ in terra: sed in eo in quo sit terra: ⁊ sic soluitur sophisma Joannis.

Joánis grãmatici sophisma. vide Cõmentatorem hic cõ. 24. ⁊ 8. phy. cõ. 4. 3.

Cap. 3m. De causa efficiente motus grauis ⁊ leuis.

Tex. cõ. 25.

Et que dicta sunt magis apparebũt si quãsi ad propositũ reuertentes cõsideremus non tñ causam finalem: sed etiam cãm essentialem mot⁹ grauis ⁊ leuis: videmus enim oculis ꝙ aqua quando permutať per generans ad formã aeris ꝙ tũc etiam permutať ex forma grauis ad formam leuis ⁊ cum illo continue eleuatur sursum ⁊ dicitur esse leuis: ⁊ est ſm rei veritatem non q̃dem anteq̃ eleuetur sursum: sed fit leuis eleuando sursũ ⁊ est leuis quando est sursum: ſi autem hec ita se habent: manifestum est ꝙ aqua primo est potentia leuis: deinde a generante ipsã in formã aeris permutatur vsq; quo sit actu leuis: ⁊ tũc est sursum: et ideo sursum esse non sequitur formam leuis tempore sed ordine cause: vnde etiã mouetur tantum in locũ sursũ quãtum habet de forma leuis ſm mensuram ⁊ qualitatem forme leuis ⁊ grauis ascendit altius vel descēdit profundius: sic ergo patet ꝙ omne qđ sic mouetur ſm locum mouetur a generante: sicut a mouente primo ⁊ essentialiter: hec igitur causa motus terre ⁊ aque ⁊ ceterorum elementorũ naturalium motorum ad sua loca quando nihil fuit prohibēs ipsa si sunt in potentia ⁊ motu ad locum essentialiter ⁊ per se: cũ autem habeant aliquid prohibens tunc non indigent mouente per se: sed per accidens qđ sit remouens impedimentum: ⁊ hoc quidem in simili videre possumus: quoniã quãdo per nutrimentum sanans mouetur ad sanitatem idē mouens dat formam nutrimenti membris nutrito ⁊ cũ hoc accidens ꝙ consequitur nutrimentum qđ est sanitas ⁊ vnum non dat ante ⁊ reliquum post: ⁊ ideo in forma nutrimenti ⁊ sanitati tali non indiget nisi vno motore nisi aliquod sit prohibens: ⁊ si aliquod sit prohibens sanitatē non indiget nisi remouente prohibens illud quod est mouens per accidēs: ⁊ tunc nutrietur ⁊ saluabitur. Sed tamen est differentia inter prohibens in motu locali ⁊ prohibens in motu nutrimēti conferentis sanitatem: quia in motu locali aliquod est prohibens accidens qđ datur cũ forma sicut motum ⁊ locum qđ non prohibet formam dantem grauitatem ei qđ mouebitur: sicut patet in eo qđ prohibet lapidem descēdere ⁊ nõ prohibet ipsum a consecutione grauitatis: sed motum sanitatis collate per nutrimentum non potest aliquod prohibere nisi prohibeat vnum cum altero. Est tamen simile in hoc ꝙ in vtroq; motu ab eodem mouēte est forma ⁊ accidēs cõiunctum forme: sic enim omne qđ mouetur non mouetur a seipso vt a primo motore: sed potius a generante ipsum per se ⁊ ab eo qđ resistit ei prohibenti motũ eius ⁊ remouet ipsũ a presentia eius: mouetur autē etiam ab eo aliquando per accidens qđ intendit contrarium eius sicut dicimus ꝙ intēsum frigidum expellit calidum aliquando: sed de tali mouēte non loquimur hic: sed potius de generante ⁊ firmante eē eius qđ mouetur sicut diximus in scientia libri physicorum qui precedunt libros istos ſm ordinem scientie naturalis. In octauo enim physicoꝝ. z. determinamus ꝙ vnumquodq; corporũ mobilium habet motum a quo non moueť nisi ab alio a se dicto donec perueniatur ad mouens primum qđ nullo modo mouetur: mouens enĩ aliud est a mobili eẽ ⁊ diffinitione vel diffinitione tñ: sic igitur determinatũ est iam sufficienter causa efficiens ⁊ etiam finalis mot⁹ omnis eius qđ mouetur ſm naturam: ⁊ que sit intētio vniuscuiusq; elementorum in motu quo mouetur ad locum suũ: quoniam intentio sua non est nisi assimilatio sui ad suam perfectionem que debetur ei ſm naturam.

Cap. 4m. De diffinitiõibus simpliciter grauis ⁊ leuis vel per comparationem dictorum.

Tex. cõ. 26.

Quia ergo de causis motus localis sufficienter habitum est: nunc consequenter loquendũ est de diffinitionibus leuis ⁊ grauis ⁊ de accidentibus que accidunt vtrisq; ⁊ de causis accidentium. Incipiemus ergo in primis ⁊ differemus graue ⁊ leue diffinitiõe manifesta quo ad nos ad visum. Dicimus ergo ꝙ graue absolute acceptum: ⁊ simpliciter est ꝙ subsidet quiescendo sub omnibus vniuersi corporibus. Leue aũt absolute ⁊ simpliciter acceptũ est qđ natat quiescendo super omnia generaliter corpora que rectũ habent motũ absolute ⁊ simpliciter dicta itelligo grauia vel leuia ea que ſm totũ genus suũ sunt grauia ⁊ leuia ⁊ in cõparatione ad omnia ⁊ talia sunt ea que nõ simul habent leuitatem ⁊ grauitatem ſm comparationē ad diuersa corpora sicut media habent elementa. Cum autē in prehabitis in primo istius tractatus capitulo diffinierimus graue ⁊ leue per mot⁹ suos: ⁊ hic differamus ea per suas contrarietates reputamus istas diffinitiones veritati propinquiores q̃ alias propter duas causas quarum vna est: quia actu graue ⁊ actu leue non mouentur nisi per violentiam qua remouentur a locis suis: quietes autem ipsorum in locis suis nullam habent ante se violentiam. Secunda autem causa est: quia sicut diximus in quinto physicorum. lʒ quies sit priuatio motus: tamen res in qua quiescitur est finis mot⁹ ⁊ eius qđ mouetur: ⁊ ideo diffinitio data per motũ quietis est data per finem perficientem que est cõuenientio: diffinitio q̃ illa que datur per motũ qui est actus imperfectus ⁊ rei imperfecte vt in tertio physicorum ostensum est. Cum autem diffinimus has duas quietes vel virtutes per quietes vel per motus oportet ꝙ effectus vel operationes harũ virtutum sumantur pro differentijs complentibus easdem ꝙ no/

bis aliter differentie earum non manifestantur: sic ergo diffinitis leui ⁊ graui simpliciter dictis dicemus ꝙ gratia exempli ignis est semper leuis: qđ quidez probatur ex hoc ꝙ quecunq; quantitas eius vel pars eius accipiatur siue magna siue parua semper inuenit̃ moueri sursum si non fuerit aliud prohibens eam ⁊ econtrario. Dicimus terram esse grauez simpliciter eo ꝙ quecunq; quãtitas siue pars eius accipiatur semper mouetur deorsu; ⁊ quanto maior est ignis tanto est velocior ascendendo sursu;: ⁊ quanto est minor ignis tanto tardior est mouẽdo sursu;: ⁊ similiter est de terra per contrarium motu; deorsum. Sic ergo diffinita sunt graue ⁊ leue absolute ⁊ simpliciter accepta graue ⁊ leue per cõparationem dicta habent vtrãq; istarum virtutu; per comparationem diuersam: non enim habent eas per cõparationem sicut medij colores habent extremoꝝ formas: q̃ si ita esset tunc media elementa essent cõposita ex terra ⁊ igne: sed hũt istas virtutes simplices non multiplicatas nisi per cõparationem ad elementa superiora ⁊ inferiora: q̃ cõparatione superiorum sunt grauia: ⁊ cõparatione inferiorũ sunt leuia: cum tamen inclinatio eoꝝ ad motu; sit a virtute simplici nõ composita: nec tamen intelligendũ ꝙ virtutes eorum sũt relationes que ſm totũ esse suu; sint ad aliud: q̃ ſm hũc modum distinguerentur elementa per absolutu; ⁊ relatũ: ⁊ nõ per qualitates eiusdem generis. Adhuc autem si sic eẽt tũc relatio eẽt causa motus localis qđ falsu; est oĩno: ⁊ ideo sciendu; has virtutes esse simplices qualitates in medijs elemẽtis: qđ probatur per hoc ꝙ sunt vnius simplicis loci sicut finis: q̃ aer mouetur ad locum concauũ ignis qui est vnus locus simplex: ⁊ aqua mouet̃ ad concauu; aeris qui est etiã locus simplex. Sed tunc questio incidit qualiter dicant̃ elementa esse media ⁊ virtutes eorum dicuntur virtutes medie. Et ad hoc dicendum ꝙ media sunt ratione loci ⁊ quietis ⁊ motus sui: ⁊ non ratione compositiõis alicuius: ⁊ tale mediu; semper est simplex ⁊ non respicit extrema nisi per cõparationem: ⁊ hec est causa quare ista elementa dicuntur leuia ⁊ grauia per comparationem: leue enim ⁊ graue dicitur de hijs per modum ⁊ modum: hoc est per diuersos modos comparationis: qui modi non faciunt diuersa; rem sed potius diuersum modum comparationis ad extrema: videmus enim aliquod corpus simplex supernatans: qđ tamen est grauius igni qđ est aer: ⁊ non dicimus ipsum esse grauius igne: nisi q̃ quelibet eius pars siue sit magna siue sit parua subsidet sub igne: ⁊ econuerso videmus aliqđ simpliciu; qđ subsidet: ⁊ tamen est leuius terra sicut aqua cuius omnis pars leuior est terra: ⁊ i; ista per comparationem grauia ⁊ leuia sunt: dicitur tamen respectu aliquorum simpliciter hoc est vniuersaliter grauia: ⁊ respectu aliquorum vniuersaliter leuia quando vnũ comparatur alteri: aer eni; in omnibus partibus vniuersaliter supernatat aque ⁊ sic dicit̃ vniuersalr leuis: q̃ omnis eius pars subsidet igni dicitur ad ignez vniuersaliter grauis. Similiter autem est de aqua quando cõparata fuit ad terram ex parte vna ⁊ ad aerem ex parte altera: ⁊ ideo aqua in comparatione plurium est grauis q̃; leuis: q̃ in igne ⁊ in aere ⁊ in se eſt grauis vt infra probatur: aer autem respectu plurium est leuis q̃; grauis: quia in aq̃ ⁊ in terra est vniuersaliter leuis in se: est autem aliquo modo leuis. Sed in igne est simpliciter: hoc est vniuersalr grauis: sic ergo diffinita ⁊ distincta sunt simplr graue ⁊ simplr leue ⁊ ſm cõparationẽ graue ⁊ ſm cõparationem leue.

Nõ ꝙ mediu; est duplex qđdã p cõpositionẽ ex extremis: ⁊ qđdã p comparationem.

Tex. cõ. 27.

¶ Cap. 5m. Qđ ex scientia simplicium corporum scit̃ cã grauitatis ⁊ leuitatis in compositis ⁊ ea que accidunt eis.

Tex. cõ. 28

De autem determinatis leuibus ⁊ grauibus absolute ⁊ per comparationem dictis facile inueniemus causas omnium accidentiũ grauibus ⁊ leuibus quas antiqui per suas positiones inuenire non poterant sicut in physicis ostendimus: dicimus enim ꝙ quando grauitas ⁊ leuitas est in reliquibus corporibus cõpositis oportet ꝙ accidat eis grauitas ⁊ leuitas a corporibus primis que sunt in ipsis: vt si queratur de corporibus compositis in loco vno per naturam existentibus quorum vnum est grauius alio: sicut grauius est aurum q̃; argentum: dicemus ꝙ componitur ex pluribus partibus terrestribus aurum q̃; argentũ: ⁊ sic per multitudinem ⁊ paucitatem rerum grauium ⁊ leuium causabimus grauitatem maiorem vel minorem in compositis: non eni; diuersificantur nisi quedam eorum aut leuibus leuiora: ⁊ quedam sunt alijs grauiora ꝓpter multitudinem ⁊ paucitatem que est in eis de corporibus primis que consequũtur ista cõposita in grauitate ⁊ leuitate: si igitur hec ita habent ꝙ si cõpositoꝝ quedam sunt grauiora quedam leuiora propter corpora prima: tũc necesse est nobis vt determinemus corpora prima: corpora enim composita sequũtur ea procuidubio eo ꝙ simplicia sunt quoddam principium consequendi cõposita: compositum enim cognoscimus quando scimus ex quibus ⁊ qualibus ⁊ qđ ex componentibus: ⁊ ita debuissent ꝑcedere auctores vacui: quando eni; vacuum ⁊ plenum dixerunt esse causam leuis ⁊ grauis: tunc fuisset conueniens vt predeterminassent simplex vacuum ⁊ simplex plenum vt scientia illoru; esset via ad habendam cognitionem de graui ⁊ leui. Hijs autẽ sic determinatis redeamus ad propositu; tangentes causas accidentiu; grauis ⁊ leuis contrarie acceptoru; in aqua ⁊ aere. Dicamus ergo in primis qđ etiã mirabilius videtur ⁊ desiderabilius ad sciendu; inter oẽs effectus grauis: ⁊ leuis ꝙ nulli corpoꝝ compositoꝝ ipsoru; in quibus abũdat aeritas accidit in loco omni esse grauia vel leuia sicut nec aeri: hoc autẽ contingit ꝓpter naturã ⁊ dispositionem corporu; primoꝝ ex quibus cõposita consistunt ſm naturam: huius aũt exemplum est in eo: q̃ videt̃ mirabile omnibus ꝙ lignũ trium librarũ in loco aeris inuenit̃ grauius q̃; plũbum duarum librarum eo ꝙ vehementius descendit q̃; plumbũ in loco aeris: ⁊ in loco aque est leuius q̃; plumbũ eo ꝙ in aqua nõ descẽdit. Causa autẽ huius essentialis vera est: q̃ omne corpus simplex est graue ꝑter ignez solum: sicut ⁊ omne corpus simplex est leue preter terrã solum.

Tex. cõ. 29.

Cũ igitur in loco aeris comparatur lignũ plumbi componitur lignũ ex tribus grauibus hoc est aere aqua ⁊ terra: ⁊ ideo si ponamus terre partes ⁊ aque equales esse in plumbo ⁊ ligno: sed aeris partes multum abundare in ligno. dico adhuc lignum tale in loco aeris esse grauius plumbo tanto eo ꝙ aeris partes abundantes in grauitate addunt super plũbum: in aqua autem natabit lignum eo ꝙ aer li; in loco suo sit grauis: tamen est leuis in aqua: q̃ vincit super preter terre ⁊ aque: ⁊ ideo cogitat natare lignum magnum vbi mergitur plũbum paruum: terra enim procuidubio est grauis ⁊ omne compositu; in quo terre partes abũdant graue est oĩbus locis: aqua aũt grauis est in omnibus locis nisi in terra: q̃ natat aqua super terram: aer eni; grauis est in igne ⁊ in loco ꝓprio: ⁊ aer qui est i aqua ⁊ terra est leuis super ista elementa ⁊ natat super ea. ¶ Themistius aũt ⁊ q̃dam sui seq̃ces non cõsentiũt in ea que dicta sunt cõtendentes aerez leuem eẽ in loco suo aliã; assignantes cãm quare lignum eẽtũ librarũ grauius est in aere plũbo duaꝝ librarum ⁊ in aqua est econuerso: dicũt eni esse maiorez terrestreitatez in tanto ligno q̃; in tanto plumbo: q̃ aeritas in loco aeris non impedit motũ inferius eo ꝙ aer mobilis est in eodẽ loco: in aq̃ autẽ non est mobilis nisi in superius: ⁊ ideo ĩpedit ne mergat̃ lignum. ¶ Sed isti non soluunt de eo ꝙ habet equales partes terre ⁊ aque cũ plumbo ⁊ vincit in partibus aeris: hoc enim grauius inuenitur q̃; plũbum: sed forte illi negãt istũ: dicunt etiam isti ꝙ contingit ſm hãc sententia; corpora media per violentiam quiescere in locis suis ex quo grauia sũt in eis: sed nos inferius huius solutionem dicemus in loco magis ꝓprio. Nunc autẽ inducemus probatiões ad hoc ꝙ aer grauis sit in loco suo ⁊ similiter aqua. Dico autem cõstanter asserens omnia corpora in locis suis esse grauia preter ignem solu; ⁊ in quibus superabũdat ignis. ¶ Et iđ affirmo aerem in loco suo esse grauem: signu; autem sensibile hoc ꝓbans est ꝙ accipiatur vter subtilis corij ⁊ comprimat̃ ita ꝙ nihil in ipso remaneat de aere: ⁊ ponderetur vel deriuatur deorsu;: ⁊ si ponderat̃ obseruetur velocitas bracchij libre qđ descẽdit: postea extendat̃ vter idez donec sit plenus aere vel vento aereo: ⁊ iterũ proijciat̃ ⁊ ponatur in bracchio libre dico ꝙ plenus velocius descendit ꝓpter aerẽ attractu; ⁊ plus ponderat: maior enim attractio aeris est in vtre pleno q̃; non pleno ⁊ ideo ponderat plus. Sed forte hoc experimentũ crederetur esse falsu;: q̃ si vter insuffletur spiritu hominis absq; dubio minus põderabit vter plenus q̃; vacuus: ⁊ ideo forte videbitur aer leuis: sed nõ est hoc ita quia spiritus

Tex. cõ. 30.

Opio Themistij ⁊ sequ. vide de Cõmẽtatore hic cõ. 30.

Impugnatio

Nõ signũ sensibile q̃ ostẽdit aerez ĩ ꝓpria spera grauitare.

ritus hominis calidus est ⁊ agit in ipsum calor corporis hominis: ⁊ ideo calor eleuat aerem: ⁊ per consequens vtrē ⁊ facit videre leuiorem: ⁊ similiter facit ventus calidus ⁊ aer calidus in quo sol diu proijcit radios suos: sȝ debet accipi aer in propria sua dispositione: tunc enim necessario grauitatē fert vtri pleno qđ sic probatur: in aerem enim ꝯstat fieri motum violentum eo ꝙ ipse est leuis ⁊ grauis: ⁊ ideo accipit impetum sursum ⁊ deorsum sed fortius ⁊ facilius accipit impetum deorsum ꝙ̄ sursum ⁊ velocius mouet deorsuȝ ꝙ̄ sursuȝ ergo in loco suo abundat grauitas eius super leuitatē: ipsi⁹ ergo corpori in quo est aeritas affert ipse aer in loco suo grauitatem. ¶ Hoc autem adhuc ⁊ aliter probatur quia nō est dubium aerem in igne esse graueȝ sed simpliciter: quia oēs partes eius magne ⁊ parue graues sunt in igne: in aqua autem ⁊ in terra constat ipsuȝ leue simpliciter: quia omnes ei⁹ partes supernatant aque ⁊ terre: ergo in loco ꝓprio qui medius est inter vtrūq; erit habens leuitatem ⁊ grauitatē: sed in loco proprio mouetur ad aquam ⁊ terram vt infra ostendetur ⁊ non ad ignem: ergo lȝ in loco proprio habeat leuitatem ⁊ grauitatem: sequitur tamen grauitatem in motu ad inferiora: ergo grauitas in eo vincit leuitatem: ⁊ sic constat propositum: si ergo hec ita se habent: tunc manifestum est ⁊ clarum ꝙ omne compositum in quo abundat aer sup aquā ⁊ terram possibile est vt in aqua sit leuius alia re: que tamē in aeris loco grauior est ipsa sicut diximus de plumbo ⁊ ligno: talis enim res non natat super aerem sed natat super aquam: sic ergo ostensuȝ est per ea que dicta sunt ꝙ leue absolute semper mouetur sursum ⁊ graue absolutum semper mouetur deorsum: hoc enim significat leue absolutuȝ ⁊ graue absolutum quando non est qđ prohibeat ipsum a motu suo essentiali: in hijs enim virtutibus etiam per sensum inuenimus esse corpora prima: ⁊ ideo non est verum qđ opinabantur quidam omnia corpora esse grauiora ⁊ non suscipere leuitatem nisi per comparationem.

Rō ad idē.

¶ Cap. 6^m. De natura leuis ⁊ grauis absolute dictoruȝ: ⁊ ꝙ loca eorum sunt determinata.

Tex. cō. 31.

REdeamus autem ad dicendum accidentia leuis ⁊ grauis absolute dictoruȝ: sed anteꝙ̄ possimus scire accidentia leuis ⁊ grauis absolute oportet vt probemus adhuc esse leue absolutum: ad hoc autem inducemus ꝙ graue absolutum semper intendit ad medium: hoc eniȝ quia oculis videtur omnes sic esse confessi sunt: ex hoc autē per contrarium concedere oportet ꝙ sit aliquid leue absolutum qđ semper intendit sursum in omnibus: ⁊ oportet ꝙ consequatur aliquem locum qui simpliciter est sursuȝ. Nos enim oculis videmus ꝙ omnia corpora terrena descendūt subsistendo sub omnibus: sicut nuper superius probatum est: vnde mouentur deorsum quousq; consequitur medium qđ vnicum est determinatum: si enim non esset determinatum: tunc oporteret ꝙ graue moueretur super lineam rectam in infinitum: ⁊ tunc oporteret ꝙ omni graui inueniretur aliquod corpus oppositum terre qđ in aere ⁊ aqua ⁊ terra moueretur semper ascendens vsq; quo sit supra aerē: tūc procul dubio ignis est corpus illud: quia aliud corpus nō videmus qđ ascendit in omnibus tribus elementis mouebitur: ergo vsq; ad orizontem ⁊ ibi quiescit: quia aliud iudicium non habemus ꝙ ignis sit in orizonte nisi quia videmus ꝙ vnum numero corpus non mouetur ⁊ quiescit in eodem loco aeris constat ꝙ non quiescit in eodem: ⁊ tūc aut mouetur in infinitum: aut quiescit vltra aerem: aut ille locus est vacuus ⁊ nusꝙ̄ omnino habet locuȝ ignis nisi per accidens: constat autem ꝙ non mouetur in infinitum quia nō est infinitum sicut probatum est in tertio physicorum: ⁊ si esset aliquid infinitum non moueretur ad aliquid infinitum sicut probatum est in fine sexti physicorum. similiter autem non potest esse ꝙ ille locus sit vacuus eo ꝙ nihil est vacuuȝ nec potest esse ꝙ ignis in nullo loco sit per se: quia si in nullo loco esset per se: tunc in nullo loco esset per accidēs qđ esse non potest: cum enim sit vnum de quatuor simplicib⁹ corporibus: oportet necessario ꝙ sit in loco aliquo per se ⁊ cum sit contrarium terre ⁊ hoc sit deorsum sub omnib⁹ alijs simplicibus corporibus: oportet ꝙ ignis sit sursuȝ quiescens super omnia alia simplicia corpora ⁊ mouetur tunc sursum ad illum locum vsq; quo consequatur orizonta: hoc enim probat de necessitate ratio inducta: de hoc lȝ enim non habeamus testimonium sensus: ignis enim in proprio loco nō est visibilis: quia non accidit ei lucere nisi quādo egreditur de loco suo proprio: ⁊ ideo dicit Alexander ꝙ ignis qui est apđ nos vocatur ignis non esse eiusdem rationis cum igne qui est in loco suo proprio nec eiusdem effectus: hic enim est eorum quasi corruptiuus: ille autem generatiuus sm ꝙ calor eius adiungitur radijs solis quia solis proprium est mouere ignem: ⁊ ideo vt inquit ille ignis opponitur aque simplici: hic autem qui est apud nos non aque opponitur: sed accidenti aque qđ est congelatio: vnde etiam congelatio non accidit aque simplici: sed commixte egredienti de loco suo: congelatio enim est constrictio humidi aque per frigus dominās: ⁊ ignis qui est apud nos qui non sustentatur nisi in humido aliquo est ebullitio humidi per dominantem calorem: huius etiam signum est ꝙ perspicuū non lucet nisi quādo fuerit spissum propter qđ etiaȝ lucens tegit corpora que post se sunt ne possint videri: ignis autē in proprio loco non est spissus sed rarissimum corporum: dicemus autem plura de hoc in alijs locis: sed hoc sufficit ꝙ ignem in proprio loco non scimus esse per visum sed per motum sursum: si autem hoc est sm hoc: tunc manifestum est ꝙ non est ei aliqua grauitas omnino: quoniaȝ si esset ei aliqua grauitas tūc resideret sub aliquo simplicium corporum: ⁊ illud corpus sub quo resideret moueretur ad orizōta orbis lune: aut oporteret ꝙ iretur in infinitum ita ꝙ infinita essent corpora quorum quodlibet esset leuius alio: ita ꝙ nullum esset leuissimum simpliciter: ⁊ hoc iam dudum improbatum est. Nos ergo cum non videamus corpus qđ simpliciter moueat sursum nisi ignis solus pronontiamus ignem esse leuissimū corporum ⁊ quiescere super omnia corpora sursum que habent motum rectum: si igitur hec ita se habent tunc igni nulla est omnino grauitas ⁊ terre non est omnino leuitas cuȝ ipsa sit quiescens deorsum sub omnibus corporibus simplicibus: qđ autem quiescit sub omnibus mouetur simplici motu ad medium qđ quidem medium determinatum ⁊ vnitum est ad qđ omnia corpora habentia grauitatem mouentur sicut diximus multotiens: lȝ autem sepius demonstratuȝ hoc sit tamen bonum est hic adducere aliqua significantia illud. Qđ igitur medium mūdi ad qđ mouentur grauia ⁊ a quo mouentur leuia sit determinatum ⁊ finitum probatur multis signis quorum vnum est ꝙ motus localis rectus nullus potest esse ad infinituȝ: quia id qđ non potest perfici per naturam in esse: ergo non potest incipere esse: sed motus infinitus non potest perfici per naturam in esse: ergo nō potest incipere esse motus infinitus: ⁊ hoc modo id idē probauimus in fine. 7. physicorum: sed hic induximus illud vt ex motu finito deorsum medium ad qđ est motus idem finitum esse demonstraretur: localis enim motus per locum finitum demonstratur esse finitus. Translatio eniȝ localis nihil aliud est ꝙ̄ permutatio eius qđ mouetur de loco ad locuȝ. Aliud autem significans idem est qđ si intelligamus duas superficies planas secantes speram mundi quarum vna secet eaȝ in centro ⁊ polis: ⁊ altera secet in concauo orbis lune: videbimus enim grauia motu suo descendere deorsum perpendiculariter super superficiem inferiorem in quocunq; climate fuerimus ⁊ describētia angulos rectos equales super eā: ea autem que sunt leuia videmus motu sursum perpendiculariter īcidere superficiei superiori: ⁊ describere angulos rectos equales super eam: vnde oportet ꝙ moueantur a terra ascendendo: hoc autem non fieret si infinitum mouerētur: equalitas enim angulorum in superficie superiori ⁊ inferiori demonstrat finitum ⁊ equale esse spatium ab inferiori sursum ⁊ a superiori deorsum: ergo medium ad qđ grauia mouentur est finitum ⁊ orizon similiter: medium autē illud aut est medium mundi: aut medium terre: quia aut mediū mūdi differt ab eo sm subiectum ⁊ locum sicut supra in tertio libro precedentium dictum est. Redeuntes ergo ad propositum dicamus si ita est ꝙ res eleuantur semper leues donec consequuntur orizonta vbi quiescūt: ⁊ ex parte altera si res graues semper descendant donec consequuntur mediū mūdi in quo quiescunt: tunc maxime a se distant in genere loci orizon ⁊ medium: oportet ergo ꝙ hec loca sint ꝯtraria ⁊ sunt

Tex. cō. 32.

Vide Cōmētatorē hic. c. 32. t. c. 2. cap̄ ō sba orbis.

Tex. cō. 33.

Tex. cō. 34.

plus alijs contrarijs contraria cum maxime a se distēt ⁊ formarum distantia ⁊ subiectorum: cetera autē contraria nō distant nisi per formarum distantiam propter qđ etiam dicitur a quibusdam rationem contrariorū fm primā ⁊ principalem intentionem suam conuenire contrarijs in loco: et per posterius eam dici de alijs contrarijs: de hoc autē querendum erit in prima pħia sicut loca sunt contraria: ita corpora locata in eis sunt ꝯtraria: ⁊ ideo corpus ascēdens semper per virtutem in loco contrarium est corpori descendenti ⁊ subsidenti semper per virtutem mouentem in loco: si autem hec ita se habent: tunc vere leue ⁊ graue purum que dictas virtutes habent simplices ⁊ similiter habent: sunt tñ duo corpora locata in extremis locis: differētie sunt tñ due: cū autē alia leuia ⁊ grauia que non simplices ⁊ simpliciter habent leuitatem ⁊ grauitatē: oportet ꝙ alia loca que sunt intermedia horum duorum locorū contrarietatē habentia ad vtrūq; horū duorum locorum cū fuerint comparata vtrūq; ad mediū mundi se habet vt orizon ad orizontē se habet vt mediū in quibus locatur graue ad aliquod: ⁊ leue ad aliquod que sunt aer ⁊ aqua: hec eni media duo sunt necessario: quia cū extrema distent maxime subiecto ⁊ forma non potest fieri medium vnum per mixtionem extremorum: oportet ergo ꝙ duo sint quorum vnū vni vicinius sit ⁊ alterum alteri vicinius sit.

Nō qūo ꝯrietas i loco ē ꝓma vide Auē roiꝫ dic.7.38

¶ Cap.7m. De habitudine locorum adinuicem in rōne forme ⁊ materie vt ex hoc sciatur numerus elementorum.

Tex.cō.35.

Numerum autem istorum locorum ⁊ istorū elementorū subtiliter inuenire non possumus nisi ostendamus istorum locorum habitudinem adinuicem: ad hoc autem ostendendū sūmamus propositionem satis notā: ꝙ.s. omne cōtinens se habet ad suum contentū in actu ⁊ similitudine forme ⁊ omne contentum se habet ad suum continens in proprietate ⁊ similitudine materie ⁊ referunt hec adinuicem per nobile ⁊ minus nobile ⁊ rationem perficientis ⁊ perfectibilis facti sicut forma ⁊ materia: in omni enim predicamento ⁊ in omni modo dicta generatiōe fm quid.s. ⁊ simpliciter in corporibus generabilibus hec habitudo inuenitur: quia.s. vnum se habet ad alterū sicut actus ad potentiam: ⁊ sicut forma ad materiam: in qualitate enim tam essentiali ꝙ̄ accidentali vnus quidem terminorum motus est in parte potentie ⁊ alter in parte actus: quia aliter nō fieret motus de vno in alterum. Similiter autem est in quantitate ꝙ vna est in parte materie ad alteram: ⁊ altera in parte forme: sic ergo oportet esse in loco ꝙ vnus locus se habebit ad alterum sicut forma ad materiam: sed locus superior cum sit continens inferiorem habebit se in actu ⁊ similitudinem forme ad inferiorem: ⁊ ideo continet ipsum ⁊ terminat ⁊ influit ei esse ⁊ alias nobilitates multas nihil omnino recipiens ab ipso. In hac autem vnitate materie inueniuntur etiam locata in istis locis que sunt graue ⁊ leue que referūtur adinuicem sicut forma ⁊ materia: ⁊ hoc cognoscere possumus ex eo ꝙ graue ⁊ leue sint a locis causata sicut superius diximus ⁊ in prima philosophia probauimus: quoniā fm distantiam a celesti corpore causat̄ graue ⁊ leue: ergo qđ potentia est deorsum cū fuerit actu deorsū est graue: ⁊ qđ potentia est sursum cum fuerit actu sursum est leue: potētia autem ens sursum ⁊ potentia ens deorsum est idem per naturam: ergo graui ⁊ leui est materia vna ⁊ eadē per subiectū licꝫ sit differens in esse ⁊ ratione. Verūtamen potētia ens sursum ⁊ potentia ens deorsum non est per hunc modum vnū: sicut corpus vnum ⁊ potentia est sanum ⁊ potentia est egrū: quoniam corpus qđ dicitur corpus potentia sanū est susceptibile sanitatis per se ⁊ substātialiter sicut finis ⁊ perfectionis: sed quando dicitur potentia egrum non est susceptibile egritudinis per se substantialiter: sed accidentaliter sicut eius qđ non intenditur: ⁊ sicut corruptionis: sed cū dicitur materia vna leuis ⁊ grauis que potētia est vtriusq; est ipsa susceptibilis vtriusq; equaliter sicut finis ⁊ perfectionis: quia aliter forme iste non essent extremorum in loco ⁊ simpliciū corporum eque existentium fm naturam: vnde intentio corporis ad sanitatem non est vna cum intentiōe eius ad egritudines: sed vna quodāmodo est intentio materie ad graue ⁊ leue fm rationem vtramq; formam desiderat vt perfectionem ⁊ vt finem: loca autem in quibus sunt graue ⁊ leue sunt sicut fines motus sursū ⁊ deorsū: ⁊ ideo licꝫ vnus sit formalis ad alterum neuter tamen est via vel forma alterius.

T.c.36.⁊.37

Redeuntes ergo ⁊ magis appropinquantes proposito dicamus ꝙ corpus formale simpliciter qđ.s. est continens tñ: ⁊ non sit contentum aliquo elementorum est id qđ mouet ad locū qui est continens tñ: ⁊ ideo oportet ꝙ sit virtutis simplicis que est leuitas absolute accepta mouens simpliciter omnia corpora rectum motum habentia. Corpus autē qđ est in similitudine materie est contentum tñ ⁊ est in loco cōtento tñ: ⁊ ideo est potentie simplicis que est grauitas mouens sub se omnia corpora deorsum. Distinctio autem mediorum corporum adinuicem est sicut distinguūtur leue absolutum ⁊ graue absolutum hoc est per similitudinē forme ⁊ materie: ⁊ ideo oportet ꝙ vtrūq; horum habeat ⁊ leuitatē aliquam ⁊ grauitatem aliquam comparatiue dictam quādo aqua quiescit sub omni corpore preter terrā ⁊ terrena: ⁊ aer quiescit super omnia corpora preter ignem ⁊ ignea: magis igit̄ appropinquantes ad ꝯclusionem quā intendimus: dicimus ꝙ si corpus vnum quiescit simpliciter super oīa corpora ⁊ corpus vnum de numero simplicium quiescit simpliciter sub omnibus corporibus oportet de necessitate ꝙ sint duo alia corpora media que quiescūt super aliquod corporum simplicium ⁊ quiescant sub aliquo corporum: ⁊ hoc qdē necessariū est ex eo qđ diximus superius: qꝛ cōtrarietas que in formis est tñ non in subiecto per diminutionem formarū extremarum ⁊ cōmixtionem vnitam que est formarū facit vnum vel plura media: cum autem contraria fm locum habeant substantiā plenam ⁊ formarum ⁊ subiectorum oportet ꝙ medium inter ea cōstituatur ex duabus diminutionibus subiecti.s. ⁊ formarum: ⁊ tunc ille due diminutiones cōstituent duo media fm locum: si aūt hec ita se habent: tunc necessarium est vt numerus elementorū sit quatuor. Cum autem elementū sit equocum de elementis quatuor formaliter differentibus: ⁊ de materia prima elementorū non significo per elementū materiam primam: qꝛ illud elementum tñ est vnum in quatuor elementis ꝓpter que etiam generantur adinuicē ipsa elementa sicut ostenditur in.2.lib. peri geneseos. Quis ergo generatio oīum elementorū sit abinuicem: tamen quodlibet eorū fm esse differt ab alio que differentia a locorum differentia causatur vt diximus. Cū autem naturam elementorū sic determinauimus tamē aliter considerantes media ⁊ extrema dicimus ꝙ quāuis extrema in loco sint duo formaliter: differentia tamē non est cōueniens vt media inter ea dicantur vnum vel plura: sicut in extremos colores non est incōueniens vnum esse vel plures vt ostēdemus inferius ꝙ media elemēta licꝫ sint duo formis suis substātialibus ⁊ subiectis: tamē sunt vnū in forma quadam que est ꝙ sint grauia in locis suis: ⁊ ita appropinquant magis terre ꝙ̄ igni ⁊ magis materie ꝙ̄ forme: hec igitur est conclusio intenta de numero elementorum: nec est credendum Themistio dicenti non posse demonstrari naturā elementorum ex ratione grauium ⁊ leuium ⁊ ex consideratiōe locorum in quibus elementa locantur.

Elemtū equoce dr de forma ⁊ de qualitatibus corporib⁹ simplicib⁹ vt de.2.de gñone cō.6.⁊.3.celi.cō.31.

Tex.cō.38.

¶ Cap.8m. In quo probatur ꝙ media elementa sunt in locis suis magis grauia ꝙ̄ leuia.

Tex.cō.39.

Ut autem planius ea que diximus intelligātur oportet nos adhuc redire i isto capitulo ad cōsiderationem grauium ⁊ leuium in locis suis. Dicimus ergo ꝙ vtrūq; mediorū que habēt leuitatem ⁊ grauitatem simul habent grauitatem in loco suo plus ꝙ̄ leuitatē: ⁊ cum habeat actum ⁊ motum tam leuitatis ꝙ̄ grauitatis actus grauitatis in eis est similior naturali motui: ⁊ actus leuitatis in eis est similior motui violento: qꝛ leuitas que est in eis non est nisi tñ in loco elementi qđ quiescit: terra autem grauitatē simpliciter habet in omnibus locis. Verificatio autem huius est: qꝛ ad sensum patet ꝙ si auferetur aqua: aer descenderet ad locū aque qđ quidē non consurgit tñ ex necessitate illa ꝙ non potest esse vacuum sed ex inclinatione grauitatis que est in aere: similiter descenderet aer ad locum terre si auferri poneretur terra: si autem ignis eleuaretur nō moueretur aer sursum nisi violenter expulsus: vnde patet non descendere ex necessitate ꝙ nihil est vacuum: qꝛ si propter

illud

illud descenderet ad locum aque: tunc propter idem ascen- deret ad locum ignis si intelligeremus ignem auferri: simi- liter autem est de aqua que descenderet ad locũ terre: si ter ra auferretur ⁊ non ascenderet ad locũ aeris vel ignis: si aer vel ignis auferri poneretur nisi forte aqua violenter impel- li sursum diceretur: grauitas ergo aeris se habet ad leuita- tem eius sicut duo ad vnum: est enim in loco suo grauis ⁊ in loco ignis grauis non leuis nisi in loco alieno ad quem ta- men inclinatur per grauitatem naturalem: grauitas autem aque se habet ad leuitatem suam sicut tria ad vnum. qa in loco suo est grauis ⁊ in duobus locis superiorum elemento- rum: sed in loco terre non absolute leuis est: quia non ascen dit a terra licet terra profunderetur sub ipsa vt supra diximus. Duo enim media elementa magis habent de grauitate q̃ de leuitate. Probatur autem illud multis exemplis quorum vnum est qa videmus composita ex igne ⁊ aere ⁊ paruo ter- restri quorum proportio est ꝙ in eis est de aere multũ plus q̃ de alijs duobus elementis motu suo descendere sicut fact- unt fulgura ⁊ a sub descendentia. ¶ Secũdum autem spiri tus animalis qui est aereus sm philosophorum traditionẽ ⁊ mouetur in animali deorsum licet a calore naturali calefact⁹ moueatur sursum. ¶ Tertium est in omnibus compositis in quibus necessaria est aeris compositio: quia nisi aer ad ter- ram moueretur non posset cõmisceri aque ⁊ terre in composi- to: ignis enim qui est incompositus introducitur radijs so- lis ⁊ non per motum ignis deorsum. ¶ Quartum est ꝙ licet aer sit calidus ⁊ humidus: tamen in eo plus est humidum q̃ ca- lidum sicut scitur ex diffinitione humidi que ponitur in. 2. perigenescos in principio et humiditate non habet ascẽde re sed descẽdere: ⁊ ratione huius dicitur sua superficies eẽ vna cum superficie aque ⁊ non dicitur esse vna eius superfi- cies cum superficie ignis: licet enim cum igne conueniat in qua litate vna que est caliditas: ratione enim illius fluit ad situ terminatum: ⁊ hoc est plus in terra q̃ in igne: quia ignis ꝓ pter sui raritatem non bene terminat corpora mota ad ipsum: hec etiam est causa quare aqua non dicitur habere eandem superficiem cum terra licet conueniat cũ ipsa in qualitate vna que est frigiditas: quia ratione frigiditatis terminata non est superficies a superficie vel terminat ipsam: sed potius ex humiditate causatur ꝙ terminari habet ⁊ illa cõmunis est aeri ⁊ aque ⁊ ex siccitate non qualibet sed incorporata ⁊ soli da corpora reddente est ꝙ terminat: ⁊ ista est fortior ratio omnibus quare aerem oportet habere motum grauis in lo co suo ⁊ similiter aquam. ¶ Quintum autem est illud qđ su perius posuimus de natura corij subellis habente in se aerẽ qui velocius descendit ⁊ plus ponderat sicut diximus: quia autem superficies aeris ⁊ aque est vna: ideo aqua velociter mouetur ad aerem ⁊ aer econuerso ad aquam patet ꝙ per facilia ingenia: si enim sumatur vas solidum concauum cu ius sit orificium aliquantulum strictius q̃ eius venter sit: quia formatum in modum ventose ⁊ ponat in eo ignis can dele vel alicuius alterius ⁊ subuertatur ⁊ equaliter ponat super aque superficie ita ꝙ nusquã aerem possit attrahere aqua in vase eleuabitur velocius ad aliquam partem vasis sequens aerem: ⁊ si quis hoc visibiliter probare voluerit fa ciat vas ex vitro perspicuo solido: similiter autem ex eadem causa trahit ventosa. Assignantur autem huius cause mul- te: dicit esse Aleran. causas duas quarum vna est ꝙ ignis in vase vel ventosa rarefacit aerem: ⁊ ideo petit locum maio- rem ⁊ expellit aerem in parte vt solus impleat concauum va- sis qui cum subito extinguitur per humidum aque ascendẽ- tis: tunc constringitur infrigidatus in locum minorem: ⁊ tũc eo ꝙ nihil est vacuum attrahit aquam vel carnem hominis in locum quem aer vacuum relinquit: ⁊ quia hoc verum ꝓ- batur per ventosas que fiunt ex cornibus in acumen perfo- ratum ꝙ non igniantur: sed ex ipsis extinguitur aer qui in- tus est: ⁊ tunc ex necessitate illa ꝙ nihil est vacuum sequitur caro vel aqua ⁊ eleuatur ad aerẽ qui est in parte vasis. Aliã causam huius assignat idem Aleran. dicens ꝙ cum ignis pri mo mouet aerem ad superficiem vasis: tunc aer mouet aquã motu violento attractionis propter superficierum similitu- dinem: aqua autem fortius mouetur q̃ moueatur aer quia sepe contingit hoc ꝙ impetus fortior est in eo qđ mouet q̃ in eo qđ mouet primo sicut diximus in octauo phyficorum.

Nõ fortiorem rõnẽ q̃re aer in ꝓprio loco grauitat.

Digressio quam mouet Cõmentator hic. cõ. 39.

subito ergo consequitur aqua aerem ⁊ expellit ipsum in par- te: ⁊ non expulsum comprimit inspissando in locum paruum ex hac necessitate: quia non est vacuum implet partem va- sis. Licet autem contra ista aliqua obijciat Themistius: tamẽ dicta sua in hac parte non sunt magni momenti: ⁊ ideo pre tereunda: sm dicta enim componitur iste motus in vase ex tribus motibus ⁊ ex tribus causis: quarum prima est mot⁹ ignis aeris igniti ad superiora vasis: sed est cõstrictio vel mo tus aeris extincti in minorem locum: tertium vero est motus aque in partem vasis ex similitudine sui ad aerem: quia le- uis est ⁊ grauis: ⁊ ideo sursum per paruam violentiam ele- uabilis: ⁊ ideo etiam si vas aere plenum applicaretur ad ter ram ⁊ exurgeret aer ita ꝙ vas non possit alium aerem vel aquam attrahere: tunc oportet alterum duorum accidere ꝙ scilicet aut frangeretur vas: aut ꝙ aer esset imobilis in va- se nec posset extingui: quia terra non sequeretur aerem ali- quo modo ita ꝙ in vas eleuaretur cũ ipsa sit simpliciter gra uis ⁊ nullam habens leuitatem qua facili violentia posset eleuari: sed de igne credo aliud esse: quia iste faciliorem pa- titur violentiam propter sui raritatem: ⁊ forte etiam terra re digeretur in pulverem minutissimum ⁊ esset subtilis: aliud esset quia subtile quandam habet similitudinem cum humi do sicut patet consideranti diffinitionem subtilis que datur in secũdo perigenescos ⁊ in fine primi eiusdem libri vbi agi tur de mixtione: sicut ergo sciendum est de istis elementis: quia sicut terra non eleuatur sursum quando eleuatur ab ea aqua eo ꝙ est simpliciter grauis: ita etiam ignis non descẽ- deret deorsum quando aufertur ab eo aer eo ꝙ est simplici ter leuis ⁊ nulla omnino est ei grauitas neq; in loco suo nec in loco alieno: sic ergo determinatum sit ꝙ ex corporib⁹ sim- plicibus vnum est graue quiescens sub omnibus corporib⁹. et vnum est leue simpliciter quiescens super omnia corpo- ra: ⁊ duo sunt media habentia grauitatem ⁊ leuitatem ex cõ paratione: sunt enim illa grauiora ⁊ in locis suis ⁊ in locis cor porum illorum super que quiescunt propter similitudinẽ ma- terie sue ad illud corpus ad qđ inclinatur in locis suis ⁊ cum inclinentur ad graue sicut dictum est ꝙ similiora sunt simpli citer graui q̃ simpliciter leui: hec enim est causa quare per motum inclinantur ad ipsum: si autem hec ita se habẽt: tũc oportet ꝙ illud corpus ad cuius locum inclinantur sit simpli citer graue: quia si ita non esset: tunc oporteret illud iterum in clinari ad aliud: ⁊ hoc procederet in infinitum cum autem vnum est simpliciter graue ⁊ aliud simpliciter leue: tũc sunt duo contraria sm locum que necessario habẽt duo media: ⁊ sic sunt quatuor elementa. ¶ Obijcit autem Themisti⁹ cõ tra ea que dicta sunt diximus ꝙ si media corpora ex graui- tate sua mouentur ad locum terre: tunc non quiescunt in lo cis suis nisi violenter. Nullum enim corpus quiescens in lo co suo naturaliter mouetur ab ipso naturali: sed potius mo uetur ad ipsum motu naturali. ¶ Et dicendum est Themi stio ꝙ grauitas quã habet corpus in loco suo est equoca ad grauitatem quã habet extra locum suum si per causam effi cientem diffinitione physica diffiniatur: quia sicut alibi dixi mus motus elementi a loco suo est motus corruptiõis ipsi⁹ ⁊ non generationis: frigiditas ergo que est ex distantia ab orbe generans graue aliquod in loco elemẽti alia est ab ea que est in maiori distantia ab orbe in extremo elementi eius dem vbi contingit elementum inferius ⁊ illa dat ei maiorẽ grauitatem ⁊ inclinationem ad locum simpliciter grauis ele menti: ⁊ sic non sequitur qđ dicit Themistius.

Obio ꝯ pdi cta.

Solutio

¶ Cap. 9m. In quo ostenditur imperfectum esse dictum an- tiquorum in causa leuis ⁊ grauis supponentes materiã ele- mentorum vnum siue plures.

HIs autem sic expeditis ostendamus insufficiẽ tiam dicti antiquorum in causa leuis ⁊ grauis: viderunt enim antiqui materiam simplicium corporum esse vnam ⁊ materiam compositorũ esse non vnam sed plura composita: ⁊ ideo di- uersificati sunt in causa leuis ⁊ grauis: qui enĩ dixerunt ipsa esse simplicia dixerunt materiam vnam ipso- rum esse compositam asserebant: eorum autem qui dixerũt materiam vnam esse vtriusq; diuersificati sunt: quia quidã dixerunt naturalem causam esse vacuum: quidam autẽ ple num: ⁊ quidam figuras triangulos ⁊ alias figuras de qui-

Tex. cõ. 40.

bus supra determinauimus: quidam autem athomos: omnes autem istos sequitur vnum inconueniens ⁊ illud est quod supra induximus ꝙ si omnia corpora sunt mota indeterminate aut sursum aut deorsum equaliter per leuitatem ⁊ grauitatem que habent comparata ⁊ nihil erit leue absolutum vel graue absolutum: quia tunc talia corpora non tendent deorsum ex natura: sed propter dispositionem adiunctam sue materie ꝙ si plus haberet de pleno q̃ alia corpora eiusdem materie: aut quia maiora haberent corpora: aut superficies q̃ alia corpora eiusdem materie: vel quia plures habent athomos q̃ alia eiusdem nature ⁊ materie corpora: hoc autem vanum est: eo ꝙ non causare possunt ex illo graue ⁊ leue absolute dicta ⁊ est falsum etiam secundum rei veritatem: quia nos videmus quedam corpora siue sint magna siue parua incedere semper sursum ⁊ quedam alia incedere semper deorsum quocunque modo varietur: si ergo corpus aliquod est causa leuitatis que semper mouet sursum: hec non erunt eiusdem nature cum eo quod incedit semper deorsum: ⁊ sic falsum dicunt: antiqui enim dixerunt horum esse materiam vnam vtentes nomine materie pro substantia perfecta eo ꝙ causam formalem non ad plenum apprehenderunt: secundum autem eos qui dicunt vnicam materiam esse grauis ⁊ leuis que sit plenum vel vacuum sequitur quoddam elementorum mediorum velocius descendere q̃ terra que est extrema in loco: in aere enim multo sunt trianguli multi vel athomi multi coadunati et multum plenum ⁊ in terra parua ⁊ paruum: de omnibus his ergo aer multus deorsum moueri debet velocius q̃ terra parua: nos autem non videmus aliquid ex parte aeris siue fuerit multum siue paruum moueri deorsum velocius q̃ terra moueatur: vnde constat illos falsum dicere qui talem causam ponunt grauitatis: similiter autem est econtrario de leui qui in aere multo est de vacuo plus q̃ in igne paruo: ⁊ sic aer multus velocius ascenderet q̃ ignis paruus: similiter autem plus est de triangulis ⁊ athomis ⁊ pleno in igne magno q̃ in terra parua secundum dictum eorum: ergo terra parua velocius ascendere deberet q̃ ignis magnus que omnia sunt absurda: ergo ⁊ insufficientia ⁊ falsa sunt omnia dicta antiquorum ponentium grauis ⁊ leuis substantiam vnam. Sed secundum nostrum dictum est sufficientia: quoniam loca finita causant ꝙ locata sunt finita: finita autem sunt extrema loca per hoc ꝙ propter centrum ⁊ circumferentiam que nullo modo possunt esse plura q̃ duo in mundo: ⁊ inter hec duo necesse est esse duo media sicut diximus: locus enim differunt se ad corpora: quedam enim corpora sunt causa locorum: quedam non loca corporum sunt causa: quedam enim corpora sunt locorum causa sicut perfecta substantia causa est sui accidentis ⁊ potissimum inter illa est spera celestis que est propter suam distantiam causat loca: quedam autem corpora in suis formis ⁊ speciebus causantur a locis: ⁊ hec sunt elementa sicut nos sepius diximus ⁊ in sequentibus dicemus. Non enim est causa quare pars vniuersalis materie hic accipiat speciem terre: ⁊ alibi speciem aque: ⁊ alibi speciem aeris: ⁊ in extremo speciem ignis: nisi quia caliditas ⁊ frigiditas ex tanta vel tanta distantia ab orbe causata inuenit in loco hoc vel alio ⁊ inducit in eas formas diuersorum elementorum.

Obiectio cōtra predicta.

¶ Contra quod forte si quis obijciat ꝙ accidentia non sunt cause substantiarum: ⁊ ideo locus cum suis accidentibus non potest dare formam substantialem alicui elemento.

Solo Cōmentatoris hic .c. 40.

Sciat ꝙ diminute sunt forme elementorum ⁊ materiales ⁊ quasi in proximo iuxta accidentia: ⁊ ideo locum cum virtute orbis potest inducere formas elementorum: in alijs autem corporibus que sunt ex elementis que sunt mineralia ⁊ vegetabilia ⁊ alia causatur forma a pluribus quia ⁊ locus facit ⁊ celum intelligentia ⁊ operantur plura ex hijs in animalibus q̃ in plantis ⁊ plura in plantis q̃ in mineralibus. Isti autem qui posuerunt causam leuis ⁊ grauis comparatione dictorum tamen ex vnica materia que participatione alicuius siue pleni siue triangulorum siue athomorum dicatur leuior ⁊ grauior acceperunt loca ista sicut supra lineam rectam: ⁊ quia non est linea recta qua non est accipere longiorem: ideo non est accipere quod non habeat grauius se neque leue quod non sit aliquod leuius se. Si enim diceretur ꝙ non est grauius aliquod terra sed possibile est vt sit aliquid grauius hoc nihil est omnino: quia quod in principijs nature ⁊ in rebus perpetuis possibile esse est ipsum est in actu sicut diximus in tertio physicorum. ꝙ si etiam aliquis vellet dicere ꝙ proportio maior vacui ad plenum facit leue simpliciter: ⁊ proportio maior pleni ad vacuum facit graue simpliciter sicut diximus supra hoc iterum nihil valet: quia cum proportio fundetur super quantitatem sicut non est accipere statum in quantitate ita non est accipere statum in proportione: ⁊ ita non est accipere aliquam proportionem vacui ad plenum quando sit accipere maiorem ⁊ minorem ea: ⁊ similiter est de proportione pleni ad vacuum: ergo non est accipere corpus leue quo non sit leuius neque graue quo non sit grauius vsque ad infinitum: quia quantitas nihil facit secundum formam substantialis: ⁊ ideo est accipere substantiam qua non potest esse leuior ⁊ est accipere substantiam qua non potest esse grauior: ⁊ ita secundum nostra dicta stat numerus elementorum per naturam suorum locorum a quibus causatur numerus suarum substantialium formarum: ⁊ ideo dictum nostrum est sufficiens.

Tex. cō. 41.

¶ Si autem dixerunt ꝙ materia grauis ⁊ leuis non est vna: sed due quocunque modo vocentur ille dicemus contra hoc ꝙ tunc talis debet esse distinctio mediorum elementorum adinuicem qualiter est distinctio extremorum in loco. Causa enim diuersitatis aque ⁊ aeris erit ex distinctione ignis ⁊ terre secundum istam positionem: qui enim ponit duas materias diuersas ignis ⁊ terre esse vacuum ⁊ plenum: ⁊ dicit ignem moueri sursum propter abundans in eo vacuum: ⁊ terram moueri deorsum propter abundans in eo plenum: ille procul dubio dicit ꝙ leuitas aeris causatur ex multo igne qui est in eo ⁊ pauca terra: ⁊ grauitas aque causatur ex multa terra que est in ipsa ⁊ pauco igne: sequitur autem ex his ꝙ aliqua tam magna aqua posset accipi in qua plus sit de igne q̃ sit in paruo aere: ⁊ tunc aqua multo velocius deberet descendere q̃ aer paruus rarus: similiter autem in aere multo est plus de terra q̃ in aqua pauca: ⁊ tunc aer multus velocius deberet descendere q̃ aqua pauca: huius autem contrarium videmus omnino secundum sensus experientiam. Amplius si non sunt ea que isti dicunt tunc necessarium est ꝙ sicut ignis mouetur sursum propter multum vacuum quod est in eo: ⁊ terra deorsum propter multum plenum quod est in ea eadem de causa aer mouetur ad proprium locum suum supra aquam. s. ꝙ in eo sunt res vacuitatis ⁊ repletionis ⁊ plus de vacuo sed minus q̃ in igne: ⁊ similiter aqua mouetur ad locum supra terram non ex se: sed quia sunt in ea res quedam vacuitatis ⁊ pleni ⁊ plus de pleno sed minus q̃ in terra: ⁊ ex hoc sequitur ꝙ omnia elementa sunt eiusdem forme ⁊ substantie: sed differunt in ea per plus ⁊ minus: si autem dicunt ꝙ sunt quedam diuersarum formarum substantialium ipsa elementa: sed tamen intercepta in eis vacuitas maior ⁊ minor facit in ea leuia ⁊ grauia: tunc procul dubio sequitur inconueniens primum. s. ꝙ aer multus mouetur velocius deorsum q̃ aqua pauca ⁊ multus ascendit sursum velocius q̃ aer paucus sicut diximus prius: hoc autem est inconueniens: ergo positio antiquorum omnino est falsa ⁊ insufficiens ex quo tales sequuntur abusiones.

¶ Cap. 10m. De solutione questionum antiquorum quarum quedam natant super aquam ⁊ quedam super aerem.

Tex. cō. 42.

OStensis autem his opus est primum admittere duas questiones de graui ⁊ leui que antiquis ambiguitatem afferebant. Dicimus enim ꝙ quamuis figure omnino non sunt cause motus sicut superius ostensum: tamen figura ad facilitatem motus facit per medium aeris vel aque sicut diximus in quarto physicorum in tractatu de vacuo: quia acutum facilius penetrat q̃ latum per medium. Inquiramus igitur hic de quo antiqui philosophantes requirebant: ⁊ est vna questio eorum quare corpora terrestria lata vel concaua natant super aquam sicut ferrum latum ⁊ plumbum tenue ⁊ latum ⁊ vasa concaua ⁊ clausa: longa autem ⁊ stricta non concaua merguntur sub ipsa etiam si sint minora q̃ prius memorata sicut acus vel aliud tale corpus. Secunda autem questio erat quare aliqua corpora parua natant super aquam sicut furfures ⁊ quedam merguntur sub ipsa: quedam autem natant super aerem sicut illa que similia sunt stipulis ⁊ stupis lini: quedam autem non natant sed merguntur sub aere. Iste ergo sunt antiquorum questiones. ¶ Ad primam autem istarum Democritus inconuenientem apposuit solutionem:

nem: dixit enim vapores latos ⁊ spissos egredi a fundo aque ad superficiem qui obviantes latis corporibus in aqua undiqꝫ per latam superficiem fulciunt ea ⁊ sustinent ⁊ non sinunt ea deprimi ⁊ mergi: quando autem obviant corporibus strictis ⁊ rotundis non tangunt ea nisi quasi in puncto: ⁊ ideo non impediunt a mersione. ¶ Contra istud autem dicimus quia tam vapor talia corpora teneret et super aerem natantia ꝙ super aquam reprehensibilis etiam quia cum aqua sit magis spissa ꝙ vapor magis deberet ea tenere aqua ꝙ vapor ne mergerentur. Adhuc autem nihil dicit hic in rotundis concavis que natant super aquam. Adhuc autem si verum esset qđ dicit deberent huius corpora natare etiam sub aqua depressa ⁊ levari a fundo: cuius contrarium videmus oculis: quia talia corpora postꝙ mersa sunt non redeunt a fundo neqꝫ natant inter fundum ⁊ aque superficiem. Sciuit autem Democritus ꝙ ad dicta sua sequeretur inconveniens: ⁊ ideo visus est confortare dictum suum debili ratione dicens. vapores in aere diffundi ⁊ rarefieri: ⁊ ideo nō posse sustentare corpora lata gravia in aere: sed in aqua vapores congregantur ⁊ inspissantur: ⁊ ideo confortantur ⁊ valēt corpora gravia portare ⁊ elevare plus ꝙ in aere: non autem necesse est ut contra hoc disputemus: quoniam ad visum patet aquam esse spissiorem omni vapore ⁊ ꝙ aqua per se non portat portari non potest aliquo modo a vapore in aqua elevato. ¶ Dicamus autem nos solventes questionem inductam ꝙ corporum continuorum quedam sunt facilis divisionis: ⁊ quedam difficilis: aer enim citius dividit ꝙ aqua ⁊ quanto fuerint aliqua corpora subtiliora ⁊ rariora tāto facilius dividuntur: quanto vero fuerint spissiora tanto dividūtur difficilius: ⁊ difficilius penetrātur: quia omne penetrās per alterum dividit ipsum. Similiter autem dividentium ⁊ penetrantium quedam dividunt ⁊ penetrant faciliter ⁊ quedam difficiliter. Quanto enim aliqua fuerint acutiora ⁊ graviora ⁊ duriora tanto dividunt ⁊ penetrant facilius ⁊ quanto fuerint obtusiora ⁊ minus gravia ⁊ molliora: tanto dividunt ⁊ penetrant difficilius ⁊ tardius. Dico autem divisionem facilem per transitionem ⁊ penetrationem: quanto enim facilius aliquid dividit tanto difficilius penetrat ⁊ pertransit ⁊ potentia optime divisionis active congregatur ex tribus dictis. s. acuto gravi ⁊ duro: ⁊ quantum deficit de his tribus tātū deficit de bonitate potētie divisionis: similiter autem bonitas potentie divisionis passive congregatur ex humido ⁊ raro: ⁊ quanto fuerit humidius ⁊ rarius tanto facilius dividitur: ⁊ inquātum de his duobus deficit tātū deficit de bonitate potentie divisionis passive. Revertētes ergo ad solutionem questionis dicimus ꝙ aer facilius impellitur ⁊ dividitur ꝙ aqua: ⁊ aqua facilius dividitur ⁊ impellitur ꝙ terra: quia quanto aliquid fuerit subtilius ⁊ humidius tanto facilius recipit impulsionem ⁊ divisionem ⁊ penetrationem: si ergo hec ita se habent tūc dicimus ꝙ corpora late figure tenuia non gravia multum licet sint dura terrestria tamen quia non dividunt bene propter defectū acuminis ⁊ defectum gravitatis natant super aquam: que non adeo de facili sicut aer dividitur: quia cū iacent super aquā tangunt late aquam ⁊ multam aque superficiem nō ita possunt comprimere sicut paucam: ⁊ natant super aquam ⁊ non profundatur velociter sub aqua: ⁊ huius signum est qꝛ cum merguntur non cadunt sub aqua sequendo superficiem latam: sed potius inclinantur super latus strictū ⁊ super aquā dividunt illud: corpora autem longa stricta eo ꝙ non tāgūt aque superficiem nisi parum non comprimunt sub se multā aquam: ⁊ ideo facile dividunt eam ⁊ cito merguntur sub aqua: lata autem huius ⁊ stricta non natant super aerē eo ꝙ aer subtilior aqua existens facilius dividitur: ⁊ ideo talia penetrant per ipsum ⁊ cadunt ad terram. Amplius autem considerandum in coniunctione eorum que faciunt bonitatem penetrationis passive: aliquam enim parvam potentiā potest habere ꝙ tardatur impulsione ad penetrandum sicut si sit hebes: aut non satis grave: aut non satis durum ⁊ coniungenda sunt penetrantia: unde ad bene penetrabilia: quando enim illa coniuncta fuerit: tunc velocius erit valde penetratio: similiter oportet fieri compenetrationem activorum passivorum in penetrando: si enim virtus penetrandi corporis gravis impellentis est maior ꝙ sit virtus corporis cōtinui qđ penetratur ⁊ impellitur: tūc penetratur per ipsum ⁊ impellitur per ipsum ⁊ descendit per ipsum velociter. Si autem virtus corporis gravis per naturam in penetrando est debilior virtute resistendi in continuo corpore per qđ fit penetratio: tunc natat super ipsum ⁊ non mergitur sicut ferrum tenue ⁊ latum natat super aquam. Concava autem corpora natant: ideo quia aere plena sunt sicut ⁊ ligna ⁊ rara ⁊ porosa propter multos etiam poros: natat etiam lapis porosus similis adusto: furfures autem natant super aquam: cū tamen gravia merguntur: qꝛ sunt furfures quasi palee rare ⁊ concave. Ea autem que volant in aere sunt rara multum ⁊ aere plena: ⁊ ideo elevantur ⁊ non facile penetrant aerem quemadmodum plume avium: hec igitur de antiquoꝝ opinionibus ⁊ rationibus ⁊ questionibus sufficiant.

Tex.c.43.

¶ Cap. ultimū. Et est digressio declarans generationem elementoꝝ per motum orbis ⁊ centri quietem.

Cum asit hec omnia dicta sint sm Aristo. ⁊ peripatheticos antiquos. Est tamen via generationis ⁊ numeri elementorum a posterioribus inventa brevis ⁊ bona ex propositionibus notis in sensu probata. Est enim per se notum ꝙ ex motu est calor: ⁊ dissolutio partium in omni materia susceptibilis est passionis eo ꝙ ex quiete est frigiditas partium ⁊ constrictio in materia eadem. Cum igitur celi motus sit perpetuus: ⁊ materia quatuor elementorum sit susceptibilis passionis: oportet necessario ꝙ materia quā continue tangit concavum celi calefiat in summo ⁊ dissolvatur ita ꝙ partes eius rarificantur in summo: ita ꝙ una non fluit ad aliam: nec ex alia. Talis autem rarificatio conducit ad desiccationem vehementem necessario: ⁊ ideo id qđ proximum est spere de materia quatuor elementorū sive de materia prima est ignis: qꝛ ignis est corpus calidum in summo ⁊ siccum ultimo rarefactum. Corpus autem longissime distans a motu ⁊ quiescens est centrum: ⁊ ideo ex quiete est ultimo frigidum frigiditate constringente: ⁊ ideo humidū exprimente ab ipso: ⁊ hoc est terra: ꝙ incenditur a motu sperico sicut circa qđ fit motus sicut dictum est in tertio librorū superiorum: mediorum autem locorum quicquid ⁊ recedit a motu primi corporis ⁊ recessu non perfecto est calidus nō vehementer dissolutivus ⁊ exiccativus: ⁊ ideo generativus aeris: quia aer est corpus calidum ⁊ humidum: ⁊ ex calore habens humidum spiritualiter emanans a medio aeris ad circumferentiam suam: locus autem cētro spere plus appropinquans ⁊ non habens in eo calidum dissolutivum remanet frigidus non quidem ultimata frigiditate: ⁊ ideo non exprimit humidum ex parte materie que est in ipso: ⁊ ideo generat aquam quia aqua est elementum humidum ⁊ frigidum habens humiditatem non spiritualem fluentem ab extremis aque ad medium ipsius: ⁊ ideo est spissius aere: que duo media elementa secundario intenduntur a natura quia nisi esset terra que centrum est circūposita: terra dissolveretur in motus superiorum: ⁊ non esset perfecte perfectio eorum que sunt sm generationem. ¶ Sic igitur determinatum sit de gravi ⁊ levi: ⁊ de accidentibus proprijs que accidunt utrisqꝫ: ⁊ distincta sunt utraqꝫ in ea que dicta sunt absolute: ⁊ in ea que dicta sunt comparative ⁊ diffinita sunt ⁊ demonstrata per demonstrationes necessarias ⁊ convenientes huic materie ⁊ sufficientes. Sic ergo in hoc completus liber noster de celo ⁊ mundo. Cum deo annuente omnia diximus in eo que fuerant nostre intentionis in hac materia.

Tex.c.44.

Tex.c.45.

¶ Explicit liber de celo ⁊ mundo Alberti magni.

¶ Incipit liber de generatione τ corruptiõe. Cuius tractatus primus est de generatione τ corruptione in cõmuni simplr̃ dictis.

¶ Cap.pm̃. De pħemio in quo declaraſ que sit intẽtio libri.

Ordo libri τ intẽtio

Uz due sint cõsideratiões de mobili simplici: quaꝝ vna est de mobili simplici ſm simpliciorẽ potentiaꝫ eius ad motũ que est potentia ad locum vel sitũ que habita est in scientia libroꝝ celi τ mundi. Altera est de simplici mobili ſm minus simplicẽ potentiaꝫ ad motuꝫ eius que est potentia ad susceptionẽ forme tam substantialis ꝙ̃ accidentalis: que tractãda est in libris istis qui dicunſ de generatione τ corruptione. Cõstat ꝙ scientia ista tertium obtinet locum partis prime que pars prima est de nãlibus vniuersalibus. ¶ Cũ eni habitũ sit de mobili in genere in scientia libri phyſicoꝝ: de mobili aũt simplr̃ ſm ꝙ potentiã habet ad renouationẽ situs qui nihil variat in subã mobilis in libro de celo τ mũdo sequitur hec tertia ꝯsideratio mobilis simplicis ſm motuꝫ qui est ad formam variantẽ esse mobilis: τ in hoc completa est prima pars vniuersaliũ nãlium: q̃ mobile in vniuersali nõ habet plures ꝯsiderationes.

Obiectio

¶ Si aũt aliquis dubitat τ dicat qm̃ nulla scientia põt esse de hoc: q̃ gñabilia τ corruptibilia sũt variabilia: τ de hoc scientia nõ põt esse: cum oĩs scientia sit de necessarijs: τ necessariũ simpliciter dictuꝫ sit imutabile τ eternum sicut dicit Arist.

Solũ p qua vide. 4. meta. t.cõ.22.

¶ Sciat de subiecto corruptibili rõnes esse incorruptibiles: que rõnes principia sunt sciẽtiarũ: τ sic de talibus nõ in numero acceptis: sed in rõnibus talibus esse sciam τ demõstrationẽ. ¶ Nec obstat qđ dicit Heraclitus .s. ꝙ diffinitiones in mã si bone sunt debent esse mãles: qm̃ aliter logice sunt τ ex transcendentibus τ vane oẽs. ¶ Mãles aũt dicunſ que sunt de forma accepta cũ mã. Forma aũt talis semper in mutatione ꝯsistit: nec de ea aliqđ certi concipi vel dici põt ꝓpter in subiecto ꝯtinuã mutationem physicus aũt nõ abstrahit: τ ideo physicus scientiam de hoc habere nõ põt.

Abstractio duplex.

¶ Hec eni rõ Heracliti decipit in equiuoco: q̃ abstractio duplex est .s. vniuersalis a particulari: τ secũda est illa que est diffinitio per ea que nõ ꝯcernũt mãm aliquaꝫ sensibilẽ a qua ſm esse dependeant: sed equalr̃ habẽt esse in omni mã. Et prima quidẽ abstractio oĩs est scientie: q̃ nulla scientia est quin abstrahat vniuersale a particulari: q̃ sue demõstrationes τ ꝯclusiones de vniuersali sunt: ꝫ aliquãdo illa diffiniri nõ possint: nisi ꝯcernãt sibi mãm sensibilẽ extra quã nec nomen nec rõnem retinent nisi equiuoce: sicut caro neruus τ os τ oẽs plante τ animalia τ partes eaꝝ: q̃ nulla caro est que non sit medium in tactu cõposita ex ꝯtrarijs: τ similr̃ de alijs nãlibus est intelligẽdum. ¶ Nihilominus tñ physicus loquẽs de carne nõ loquiſ de carne hac indiuidua: sed potius de carne ſm rõnem carnis qua ab hac indiuidua abstrahit: vel si descendit sub carne ad carnẽ leonis vel hominis non tñ venit ad aliqđ indiuiduuꝫ de quo tradat demonstrationẽ τ scientiã. ¶ Abstractio aũt que est per diffinientia que rõnẽ nõ habẽt ab hac vel illa in specie cõsiderata mã est mathematici sicut circulus quẽ ꝯsiderat mathematicus nõ ereus est nec ligneus sed quantus tñ: τ ideo vna est sua rõ in oĩ mã non equiuoca: qm̃ nihil est de sua rõne nisi ꝙ sit figura plana vna linea ꝯtenta: τ hoc saluaſ in oĩ quanto: hoc aũt hꝫ determinari in 6° phyſicoꝝ.

Nomen libri

¶ Dicit autẽ hic liber de gñatione simplr̃ τ corruptione duabus rõnibus quarũ vna est verior: q̃ de gnõne simplr̃ τ de corruptione simplr̃ agiſ in eo. Dico aũt gñationẽ simplr̃ vniuersalẽ: q̃ de gnõne que est mutatio in vniuersali agiſ in primo libro de gñabili in vniuersali qđ est simplex corpus qđ gratia sui gñaſ: vel ꝓ qđ gñaſ quicquid gñaſ determinaſ in scđo. Que aũt dicunſ in primo libro preter hic ꝓpter illa dicunſ: ꝓpter distinctionẽ eni gnõnis ab alijs motibus qui sunt ad formas accidẽtales agiſ ibi de alteratione τ augmẽtatione: τ ꝓpter gnõnẽ corporis simplicis qđ est elementũ agiſ ibi de tactu τ de facere τ pati τ de mixtione. Alia tñ rõ est que nõ adeo est ad ꝓpositũ ꝫ a quibusdã fuerit assignata .s. q̃ vbicũqꝫ agiſ de gñatione τ corruptione in libro primo. Est eni ꝯsideratio gñationis in primo: τ gñationis ꝯtracte ad corpus simplex ꝯsideratio est in scđo. Gñationis aũt ꝯsideratio est duplex .s. ſm essentiã τ ſm esse. Ea aũt que est gñatio ſm essentiã est gñatio simplex dicta: que aũt est ſm esse τ nõ ſm essentiã est gñatio quoqꝫ quidẽ ſm esse quale determinaſ in alteratione τ ſm quãtũ in augmẽtatione. Motus autẽ gnõnis quo tangitur in tactu τ facere τ mixtione in quibus manẽt essentie ſm eꝫ primuꝫ: ꝫ fiat in talibus alteratio ſm esse contrariorum. In hoc aũt libro sicut τ in alijs Arist. sequimur nõ dimittẽtes et ea que ex alijs τ ex nobis vtiliter videbuntur addenda esse.

Tex c.i.

¶ De gñatione aũt τ corruptione ſm causas nãles siue nãliter gñatoꝝ τ corruptoꝝ in hoc libro dicendũ est τ vniuersalr̃ nõ descẽdẽdo ad gñationes huius vel illius dicẽduꝫ est hic: q̃ sñia vniuersalis est ante particularẽ: cause etiã eaꝝ hic dicẽde sunt τ determinãdo eoꝝ determinationes siue diffinitiones in cõmuni. Amplius q̃ motus sunt vniuersales ad formã alteratio τ augmẽtatio. Dicendũ est etiã de ipsis qđ sint τ verũ extimãdũ sit ꝙ vna sit nã alterationis τ gñationis aut semota siue diuersa sicut per nomina distinguunſ: q̃ nomen alterationis significat motũ in qualitate gñationis aut nomen sonat mutationem in substantia.

¶ Cap.2m̃. De opinionibus antiquorum circa genus generationis τ corruptionis.

inconuenientia. ¶ Et si verum dixit Alexander tunc dictuȝ istud potius est fuga inconuenientiuȝ q̄ veritas. Dixit eni Alexander ꝙ si augmentum est per additionem aduenien-tis alicuius: ꝙ tunc augmentum fit per accumulationē ad-uenientis cum eo cui aduenit. Accumulatio autem non est nisi sm̄ partes materie ⁊ videtur augmentuȝ esse sm̄ mate-riam. Cuius etiam dedit idem Alexan. rationem: si eni fiat augmentum aliquo extrinseco adueniente: oportet id adue-niens subintrare in partes eius cui aduenit: q̄ propter hoc dedit natura corpori ꝙ augetur vias que sunt vene ⁊ poros ⁊ spongiositatem. Constat autem ꝙ subintratio est in mate-riales partes: ⁊ ita iterum augmentum sm̄ materiam fieri videtur. Addit etiam Alexā. ꝙ augmentum fit per modum mixtionis aque cum vino: vt dicit Aristo. que mixtio absq; dubio sm̄ partes est materie ⁊ non forme. Figura enim nō miscetur nec quantitas que sunt ex parte formalium mem-

Improbatio Alexandri.

brorū. ¶ Hec autē ⁊ his similia determinare volentes pͥus dabimus rationes duas istius dicti qd̄ dixit Alexan. nō eē proprium: ⁊ postea soluemus ad obiecta. Ratio auteȝ pri-ma hec est ꝙ sicut habuimus id quod augeł in quo sicut in aucto principium est motus augendi ⁊ augmentādi: sed pͥn-cipium huius motus absq; dubio non est nisi in parte dicta per speciem ⁊ formam: ergo ⁊ hec ratio euidens est quia pͥn-cipium primum motus qd̄ non augetur nec qd̄ alteratur est in principio motus sm̄ ꝙ augetur ⁊ alteratur: q̄a scd̄m ha-bet a primo ꝙ ipsum principium motus. ¶ Constat autem ꝙ vis anime que est primum principiuȝ operatur vt est in par-te formali que est organica vel habens opus organicum si-cut diximus prius. ¶ Secūda ratio est ꝙ augeri ⁊ pati non idem sunt vt infra habetur: sed id quod augeł virtute quā habet agit in cibum augentem ⁊ conuertit ipsum ⁊ vnit cuȝ sibi: ergo sm̄ idem non erit pati: actio enim a forma est: pati autem est materie: ergo qd̄ augetur per suam actionē est for-male ⁊ non materiale. Est ergo dictum istud probatum ne-cessarijs rōnibus: ⁊ non est tm̄ fuga inconuenientiū. ¶ Sol-

Solo ad obiecta.

uentes ergo ad primum sine preiudicio dicimus ꝙ forma-lis pars que augetur habet materiam sibi determinataȝ in qua formał que est ex humido radicali ⁊ seminali suscepta: sicut est humidum ex quo formantur membra organica ⁊ to-tum corpus phisicum cui anima primo infunditur. Formātur autem membra illa per virtutem formatiuam que est in se-mine diffusam in omnibus partibus que virtus inquā po-stea remanet in membris ⁊ operatur in nutrimentali humi-do similitudinem membri qd̄ nutritur. Est enim humiduȝ quoddam ex primo semine diffusum in omnibus partibus ex semine primo formatis cui additur humor ex nutrimen-to sumptus ⁊ per virtutem membri quantuȝ possibile est as-similatur ⁊ additur parti materie: ⁊ tunc multiplicata ma-teria extenditur quantitas membri ⁊ figura ⁊ sic fit augmen-tum: forma tamen saluatur in primis radicalibus ⁊ conce-do ꝙ deperditio fit in illis: sed non fit restauratio per eque-ualens humidum sed per extraneum qd̄ est nutrimentale: ⁊ ideo deperditione cōtinue facta desiccatur humidū in quo fuit calor velut in subiecto proprio: ⁊ tunc refrigescit ⁊ corrū-pitur indiuiduuȝ: que tamen corruptio differt per humidū nutrimentale qd̄ additur humido seminali. ¶ Et huiꝰ exē-

Exēplū satis accōmodatū in re difficili.

pluȝ est in lampade vbi humor est imbibitus lychnio ⁊ alius humor circūfusus vndiq; lychnio nec pōt fieri ꝙ humor im-bibitus in lychnio non continue sm̄ aliquid sui consumatur sed additur ei circūfusus quo retardatur eius consumptio ⁊ nutriatur flāma. Et si in lampade eēt diuersus humor di-uersorum elementorum quorum vnus esset minus conue-niens igni lampadis sicut humor esset aquaticus ⁊ alius vn-ctuosus in lychnio conueniens nutrimēto ignis: tunc eēt ma-gis simile: quia humor seminalis imbibitus radicalibꝰ par-tibus primus multo conuenientior est calori naturali q̄ nu-trimentalis humor. Et ideo semper attrahit ipsum ⁊ consu-mit: ⁊ tandem consumpto isto humore etiam calor refrige-scit: ⁊ ideo plene non fit restauratio in ipso. Tamen si aliqd est simile in partibus habens humorem radicaleȝ terrestrē ⁊ aquaticum sicut plante ⁊ quedā animalia sicut cancri: que-daȝ membra formalia aliquādiu recrescunt eis ex humido nutrimentali: sed hoc non diu fit: quia calor amittit suuȝ vi-gorem sui humido extraneo ⁊ in talibus virtus formatiua propter similitudinem partium non est distributa in mem-bris: sed in vno membro qd̄ est cor: vel id qd̄ est in loco cor-dis in animalibus ⁊ radix in plantis ⁊ ex isto formātur oēs partes. Sed in animalibus magnam diuersitatem haben-

Cōsidera circa istā cāȝ q̄re i aīalibus magnā diuītate hñtibus mēbra formatiua recrescere nō pñt. & forme inclusiue pcedit.

tibus in membris non potest hoc esse: quia formatiua virtꝰ non per eadem principia quibus vtitur in manu potest ali-quid formare in pede: ⁊ ideo virtus formatiua que format humorem nutrimentalem in simili membro quantuȝ potest non sita est in vno membro in talibꝰ animalibus: ⁊ ideo mē-bra formatiua in alijs abscisa non recrescunt. Caro autem que nihil aliud facit nisi ꝙ replet vacuitates istas est maxi-me materialis: ⁊ crescit ⁊ decrescit sicut in febricitantibus ⁊ conualescentibus: per hoc patet solutio ad sequens: quoniā non tota materia effluit salua vita indiuidui qd̄ augetur ⁊ nutritur. ¶ Solutio autem sequentis patebit vbi ostende-tur ꝙ id quod aduenit non retinet suam quantitatem dum additur quantitas quā potentia habet non actu: ⁊ ideo cuȝ non adducat secum quantitatem suaȝ: nec vt maius nec vt

minus

minus se habet ad id cui additur sed potius vt materia in fluens vasi qd extenditur proportionaliter ad influxum eius maiorem vel minorem. Nec est dicendum sicut quidam sen serunt q humidum sub maiori quantitate sit q̄ siccū: et ideo cum minimum humidum sit tantum quantum minus siccū: tunc cum convertitur minimum humidum nutrimentale in minimum siccum membri: tunc non efficit tantum sed minus: quia sm hoc sequeretur q ad minus in decupla vel vigesima proportione cresceret semper id quod crescit qd absurdum est: et ideo prima via est tenenda: quia illa est vera et inter phos approbata: bene tamen concedo q augmentū nō per accumulationem partis cum parte fit: sed potius per cōversionem venientis ad id cui advenit in cuius materia extenditur quantitas et figura: subintratio tamen est ibi: sed non sicut dicit Alexander q remaneat nutrimentum q̄si insitum foraminibus: sed foramina sunt vt in ipsis divisum nutrimentum vndiq supponatur virtuti membri et facilius cōvertatur in membri materiam cum plurimum nutrimentū tangat vndiq plurimi membri et virtute membri: hoc enim ingeniata est natura sciens q divisa citius et facilius et vtilius convertuntur q̄ vnita: mixtionem autem talem qualē subsequenter determinabimus non negamus in augmento fieri: nec oponet q miscibilis sit quantitas vel figura: quia sicut diximus anomiomera quorum proprie est quantitas et figura non augentur nec per anomiomera: et ideo in omiomeris est mixtio antecedens: et ideo consequenter est extensio quantitatis et figure in alijs de his ergo dictum sit.

Cap. 9m. Qualiter est illud adveniens quo fit augmentū.

Tex. cō. 39.

Redeamus ergo ad propositum: cum enim habitum sit de eo qd augetur q adveniente aliquo augetur: tunc quereret aliquis quale oportet esse id adveniens quo augetur quod augetur. Manifestum autem est quoniam oportet esse potentia id quod auget: quia convertit in id quod augetur: verbi gratia si caro augeatur: tunc adveniens oportet esse carnem potentia: actu autem aliud q̄ caro: quia forte panis vel cibus alius vel humor ex alio per digestionem aliquam separatus: corrupto autem hoc qd est actu: tunc assumit formam aucti membri: et si id est caro: tunc iam caro generatum est. Non generatur ex potentia carne caro nova sm se separata qa hoc eēt generatio et nō augmentatio: sed fit hec caro que augetur que prius existit sm formam in membro qd ad se convertit cibum quo fit augmentum. Non est enim hec compositio sed eius qd ex nutrimento nascitur cum forma noviter generata vt cōstituatur hoc aliquid qd ex novo producitur: sed convertitur nutrimentum in id quod prius erat: et nunc est quia in membrum formale animati corporis qd est caro vel vena vel nervus vel aliud simile cuius formam recipit ipsum sicut vas aquā qd extenditur per influxum eius.

Cap. 10m. Quid patitur auctum ab augente.

Tex. cō. 39.

Sed tunc aliquis quereret quid patitur id quod augetur: verbi gratia membrū homogeneum ab eo qd auget vt a cibo: cum autem mixtio sive mixtura duplex sit vna de qua ita loquemur que est miscibilium alteratorum vnio quando vnumquodq mixtorum a virtute sua alteratur et omnia veniunt in medium: hec eni est mixtura physica de qua scrutantur medici phi. Alia eni est mixtura vulgaris dum dicimus vinum esse mixtum quando multo vino modica aqua infunditur: que tamen a vino assumitur et convertitur in vinum et talem mixturam dicimus corpus qd augetur pati a cibo quo fit augmentum: quia cibus a virtute corporis aucti convertitur in corpus auctum sicut et ignis copiosus augetur tangens vrenda et convertens ipsa ad speciem suā quā multiplicat extendendo ea adurendo: ita etiā in eo qd augetur quod est actu caro vel aliud corpus tangibile et facit actu carnem de potentia carne que advenit ei per cibum. facit autem in eo qd est similis cum ipso: quia vnitur ei in speciem quā prius habuit et nūc habet et habebit: si eni seorsum produceret potentiam in actum sive formam substantialem: tunc esset generatio non augmentum: sicut enim dupliciter potest produci ignis in vrendis sm q existente iā igne augeatur in vrendis vel q existens ignis generetur in vrendis: sed primum est augmentatio et 2m generatio.

Cap. 11m. Et est digressio ostendēs quis proprius modus augmenti et quis improprius.

Vide pro ista distōne Commētatorem 3 celi. cō. 22.

Sed observandum est augmentum dici dupliciter. s. proprie et improprie: proprie quidem augetur qd est animatum habens virtutem anime que dicitur vis augmentativa que per calorem naturalem extēdit vbiq sm omnes diametros ad rectos angulos se intersecantes quarum vna desursum venit deorsum: secunda a dextro mēbro in sinistrum: tertia ab ante membri in retro eiusdem precipue cum extendit in quantitatem diametri advenientis a sursum in deorsum. Improprie autem augetur qd per naturalem calorem convertit in se aliquid qd non est vbiq additum ei nec est animatum: et sic ignis augetur per vrenda apposita vnde vrenda non penetrant vbiq ignem: nec materia omnibus partibus additur: nec alie quedam conditiones augmenti salvantur: sed tamen hoc ita patet q nihil inferiorum elementorum augetur per superiora: nec etiam aer per ignem nec econverso. Sed redeamus ad id vnde recessimus ostēdendo vtrum particulare quātū aut vle augeat.

Cap. 12m. Vtrū augetur quantum vniuse vel particulare.

Tex. cō. 40.

Quantū aūt vle nō augeī in augmēto sicut nec in gñatiōe gñaī aial vle in gñe: qa nec hō nec aliqd singulorum sive singulariū est aliorum: gñaī autē hoc ab hoc per se et hō ab hoie et aial ab aiali per ɔñs: et in augmētatiōe hoc q̄tū p se augeī: et p ɔñs q̄tū in gñe sive vle. Caro autē et os et alia omiomera: aut manus aut crus et alia anomiomera augmētanī adveniēte aliq̄ q̄to: qd tñ nō ē caro q̄ta aut manus q̄ta actu sz augeī isto adveniēte qd poa ē vtrūq ɔq. s. caro et quātitas: opz eni in augmēto id qd advenit gñari et carnē et q̄tū si debet augere sed sm q solum est potentia caro vel aliud membrum simile nutrit: quantum enim ad id qd auget et nutrit non differunt cibus et augens nisi ratione: quia vna essentia cibi est faciens vtrūq sm diversum esse: quia sm q potentia caro nutrit: sm autē q potentia quanta auget: nec sufficit vt sit poa quanta et non potētia caro: qz augmētū nō ē sine cibo nec opus augmētative sine opere nutritive virtutis.

Cap. 13m. Quare res semper nutrit et non semper augeī.

Tex. cō. 41.

Ideo etiam res nutritur quādiu salvaī in esse individui: et diminuitur similiter: sed nō semp augmētatur et nutrimētum cum augmentatione ex parte cibantis et augentis id idem est in essentia et subiecto: esse autē est aliud: sm enim q est adveniēs potētia quāta caro est augmētū carnis: sm id aūt q solum potentia caro est nutrimētum.

Cap. 14m. Qualiter augetur species sive materia.

T. cō. 41.

Est autem qd nutritur et augeī spēs sive forma considerata sine materia influente et effluente non qdē sm esse sed sm q augetur et nutritur. Est autem in materia sicut potentia imaterialis que nō est materia: sed potius cōtinēs materiā sicut vas et forma. Si aūt advenit per cibum aliqua mā que poa est forma mālis. i. in actu mēbri formalis: et ēt ista mā poa quāta sicut cibus q est poa quāta et caro: tūc hee forme sive spēs mēbrorum imāles existētes erūt maiores: et quātitas et figura extēdiī per id qd advenit q est poa quāta caro. Si aūt mēbrum formale in virtute cōvertēdi cibū laxaī: et nō pōt amplius extendere sicut vis vini debilitaī cum multotiēs aqua mixtū fuerit et tādē efficiī aquaticū non valens ad nām vini: converteī in aquam tunc quantum recipiet diminutionem: sed tñ species sive forma continēs mām influentem et effluentem manet quādiu salvaī individuum.

Tex. cō. 42.

Cap. 15m. Et est digressio declarans quare res non semp augetur cum semper nutriatur quādiu vivit.

Prima cō.

Attendēdū q res augeī quodā tēpore nō semper ex cā vna que cōsistit in tribus partibus collectis. Quorum vnū est in humido seminali: hoc enim nō est infinitū extēsibile per humidū additum ita vt aliqd eius sit cū q̄libet pte humidi addita ei sed potius in certa quātitate: que rō est ma-

gnitudinis generati quantum sm posse nature potest produ ci: ⁊ quando tantum producta sunt membra quantum potest produci pari seminale humidum ex quo formata sunt tunc stat augmentum. Secundum particulare est in calido natura li qd est finitum ⁊ non potest facere plus ꝙ est mensura sue essentie: ⁊ ideo quando hoc fecit stat augmentum. Tertia causa tangitur a philosopho in littera quam prosequimur sci licet ꝙ extraneum humidum semper retinet aliquid de na tura extranei: sanguis enim de lactuca generatus frigidus est ⁊ caro erit frigida: ⁊ sic de alijs ex cibo generatis: ⁊ ideo continue debilitatur in eo calidum: ⁊ tandem ita stat ꝙ non valet extendere ⁊ ita stat augmentum. Sed quando stat au gmentum non necessario stat nutrimentum: quia fortioris caloris est facere duo ꝙ vnum: fortissimus ergo calor in hu mido molli ⁊ mollibus membris simul facit nutrimentum ⁊ extensionem: debilior autem in siccioribus membris: ⁊ hu mido non adeo obediente retinet vnum qd est nutrire ⁊ ad mittit reliquum qd est extendere: precipue sm diametrum qui venit a sursum membri in deorsum: ⁊ precipue in mem bris duris que sunt ossa primo loco: ⁊ post hec sunt nerui: nec tamen post statum augmenti continue incipit diminu tio naturalis: quia in qualibet habitudine corporis sunt qua tuor tempora scilicet principium augmentum status ⁊ decli natio: ⁊ ideo res aliqua stat actu aucta: ⁊ tunc siccato humi do naturali ⁊ infrigidatis membris per inductum humidum extraneum qd inducitur sicut aqua in vinum nerui contra huntur ⁊ corpus incuruatur ⁊ indurantur alia membra ⁊ fri giditate constringente corrugantur: ⁊ hec est diminutio na turalis sequens augmentum ⁊ statum in isto: hec igitur de augmentatione sm presens negocium sufficiant. Adhuc enim loquendum de ipsis erat in scientia de anima sicut quedam de ipsis sunt dicta in physicis.

Tractatus Quartus de Tactu.

Cap. primum. Que sit intentio tactus ⁊ qualiter introducitur.

Tex. co. 43.

Jnitis autem ex premissis Simplicibus motibus esset iam dicendum de generatione contracta ad materiam que est generatio simplicium corporum: sed an tecedenter oportet determinare ea que in generatione elementorum sunt sicut cause: quoniam oportet dicere de materia super quam est transmu tatio communis elementorum ad mixtionem: ⁊ etiam de ipsis elementis sm contrarietates que insunt eis vtrum sint vel non sint ⁊ quot sint: ⁊ vtrum vnumquodque eorum est sempiter num intransmutabile sicut dicit Empedocles: aut generan tur equaliter: ⁊ si generantur vtrum generantur adinuicem omnia eodem modo sicut dicunt phi. Aut aliquod eorum est principium qd est ante ea ex quo generantur ⁊ in qd resoluun tur sicut diuersi dixerunt vt Democritus athomos Ana xagoras homogenea ⁊ Heraclitus vaporem ⁊ huiusmo di. Quia ergo ista inquirere habemus in secundo huius vo luminis: oportet vtique prius dicere antecedentia harum que stionum de quibus nunc indeterminate dicitur a philoso phis. Omnes autem qui elementa ⁊ ea que sunt ex elemen tis dicunt generari segregatione ⁊ congregatione dicunt ea facere ⁊ pati adinuicem. Aggregatio autem est mixtura que dam: ⁊ ideo de mixtione oportet primo dicere quia quali ter sit mixtio: ⁊ quid sit non est adhuc manifestum determi natum: cum autem que alterantur aggregantur ⁊ segregan tur nihil horum suscipiant nisi sit aliquid agens ⁊ patiens: oportet etiam prius dicere de actione ⁊ passione. Jlli enim qui dicunt plura elementa esse dicunt ea generari ex adinuicem per facere ⁊ pati. Similiter illi qui dicunt tantum vnum elemen tum esse primum necesse est dicere quid sit facere ⁊ pati: ⁊ in hoc recte dicit Diogenes cum dixit ꝙ si omnia non essent ex vno materiali subiecto non essent adinuicem agere ⁊ pati. verbi gratia non esset possibile ꝙ calidum infrigidaretur nec rursus frigidum calefieret nisi haberet vnum subiectum qd transmutatur sm contraria hec: quia caliditas ⁊ frigiditas separata a materia non transmutantur adinuicem: sed ma nifestum ꝙ subiectum vtriusque transmutatur sm hec ⁊ alia contraria. Quapropter in quibus inest facere ⁊ pati necesse est horum vnam esse subiectam naturam que est materia su sceptibilis contrariorum: licet autem bene dixit in hoc Dio genes tamen in hoc non dixit verum ꝙ omnia talia esse di xit: quia non omnia suscipiant formas contrarias: sed sola illa que ex inuicem sunt. s. quorum materia est vna ⁊ forma contrarie: ideo ergo esse facere ⁊ pati est idem: sed si de face re ⁊ pati est videndum antequam queratur de generatione ele mentorum: oportet etiam prius determinare de tactu: quia ista non possunt etiam vere ⁊ principaliter facere ⁊ pati adinui cem non possunt se tangere: quapropter non est possibile mi sceri adinuicem ea que non possunt se tangere: ergo de tri bus determinandum est. s. quid tactus ⁊ quid mixtura ⁊ quid factio. Sed in principio dicamus de tactu: quia est neces se ꝙ quibus est mixtura ꝙ illa se tangant sed non conuer titur: cum ergo primum natura sit a quo non conuertitur consequentia primum inter tria predicta erit dicendum de tactu.

Cap. secundum. Quot modis dicitur tactus: ⁊ quid sit tactus.

Tex. co. 44.

Dicamus igitur incipientes ꝙ tactus dicitur mul tifariam sicut fere vnumquodque nominum phy sicorum: ⁊ hec quidem dicuntur anomiomere siue equiuoce sm casum ⁊ fortunam: hec autem dicuntur per prius ⁊ posterius: ita ꝙ altera di cuntur ab alijs prioribus eis sm nominis ra tionem: ⁊ sic etiam existit de tactu vz ꝙ dicitur proprie vel tran sumptiue: ⁊ proprie dictus aliquando dicitur communiter non habens omnes conditiones se tangentium. Aliquando au tem dicitur propriissime omnes habens conditiones se tan gentium. Principaliter enim vna conditio tactus est ꝙ ta ctus est in habentibus positionem: positio autem non est ali quorum nisi quibus conuenit locus. Mathematicis enim quibus datur positio conuenit locus ⁊ tactus per similitudi nem quandam ad naturalia: nulla enim vere sunt nisi ma terialia sm se accepta in his mathematica sm esse suum. Vnde etiam in his habent positionem: ⁊ ideo etiam in his habent tactum ⁊ locum: nec accipiuntur sm abstractionem ⁊ essen tiam hic quia talis consideratio non est naturalis: sed ma thematica: ⁊ ideo locus ⁊ tactus sm ꝙ principia sunt natu re conuenit mathematicis per posterius. Adhuc vltimum essentie ⁊ vltimum virtutis motiue siue actiue ⁊ vltimum spe ciei quidem generatur ab actiuo ⁊ motiuo in eo ꝙ patitur sunt in vltimo termino quantitatis siue corporis quanti: qd est superficies ⁊ informat ipsum virtus ⁊ species contrarij ⁊ ipsum terminat essentiam potentie materie: ⁊ hoc est sm esse ma teriale. Vltimum autem qd est terminus quanti non infor matum virtute ⁊ specie contrarij est mathematicum non sm esse consideratum: ⁊ ideo non contingit ei locus ⁊ tactus ni si sm huius vltimum: naturalibus autem contingit comple te sm vltimum terminans in quo est virtus motiua ⁊ speci es contrarij agens: ⁊ ideo naturalibus contingit primo et mathematicis per similitudinem incompletam ad natura lia: contingit autem sic posterius locus ⁊ tactus mathema ticis siue sumantur separata cuius acceptio est sm imaginem siue alio modo sumantur scilicet non separata sm esse in na turalibus considerata: sed cum sint separata non contingit eis locus ⁊ tactus nisi quia sue dimensiones non possunt ima ginari vbi finite ⁊ in loco posite: ⁊ ideo dicunt duo philoso phi Auerrois ⁊ Boetius ꝙ licet ab alijs abstrahantur: tamen a loco abstrahi non possunt: ⁊ hoc verum est prout locus non terminus est eius qd continetur loco: sed etiam relati ad lo cum sicut relatum est in loco qd refertur ad locum circa quem mouetur: quia aliter motus eius non esset motus localis: si ergo diffinitur tangere sicut prius diffinitum est in quinto phy sicorum scilicet tangere est vltima habere simul tunc vtique tan gunt se adinuicem sm primam conditionem tactus queccun que determinatas id est finitas habent magnitudinem ⁊ posi tionem habent: ⁊ simul habent vltima. Dico autem simul vl tima vt nihil sit medium eorum in loco.

Cap.

¶ Cap. 3m. De tangentibus se physice.

Tex.c.44. Quoniam autem positio est in his que habent locum: et quicquid vere habet locum habet differentias loci secundum suum genus: quicquid autem habet primas loci differentias habet que sunt sursum vel deorsum: ideo omnia que se inuicem tangunt grauedinem habent aut leuitatem ita quod ambo illa habent quodammodo sicut media alia: aut alterum diuisum sicut extrema: omnia autem talia sunt actiua et passiua adinuicem. Quapropter manifestum est quoniam hec proprie et physice tangere nata sunt adinuicem quorum diuise sunt magnitudines et simul habent vltima que mouentur et manent adinuicem per virtutem illorum vltimorum. Oportet autem attendere quod locus est saluatiuus locati ad quem est motus corporis per id quod est generans corpus vt dictum est in physicis: sic etiam celum non est in loco sed mobile secundum motum rectum: et potentia est in magnitudine vna: et diuisum est in alia per actum generationis elementi: vnde potentia continuum diuisum est actu ex continuo per superficies elementorum propter quod continua facta sunt tangentia: vltima autem elementorum illorum informata sunt virtutibus motiuis et speciebus contrarijs: et ideo leuia et grauia que sunt prima contraria in materia causata ex raro et denso: et ideo cum vtrunque tangat vtrunque necesse est vtrunque moueri ab vtroque: et ideo vtrunque mouet et mouetur.

¶ Cap. 4m. Qualiter se habet mouens et faciens adinuicem: et qualiter tangunt immobilia.

Tex.c.45. Quoniam autem non omne mouens etiam mouetur sed aliquid mouentium mouet: motum aliquod autem mouet ipsum existens imobile ab alio: et hoc dupliciter: aliquod enim simpliciter a nullo mouetur sicut mouens primum: aliquod autem mouentium non mouetur ab eo quod mouet: sicut sol mouet terram et non mouetur ab ea licet moueatur ab alio. Manifestum est quod secundum existimationem quorundam talis diuisio non est etiam in faciente: quia quidam dicunt quod actus mouentis est quoddam facere et econuerso: actus facientis est quoddam mouere. Sed tamen illi non bene dicunt: quia differunt mouens et faciens: et oportet nos ea determinare. Si enim nos dicimus quod faciens per suam speciem opponitur patienti: tunc cum contraria nata sunt fidei circa idem: oportet quod faciens sit patiens cum tangat ipsum: et hoc est faciens physicum; et tunc non omne mouens est faciens: quia est perpetuum mouens quod non mouetur: et est mouens quod non tangit per vltimum sui et neutrum illorum aliquid patitur: vnde tunc mouens superius est ad faciens: sed faciens est mouens motum qui est passio et est passione in seipso: quia cum tangitur a passiuo contrario necessario etiam patitur ipsum: licet forte passio non excellat ipsum: factio autem talis et passio solum sunt secundum quod res alteratur a contrarijs: sicut verbi gratia: per calidum et album et alia huiusmodi mouere: ergo est in plus quam facere. Manifestum est igitur quoniam immobilia quocunque duorum modorum dicantur: vno modo tangunt: alio modo non tangunt: tangunt enim per vltimum virtutis ab essentia sua egredientis: sed non tangunt per vltimum terminum sue quantitatis: quia si sunt immobilia similiter vltimum non habent hoc modo dictum. Si autem sunt immobilia ab eo quod mouent sicut astra non mouentur a centro terre quod mouent: sicut tunc non habent vltimum simul cum vltimo eius quod mouetur. ¶ Attende tamen quod facere potest esse abstractum in genere secundum quod actio siue factio est quocunque modo procedit actus ab agente in id quod subijcitur ei quocunque modo: vt id in quod fluit actus agentis: et sic est genus facere: et includit in se mouere: sicut patet in predicamentis: secundum autem quod hic dicimus de facere contrarium est ad agens physicum quod nunquam inde principium habet factionis cum mouente in mobili quocunque duorum modorum dicto: et ideo in physicis vbi omnia secundum esse considerantur distinguitur inter mouens et faciens sicut iam dictum est.

¶ Cap. 5m. De tactu improprie dicto.

Tex.c.45. Hic ergo determinato de eo quod est tangere: scilicet quod sicut vniuersaliter positionem habentium quorum vnum est mouens excellendo: et alterum motum cuius virtus exceditur: cum tamen vtrunque moueatur et moueat: et sic in his quibus per se est agere et pati constat quod tactus et multum siue frequenter est etiam tangens tactu immutante id a quo tangitur: quia fere omnia que sunt in conspectu nostro circa locum actiuorum et passiuorum mouent mota in quibus necessario videtur esse tactus: ita id quod tangitur et tangat immutando id quod tangit: contingit autem improprie alteri secundum quod dicimus quod id quod mouet solum tangit id quod mouetur ab ipso preter hoc quod retangatur vel remoueatur ab ipso sicut sol tangit terram. Sed omnia que sunt vnius generis que dicuntur homogenea mouent mota necesse est quod tangant tacta: vnde si quid mouet manens immobile aliquo duorum modorum dictorum: tunc illud tangit solum id quod mouetur: et non retangitur ab eo sicut anima corpus mouet et primus motor celum mouet: et astra mouent terram: et hic est tactus improprie: quia et nos metaphorice loquentes dicimus quod tristitia tetigit nos: sed nos tetigimus tristitiam: de tactu quidem igitur secundum quod est in naturalibus determinatum sit hoc modo: de facere autem et pati dicemus deinceps.

¶ Tractatus quintus de facere et pati.

¶ Cap. primum. De subcontrarietate dicti antiquorum contra facere et pati: et quod simile a simili non patitur secundum antiquos.

Tex.c.46. Suscipimus autem a prioribus Philosophis sermonem de facere et pati subcontrarios eo quod simul possunt verificari si debite intelligantur: fuerunt enim multi qui dixerunt quod nullum simile agit in suum simile in specie: nec idem in se agit eo quod non esset ratio in similibus vel eisdem quare vnum ageret et alterum pateretur: et ideo nullum talium agit vel patitur: quia agere et pati simile: et secundum vnam rationem se habent ad similia: dissimilia autem specie et differentia dicunt facere et pati secundum naturam adinuicem. ¶ Si autem tu obijcias eis quod paruus ignis et magnus ignis et paruum lumen sicut candele: et magnum lumen sicut solis lumen sunt similia in specie: et tamen vnum corrumpit et assumit aliud: dicent illi quod hoc fit inquantum vnum contrariatur alteri: paruum enim vt dicunt contrariatur magno: et multum contrariatur pauco.

¶ Cap. 2m. De dicto Democriti: et quod simile a simili patiatur.

Tex.c.47. Democritus autem tenet sectam huic subcontrariam: dicit enim quod non agit nisi simile in simile: et idem in idem cui est idem et altera differentia non contingit agere vel pati adinuicem: et si contingit quod altera et differentia specie agunt et patiuntur abinuicem hoc non contingit secundum quod sunt altera specie: sed secundum

ꝙ idem subiectum existit ambobus differentibus spe/cie: sed hec agunt ⁊ patiuntur abinuicem. Hec sunt eni que ab antiquis dicuntur de agere ⁊ pati quantum ad actiua ⁊ passiua.

¶ Cap. 3m. Qualiter sermones isti sunt subcontrarij: quia ambo habent aliquid veritatis: ⁊ que est causa deceptionis eorum.

Tex. c. 48.

Oc autem modo dicentes si quis conside rat causas dicti eorum videntur dicere ser mones subcontrarios: quia vtraq; secta aliquid veritatis habet. ¶ Causa autem quare contradicunt est: quia oportunum fuit eis considerare totū quod est in acti/uis ⁊ passiuis ⁊ non considerant nisi in parte: simile enī in specie ⁊ omnifariam ⁊ omnimodo ꝛ̃m materiam ⁊ formam indifferens rationabile est non pati a sibi om/nifariam in materia ⁊ forma simili. Neutrum est acti/uum vel passiuum ab altero: si enim possibile esset ali/quid pati ab omnifariam sibi simili: cum simile sit cau/satum ab vno ⁊ eodem: vt habetur in prima philoso/phia pateretur idem a seipso: ⁊ si hec sunt ita tunc ni/hil erit icorruptibile nec immobile si simile is simile ꝛ̃m simile est actiuum: omne enim quod est mouebit se/

Tex. c. 49.

ipsum ⁊ nunq̃ erit immobile. ¶ Adhuc autem ab alte/ra parte omnifariam ꝛ̃m materiam ⁊ formam alterum non mouebit nec faciet in alterū ab ipso omnino quod nullatenus est idem: sicut albedo non patitur a linea ꝛ̃m ꝙ est linea: nec econuerso linea ab albedine nisi ꝛ̃m accidens: puta si linea sit subiectum albedinis vel ni/gredinis: quia tunc est vnum subiectum duorum diffe/rentium contrariorum: quecunq; enim non sunt con/traria nec ex contrarijs illa non sunt nata ꝙ se faciant extra naturam forme sue ⁊ inducāt aliam formam sed hoc faciunt sola contraria que se mutuo expellunt ab eodem susceptibili.

¶ Cap. 4m. Q: faciens ⁊ patiens sunt eadē genere ⁊ ma/teria ⁊ contraria specie ⁊ forma.

Tex. c. 50.

Uoniam igitur non quodcunq; innatū est facere ⁊ pati: sed tm̄ ea que contraria sunt. Aut contrarietatem habent necesse ꝙ faci/ens ⁊ patiens genere ⁊ materia similia sint ⁊ eadem specie autem ⁊ forma dissimilia ⁊ contraria: naturale enim est ꝙ corpus pa/tiatur a corpore: ⁊ sapor a sapore: ⁊ calor a calore per se: sz per accidens sapor vel calor transmutātur per hoc ꝙ mutatur esse eius in subiecto: ⁊ similiter calor ⁊ alia ac/cidentia: patet ergo vniuersaliter ꝙ id quod est alicu/ius generis patiatur ab alio quod est eiusdem generis secum: quia contraria posita sunt in eodem genere pre/dicamētali cōmuni: ⁊ etiam naturaliter sunt circa eun/dem materiam que est genus quod dicitur subiectum primum. Huius autem causa est ꝙ omnia contraria sunt in eodem genere vt diximus: ⁊ contraria sola faci unt ⁊ patiuntur adinuicem: ergo ea que sunt eiusdem generis faciunt ⁊ patiuntur adinuicem. Quoniam au/tem faciens ⁊ patiens genere quidem sunt eadem ⁊ si/

Tex. c. 51.

milia: specie siue ꝗt siue forma sunt dissimilia. ¶ Que/cunq; autem talia sunt contraria manifestum est: q̄ꝛ aut talia que sunt actiua ⁊ passiua sibi adinuicem con/traria ⁊ media sunt que sūt actiua ⁊ passiua. ¶ Et etiā patet ex hoc ꝙ vniuersaliter omnis generatio ⁊ corru/ptio est ex contrarijs ⁊ medijs: generatio autem ⁊ cor/ruptio non sunt nisi per actionem ⁊ passionē. Ideo etiā rationabile est ꝙ ignis calefaciat per suam formā que est caliditas: ⁊ frigiditas sicut aqua frigefaciat per hoc qđ est frigidum: quia tunc ista sunt contraria: ⁊ ideo actiua ⁊ passiua ¶ Et adhuc huius alia ratio est: quia scilicet omne faciens intendit sibi assimilare patiēs qđ non intenderet si passum esset sibi simile omnino: vnde faciens ⁊ patiens sibi contraria sunt: ⁊ generatio ꝑ quā patiens assimilatur agenti est contrariū. Quapropter necesse est ꝙ patiens transmutetur in speciem faciētis: sic enim erit generatio ex contrario in contrarium.

¶ Cap. 5m. Qualiter ambe secte dicant veritatem ꝛ̃m aliquid.

Tex. c. 52.

Et ex his patet ꝙ ꝛ̃m viam rationis am/bas sectas contingit verum dicere: cum tamen non eadem dicant ⁊ vtranq; se/ctam aliquo modo tangere naturam: q: dicimus quandoq; ꝙ subiectum patitur qđ substat passioni ⁊ suscipit esse ab acti/uo: verbi gratia: dicimus ꝙ homo sanatur ⁊ ꝙ homo calescit: ⁊ ꝙ homo infrigidatur: ⁊ sic de alijs. Quando/q; autē dicimus ꝙ contrarium transmutatur: sicut id quod in transmutatione abijcitur sicut dicitur ꝙ fa/ctum calefit ⁊ ꝙ laborans siue infirmus sanatur. Eo/dem modo etiā deficiēte: quia quādoq; dicimus sub/iectum facere rationem speciei que est in ipso: sicut dici mus hominem calefacere: quando autē dicimus con trarium facere sicut dicimus calidum calefacere: vnde vno modo materia patitur: ⁊ alio modo contrarium patitur. Respicientes autem philosophi ad materiam que eadem est vtriq; contrariorum ꝙ etiam patitur q: abijcitur in patiendo dixerunt ꝙ contrarium a contra rio patitur: ⁊ sic ambe secte ꝛ̃m aliquid verū dixerunt.

¶ Cap. 6m. Quot modis dicitur faciens: ⁊ quot modis dicitur patiens.

Tex. c. 53.

Is habitis determinemus quot modis dicitur faciens ⁊ patiens: suscipiendum autem est ꝙ facere ⁊ pati dicitur multipli/citer sicut mouere ⁊ moueri: dupliciter eni sicut supra diximus dicitur mouens: vide tur enim hoc verissime mouere in quo est primum principium motus: principium enim est pri/ma causarum que ita mouet ꝙ hoc quod mouet non habet ab aliquo ante se: sed mouet imobile existens: ⁊ rursus vltimum mouens post qđ nihil est nisi quod mo ueatur tm̄ hoc modo ab alio ante se ⁊ mouet id quod est post se ad generationem. Similiter autē est dupliciter faciens: dicimus enim ꝙ medicus artifex sanat infir mum: vel alius potus vel cibus ꝛ̃m primum mouens in hoc motu: ⁊ nihil prohibet esse immotum: quia me/dicus aut non mouetur ab alio aut si mouetur hoc erit per accidens. s. non inquantum medicus: sed inquan/tum est susceptibilis alicuius contrarij: ⁊ quicquid sit de medico tamen in quibusdam. s. que separata sunt a materia necesse est principium mouens esse immobile ⁊ hoc dupliciter scilicet omnino immobile si nullam ha bet omnino materiam cum eo qđ mouet sicut in prece denti capitulo de tactu dictum est. ¶ Ultimum autem mouens post qđ non est aliquid nisi id qđ mouet tm̄ ne cesse est semper mouere motum ab alio priore. In actio ne autem recreatur ad primum agens in quo est pri/mum principium actionis: id quidem est impossibile ꝛ̃m illud agens: quia in ordine agentium vltimum est post qđ non est nisi patiens ipsum: ⁊ est patiens cū hoc qđ agit: quodcunq; enim non habet eiusdem rationis materiam cum passibilibus que sunt elementa: ⁊ ele/mentata ista faciunt ita ꝙ sunt impassibilia ab eis que sunt. ¶ Et huius exemplum in arte est ars medicine: ipsa enim est faciens sanitatem ⁊ nihil patitur a sana/to cum non habeat materiam eandē cum sanitate cum materia que est subiectum artis medicine sit alia me/dici ⁊ alia que est subiectum sanitatis sicut humores vel complexio egri hominis. ¶ Exemplum autem faci entium ⁊ simul patientium in arte est cibus: q: ipse fa/ciens sanitatem patitur a sanato: q: aut calefit aut in/frigidatur aut aliquid aliud patitur: ⁊ cum hoc simul

est faciens alterando complexiones ad sanitatē. ¶ Est autem in hoc ordine antecedentium ars medicine principium in quo principium est actio. Ultimum autem agens qđ tactum est cibus qđ patitur cū3 hoc qđ agit.

Tex.c.54. ¶ Quecunq3 ergo agentia non in materia que fit eiusdem generis cum partibus habent formam: ⁊ hoc cū3 sint de numero agentium siue effectiuorum sunt impassibilia. Quecunq3 autē3 agentia specie agunt que in materia vnica est cum passiuis ista sunt passiua cum hoc qđ agunt. Nos eni3 dicimus ꝙ materia vna est vt ita dicamus cuilibet contrariorum que est subiecto vna: l3 sm̄ esse differat propter hoc dixi vt ita dicam: ⁊ ipsa est vt genus non ꝙ predicabile sit: sed sicut genus dicitur subiectum primum qđ substat duobus contrarijs vel pluribus: contrariorum autem vnum est in actiuo ⁊ alterum in passiuo: ⁊ ideo vna est materia actiui vltimi ⁊ passiui: ⁊ ꝙ per materiam calidum potest esse calefit necessario quando appropinquatur sibi calidum calefaciens ipsum. Et ideo sicut dictum est: hec quidem de natura frigidorum sunt impassibilia ⁊ sicut diximus supra esse in motione ita se habet etiam in factione. In mouētibus enim primū mouens est imobile: ⁊ simili͛r in effectiuis primitus faciēs est impassibile.

¶ Cap. 7m. Et est digressio soluens ea que videntur cōtraria de facere ⁊ pati.

A Ttendendum hic ergo ꝙ contrarietas distinctionem facientiu3 in dictis virorum magnorum. Quida3 enim dicunt ꝙ agēs patitur: sicut ⁊ nos supra diximus in capitulo de tactu. Alij autem ꝙ aliqđ agens est impassibile sicut nos dicimus hic. Alij iterum ꝙ mouens superius est agens ⁊ agens est communius ipso: ⁊ hoc quidem nos in capitulo de tactu diximus. Alij econuerso ꝙ omnis motus in actione ⁊ oīs actio in motu est ⁊ firmatur sicut dixit auctor sex principiorum. Sunt etiam magni viri dicentes ꝙ non vere agit aliquid nisi prima causa ⁊ omne scđm agēs non vere agit. ¶ Ad omnia autem determinata hic scias ꝙ res per aliam intentionem agit ⁊ per aliam mouet siue sit causa prima siue de numero secundorum mouētium vel agentium: dicitur enim mouens quando influit motum tm̄: motus autem de se nihil mutat de forma subiecti quod mouetur: si motus esset cum mutatione subiecti: tunc verissimus motus verissime mutaret: ⁊ hoc est falsu3 ꝙ verissimus est motus localis qui nihil mutat de formis subiecti qđ mouetur primum subiectum motus est primum celum quod nullo modo susceptibile est alterationis sm̄ formas subiecti. Faciens autem propter hoc ꝙ est faciens siue agens: quia influit ei id qđ facit sm̄ ꝙ subiectū mutatur sm̄ aliquam formam: ⁊ sic dictum est ꝙ mouens est generalius q̄3 faciens: q2 mouens aliquando mouet ⁊ facit ⁊ aliquando mouet: quia omnis factio motio quedam est: sed non conuertitur: quia aut id quod influit formam aliquando habet materiam ⁊ aliquando non: causa enim prima non habet materiam ⁊ corpus habet materiā. Ideo aliquādo faciens impossibile est pati: aliquando autē possibile: ⁊ tunc quando tm̄ facit absq3 possibilitate patiendi: dicit͛ vere facere ⁊ hoc solū esse vere est factiuū: quando aūt habet mām: aut habet vnicā in genere eodem cum passiuo: aut non: ⁊ primo quidem modo non patitur faciens a passiuo. Ideo quia non tangit ipsum nec est susceptibile formarum contrariarum que sunt in passiuo sicut facit celeste corpus in elementa vel elementata vel ars medicine in egrum corpus: econuerso autem non patitur omne qđ agit: ⁊ sic dictum est ꝙ omnis passio magis facta abijcit a substantia ⁊ ꝙ actio ⁊ passio sunt inter contraria. ¶ Si autem modus agendi vel mouendi respiciatur tunc agens est mouens ⁊ econuerso: qđ vtriq3 est influens ei aliquod circa quod est motus vel actio: ⁊ quia hec rationem aliquantulum sapit. Ideo in rationali physice parte: motus in actione ⁊ actio in motu firmari dicitur: ⁊ in hoc modo mobile est patiens precipue sm̄ verbum grecum patiens qđ est recipere: quia sic recipiens ab aliquo est patiens. Aristo. tamen in libro ethicorum vult ꝙ actiuum principium sit omnium operum voluntariorum pertinentium ad mores ⁊ factiuum principium sit artificialium: sed sic non sumitur actio ⁊ factio generaliter s3 potius in materia ciuili tm̄.

Res per aliā intentionē agit ⁊ p aliam mouet.

¶ Cap. 8m. Ad quam causam reducatur faciens: ⁊ ad quam patiens.

Tex.c.55. H Is habitis ad propositu3 redeamus determinantes ad quā causam reducitur agēs: ⁊ ad quā causam reducitur patiēs: est eni3 effectiuum siue factiuu3 causa que dicitur vnde principiu3 motus id est efficiens que dicitur vnde principium motus: quia motus ad materie transmutationem sicut agens siue patiens. ¶ Causa enim que dicitur cuius gratia que dicitur causa finalis non est factiua que l3 moueat efficientem non tamen mouet materiam: nec mouet sicut principium vnde finitur motus mobili: sed potius per intentionem ⁊ rationem: quia ipsa videl3 est ratio quare efficiens facit: ⁊ quid per facere intendit cōsequi: ⁊ hoc patet quia finis inducitur per motum ⁊ factione3 ⁊ habito eo quiescit agens: ⁊ ideo sanitas quādo eger fit sanus a medico est nō factiua nisi per metaphorā dicat͛. s. q2 ratio est quare medicus facit: q2 facit ⁊ illius probatio est: q2 quando faciens est sm̄ actum faciens: tunc aliqđ generatur in patiente: sed talibus habētib⁹ sine formis sicut est sanitas presentibus sm̄ actum non generatur aliquid nec fit sed est iam in patiente quiescens: species enim ⁊ fines sunt habitus quidam quiescentes: sine in quibus quiescit materia: sicut autem factiuum ad agentem causam reducitur ita econuerso passiuum in eo qđ passiuum reducitur ad materiam: quia passio est imperfecta: quia speciem recipit facientis. Que autem sunt passiua siue actiua habent speciem in materiam sicut ignis in materia habet calidum si autem esset calidum separatum: tunc non pateretur sm̄ forma3: calidum impossibile est esse separatum: l3 hoc dixerint quidam: si autem quedam alia talia sunt que sunt separata in illis vtiq3 verum erit qđ dictum est sm̄ ꝙ agit impossibilia entia. ¶ Sed de hoc in prima philosophia erit locus determinare: quid ergo sit facere ⁊ pati in quibus existant: ⁊ quare ⁊ quomodo dictum est hoc modo.

¶ Cap. 9m. Q2 antiquissimi dixerunt ꝙ modus actionis ⁊ passionis est per poros.

Tex.c.56. C Um autem diximus quenda3 motū actionis ⁊ passionis qui sumptus est in genere ex parte actionis ⁊ passionis rursus dicamus in specie aliquādo qui erit sumptus ex parte actiuorum ⁊ passiuorum: sed qualiter veniat agens ad patiens vt imprimat ei formam suam ad quam intendit ipsum patiens transmutare: visum est autem aliquibus ꝙ vnumquodq3 qđ patitur patiat͛ per foramina parua que greci poros vocant. Ita ꝙ vltimum faciens qđ est proximum patienti ingrediatur per illos poros in patiens ⁊ vndiq3 contingat ipsum: ⁊ ideo vndiq3 patitur patiens ⁊ non in vno loco tm̄: ⁊ q2 visus ⁊ auditus sm̄ eos etiam effundantur super visibile per media que sunt inter videntem ⁊ rem visam. Ideo dixerunt etiam ꝙ per poros eorum corporum que sunt media sensuum: videmus autē3 ⁊ audimus ⁊ sm̄ alios sensus sentimus oēs: dicunt etiam ꝙ ideo plus videmus per aerem ⁊ aquas

⁊ per alia corpora transparentia: sicut est vitrum ⁊ cry/stallus: quia illa corpora plus habent poros qui pori quidem inuisibiles sunt propter paruitatem: sed ma/gis spisse positi sunt ⁊ magis sm̄ ordinem positi: ita q̄ porus in transparentibus sit iuxta porum ⁊ magis re/cte per illa transiens est porus. In alijs autem corpori/bus sunt tortuosi pori ⁊ inordinati: ⁊ ideo non trāsit ea visus. Antiquissimi ergo illa determinauerant vt di/ctum est.

¶ Cap. 10m. De opinionibus antiquoꝝ magis descēdē/tium ad spēm circa modū actionis ⁊ passionis.

Magis autem descendentes ad species agē/tium ⁊ patientium sicut Empedo. non so/lum dicunt poros esse in facientibus ⁊ pa/tientibus: sed etiam dicunt miscere ea so/la quorum pori adinuicem sunt commen/surabiles vt vnum in alium ingredi pos/sit: ita q̄ plurimum vnius sit in plurimo alterius ⁊ ecō/uerso: ⁊ quia non omnia talia sunt. Ideo non omnia omnibus misceri possunt. Viam autem que maxime est naturalis de omnibus naturalibus passionib⁹ vno ⁊ simili sermone enunciauerunt Democritus ⁊ collegā Leucippus quia fecerunt principium qđ est sm̄ natu/ram sicut supra diximus in sermonibus eorum de gene/ratione: quidam enim antiquorum sicut Melissus opi/nati sunt ex necessitate vnicum tm̄ ⁊ totum esse ⁊ imo/bile: dico autem totum ens esse vnum continuum: dixe/runt enim illi q̄ vacuum non est aliquid in rerum natu/ra: dixerunt enim non posse aliquid moueri nisi sit va/cuum extra res a rebus separatum in quo moueatur: hoc qđ mouetur: dixerunt etiam q̄ multa alia esse non possunt: quando non est aliquid segregans in terra: va/cuum autem dixerunt esse segregans. Et quia posset eis dici q̄ multa sunt se tangentia: ita q̄ in terra non sit vacuum segregans: dicunt q̄ hoc nihil differt quia continuum ⁊ contingens idem dicebāt esse: quia conti/nui partes se sm̄ istos contingebant. Dixerunt etiam q̄ nihil differt dicere q̄ sint multa: ⁊ q̄ sit vnum ⁊ q̄ di/catur esse vacuum: quia continuum ⁊ contiguum sunt vnum sm̄ istos nec multa sunt nisi sint diuisa: nec diui/duntur nisi per vacuum sed non est vacuum: ergo nec multa sed omnia continua sunt. ¶ Si enim dicatur q̄ ens vbiqʒ hoc est in omni puncto est diuisibile: tūc pos/sibile est accidere q̄ nihil sit vnum de rebus naturali/bus: sed multitudo componitur ex vnis: ergo nec mul/titudo erit igitur tunc totum erit vacuum in quo nec multa sunt nec vnum. Si autem dicatur totum ens con/tinuuʒ sm̄ aliquid esse diuisibile ⁊ aliquid non: hoc vti/qʒ videtur esse fictitium cum non sit magis ratio qua/re in vno puncto diuidatur q̄ͣ in alio vsqʒ ad quantum enim erit diuisibile ita q̄ non ibi stet diuisio: ⁊ quare ali/quid de vniuerso ente ita habet q̄ diuiditur ⁊ separa/tur per vacuum: aliud autem ita habet q̄ est plenum ⁊ non diuiditur ita q̄ vnum ab alio separatur per va/cuum. Amplius sic etiam necessariuʒ est accidere q̄ nō sit motio aliqua.

Tex. c. 57.

Tex. c. 58.

¶ Cap. 11m. Et est digressio ponens modos antiquoꝝ de poris: ⁊ q̄ ens sit vnum ⁊ immobile.

Attendendum hic q̄ rationes philosopho/rum de poris fuerunt iste: videbant enim q̄ totum passibile suscipit formam agen/tis: ⁊ quia antiqui formalem causam non bene intellexerunt. Ideo videre non pote/rant qualiter agens communicat patienti virtutem forme sine materia sua: ⁊ ideo opinati sunt agens per particulas materie intrare in partēs: ⁊ quia intrinseca est ei forma agentis. Ideo posuerunt q̄ po/ros intraret: ⁊ qꝛ non esset possibile quia poros nō ha/bet ⁊ difficulter passiue quia paucos vel non proportio/natos agenti poros habet. Et omnes isti supponebant esse vacuum intra corpus in poris corporis ⁊ extra cor/pus in spatio qđ separat vnum corpus ab alio ne tan/gat ipsuʒ nec continuatur ei. Melissus autem dixit ni/hil esse vacuum: ⁊ ideo destruxit omne antecedens ad vacuum: vnde sic arguebat si diuidatur continuuʒ dis/cretio erit inter diuidenda que erant partes continui: sed non est discernens nisi vacuum: ergo vacuum est: sed hoc est falsum: ergo non est discernens inter discre/ta: ergo totum remanet vnum indiuisum. Qđ autem non sit segregans sine discernens nisi vacuum sic pro/bat: vacuum opponitur pleno ⁊ ens non enti: sed omne ens est plenum ens: quia dicebat plenum idem q̄ rem plene. i. perfecte existentem: ergo nihil entium est vacu/um. Plenum autem a pleno non segregatur propter qđ plenum: ergo segregabitur per vacuum: sed vacuuʒ non est: ergo res a re non segregabitur: ergo res rei permanet continua. Qđ autem esset ens immobile sic arguebat. Si res moueretur aut est continua rei aut non est: si est continua sed mota sm̄ locum vna parte cō/tinui mouetur totum continuum: ergo vna re mota in mundo mouetur quicquid est in mundo qđ est incon/ueniens: ergo res non mouetur que est cōtinua rei: si au/tem non est continua: ergo cum mouetur de loco ad lo/cum: aut mouetur in plenum aut in vacuum: si moue/tur in plenum: ergo duo corpora erunt in eodem loco qđ est falsum. Si autem in vacuum ergo vacuuʒ est qđ falsuʒ est: ergo ens est vnum continuum ⁊ immobile.

¶ Cap. 12m. Q̄ dementie est simile dictum Melissi.

Habitis his redeamus ad propositum di/centes q̄ ex his vtriqʒ sermonibus patet q̄ transcendunt sensum discipuli Melissi ⁊ despexerunt eum ac si non esset conueni/ens sensum sequi contra rationem. Et di/xerunt omne qđ est vnum esse ⁊ imobile ⁊ infinitum: si enim finiretur tunc finiretur non scilicet ad plenum qđ est ens sed vsqʒ ad vacuuʒ: sed quia va/cuum non est ideo nihil finitur ad ipsum: ⁊ ideo ens est infinitum. Isti ergo propter has causas ita enunciaue/runt de veritate rerum. ¶ Amplius autem in sermone per rationem videtur eis hoc contingere que dicunt: sed si res ipse inspiciantur dementie simile videtur esse dictum eoruʒ ⁊ plus q̄ͣ dementes sunt: nullus enim vn/quā dementiuʒ tm̄ egressus est metas rationis q̄ ignē ⁊ glaciem extimauerit vnum esse: sed dementes aliqui inueniuntur qui propter assuetudinem decepti dicunt bona que in sensu bona apparent pro eo q̄ sunt dele/ctabilia sm̄ sensum esse vera bona ⁊ q̄ nulla differen/tia sit inter illa.

Tex. c. 59.

¶ Cap. 13m. De comparatione dictoꝝ que dixerunt di/uersi philosophi de facere ⁊ pati: ⁊ quis inter eos meli/us dixerit.

Si autem comparantur dicta antiquorum de facere ⁊ pati: tunc Leucippus extima/tus est habere sermones meliores alijs in hoc q̄ confitetur ea que ad sensum vera sunt: vnde non destruit generationem nec corruptionem nec motum nec multitudi/nem entium: ⁊ hoc quidem dicit: quia cōfitetur ea que conueniunt his que in sensu apparent: conuenit autem cum his qui dicunt vnum esse omne quod est sicut dicit Parmenides ⁊ Melissus: qꝛ dicit q̄ bene sequitur q̄ motio non est si vacuum esse non dicatur. Sed in hoc differt a Melisso ⁊ Parmenide: quia illi destruxerunt ꝯsequens scilicet vacuuʒ esse ⁊ concludunt oppositū an/tecedentis: scilicet motum non esse. Sed Leucippus ponit antecedens ⁊ infert ꝯsequens. s. motum esse ⁊ ex

Tex. c. 60.

hoc concedit vacuum esse: vacuum autem dicit esse sicut priuationem: ⁊ ideo simpliciter quidem est non ens: qꝛ non est aliqd entium sicut nec priuatio tamen est ens: qꝛ entis est sicut priuatio respectu habitus: vnde plenum dicebant esse principaliter ens: sed vacuum non esse principaliter: sed tamen non dicebant ꝙ omne tale qđ est sicut plenum esset vnū sed potius ꝙ alia infinita sunt multitudine ⁊ indiuisibilia diuisione physica propter paruitatem sui corporis sine sue quātitatis: ⁊ quia hic feruntur sine ambulant in vacuo ⁊ dicuntur athomi: dicunt enim vacuum esse sicut diximus: ⁊ dicūt ꝙ hec cum fiunt congregata faciunt generationem ⁊ dissoluta abinuicem faciunt corruptionem: ⁊ fm ꝙ existūt vndiqꝫ tangentia faciunt actionem ⁊ passionem: ⁊ fm ꝙ vnum subintrat in alio faciunt augmentum: ⁊ fm ordinem situm ⁊ figuras faciunt alterationem: ⁊ fm ꝙ quodlibet intrat in qđlibet faciunt mixtionem: dicunt enim Democritus ⁊ Leucippus ꝙ fm ꝙ talia sunt non sunt vnum: ⁊ ꝙ generationeꝫ faciunt fm ꝙ sunt composita ⁊ complicata: confitētur tamē

Tex.c.61. etiam ꝙ ex eo qđ fm veritatem est vnū qđ est id qđ oīno est indiuisibile actu ⁊ potentia nunqꝫ fit multitudo nec ex vere multis que discreta sunt ⁊ non actu nec potentia coniungibilia sicut indiuisibilia nunqꝫ fit vnum compositum ex illis numero vtrunqꝫ horum est impossibile: dicunt etiam isti duo viri. s. Democritus ⁊ Leucippus ꝙ patitur res per poros: sicut dicit Empedocles ⁊ alij de numero illorū philosophorum: ⁊ dicunt ꝙ omne pati ⁊ omne alterari hoc modo generatur ⁊ fit ita ꝙ fiat rei dissolutio ⁊ corporis per interpositionem vacui: quia vacuū interponitur rebus res intercipiendo: ita ꝙ pars huc pars autem illuc feratur. Similiter dicunt fieri augmentationem corporibus solidis paruis subintrantibus in rem que augef.

Tex.c.62. ¶ Fere autem ꝯtingit Empedoclem dicere qđ dicit Leucippus in hoc ꝙ indiuisibilia necesse est eum ponere. Dico autem fere quia Leucippus ponit athomos segregatos ambulātes in vacuo ⁊ athomos in corpore qđ constat que indiuisibilia inter porum ⁊ porum faciunt diuisionem. Sed Empedoclem contingit alterum horum dicere. s. athomos que diuidunt inter porum ⁊ porū quia aliter in omni re pori essent continui hoc autem est impossibile. Tunc enim corpus soliduꝫ nihil esset preter poros: sed totum esset vacuum: ergo nihil esset qꝛ vacuum est sicut non ens vt dicit Leucippus: necesse est ergo athomos esse se tangentes inter poros: media autem athomorum esse vacua que Leucipp⁹ dicit esse poros: fere ergo Empedocles dicit sicut Leucippus de facere ⁊ pati. Modi ergo fm quos vt dicunt antiqui hec quidem faciūt: hec autem patiuntur fere sunt qui dicti sunt. Dico autem fere propter Platoneꝫ de quo infra faciam mentionem ⁊ manifestū est quid ⁊ quomodo de his dicant.

¶ Cap. 14m. Qui philosophorꝫ magis ex dictis suis possunt causare nāta que sensus confitetur esse.

Tex.c.62. Que autem in physicis ⁊ ad sensum confitētur quedam plus sequūtur quorūdam positiones ⁊ quorūdam minus: verbi gratia: minus eniꝫ sequitur ad positionem Empedo. quomodo erit generatio ⁊ corruptio: qꝛ hoc ex dicto suo non est manifestum. Democrito enim ⁊ Leucippo ponentibus prima principia esse corpora indiuisibilia que differunt formis siue figuris manifestum est qualiter fiunt: eo ꝙ confessa sunt in naturis: qꝛ constantibus his res generantur ⁊ dissolutis corrumpuntur ⁊ alterantur ⁊ patiūtur ⁊ augentur sicut supra diximus. Empedocli autem non contingit esse manifestum qualiter hec fiāt: qꝛ ipse bene causabit ex dicto suo generationem ⁊ corruptionem eorum que fiunt ex elementis: sed cuꝫ ponat illa esse non ex alijs nec ex inuicem non ponit ipse ex dicto suo causam differentie vnde generetur elementorꝫ coacetuata quātitas: qꝛ athomos non ponit: nec ponit ꝙ sit aliquod elementum vnde generatur ignis vel aliqđ aliorꝫ elementorꝫ sicut Plato in timeo scripsit aliqua elementa esse horum corporum. s. ignis aque

Tex.c.63. ⁊ aeris ⁊ terre. In tribus enim differunt vt non eodem modo Plato Leucippo dicat: qꝛ Leucippus quidem dicit prima esse solida corpora athomalia. Plato aūt dicit planities siue superficies indiuisibiles. Et Leucippus dicit ꝙ vnū quodqꝫ corporum athomorꝫ terminatur infinitis figuris. Plato autem dicit ꝙ figure planitierꝫ sunt terminate ⁊ finite: quia generātur omnes ex triangulo modo supradicto. Sed tamen vterqꝫ tam Plato qꝫ Leucippus dicunt indiuisibilia que figuris sunt determinata ex quibus fit generatio congregatione ⁊ corruptio segregatione. Et Leucippo quidem duo modi erunt quibus fit actio ⁊ passio. s. per tactū agentis ⁊ patientis: ⁊ per vacuꝫ qđ est porus. Platoni aūt tm̄ vnus istorum modorum relinquitur: qꝛ superficies mathematica non est porosa: ⁊ ideo non fit actio fm eū nisi per tactum: ⁊ nos in prioribus sermonibus tertij libri celi ⁊ mūdi diximus de planitiebus. Qđ aūt ꝯtingit dicere de corporibus indiuisibilibus nunc dimittatur.

¶ Cap. 15m. Utrum indiuisibilia sint principia ⁊ cause actionis ⁊ passionis sicut dixerunt Democritus ⁊ Plato.

Tex.c.64. Licet autem nos hic disputemus vtrum vacuū sit causa actionis ⁊ passionis qđ antiqui ponebant in corporibus porosis: tamen digressionē faciemus ad inquirendum de ipsis indiuisibilibus parum tamen digrediemur: qꝛ non inquiremus de natura indiuisibiliū: sed tm̄ vtrū sit causa actionis ⁊ passionis. Dicimus enim qm̄ vnūqđqꝫ indiuisibilium necessarium est etiam dicere impassibile: dicunt enim antiqui ꝙ passio non fit nisi per vacuum qđ est in poris corporis: ita ꝙ vacuum pororum causa sit actionis ⁊ passiōis. Et nos dicimus ꝙ nec causa est actiōis nec passionis nec etiam dispositio. ¶ Omne enim qđ est causa actionis vel passionis est durum vel frigidum vel aliqua qualitate dispositum. Sed vacuum cum sit priuatio ⁊ non ens respectu pleni nulla earum qualitatum est dispositum: ergo nec actiuum nec passiuum: hoc autem dicimus qꝫuis etiam dictum eorum de indiuisibilibus sit inconueniens:

Tex.c.65. dicūt enim ꝙ caliditas datur sola inter actiuas qualitates figure circulari athomorum: qꝛ ponebant celum esse ignem purum: qꝛ videbant esse circulare. Si enim dant calidum circulari figure: necessarium est ꝙ alicui figurarum angulosarum sicut quatrilatere vel alij dent frigiditatem. Si autem concedunt has duas qualitates esse in athomis: tūc etiam debēt concedere consequentes earum esse in eis quales sunt grauitas ⁊ duricies: leuitas ⁊ mollicies: ⁊ alie huiusmodi qualitates.

Tex.c.66. Est autem iterum inconueniens dictum Democriti cum cōcedit in athomis vnuꝫ esse grauius altero: sicut apparet in radio solis qꝛ vnus athomus descendit magis qꝫ alius: si enim vnus est grauior altero: qꝛ leue est leue per caliditatem que rarificat partes materie sue ⁊ facit ipsum leue. ¶ Cum autem talia sunt si diceretur ꝙ nō pateretur adinuicem esset hoc impossibile: patitur enim leuiter calidum a multo calido non inquantum sunt similia in calido: sed inquantum excedens est magis calidum ⁊ excessuꝫ est plus fri-

Tex.c.67. gido permixtum. ¶ Similiter si durum dicit esse Democritus necesse est ꝙ dicat etiam molle esse in athomis. Molle enim naturali impotentia resistendi tactui passiuum est: ⁊ inquantum est humido infusum sit subactiuum: dico auteꝫ subactiuum: qꝛ per humidum actiuum qđ non simpliciter actiuum est: sicut calidum ⁊ frigidum. Et propter hoc dictū iterum sequitur athomos esse actiuos ⁊ passiuos: ⁊ ex omnibus his dictis que perfecte dicit Democritus vel sequitur ex dictis suis vt habitum est. Necesse est ꝙ Democritus dicat ꝙ athomi sunt actiui ⁊ passiui: ⁊ si hoc ipse concesserit propter duas rationes: tamen hoc impossibile est ⁊ inconueni-

Tex.c.68. ens. In athomis enim aut ponitur figura sola: aut cum figura qualitas actiua aliqua aut passiua. Si ponitur in eis figura sola tunc non erunt actiua nec passiua: quia figura neutrum est: quia aliter mathematica agerent ⁊ paterentur. Si autem cum figura in athomis ponitur qualitas aliqua aut vna erit illa in quolibet athomo aut plures: si vna cum athomus sit principiuꝫ vt dicunt illa erit immobilis ab ipso ita ꝙ calidum semper est calidum: ⁊ frigidum semp est frigidū: ergo vna natura materialis non erit athomis subiecta:

qꝛ materia variatur de ꝯtrario in contrariū qͦ ſm dicta nō faciunt athomi qͦ est impossibile: semper enim erit vna nā materialis subiecto ꝯtrarijs. Si aūt multe qualitates isunt vni athomo que quidem sint actiue ⁊ passiue ille sine dubio erūt ꝯtrarie: qꝛ actio ⁊ passio erūt iter ꝯtraria: ergo ꝯtraria sunt in eodē indiuisibili: ergo ꝯtraria insunt eidem ſm idez qͦ itez est impossibile: vnde si patiatur athomus ſm ꝙ infrigidatur ſm id patietur ⁊ aliud.s. calorem qͦ falsum est. Et eodez modo est de passionibus alijs actiuis ⁊ passiuis: ergo lꝫ ipse indiuisibilia dicat esse actiua ⁊ passiua: sequitur tamen ea esse nec actiua nec passiua. Illud aūt inconueniēs [Tex.c.69.] non simpliciter tm̄ ꝯtra Democritū. Sed etiam ꝯtra Platonem qui dixit indiuisibiles planities esse principia: dixit enim Plato non esse vacuum indiuisibilibus planitiebus: ⁊ qꝛ ſm eos non fit rarū nisi vacuū interponatur partibus corporis sequitur ꝙ non ente vacuo non generatur aliquid rarius vel densius: sunt autem rarum ⁊ densum prima ꝯtrarietas ex parte materie: cum ergo ille non sint consequentes etiam non sunt: ergo nulle sunt in corpore qualitates actiue vel passiue: ergo nec agit nec patit aliquid indiuisibiliū quā [Tex.c.70.] do vacuum non ponitur esse in ipso. Si aūt dicat aliquis ꝙ athomi parui sunt indiuisibiles ⁊ magni non sunt indiuisibiles hoc erit incōueniens: vez enim est ꝙ rōnabilius ⁊ facilius magna diuidunt ꝙ̄ parua: qꝛ magna facilius dissoluūtur ꝙ̄ parua: ideo qꝛ magna componunt ex multis ⁊ parua ex paruis: sed indiuisibile dicit vniuersalr̄ indiuisibile: qꝛ nō est paruū: ⁊ ideo diuisio magis est ex istis magnis ꝙ̄ par [Tex.cō.71.] uis: sed tamen existit vtrisqꝫ. ¶ Amplius aūt aut etiam illa oīa indiuisibilia solida existunt vnius nature: sicut si essent ignea vel terrea: aut sunt diuersaꝝ naturaꝝ: si aūt sunt vnius nature siue vnius speciei ſm q̄ālitatē quid erit tūc diuidens ⁊ discontinuans ipsos athomos: quare non accidit eis sicut in aqua: cum enim vna pars tangat aliam statim ꝯtinuatur ei: simplr̄ enim cum vnus athomus tangit alium statim cum eo debet continuari: posterior enim non differt a priore nisi in natura formali. Si aūt sunt diuersaꝝ naturarū siue specieꝝ quales sunt ille species: cum enim ille nature faciant athomos diuersos ⁊ discontinuos ipse sunt ante ea ſm naturam: ergo ille non magis sunt ponende cause ⁊ principia rerum que fiunt ex athomis ꝙ̄ figure athomoꝝ quas [Tex.cō.72.] principia dixit esse Democritus. ¶ Amplius hoc videt esse inconueniens super hoc ꝙ ea que differunt natura ⁊ forma agunt ⁊ patiuntur abinuicem cuꝫ sibi approximant: nature ergo ille erunt principia actionis ⁊ passionis ⁊ non figure.

¶ Cap. 16m. Utruꝫ indiuisibilia mouentur in vacuo sicut dixit Democritus.

[T.cō.73.] Quia etiam Democritus hic dixit īdiuisibilia ferri ⁊ moueri in vacuo: queramus qd ea moueat: aut eniꝫ indiuisibile mouetur a se vel ab alio: si ab alio tunc ipsum est passiuum: ergo nō principium actionis: sed potius mouēs ipsum est principium actionis: si aūt mouet ipsum se vnūqͦdqꝫ aut diuisibile erit aut ſm aliud mouet: ⁊ hoc est contra hypothesim aut ipsum est indiuisibile: ⁊ tunc cū moueri suum ⁊ mouere sint ad formam agendo ⁊ patiēdo erit hoc ipsum indiuisibile ſm id agens ⁊ patiēs: sed actio ⁊ passio sunt ꝯtrarioꝝ: ergo idem indiuisibile in eodem habebit [Tex.cō.74.] contraria qͦ est impossibile. Adhuc ſm hoc materia ꝯtrarioꝝ nō tm̄ erit numero ⁊ subiecto vna sed etiam in potētia disposita qͦ est impossibile: ergo nō mouetur in vacuo.

¶ Cap. 17m. Qꝛ pori nō sunt causa actionis ⁊ passionis.

[Tex.cō.75.] His habitis de corporibus indiuisibilibus veniamus ad opinionem de poris ⁊ ostēdamus ꝙ non sunt necessarij ad actionē ⁊ passionem: quodcūqꝫ eniꝫ dicūt ꝯtingere passiones ex hoc ꝙ actiuum mouetur in poris passiui: sed cum hoc dicant ꝙ res etiam adhuc patitur cuꝫ impleti sunt pori necesse est eos concedere ꝙ pori sunt superflui: si enim aliquod totum ita patitur qͦ in poris tangit ipsum actiuum qͦ subintrauit in ipsum: tunc id patitur per tactuꝫ actiui ⁊ non propter porum: ergo etiam si nō habeat poros sed sic totum continuum ens patietur eodem modo propter [Tex.c.76.] tactum actiui. ¶ Amplius autem quomodo contingit ſm istos dicere de videre ⁊ inspicere ⁊ de alijs sensibilibus cum per transparentia fiant sensus. Non enim possunt dicere ꝙ sentiens ſm tactum transeat per transparens vt perueniat ad rem sensatam: qꝛ quidam sensus fiunt per distātiaꝫ. Nec iterum possunt dicere ꝙ sensus fiat per poros si plenus esse dicatur quisqꝫ pororum: plenos enim poros nihil differt aut poros habere qꝛ totum corpus transparens sic erit plenum. Si autem aliquis dicat ꝙ pori corporuꝫ transparentiū sunt vacui: aut ergo possunt in se recipere corpora aut non: si possunt recipiant ergo tunc sequitur idem qͦ prius.s. ꝙ nō semper contingat videre per transparens: qꝛ impletis poris nihil videtur. Si aūt pori corpoꝝ transparentium tales sunt ſm magnitudinem: qꝛ non possunt suscipere corpus implēs ipsos poros: hoc ridiculosum est.s. vt dicatur paruum foramen est qͦ porus dicitur sicut vacuum magnum aut spatiū non sit vacuū sed impletur corpore subintrante in ipsum: qꝛ qualecunqꝫ est vacuum id habet suum proportionabile implementuꝫ. Est etiam contra rationem hanc vacui pori: qꝛ vacuum nihil est nisi regio siue spatium corporis alicuius susceptiuū: quapropter manifestum est: qm̄ omni corpori in tumore sue quantitatis simile erit vacuum si vacuuꝫ esse supponatur: vniuersaliter autem superfluum est dicere propter actionem ⁊ passionem esse poros: aut enim faciens facit ſm tactum aut non ſm tactum: si non ſm tactum facit ergo non facit intrinsecus in poris tangens: ergo porus non est causa passionis. Si aūt faciat ſm tactum ergo ꝙ̄uis non sint pori dūmodo actiuum tangat passiuum: ⁊ sint innata agere: ⁊ pati adinuicem fiet actio ⁊ passio. Quoniā igitur ergo ita dicere esse poros vt quidam eos esse extimant: aut mēdaciū esse aut inutile ad causam actionis ⁊ passionis manifestum est ex dictis.

¶ Cap. 18m. Qꝛ pori nō sunt causa diuisionis corporum.

Ostendemus autē ꝙ nec sunt causa diuisionis corporum: cum enim omne corpus sit diuisibile ⁊ physicum ⁊ mathematicuꝫ. Cū mathematicum poros non habeat ridiculum est poros dicere causam diuisionis: qꝛ corpora possunt separari ſm illud ſm ꝙ sunt diuisibilia: hoc autē non est vacuum in poris: qꝛ aliter mathematica non erunt diuisibilia.

¶ Cap. 19m. Et est digressio determināns qualiter pori faciūt ad actionem ⁊ passionem: ⁊ qualiter ad diuisionem.

Attendendum hic ꝙ corpus mathematicum non habet poros: physicum aūt non omne necesse est habere poros: sꝫ tm̄ id ex quo aliquid respirat vel subintrat: ⁊ ideo corpus humiduꝫ aut poros non habet cum in se terminari non possit: aut si habet continue delētur pori eius: pori aūt in quibus sunt ad facilitatem faciunt passionis: sed passionis non sunt causa: sic similiter ad facilitatem faciunt diuisionis: tamen diuisionis non sunt causa. Si autem vacui dicerentur esse pori: tunc adhuc minus essent causa diuisionis ⁊ passionis.

¶ Cap. 20m. Qualiter actio ⁊ passio sunt ſm veritatem.

[Tex.c.77.] Quia autem nos iam diximus opinionē aliorum circa actionem ⁊ passionem. Dicamus quomodo existat generare ⁊ facere in patientibus ſm veritatem: facere eniꝫ propter generari ⁊ pati propter generari. Dicamus autem de facere ⁊ pati accipiētes pro principio actionis ⁊ passionis id qͦ multotiens dictum est: hoc autem est ꝙ vnum est potestate ⁊ aliud actu est. Cum enim omne qͦ est potestate sit receptiuum forme alicuius per hoc ꝙ est potestate: receptiuum autem alicuius forme est receptiuuꝫ ipsius alio quodam agente in ipsum: constat omne id qͦ est in potentia esse passiuum: quia hoc est passiuuꝫ formam aliquam quam recipit ab alio: id autem qͦ est actu principiuꝫ est actionis: quia actio ipsius est ab actu eius ⁊ non diceretur actio nisi esset ab actu: ⁊ ideo actus ſm ꝙ est principium actionis perficit actum: qͦ per se ⁊ non per accidēs est actiuum: id est qͦ est actiuum ⁊ generatiuum illius forme: quia ipsum est in actu: vnde patet ꝙ potentia est principium passionis ⁊ actus est principium actionis: tale autem corpus quod potestate est passibile est ⁊ non innatum compati: tamen non pati.i. ſm vnam partem pati ⁊ ſm aliam non

pati sicut dixerunt qui poros indiuisibilibus corporibus interceptos in corporibus esse dixerunt. Hij enim dixerūt ꝙ in poris patitur corpus: sed non in partibus indiuisibilibus que interponuntur poris: sed potius porus est corpus passibile vbiqꝫ id est in omni parte est passibile inquantum est in potentia ⁊ minus vel magis passibile inquantum est in potentia magis ⁊ minus. Et si aliquis dicat potentiam inesse magis passibilibus: hoc non erit verū nisi vno modo qui est sicut in metallis vene neruales in terra vel in lapide sunt extense que passiue sunt a proprio actiuo quod agit ad formā vel ad speciē metalli in vena illa ⁊ non in lapide vel in terra circunstantibus qꝛ non nisi in vena illa inuenit suū proprium passiuum: sed tunc vena vel foramen nō est causa passionis sed potius dispositio materie que a tali actiuo passibilis est ⁊ non ab alio. Id aūt qđ totum est continuū non est passibile a seipso: qꝛ nō est ratio quare vna pars eius agat ⁊ alia patiatur: qꝛ partes cōtinui sunt homogenee. Similiter autem que non appropinquāt sibi in se vel in alijs nō agunt ⁊ patiuntur in se adinuicē: ⁊ dico ꝙ propinquare sibi in alijs quādo primum agens ⁊ vltimum patiens non sunt imediata sed est quoddam in medio qđ agit ⁊ patitur: sicut quando ignis calefacit corpus nostrū: tunc enim aer patitur ab igne ⁊ agit in corpus nostrum: ⁊ sic est innatum facere ⁊ pati.

Tex.c.78.

Cap. xi^m. Q nullum corpus tum sit diuisibile tum indiuisibile: ⁊ tamen passibile: ⁊ tum impassibile fm diuersas partes eius.

Tex.c.79.

Quod autem quidam existimant aliquam rem aliquando pati qđ in principio diximus: hic enim determinandū ⁊ ostendendum: quoniā est falsum: si enim concederent ꝙ corpus vel magnitudo non vbiqꝫ esset diuisibilis sicut illi dixerunt ꝙ diuidit in poros ⁊ non diuidit in corporibus indiuisibilibus que poris interponuntur: tunc esset verum ꝙ corpus non vbiqꝫ in omni parte sua est passibile: ideo etiam si esset verū ꝙ nihil esset ꝯtinuum: qꝛ continuum lꝫ continue ad indiuisibile non tamen est ex indiuisibilibus. Si aūt est mendacium hoc qđ dicūt sicut supra ostēdimus: ⁊ omne corpus diuisibile: tunc nihil differt dicere ꝙ diuidatur vel ꝙ sit diuisibile vel ꝙ tangat vel ꝙ sit tangibile. lꝫ enim in poros tunc diuidatur: tamen est diuisibilis in partibus que poris interponunt: qꝛ ille non sunt indiuisibiles ⁊ similiter est tangibile in illis: ⁊ ita fm totum est diuisibile ⁊ tangibile ⁊ passibile. Si enim corpus potest segregari fm superficies in quibus est tactus vt inquiunt quidam Platonici: si nōdū est diuisum est tamen diuisibile ⁊ posito in esse nō accidit īpossibile. Similr etiā si diuisibile sit in partes posita diuisione in actu nihil sequit impossibile.

Cap. xii^m. Q actio ⁊ passio non fiunt per poros scissis corporibus.

Quod autē vniuersalr passio hoc modo fiat in rebus que quidam dicunt ꝙ generant scissis siue separatis corporibus per poros est inconueniens. Destruit enim hic modus alterationem in qua tamen saluatur actio ⁊ passio.

Tex.c.80.

Videmus enim ꝙ idem corpus continuū manens: quandoqꝫ quidem est humidum liquidum ⁊ quādoqꝫ coagulatur sicut glacies ⁊ aqua fluida ⁊ patit hec aqua sine diuisione ⁊ sine compositione ⁊ sine conuersione suarū partium ⁊ absqꝫ tactu diuerso in ordine cōponentium partium: qꝛ eodem modo remanent saluate in continuo: sicut Democritus dixit fieri alteratione ex diuerso ordine athomorum: non enim ipsum continuum traductum in alteratione nec transpositum diuerso situ partium in toto nec trāsmissum per liquefactionem quando ex humido fluido fit coagulatum: ⁊ ideo alteratio fieri potest eodem modo in materie partibus manente cōtinuo. Si autem dicit aliquis ꝙ lꝫ partes continui non transponantur vt diuidat: tamen indiuisibilia ex quibus fit continuum mutantur in tali alteratione quando fit coagulatum ex humido: qꝛ tunc amittit indiuisibilia liquida fluida ⁊ acquirit indiuisibilia dura ⁊ coagulata: hoc patet esse falsum. Indiuisibilibus enim tumori indiuisibilium corporū non vere insunt dura ⁊ coagulata qꝛ talis passionū indiuisibilia non sunt susceptiua vt diximus sed totum fm vnū modū manens in partibus ⁊ fm partiū in toto quandoqꝫ est humidum ⁊ quandoqꝫ coagulatum ⁊ durum: ergo si diuisione pororū est alteratio ⁊ si diuidat res ⁊ transponantur partes non manet ꝯtinuum vnum: ⁊ ideo tunc non est alteratum sed corruptum.

Tex.c.81.

Et ideo hic modus destruit etiam augmentationē ⁊ diminutionē: qꝛ si partes actiui intrant poros passiui: tunc id in qđ intrat non erit maius fm vnāquāqꝫ partem que fuit vna ꝯditio augmenti sed tñ erit appositio sibi facta in poris ⁊ id qđ intrat non transmutat totum: qꝛ partes inter poros inter se causantes eodem modo manent quo prius ⁊ etiam non erit transmutans fm se: qꝛ id qđ augetur non cōuertit ad se qđ intrauit in ipsum: sed tñ pori eius sunt pleni illo corpore qđ intrauit: dictum est ergo quid est generare ⁊ facere ⁊ pati fm veritatem: ⁊ quomodo quidam inquiunt ꝙ contingit ⁊ non est verum ꝙ ita contingat vt dicunt. Relinquitur autem videre de mixtione fm eundem modum artis: qꝛ mixtio tertiū erat eorū que sunt que supra proposuimus pertractanda ante generationem elementorum.

Tractatus sextus de mixtione.

Cap. i^m. De intentione tractatus: ⁊ de ratione eorū qui dixerunt non esse mixtionem.

Tex.c.82.

Scrutanduꝫ est quid sit Mixtio ⁊ qd est miscibile: ⁊ hoc est querere qua rōne quodlibet de numero entiū existit: scđo que contingunt misceri. In tertio queremus quomodo est mixtio. Amplius ante hec omnia queremus vtrū est mixtio ⁊ an mendacium est mixtionem fieri per materiam: dicunt enim quidam ꝙ non est impossibile. Quedam alijs misceri vtentes hac ratione: quia cum conueniunt ea que misceri debent aut manent sicut prius in forma ⁊ specie: aut non manent eodem modo in forma ⁊ specie ante ⁊ post: sed corrumpuntur vel ambo vel alterum eorum: si manent eodem modo in forma ⁊ specie ante ⁊ post: tunc magis sunt mixta postꝙ coniuncta sunt ꝙ fuerunt ante commixtionem. Si ambo vel alterum non manet sed corrumpitur: tunc est generatio ⁊ non mixtio: que enim nullatenus sunt entia ⁊ manentia non sunt mixta sed corrupta.

Cap. ii^m. Que sit differentia mixtionis ad alios motus: qꝛ ab hoc dependet solutio prius habite dubitationis.

Tex.c.83.

Antequā soluamus hanc dubitationē dicemus ꝙ per ea per que probant isti suam intētionē: videt ꝙ iste sermo eorū querit quomodo mixtio differt a gñatione ⁊ corruptione: ⁊ in quo differt miscibile a gñabili ⁊ corruptibili. Manifestū est enī ꝙ si est mixtio: tūc opꝫ eā differre a gñatione ⁊ corruptione ⁊ alijs mutationibus que sunt ad formas. s. ab augmentatione: ⁊ quādo ista differētia erit manifesta tūc soluet questio. Est aūt differentia mixtionis ad gñationē qꝛ mā ⁊ forma sunt principia entis gñati: ⁊ mā non dicit misceri generabili: sed potius effici in actu per formaꝫ ipsius: sed materiā in qua generat ignis: nō dicimus misceri igni vel forme ipsi⁹: nec dicimus misceri ligna cū exardet qꝛ nullo modo manet ligna: nec dicimus materiā ignis misceri particulis ignis vel ipsi igni sicut dicimus ꝙ vnū miscibile miscet particulis alterius miscibilis ⁊ ipsi miscibili sibi coniuncto: sed dicimus materiā ignis. s. ligna vel aliud corrūpi ⁊ ipsum ignem gñari: ergo mixtio nec corruptio est nec gñatio: fm eūdē modū aūt nō dicimus cibū misceri corpori: qꝛ cibus trāsit in corpus qđ manet fm formam: sed neutruꝫ miscibilium ita manet ad modū corpus cibatum. s. indiuisum specie nullo modo alteratuꝫ: ⁊ sic patet ꝙ mixtio differt a nutrimēto ⁊ augmēto: differt etiā ab alteratione: si enī nos ꝯsideremus in artificialibus cera nō miscet figure sigilli nec figura miscet quātitati siue tumori qꝛ vtrūqꝫ indiuisuꝫ manet indiuisuꝫ ⁊ a specie nullo mō alteratū: ⁊ si ꝯsideremus in naturalibus cuꝫ non dicimus ꝙ albedo misceat corpori qđ est album: qꝛ passiones ⁊ habitus formarū accidentaliū nullatenus possibile est mixtas esse reb⁹ in qbus sūt sicut in subiectis: qꝛ non diuidunt nec plurimū pticulare accidētiū pōt esse cū plurimo pticulari subiecti nec in vnū alterat actiue alterū nec passiuū vtrūqꝫ ab vtroqꝫ si videntur ambo saluata.

Similiter si consideremus accidentia inter se vnum nō misceretur alteri: quia si misceretur tunc ea que maxime distant maxime miscerentur: quia mixtio est contrariorum: maxime autem distant accidens corporale ⁊ accidens spirituale: ⁊ tamen non miscentur quia disciplina ⁊ album non dicitur misceri nec aliquod aliud accidens eo ꝙ non separatur a subiecto: quia omnia miscibilia primo sunt separata ⁊ post mixtionem separari possunt: ⁊ ideo non bene dixerunt quidam qui dixerunt ꝙ omnia scilicet substantia ⁊ accidētia aliquādo simul fuerant mixta: quia non omnis res omni rei miscibilis est: sed oportet ꝙ vnum miscibilium separabile sit ab alio: passionum autem ⁊ vniuersaliter accidentium nullum est separabile.

¶ Cap. 3m. De solone prime dubitationis. s. an est mixtio.

Tex. c. 84.

His autem prelibatis soluemus questionem dicentem: quoniam entium hec quidem sunt potentia hec quidem actu: vnde mixta postꝗ̄ mixta sunt contingit aliqualiter esse ⁊ aliqualiter non esse in mixtura ipsa: sm actum enim animal ab omnibus mixtis siue miscibilibus generatur siue fit ab ipsis: sed ipsum est potentia alterutrum eorum si duo sunt siue quodlibet eorum si plura conueniunt ad mixturam que quidem fuerant anteꝗ̄ miscerentur alteratis ipsis sm qualitatem partitis ipsis siue ipsis diuisis in quantitate: ita ꝙ plurimum vnius sit cum plurimo alterius: hoc enim qualiter in mixto manerent miscibilia que sunt supra habitus sermo qui videbatur probare non esse mixtionem. Nos enim videmus ꝙ ea que miscentur conueniunt ex prius separatis ⁊ postꝗ̄ conueniunt rursus aliquando separabuntur: quia leuia ascendunt aliquando ⁊ grauia descendunt: vt in celo ⁊ mundo determinatum est: non ergo manent mixta inalterata ⁊ non diuisa sicut corpus ⁊ album nec alterum nec ambo corrumpūtur omni modo sicut in generatione ⁊ corruptione. Saluatur enim virtus eorum: ⁊ ideo que ad hanc questionem pertinent nō relinquantur.

¶ Cap. 4m. Et est digressio determināns qđ mouet ad mixtionem: ⁊ ꝙ mixtio est naturalis.

Attendendū hic ꝙ dubitatio ista est super duo fundata. s. qualiter veniant ad mixtionem elementa: ⁊ qualiter manent in mixto: ⁊ de primo scias ꝙ sm dicta philosophoꝝ primū mouens elementa ad mixtionem est immiscibile: ⁊ hoc est totum mundum mouentia ⁊ ordinātia quēadmodum docet Aristo. Spera enim solis in qua fons caloris est nata mouere ignem: ⁊ spera lune nata est mouere aquam per qđ mare ingreditur ⁊ egreditur ad quātitatem ⁊ etatem lune. Spere autem quinque planetarum. s. Saturni Iouis Martis Veneris ⁊ Mercurij mouent sperā aeris: vnde motus aeris mori sunt diuersi sicut diuersus est valde motus dictorum planetarum: ⁊ est in aere frigus congelatiuum ex spera Saturni: ⁊ estus est spera Martis: ⁊ tēperies in frigido ex spera Veneris: ⁊ cōmiscibilitas ⁊ passibilitas facilis ex spera Mercurij. Spera autem stellarum multarum que est octaua in qua sunt multe imagines ⁊ figure mouent terram: vnde etiam in ipsa figurantur imagines multe in generatis: lʒ ergo leuia nō descendant ex se nec grauia ascendant ex se: tamen ex motoribus vniuersalibus mouentibus ⁊ ordinantibus mundum aliquando descendunt leuia per quendam modum ⁊ ascendunt grauia per modum alium quem infra dicemus: huius autem exemplum cōueniens est in qualitatibus actiuis ⁊ passiuis corporis animati. Non enim in homine vel alio animato semper mouetur sm naturam calidum per naturam ⁊ motum ignis: nec agit actum ignis omnino: sed potius mouetur ad id ad qđ dirigitur ab anima ⁊ agit ad terminum ⁊ finem iniunctum. Aliquando sicut dicit Arist. contra Empedo. in secūdo de anima. ¶ Cum igitur motus celi sicut motus sapiētie sit sicut dicit Messalach in libro de spera mota: ⁊ cum ad motū celi reducatur omnis motus qui fit in elementis ⁊ elementatis: sicut dicit Auerrois supra octauo phyꝛsicorum. Ideo dictum est ab Aristo. ꝙ opus nature est opus intelligentie: ⁊ hoc dictum sit mouente in genere primo corporum: qꝛ mouens ante hoc est motor orbis qui planes ⁊ applanes vocatur ab Aristo. in vndecimo prime philosophie. s. diurnum ⁊ erraticum: si autem queratur de motore coniuncto dicit ꝙ calor solis sicut dicit Arist. in libro methcororuʒ: mouet terram ⁊ aquam ⁊ eleuat inde duos vapores: quoniam quantum dat terre de natura aeris cum facit ipsam vaporosam tantum dat ei de motu ⁊ loco aeris ⁊ terre sic vaporaliter accepte naturale est ad aerem ascendere ⁊ ibi cum aere miscetur ⁊ in ea sunt quedam partes ignite ex calore solis ⁊ similiter de aqua vaporali. Similiter autem aer frigido spissatus tendit ad terram nec hoc est contra naturam aeris sic accepti. Et sic patet qualr in medio loco regionis sunt partes ignee ⁊ aeree ⁊ aquee ⁊ terree ⁊ mouentur ad se inuiceʒ descendendo ⁊ ascendendo. Sunt etiam quedam partes ignis in vaporibus pluuialibus ⁊ in rore descēdētibus quas vapores accipiūt in regione aeris calefacta que dicitur estus: sicut patet a subcadente ⁊ in omnibus alijs vaporibus: huius autem signum est ꝙ aque pluuiales sunt vaporose calide stiptice: ⁊ sic iterum cum pluuia ⁊ rore ⁊ alijs descendunt partes ignite ad locum mixtionis. Ex his patet ꝙ ad mixtionem non mouet violentia sed natura: ⁊ ideo mixtio est naturalis.

Aque pluuiales sūt calide vaporose ⁊ stiptice.

¶ Cap. 5m. Et est digressio declarans qualiter elemēta manent in mixto.

De secūdo autem quesito. s. qualiter mixtibilia sunt in mixto attēde ꝙ sicut dicit Auic. duplex est esse elementorum. s. primum ⁊ scđm: primū autem est esse quod habent in operatione qualitatum suarum que sunt proprie ipsis ⁊ fluunt ab essentijs ipsorum que sunt calor frigus humiditas ⁊ siccitas. Dicendum ergo ꝙ quo ad esse scđm nō manent elementa omnino: primum autem esse dupliciter dicitur liberum ⁊ integrum vt ita dicam ⁊ ligatum ⁊ partitū: liberum autem ⁊ integrum voco quando ignis vel aliud elementum accipitur per se sicut sunt elementa in suis speris ⁊ locis naturalibus. Ligatum autem voco quando non est ab alio alteratum ⁊ aliud alterans ⁊ diuisum in ipsum ⁊ ecōuerso: ita ꝙ plurimum vnius sit cum plurimo alterius: ⁊ sic manent elementa in mixto quo ad esse primum. Et ideo dicit Arist. ꝙ virtute manent virtute inꝗ̄ que fluunt a tali essentia elementi quam habet in mixto.

¶ Cap. 6m. Et est digressio ex dictis declarans differentiaʒ mixtionis ab alijs motibus.

Et ex hoc vlterius pꝫ differētia gñationis ⁊ mixtionis: qꝛ in gñatione ꝯtrariū agit ad suū contrariū destruēdū: ita ꝙ corruptū ꝯtrariū nullo modo saluatur nec pmanet in mā corrupti: nec pmanet in mā gñati: sed in mixtis ꝯriū non agit ad destructionē oīmodā ꝯrij sed alterat ipsuʒ: ita ꝙ partim saluatur in mā alterati: ⁊ partim in mā alterātis. verbi gratia: calidum in mixto alterat frigidū ⁊ alteratur ab ipso: ⁊ ideo frigidi pars est in mā calidi inquantū eā alterat ⁊ partim in ppria ⁊ ecōuerso est de frigido: ⁊ ideo quodlibʒ alterat aliud. ¶ Et si tu queras vtrū tāta est caliditas mixti quāta est simplicis: dico ꝙ si tu queris de quātitate essentie calidi: nihil phiberet tantā esse: sed est diffusa partim in mā ppria: ⁊ partim in alia. ¶ Si tu queris de actiuitate cōstat ꝙ nō est tanta in ipso mixto sicut in simplici cuʒ caliditas sit remissa frigido alterante. Et similiter est de alijs qualitatibus: ⁊ hoc ꝯcordat sermonibus Galeni ⁊ Auic. dicētiuʒ: qꝛ nihil phibet equalem esse caliditatem in essentia in sicco ⁊ humido: sicut in iuuene ⁊ puero: lʒ sit in pueris minus acuta propter humorem: vnde patet ꝙ elemēti simplicis ⁊ mixti essentia sit vna sm esse differt: ⁊ qualitas est vna sed differt in acuitate ⁊ actione. Ex hoc etiam patet quare mixta separabilia sint sed nō redeunt necessario separata ⁊ omnia dicta ⁊ dicenda ex his erunt magis facilia.

An sit tāta caliditas mixti ⁊ simplicis. vide pro hoc 3° celi cō. 67. ⁊ 8° meta. cō. 5° in fine cōmētum. 3.

¶ Cap. 7m. De modo mixtionis sm opinionē antiquorum.

Tex. c. 85.

Redeamus ad propositum continuam post dicta tractantes questioneʒ s. quomodo est mixtio verum. s. sit sm quantitatē solū vt quidā dixerūt: aut sm qualitatem ⁊ quātitatem sicut veritas se habet. Est autem dupliciter sm quosdam antiquoꝝ sm quantitatem solum. s. in cōparatione ad sensum nostruʒ vel sm naturam: dixerūt enim

quidam

2° de aīa. 44. ⁊. 42.

8° phyꝛ. cō. 15. ⁊. 46.

quidam mixtionem esse diuisionem quantitatis miscibilis tm̃ vel scḋm nostrum sensum non esset perceptibile que pars a qua parte discerneretur preter hoc ꝙ partes vnius miscibilis alterarentur a partibus miscibilis alterius: sed remanet que pars distincta scḋm se ⁊ scḋm operationem. ¶ Alij dixerunt ꝙ quodlibet miscibile diuiditur in minima nõ quo ad nostrum sensum tm̃: sed quo ad naturaʒ miscibilis. s. ꝙ nõ sit accipere minus qḋ seruet naturam ⁊ operationem miscibilis: quia sicut dictum est supra physicum corpus in eo qḋ est physicum non diuiditur in infinita. Conueniunt tamen ambe iste opiniones in hoc dicunt mixtione tm̃ esse scḋm quãtitatem diuisibileʒ in minima quo ad nos vel simpliciter diuisorum vel compositorum corporum adinuicem vt minime partes vnius sint iuxta minimas alterius. Queramus ergo vtrum nec ad sensum sit mixtio: quando enim ea que miscentur diuiduntur in ita parua ⁊ ponũtur adinuicẽ hoc modo: vt sensui non sit manifestuʒ distinguere inter partes vnius ⁊ partem alterius: tunc mixta sunt scḋm quosdã. Queramus ergo vtrum hoc verum sit an nõ sit sic: sed mixtio est vt dicunt alij quando in minima simpliciter diuiso corpore quelibet pars eius est secus quãcunqȝ partẽ alterius. ¶ Dicitur enim sic a quibusdam: verbi gratia in natura minima sunt grana seminum: sicut si diceremus ordeum mixtum cũ frumento lʒ illa sensu sint discernibilia: tamen sunt minima sui generis in corpore physico ⁊ ad similitudinem istoruʒ dicunt mixtionem elementorum quando in minima simpliciter diuiso elemento quelibet pars vnius est iuxta quãlibet partem alterius. ¶ Est autem cõmunis obiectio ꝯtra istas opiniones: quia cum omne corpus sit diuisibile si corpus corpori est miscibile demonstratione mixture est ꝙ quelibet pars permixta sit omiomera: hoc est vnius rõnis cuʒ toto mixto ⁊ ꝙ sit quelibet pars hoc est cuiuslibet mixti ps iuxta quãlibet partem mixti alterius. Quoniam autem mixtio non est idem ꝙ corporis in minima diuisio manifestuʒ est: quia ea in que diuiditur corpus alterũ nec sunt omiomera illis: nec etiam compositio partium est idem ꝙ mixtio alterius: quia vt dictum est partes cõpositi non sunt omiomere vñ mixtio est aliud ꝗ̃ compositio: manifestum est ergo ꝙ mixtio non est diuisio scḋm parua saluata scḋm esse ⁊ essentiaʒ: sed oportet esse alterata abinuicem: talis enim coniunctio diuersorum compositio erit: sed non confusio siue commixtio: quia non habebit eandem rationem cum toto pars nec pars cũ parte: qḋ tamen dicimus oportere fieri si aliquid est mixtum. s. ꝙ partes sint omiomere toti ⁊ adinuicem: quia sicut quelibet pars aque est aqua: ita quelibet pars confusi siue commixti est ipsum confusum siue mixtum: vt patet in carne et osse mixtis: quia quelibet pars carnis ẽ caro: ⁊ quelibet ps ossis est os. Si autem mixtio esset idem ꝙ compositio scḋm parua in esse ⁊ essentia saluata nihil horuʒ contingeret. Est etiam propria ratio contra illos qui dicunt mixtionem esse scḋm minima compositionẽ quo ad sensum nostrum: quia si hoc esset verum vnum ⁊ idem esset mixtuʒ ei qui non videt acute: ⁊ alteri esset non mixtum qui acute videt: ⁊ etiam lyn ceos oculos habere dicitur: quia ferẽ lynx animal acute videre: est enim ratio propria contra illos alios qui dicũt idẽ esse mixtionem: qḋ scḋm minima simpliciter diuisorum compositionem quia tali diuisione non fit mixtio: quia in minima simpliciter impossibile est diuidi corpus ita ꝙ in eis fiet diuisio. Si autem minima essent physica sicut dicit Democritus: tunc esset congregatio ⁊ non mixtio: aut ergo mixtio non erit cum hi duo modi stare non possunt: aut rursus dicendum est a nobis quomodo contingat generari siue fieri mixtionem.

Tex. cõ. 86.

¶ Cap. 8m. De modo mixtionis scḋm veritatem: ⁊ que sint facile miscibilia.

Tex. cõ. 87.

Renotandũ itaqȝ (vt sepe diximus) ꝙ entiuʒ quedam sunt actiua: quedam autem ab his passiua: hec ergo conuertuntur adinuicem et passiua adinuicem: quia vnumquodqȝ illoruʒ conuertit ⁊ alterat reliquum vt diximus: ita. s. vt in mixto quorum eadeʒ est materia quo ad potentiam ⁊ formam ⁊ actiua sunt adinuicem ⁊ passiua adinuicem quia vnumquodqȝ illorum conuertit ⁊ alterat reliquum vt diximus: ita. s. vt in mixto contrarietas vniuscuiusqȝ soluatur partim in se ⁊ partim in altero: quorum autẽ non est materia vna quo ad rationem potentie hec faciunt ⁊ manent impassibilia quemadmodum supra est determinatum: ⁊ illorum non est mixtio adinuicem: ⁊ ideo ars medicine facit sanitatem ⁊ non miscetur ei: ⁊ etiaʒ que non habent aliquam materiam ex qua sunt: sed tm̃ materia in qua sunt non miscentur sicut passiones ⁊ habitus ⁊ cetera accidẽtia non miscentur: ⁊ ideo sanitas non est mixta corporibus sanis: quia optime miscibilia sunt quecunqȝ actiuoꝝ ⁊ passiuorum habentium materiam ex qua sint vnam facile sunt diuisibilia per inuicem: ita vt vnum facile penetret per alterum: sed tamen multa taliuʒ composita paucis ⁊ magna cõposita ex paruis non faciunt mixtionem proprie dictam sed faciunt augmentationem dicentes: quia paruum ⁊ paucum qḋ deficit a virtute alterandi magnuʒ ⁊ multuʒ corrumpuntur: ⁊ sic transit in naturam dominãtis. Ideo gutta vini mille millibus amphoris aqua infusa non miscetur: quia species ⁊ forma vini soluitur ⁊ corrumpitur: ⁊ gutta vini nihil alterans aquam transit in totam aquam. ¶ Quando auteʒ potentie miscibiliuʒ adequantur equaliter tunc vnũquodqȝ miscibilium equaliter dominatur ⁊ vnumquodqȝ ad alterum tanꝗ̃ ad dominans scḋm aliquem modum transmutatur ⁊ vnumquodqȝ ⁊ sui ipsius natura scḋm quid transmutatur: nec tamen aliquid generatur ꝗ̃ essentia ⁊ virtus miscibilium mouens lʒ scḋm esse varietur: sed fit inde medium cõmune qḋ participat virtutes ⁊ essentias omnium miscibilium ⁊ coniunctorum ⁊ efficitur ipsoruʒ locus vnus per actuʒ medij vnum sicut patet in carne que est ex elementis ⁊ media scḋm qualitates elementales: quia aliter non sentiret excellentias: ⁊ est in actu medij: quia nec ignis nec aer nec aq̃ nec terra ⁊ est ipsius locus vnus.

Tex. cõ. 88.

Tex. cõ. 89.

¶ Cap. 9m. Et est digressio determinans qualiter virtutes contrarioruʒ equantur in mixto.

Attendenduʒ hic quomodo auctores precipui dicunt esse equatas equaliter potentias miscibilium in mixtura: hoc eniʒ videtur stare non posse cum eoruʒ que equatas equaliter habẽt potentias tanta sit virtus resistendi quanta et agendi: ⁊ ita quoniaʒ habent equatas equaliter potentias nec agent in se inuicem nec patientur in se inuicem. ¶ Adhuc autem obijciunt contra hec Auicen. ⁊ abbreuiator eius Algazel ꝙ scḋm hoc mixtũ equaliter habet de omnibus elementis quis ergo erit motus illius mixti ⁊ aut quis locus: quilibet enim motus scḋm triplum erit sibi tã violentus ꝗ̃ naturalis: ⁊ similiter est de loco. Sequeretur etiaʒ ex hoc ꝙ omnis mixtio omnium mixtorum esset vna commixtio: sicut eniʒ mixtio carnis est ex omnibus equatis eq̃liter ita etiam ⁊ mixtio ossis: ⁊ sic ex similibus ex qualitate ⁊ quantitate sunt os ⁊ caro qḋ absurduʒ est. ¶ Unde intelligẽda sunt premissa sic ꝙ sit dupliciter equalitas scilicet rei scḋm qualitatem ⁊ virtutis similitudinẽ in intentione ⁊ equalitas proportionis ad quoddam alterum: rei autem equalitas scḋm dicta auctorum physicorum in nullo potest esse commixta: proportionis autem equalitas est ad alterum qḋ est generatuʒ constituere in specie ⁊ forma: quia omnis mixtio naturalis propter generationem est ⁊ ad generationem ordinata: ⁊ tunc equalitas ꝓportionis est qḋ trãsit ibi de quolibet quantum sufficit ad illius rei propter quã mixtio est generationem: vocatur autem a phis prima equalitas arithmetica que est equaliuʒ in quantitate: secunda ṽo vocatur equalitas scḋm medietatem geometricam que est similiuʒ in qualitate ⁊ equalium in quantitate: hec enim agunt ⁊ patiuntur adinuicem: ita ꝙ de qualibet qualitate in altero est quantum sufficit alterationi que est ordinata ad formã speciei carnis vel ossis vel hominis vel equi vel huiusmodi talium. Si autem aliquis dicat ꝙ sit aliquid commixtũ equaliter: ⁊ ideo equaliter sentiat excellẽtias sicut caro hominis ipse dicit falsum: quia Aristo. dicit ꝙ abundat terra in carne ⁊ aqua: ⁊ ideo etiam illa equalitas non est simpliciter sed ad formam hominis ordinata: sed verum est ꝙ corpus hominis magis accedit ad equalitatem celi per recessum ab actu excellentie contrariorum: ⁊ ideo melius inter animalia sentit scḋm tactum ⁊ prudens est solum inter animalia: sed de hoc sermo habebitur alibi.

Equalitas duplex.

A medicis prima equalitas appellat ponderalis: scḋa iustitialis.

¶Cap. 10m. Ex quibus est mixtio ⁊ que bene ⁊ que male miscibilia sunt.

Tex. cõ. 89.

REdeamus autem ad propositum determinantes ex quibus est mixtio. Manifestum est ergo ex dictis quoniam sunt hec miscibilia sola que cunq; de numero facientium siue agentium habent contrarietatem: quia hec sunt adinuicem passiua: ⁊ hoc est primum qđ requiritur in miscibilibus. ¶Secundum autem est qđ facit ad facilitatem mixtionis ꝙ sint parua: quia paruis parua facilius commiscentur magis: eo ꝙ facilius ⁊ citius transeunt per se inuicem: multum enim a multo tardius hoc operatur: quia nõ vndiq; sibi cito potest coniungi. ¶Et tertium est ꝙ sint bene determinabilia adinuicem quando diuiduntur ⁊ sint ab inuicem passiua: quia bene terminabilia faciliter diuiduntur abinuicem in parua: ego autem voco bene terminabile bene diuisibile in parua: verbi gratia hũida humidis optime sunt miscibilia inter omnia corpora: ⁊ ideo fiunt lubrica siue viscosa quia illorum partes vt in quarto metheororũ dicitur coniacent sicut catene propter immixtum eis subtiliter siccum qđ apprehendit vndiq; humiduʒ ⁊ non sinit elabi sicut est in elemento qđ aque admiscetur: quia lubrica simul iuncta vel lubricum humido compositum auget quantitatem siue tumorem: sed non miscetur ei sic ꝙ quelibet pars eius alteret qñlibet humidi ⁊ alteretur ab ea ad mediam

Tex. cõ. 90.

naturam mixti: pessime autem miscibilia sunt ea quorum alterum solum vehementer passiuum est ab altero preter qđ agat in ipsum: vel non tantum agat quantum patitur: ⁊ alterum econuerso est tñ actiuum: tunc enim ex his non est mixtum vel parum miscetur sicut contingit in plumbo vel stagno qđ liquidum alijs metallis infunditur: qđ infusum est auro ⁊ argento que bone commixtionis sunt vehementer actiua cum ipsum econtra sit male mixtionis ⁊ vehemẽter passiuum euaporat ⁊ effumat totum: ita ꝙ nec coloris in auro nec substantiam relinquit: infusum autem eri qđ minus est actiuum: ⁊ minus bene commixtum effumat: ita ꝙ non relinquit nisi colorem ⁊ forte parum substantie que insuit poris cupri ⁊ simile est de mixtura vel cõmixtione oris hominum alloquentes balbutiendo qui vna littera prolata aliam distincte non sonant: sed vnam sonant ⁊ ab alia incipiunt quasi modum sonandi: quia ancipites .i. ante capientes sonum sunt litterarum: ⁊ ideo non sonant vnaʒ ⁊ aliam: si vnam sonant aliam tangunt: ita ꝙ potius est modus sonandi primam ꝙ̃ distincte proferatur. Et similiter contingit in dictis miscibilibus: quia vnum est quasi susceptibile qđ est vehementer actiuum ⁊ alterum quasi species: vel mouens eius: stagnum enim remanet sicut passio aliqua sine materia in re propria: quia plane euanescit materia ⁊ recedit a mixto cum miscetur colorans ipsum solum: ideo autem hec contingunt in alijs similibus.

¶Cap. 11m. Et est epilogus dictorum declarans quid est mixtio.

HAbitis autem tribus questionibus supra tactis epilogando. Soluamus quartam que prima fuit in enuntiatione que etiam liquido soluitur ⁊ intelligitur ex dictis. Manifestum est enim ex his que dicta sunt ꝙ mixtio est ⁊ quid est ⁊ quare est: quia propter generationeʒ ⁊ finem: ⁊ propter diuisionem ⁊ actionem ⁊ passionem contrariorum vt propter causam efficientem. Manifestuʒ est etiam que sunt miscibilia: quoniam sunt illa que quasi abinuicem sunt passibilia ⁊ bene determinabilia et bene diuisibilia quia illa necessarium est esse incorporata in mixtione: nec tamen adhuc eadem sunt simpliciter que prius que etiam alterum est. Manifestum etiam est ꝙ compositio minimorum non alteratorum non est mixtio: ⁊ ꝙ mixtio non est ad sensum sed miscibile est quodcunq; bene determinabile ens passiuum est ⁊ actiuum adinuicem: ⁊ in tali miscibili id quod miscetur ad omiomerum est miscibile. Mixtio autem ipsa est miscibilium alteratorum vnio in vnum actuʒ mixti qui nullius est miscibilium separatim acceptorum.

¶Explicit Liber Primus de Gñatione ⁊ Corruptione.

¶Incipit Liber Secundus de generatione ⁊ corruptione elementorum.

¶Tractatus Primus de principio materiali ⁊ formali ⁊ numero elementorum.

¶Cap. pm. Que sit intentio Libri.

Tex. c. pri.

IN superiori libro egimus de mixtione ⁊ tactum de facere ⁊ pati quomodo existunt in his que transmutantur sñ naturam. Amplius auteʒ diximus de generatione ⁊ corruptione que simpliciter sunt generatio ⁊ corruptio quo vtrisq; eorum est ⁊ propter quã causaʒ. Similiter autem dictum est de alteratione quid sit ⁊ quã differentiam habet ad generationem ⁊ corruptionem. Relinquitur autem in hoc libro secũdo considerare de corporibus que vocantur elementa anteꝙ̃ consideremus in particularibus libris de generatione ⁊ corruptione corporum specialium sicut lapidum metallorum plantarum ⁊ animaliuʒ que omnibus substantijs que consistunt per naturam generatio ⁊ corruptio inest non sine corporibus que sunt sensibilia sñ se. Sensibilia autem dicuntur corpora que sentiuntur per tactum: qa prime qualitates tangibilium cause sunt omnium aliarum sensibilium qualitatum: prime autem in qualitatibus tactus sunt quatuor qualitates prime .s. calidum humidum frigidum ⁊ siccum: ⁊ hee differentie sunt elementoruʒ: vnde elementa sunt antonomatice dicta corpora sensibilia: ⁊ per ea cõtingit generatio ⁊ corruptio omnibus generationibus ⁊ corruptionibus.

¶Cap. 2m. De opinionibus que sunt circa principium materiale elementorum.

Tex. cõ. 2.

DIcemus autem primo de principijs generationis elementorum ⁊ postea de generatione eorum ⁊ de generationis perpetuitate: tangẽdo autem principium generationis elementorum prius tangemus principiuʒ materiale ⁊ postea formale: ⁊ de principio materiali sñ nostrã cõsuetudinem primo recitabimus opinionem antiquorum et postea improbabimus easdem: ⁊ deinde nostram supponemus sententiaʒ. Fuerunt autem quidam qui materiaʒ que subijcitur elementis ⁊ forme elementali dixerunt vnum aliquod corpus esse qđ actu separatur ab elemẽtis ⁊ inuenitur separatum loco ante ea. Et dixerunt quidaʒ ꝙ hoc est aer ⁊ alij ꝙ hoc est ignis: ⁊ tertij ꝙ hoc est medium inter hoc aere subtilius ⁊ igne grossius. Et alij dixerunt ꝙ hoc principium est plura per naturam. Quidaʒ dixerunt ꝙ ignis principium est ⁊ terra: ⁊ quidaʒ ꝙ est duo dicta: ⁊ tertium ꝙ est aer. Alij dixerunt ꝙ tria predicta sunt ⁊ quartũ ꝙ est aq: vt dixit Empe. dicunt eniʒ taʒ vnuʒ dicentes ꝙ̃ plura ꝙ his cõgregatis ⁊ segregatis ⁊ alteratis contingit generatio ⁊ corruptio in rebus generabilibus ⁊ corruptibilibus.

¶Cap. 3m. De improbatione dictarum opinionuʒ ⁊ de opinione Platonis.

Tex. cõ. 3.

QUoniam autẽ bene habent dicere prima principia ⁊ elemẽta esse illa ex quibus transmutantis aut sñ congregationeʒ: vel sñ aliquaʒ aliã transmutationem contingit generatio ⁊ corruptio sit eis concessum. Sed illi peccant qui dicunt vnam materiaʒ esse vnuʒ corpus ⁊ hãc separabilem a forma omni elementali ⁊ esse aliquando actu extra omne elementuʒ. Impossibile enim est ꝙ corpus sensibile sit sine contrarietate: qa aut habebit partes propinque aut remote: si habet eas propinque tunc erit spissuʒ ⁊ graue ⁊ tendet ad locuʒ terre: ⁊ si habet remote tunc erit rarum et leue ⁊ tendet ad locum ignis. Cuius auteʒ est motus ⁊ locus illius est forma quã motus ⁊ locus sequitur: ergo est de forma terre vel ignis habẽs contrarietateʒ vnius eorum .s. vel frigidũ vel caliduʒ: siue sit finitum siue infinitum qđ dicunt quidaʒ esse principium elementoruʒ: non ergo separatuʒ est vt dicebant. sed sub forma vnius elementoruʒ: vt aũt Plato scripsit in Timeo nullam habet determinationem: quia nihil dixit manifeste ⁊ determinate Plato de principio materiali vniuersorum: non enim dixit manifeste si id qđ vo-

Tex. cõ. 4.

caut

cauit pandareos.i.receptaculum omnium separatur ab elementis ita ꝙ aliquando sit sub forma elemẽti actu aliquando non:nec etiã vtitur eo manifeste qđ dixit ꝙ nihil est subiectum materiale his que vocantur elemẽta prius ens eis: quia si esset subiectum qđ esset prius elementis:hoc enim maneret ſm formam quã prius habuit quando ad formam elementi transit:sed ipse dicit ꝙ subiectum elementorum se habet ad elementa sicut aurum ad opus operatum ex auro qđ est anulus quia monile vel aliquid huiusmodi:sed tamẽ recte hoc verbum qđ dicitur quia vbi subiectum ſm formam substantialem manet sicut aurum in operibus auri ibi est alteratio ⁊ figura solum ⁊ non generatio: sed ex materia elementorum dicitur generari elementum ⁊ quorum generatio ⁊ corruptio est ex aliquo impossibile est enuntiari siue nominari ab illo ex quo sunt per generationem:quia caro nõ est terra ⁊ os non est ignis:⁊ tamen anulus est aurum quoddam:sed cum Plato inquit ꝙ longe verius elementum habet nomen materie ex qua est ꝗ̃ forme que est in mẽ. Adhuc etiam Plato peccat in hoc ꝙ cum elemẽta corpora sint solida ipse dicit ꝙ materia eorum dissoluitur vſqꝫ ad planitiem:quia impossibile est ꝙ materia prima que est sicut mater sit planities:dico autem materiam esse sicut mater: quia sicut mater imperfectum generationis principium habet in se qđ necesse est moueri a masculo formante ⁊ agente ita in materia est forma imperfecte:sed mouente ⁊ efficiẽte extra ⁊ formante mouetur ad hoc ꝙ ducatur ad actum.

Tex.cõ.5.

¶ Cap.4m. De opinione vera de materia elementorum.

Tex.cõ.6.

Nos autem dicimus esse aliam ab elemẽtis aliquam materiam vnam quatuor corporum sensibilium:sed dicimus hanc non esse actu separatam ab elementis omnibus simul:sed diuisim separetur modo ab vno modo ab alio ⁊ est semper cum contrarietate ⁊ ex illa sicut ex materia generantur corpora que vocantur elementata:de elementis autem certius determinatum est in tertio celi ⁊ mũdi:sed tamen ſm modum quo ex materia generantur corpora prima non est dictum ibi:sed relinquitur hoc esse determinandum. Extimamus ergo materiam esse principium primum elementorum inseparabilem quidem a forma elementali ⁊ subiectam contrarijs cuius probatio est:quia caliditas non est in materia subiecta frigiditati nec frigiditas est subiecta caliditati nec vniuersaliter contrarium est materia subiecta contrarij sed potius subiectum elementorum est subiecta materia huius vel illius:⁊ ideo principium primum illius est id qđ est potentia corpus sensibile in generatione elementorũ. Secũdo autem contrarietates distiguẽtes ⁊ determinantes materiam:dico autem verbi gratia caliditas ⁊ frigiditas ⁊ huiusmodi. Tertio autem loco elemẽtum constitutum vt ignis ⁊ aqua ⁊ alia:hec enim elementa habent materiam cõmunem ⁊ contrarietates:quia adinuicem transmutantur ⁊ materia que fuit sub vnius forma efficitur sub forma alterius:sicut ignis fit aqua vel aliqđ aliud:vnde non est verum qđ Empedo.⁊ alij dicũt.s.ꝙ adinuicem non transmutantur:si enim non transmutatur adinuicem id qđ semel est ignis:esset in eis alteratio sola:sed hoc non est verum quia contrarietates transmutantur ⁊ cũ eis fit transmotatio in forma substantiali.

¶ Cap.5m. De inuestigatione plurimarum qualitatum elementorum ſm quem sensum accipiantur.

Tex.cõ.6.

Si autem habemus dicere primum principium materiale elementorum anteꝗ̃ loquamur de eorum transmutatione ad inuicem:non minus etiam habemus dicere principiũ formale ipsorum hoc est qualitates distinguentes materiã elementorum ſm quas illa corpora qualia sunt ⁊ habemus dicere quot sunt ille qualitates numero:quia ille sunt etiam transmutationis elementorum. Alij etiam phũ vtunt eis supponẽtes eas ⁊ nihil dicũt ꝓpter ꝓbationẽ. ꝗre he sunt ⁊ quare tot. ¶ Qm̃ ergo nos hic querimus ꝑncipia corporis distincti per sensibiles qualitates qđ dicitur corpus sensibile:qm̃ sensibile corpus est tãgibile:corpus aũt tangibile est corpus cuius sensus est tactus. Manifestũ qm̃ non oẽs cõtrarietates faciant species siue formas sensibiles ꝑncipia corporis sensibilis:sed solũ ille conuenientes que sunt ſm tactũ:que ergo differũt ſm cõtrarietatẽ ⁊ ſm tãgibile cõtrarietates ille sunt qualitates ꝑme ⁊ ꝑncipia corporis sensibilis. Ideo nec albedo nec nigredo nec dulcedo nec amaritudo:sic aũt nec aliarum sensibilium cõtrarietatẽ aliquam facit elemẽtum ⁊ huius causa est:qa nec prime sunt nec actiue nec passiue ⁊ qa nõ sunt ꝑme. Ideo nõ sunt primorum corporũ que sunt elemẽta:⁊ qa nec actiue nec passiue:qa transmutarent ea que tangũt ⁊ ita non valerent ad generationem ⁊ corruptionem elemẽtorum:ꝗuis enim visus prior sit tactu:⁊ ideo obiectum visus prius sit obiecto tactus:tamen qualitas visus nõ est corporis tãgibilis ſm ꝙ tangibile neqꝫ sensibilis ſm ꝙ sensibile est lꝫ visum cõtingat eẽ natura prius:qa visus forma ⁊ dignitate prior est sensuũ ⁊ etiã fine:⁊ obiectum visus qđ eiusdẽ nature est cũ visus est prius obiectis sensuum aliorum ꝓpter lucẽ ⁊ lumen qđ forma est formarum:qa per ipsum mouet reliquã materiã generabiliũ ad oẽm formã:tactus autẽ prior subiecto est qa ipse est ſbm oium sensuum ⁊ sue cõtrarietates sunt cause oium cõtrarietatum:⁊ hoc pꝫ qa nõ sentimus ſm tactum nisi id qđ excellit qualitates cõplexionãtes medium tactus qđ est caro ⁊ ille sunt calidũ frigidum humidũ ⁊ siccum:quarum nulla est in celo:⁊ ideo celũ non ſm naturã est sensibile tactu sed potius elemẽta in quibus sunt ꝗtuor qualitates ex qbus fit cõplexio ⁊ tactus:qa ergo qualitates sensibilis corporis vt videamus que earum sunt actiue ⁊ passiue. Sũt autem qualitatũ tãgibilium sex cõtrarietates.s. calidũ frigidum humidũ ⁊ siccum graue ⁊ leue durũ ⁊ molle lubricũ aridum asperum lene ⁊ grossum subtile:rarũ enĩ ⁊ densum vt in physicis dicitur nõ sunt ꝗlitates physice sed potius positio partiũ materie.s.ꝓpinquũ in denso ⁊ remotum in raro. Narũ autẽ cõtrarietate graue ⁊ leue nec actiua nec passiua sunt:ſm enim nomina sua nec dicũtur in faciendo aliquid nec in patiẽdo:qa nõ sunt nomina verbalia actiuũ vel passiuum denominantia ſm elementa per suas qualitates opꝫ adinuicẽ esse actiua ⁊ passiua vnde ⁊ leue ⁊ graue quando approximaſ alicui nec ipsum facit nec graue nec leue:sed calidũ ⁊ frigidum approximata sibi ⁊ tangentia se statim miscenẽ ⁊ transmutanẽ adinuicem in ipso: calidũ ⁊ frigidũ sunt actiua: humidum ⁊ siccum sunt passiua:⁊ hoc ꝑcipue ſm grecos in quibus forte sunt noĩa verbalia sicut calefactio frigefactio humefactio ⁊ siccatio:vel vt meliora fingãtur noĩa calefactio frigidatio humectatio ⁊ siccatio ostendũt etiam hoc ipsorum noĩum diffõnes. ¶ Calidũ enim est qđ cõgregat homogenea sibi:qa subtile qđ calido est conueniens attrahit: qđ autem diciẽ qđ segregat a se que sunt diuersi generis que etherogenea dicuntur vt grossa per accidẽs conuenit calido:qa cũ ea que sunt eiusdẽ tribus secũ ꝯgregat necesse est: qa grossa terrestria inattrita relinquat:⁊ sic ea per accidens a se segregat:huius autẽ cã est:qa dissoluit calidũ:⁊ a cẽtro rei ad circunferentiã rei mouet:⁊ ideo euolat subtile ⁊ facit moueri totam rẽ cũ transmutatiõe sube:⁊ ideo calidum est simpliciter actiuũ ⁊ vehemẽtis actiõis. ¶ Frigidum aũt est qđ equaliter cõiungit ⁊ cõgregat syngenea.i.ea que cõgenerata sunt que sunt eiusdẽ nature ⁊ gñatiõis:⁊ etherogenea que nõ sunt eiusdẽ tribus:⁊ hec cã est:qa cõstringit ptes rei a circũferentia ad cẽtrum. Et ideo abscindit motum rei cũ trãsmutatiõe sube:⁊ ideo frigida diutius cõseruanẽ:⁊ ideo etiã frigidũ est minus actiuũ ꝗ̃ calidũ:humidũ aũt ⁊ siccum per passionẽ diffiniuntur:qa humidũ est indeterminatũ ꝓprio termino bene terminabile existens alieno:qa per se nõ stat:sed fluit ad alterũ.s.siccũ in quo cõsistit:⁊ determinatur cũ id de facili retinet ipsum. ¶ Siccũ autẽ per oppositionem illi bene terminabile est proprio termino:qa retẽtiuũ est sui ⁊ cõtẽtiuũ figurarum:sed male terminabile est alieno quia non vndiqꝫ tangitur terminis alieni corporis ⁊ ideo parum terminatur:qa non querit alienũ sed per accidens contigit terminum alienum inquantum.s.protenditur ad ipsum.

Tex.cõ.8.

Tex.cõ.9.

¶ Cap.6m. Et est digressio declarans qualiter prime qualitates sunt actiue ⁊ passiue.

Vnt autẽ qualitates he dicte passiue:quia per se passiue sunt:sed non aliquid passiue ⁊ per accidens aliquid sunt actiue:⁊ ita per se passiue: per accidens autem sunt actiue:actiue aũt sunt aliquid passe:qa continuare agere est qđ vtriqꝫ cõuenit humido:sed nõ per se: sed passio com-

Vide in hoc mã Auerois i cõ. ꝑ ꝗrit me tauroꝝ.

mixtionē sicci similiter terminare aliquid agere est: qđ vtiq; conuenit sicco passo cōmixtionē humidi: qa siccū per se in cōposito non terminat nec humidū in composito per se terminatur vnde cōtinuatiuū cōpositi est humidū ⁊ terminatiuū compositi est siccū: per aliud autē qa humidū aliquādo humectat per frigidū cōstringens ⁊ ingrossans subtile: sicut in cōuersiōe aeris ad aquas. Aliquādo aūt humectat per calidū resoluens humidū sicut in terra vel luto: aliquādo autē siccū est exiccatiuum per calidū extrahēs humiduz. Aliquando autem per frigidū reprimēs humidū in ꝓfundo: sicut narrabit i quarto metheoroꝝ: ⁊ sic patet ꝙ he qualitates simpliciter sunt passiue ⁊ per aliqd ad aliud passiue sunt actiue ⁊ vtraq; sequit vtrāq; actionem qa humidum a centro vsq; ad superficiem manēs super seipm a superficie ad centrū ꝑpter sui spissitudinem ⁊ grauitatem sequtur frigidum: ⁊ est humidū corporale in aqua: similiter autē ⁊ siccuz disgregat: ⁊ quasi extra se vadens a centro versus circūferētiam est siccum spirituale coniunctū calido in igne: est etiā siccum intra se constrictum per compressionem partis ad partē: hoc est ergo grossuz spissuz cōiunctum in terra frigori.

Cap. 7m. Qualiter omnes tangibiles qualitates ad quatuor primas reducantur.

Tex. cō. 10. Edeamus ergo ⁊ dicamus ꝙ subtile grossum ⁊ lubricū aridum durum ⁊ molle ⁊ alie oēs differētie tangibiliū qualitatuz sunt ex his quatuor dictis. s. calido frigido humido sicco. Subtile enī est ex humido cuius probatio est ex humidi diffinitione: qa humidum eo ꝙ nō bene ꝓprio terminatur termino: sed bene terminatur alieno est repletiuū: qa sequitur vndiq; tangens ipsum ⁊ capiens eo ꝙ fluit vsq; ad tangens. Subtile autem est repletiuū: eo ꝙ ipm sua subtilitate ⁊ partibus partium est repletuz: qa qdlibet minimū subintrat. Diuiditur enim subtile quasi vaporaliter ⁊ totuz tangit totum capiens: qa subtile maxime est tale: vnde manifestum est ꝙ subtile est effectus humidi. Per oppositū autem est grossum sicci: qa grossum est cuius partes faciliter non disiunguntur ⁊ excedit capacitatem eius qđ repleri est natum. Tex. cō. 11. Rursus autem lubricum qđ est humidū: lubricū autem est humidum aliquid passum: qa cum humiduz patitur cōmixtionem subtilis terrei ⁊ est vnctuosum: tūc fit lubricum: qa subtile terreum sibi cōmixtum non sinit separari partes eius: sicut apparet in oleo ⁊ in alijs vnctuosis. Tex. cō. 12. Aridum autem qđ tali priuatur humido vnctuoso: ⁊ ideo etiaz talia coagulata sunt primo qdem calido humore extrahente postea a frigido faciēte partes constare sibi: qa nisi talis ordo seruaretur coagulata ipsa dissoluerentur: quecūq; ergo prius coagulantur frigido: postea dissoluuntur a calido humiditatem extrahēte: sm que prius coagulātur a calido humiditatem extrahente postea frigido non soluūtur sed humus solui possunt aliqua ex eis: sed tamen talia arida coagulata sunt ꝑpter humefieri defectionem. Tex. cō. 13. Amplius molle qdem est humidi effectus: molle enim qđ excedit tangens et seipsum ⁊ nō circūstat tangens: ⁊ ideo non est trāsmutatum in actu sed manet in seipso cadens infra suam continentiaz siue terminum sicut pasta vel mollis cera. Humidum autez transmutat ⁊ desluit quādo tangitur ⁊ circūstat tangēs: qa tangēs in ipm igreditur sicut apparet in aqua. Et ideo humidum essentialiter nō est molle: nec ecōuerso sed molle est effectus humidi: durū autem effectus sicci: qa duruz est qđ tangenti nō cedit: qa est coagulatuz: ⁊ prius dictū est ꝙ coagulatum est sicci effectus. Tex. cō. 14. Dicit autē siccum ⁊ humidū multifarie. Humidū enim simpliciter qualitas ꝓma que est humor ipse ⁊ humiduz non est simplex qualitas in cōmixto effectus simplicis hūidi: sicut apparet in subtili lubrico ⁊ molli: simpliciter autem siccuz dicit simpliciter ipsa siccitas prima ⁊ dicit siccuz effectus siccitatis in mixto: sicut apparet in grosso arido ⁊ coagulato ⁊ duro: sicco igit cōmixto oppositū est humidum cōmixtuz siue irroratum: ⁊ rursus humido in cōmixto nō simplici oppositū est siccum ⁊ coagulatuz: sed tamen omnia hec sunt effectus humidi ⁊ sicci simplicium que Tex. cō. 15. per prius dicūtur humidum irroratuz oppositū sicco: qa est humidum cōmixtum qđ alienam habet non naturalem humiditatem in superficie: ⁊ ideo alieno nomine vocatur infusum: sed humidum cōmixtum est qđ habet alienam humiditatez in profundo: ⁊ ideo alieno nomine vocatur infusuz: siccum autem est cōmixtuz qđ priuatur vtraq;: habet tamē humiditatem propriam paucam iunctam a sicco que continuat siccum. Palam ergo est vdum ⁊ humidum erunt effectus primi humidi. Siccum aūt qđ opponitur vtriq; erit effectus primi sicci simplicis. Et eodem autem modo est de humido ⁊ coagulato: humidū enim qđ opponitur coagulato non dictum est ab aliena humiditate sed potius illud humidum est qđ habet propriam in ꝓfundo humiditatez discernentem: coagulatum autem est qđ hac priuatur: ⁊ ideo opz ꝙ sit coagulatum per calidum primo: qa per frigidū humor non priuatur sed comprimit: quapropter ⁊ horum erit nomen sicci simplicis ⁊ aliud humidi simplicis. De aspero autem ⁊ leni non oportet nos dicere cum asperuz sine dubio siccitatē habeat in superficie que inequaliter partes eius constare facit. Lene autem humorez in superficie habet qui equaliter fluere facit partes ad partes vel partes supra partes: ⁊ patet etiam horum vnum esse sicci ⁊ aliud humidi: lz Aristo. non faciat mentionē de reductione horuz duoꝝ forte ideo qa videtur ꝙ manifesta erat horū reductio. Manifestum est ꝙ omnes alie differentie cōtrarietatū reducuntur ad primas quatuor differentias: quatuor aūt iste ad alias reduci nō possunt: nec in pauciores reduci possunt: qa calidum nec siccū est ita ꝙ caliditas sit siccitas quedaz vel humiditas est caliditas vel siccitas: nec calidū est subiectū frigido vel econuerso: quapropter necessarium ꝙ iste quatuor sunt que sunt qualitates prime.

Cap. 8m. Q non possunt esse nisi quatuor elementa.

Tex. cō. 16. Uoniā autem quatuor sunt qualitates prime ⁊ possunt sex modis cōiungi: videamus vtruz omnes sex cōiunctiones sunt possibiles: est enī vna cōiunctio calidi ⁊ frigidi: ⁊ alia humidi ⁊ sicci: tertia calidi ⁊ sicci: quarta calidi ⁊ hūidi: quīta humidi ⁊ frigidi: sexta frigidi ⁊ sicci. Non sunt autem iste due prime possibiles: quia sicut contraria simul esse in eodē nō possunt: quatuor aūt residue possibiles sunt in quibus actiuuz vtrūq; cū vtroq; ꝯiungitur passiuo: ille ergo quatuor cōstituent quatuor essentias primas que elementa dicūtur: ⁊ hec sequunt rōnem suoꝝ primoꝝ corpoꝝ simplicium sm ꝙ apparet in suis qualitatibus. s. ignis aque aeris ⁊ terre: qa nos videmus ꝙ ignis est calidus ⁊ siccus: aer est calidus ⁊ hūidus eo ꝙ aer est velut euaporatio quedaz: euaporatio autem ex materia habet humiduz ⁊ ex causa efficiente habet caliduz: ⁊ ideo aer est calidus ⁊ humidus: aq̄ autem frigida ⁊ humida: terra vō frigida ⁊ sicca: quapropter differentie qualitatum in primis corporibus rōnabiliter sunt partite dicto mō ⁊ multitudo corpoꝝ ꝓmoꝝ est quatuor sm rōnem quatuor cōiugationū qualitatū primarum.

Cap. 9m. Et est digressio ostendens ꝙ non possunt eē plura elementa q̄ quatuor.

Ec potest aliqs dicere ꝙ ab vna qualitate constitui debeat vnum elementū. s. ꝙ sit frigidum tm̄ vel calidū tm̄: quoniam necesse est ꝙ omne actiuū suuz ꝓpriuz habeat subiectū qđ est sicut mā propria: ⁊ ideo necesse est ꝙ aliquis approprìet materiam calido: ⁊ hoc est siccum ⁊ humidum quandoq; calidum: aut cum temperamēto fouet humido spirituali extra se manente sicut est in aere. Eodez autem modo sm Auicē. est de frigido ꝙ frigidum per se ad se manere facit humidum sicut in aqua. Si autem excedit frigidum propter longitudinez distare a motu primi mobilis ⁊ vniuersaliter a motu spere tunc expellit humidū extra partes sui subiecti: ⁊ tunc remanet siccum sicut in terra.

Cap. 10m. Q opiniones antiquorum concordant in hoc ꝙ non sunt plura elementa q̄ quatuor.

Tex. cō. 17. Edeamus ergo ostendētes qualiter etiaz opiniones antiquorum nō se extendunt in numero elementoꝝ vltra quatuor: oēs enim qui dicunt elementa esse simplicia corpora cōueniūt in hoc ꝙ nō excedunt numerū quaternarium: tamē quidā eoꝝ dicunt primum elementuz eē vnum. Quidā aūt dicunt elementa esse duo: ⁊ qdam tria: et quidam quatuor. Quicūq; aūt eorum dicunt vnum esse elementum quodāmō dixerunt esse plura: qa supposuerūt vnū

vt materiam

vt materiam: τ dixerunt φ alia generantur ab illo ex pte ma terie quidem per densitatem τ raritatez. Ex parte autẽ cau se efficientis per calidum τ frigidum sicut Heraclitus q dixit elementum esse vnam materiam corpoream que est ae re subtilior τ igne grossior: generauit aũt ab illa aerẽ per fri gus densans τ ignem per calidũ rarificans: τ sic de alijs ele mẽtis intelligẽdũ est qui vnũ ponebant elemẽtũ. Qui autẽ duo faciunt vt Parmenides qui posuit terram τ ignem eẽ elementa: ipse dixit duo esse media per rarũ τ densũ.s. aerẽ τ aquam. Similr aũt τ qui tria dicũt vt Plato in diuisioni bus suis vbi diuidit res: quia ipse dixit magnum τ paruum esse elemẽta cõparauit elemẽtis ipse dixit mediũ eẽ mixtũ magno τ paruo. Et fere dicunt idem qui dicunt duo elemẽ ta esse: τ qui dicũt tria: τ qui conueniunt in extremis sm dif ferentias in diuidendo vnũ mediũ τ in diuidendo duo me dia. Quidam autẽ statim q̃tuor dicũt eẽ elemẽta vt Empe. sed tñ ipse reducit ea in duo.s. in id qđ est agens semp: τ in id qđ est patiens semper qa ipse tria inferiora: oĩa supponit igitur τ dicit φ ignis semper manet: dicit enim φ ignis aer aqua terra que sunt circa nos non sunt simplicia: sed mixta simplicia tamẽ sunt eis similia: nõ aũt sunt eadẽ cũ ipsis. ver bi gratia. qđ eni est simile igni sicut flãma igneum est: nõ au tem ignis: τ qđ est simile aeri sicut vapor subtilis aereuz est non aer. Similr autem est alijs que circa nos sunt: dixit eiz Empe. φ ignis qui circa nos est superabũdãs est calidita ti sicut glaties superabundantia frigiditatis: τ ideo glaties in materia aquea coagulatio est sicut ignis est arsio in ma teria terrestri τ aerea τ sunt superabũdãtie quedam hec q̃ dez frigiditatis hec aũt caliditatis. Si ergo glaties est coa gulatio humidi frigidi τ ignis est arsio superabũdãs calidi τ sicci: τ qa vtrũq3 eoꝝ a temperamento mixtionis recedit. Ideo nihil ex glatie generatur nec ex igne que sũt circa nos vtrũq3 lz sit mixtum: patet ergo φ nullus antiquorum vltra quaternarium numerum produxit elementorum.

¶ Cap. 11m. De locis que sortiunẽ elĩta sm suas formas.

Fientibus autẽ quatuor elementis vnũqđq3 ipso rũ est alterius duoꝝ locoꝝ.s. sursũ vel deorsũ. Ignis eni τ aer sunt eius loci qđ est tñ ad sur sum. Aqua aũt τ terra sunt eius loci qui est ad mediũ: sed tñ iter hec extrema sũt simplicia vĩ ɔtraria: qa ignis est simplr leuis: τ ideo simplr fertur sursũ: τ terra simplr est grauis: τ ideo simplr ferẽ de orsum: τ ad locũ qui simplr est ad mediũ: sed media elemen ta grauia sunt τ leuia qa in alio grauia τ in alio leuia: s3 aer in duob9 est leuis τ ascẽdit.s. in igne. Aqua aũt in vno leuis τ ascẽdit τ in duobus est grauis τ descẽdit. Aqua eni ascẽdit de terra τ descendit ab igne τ aere: τ ideo si proportio in ele mentis quãtũ ad graue τ leue consideratẽ terra in grauitate est simplr τ aqua ad terrã in graui se h3 in dupla pportione τ ignis in leuitate est simplr: sed aer ad aquaz quo ad leuita tem in dupla se habet pportiõe: τ ideo cuz igne plus habet q̃ cũ terra: τ iõ vnus locus in cõi datẽ igni τ aeri. Aqua autẽ cũ terra plus h3 q̃ cũ igne: τ ideo aq̃ cũ terra sortiẽ vnũ locũ cõem. Si autẽ cõsiderenẽ sm qualitates actiuas: tũc vtrũq3 extremoꝝ vtriq3 extremoꝝ magis ɔtriuz est q̃ extremuz ex tremo: qa terra aeri sm vtrãq3 qualitatẽ cõtrariatẽ cũ terra sit frigida τ sicca: τ aer sit calidus τ humidus τ simplr ignis cõtrariatẽ aque sm vtrãq3 qualitatem: q2 ignis est calidus τ siccus: aqua vo frigida τ humida: vnde qđcũq3 elĩtũ cõiun cto sibi in vna tñ cõtrariatẽ qualitate: qa terra aque contra riatẽ in sicco: aqua aeri in frigido: aer igni in humido.

¶ Cap. 12m. Que qualitates in quolibet elemento plus do minantur.

Licet aũt vnũqđq3 elemẽtoꝝ ex duab9 cõstituatẽ passionib9: siue qualitatib9 tñ vna plus q̃ alia ɔuenit sibi: τ ideo magis est sibi adherẽs. Ter ra eni est magis sicca q̃ frigida. Aqua est mag frigida q̃ humida. Aer magis hũidus q̃ cali dus. Ignis magis calidus q̃ siccus. Nec hoc ideo dcm est φ siccitas in terra maior sit: vt dicit Auic. q̃ in quolibet alio elemẽto: vel frigiditas in aqua maior ẽ q̃ ter ra: qa hoc falsuz est: sed cũ duab9 qualitatib9 constituatẽ ele mentũ velut pprijs passionib9 vna eaꝝ fluit in essentialib9 il lius elĩti: τ est sibi magis ppria q̃ alia. ¶ Est eni per se ma nifestũ φ ex motu est calor in materia que põt calefieri: ne cesse est ẽ φ in materia illa maxime pfundetẽ calor qui est p petuo iuxta velocissimũ motũ. Ignis eni vt dicũt phi vndi q3 attingit cõcauũ siue camerã celi lune: τ ideo calidũ pfun datẽ magis in ignis mã q̃ siccũ. ¶ Cũ aũt vis motus minor sit in qđ mediũ ɔtingitẽ q̃ in eo qđ est in imediatũ sicut dicit Alpetragoras: τ per se p3 calidũ nõ ita abũdat in mã aeris: sicut in materia ignis: ẽ nec adeo siccabit mã calidũ aeris sicut calidũ ignis remanebit: igitẽ humidũ spirituali humi do: τ qa humidi est nõ terminari pprio termio erit verissi me humidũ: qa extra se fluit a cẽtro rei ad circũferẽtiam τ vltra: τ hoc est hũidũ cũ calido vt supra diximus pp qđ hu midũ aeris erit sibi maxime ppriũ: recedẽte aũt a mã plus a pncipio caloris est qđ est mot9 deficit calidũ oritẽ frigidũ fa ciẽs ad se fluere humidũ pmo hoc est a circũferẽtia ad cen trũ: τ hoc est humidũ aque qđ nõ est vere motus humidi: τ ideo humidũ sm nãm τ dñium act9 humidi nõ est in aq̃ sed potius in aq̃ frigidũ qđ est dẽsans τ cõuertẽs aereũ incorpo rali humido. Id plenũ aũt a pncipio caloris recedẽte mã su perabũdabit frigidũ exprimẽs humidũ in toto ideo rema net siccũ stans in seipso τ ad seipsuz ɔuersuz qđ vere est sic cũ: τ hoc erit terre: siccũ eni cum calido nõ vere stans termi no suo: τ nõ ɔuertiẽ ad seip3 cũ semp ebulliat. Ex his p3 rõ quare vna q̃litas magis est ppria vni subiecto q̃ alia.

¶ Tractatus Secũdus de Trãsmutatiõe Elementorum.

¶ Cap. pm. De transmutatione elementorum.

Quoniam autem prius hoc in quarto celi τ mundi determinaui mus φ corporib9 simplicib9 est gñatio τ ex inuicẽ vnũ cũ alio: τ quonia3 hoc etiã dicte nobis sensus: qa nos videmus φ vnuz ge neratẽ ex alio: qa nisi ita eẽt nõ eẽt alteratio in terra cũ videamus φ alteratio sm pas siones tactus est inter ea sicut prius diximus: τ ipse passiões intẽse transmutant subam eoꝝ adinuicẽ: qm inquãtu3 ita ẽ. ¶ Nũc dicẽdũ est qs modus sit eoꝝ trãsmutatiõis adinui cem τ vtruz possibile est φ omne elemẽtum ex omni elemẽ to generetẽ vel vtruz possibile est. Nõ autẽ possibile ẽ φ aliũ generetẽ. ¶ Manifestũ est φ omnia inata sunt elementa ad inuicem trãsmutari. Diximus eni φ generatio est precipue simpliciuz corpoꝝ ex cõtrarijs in cõtraria: omnia autem ele mẽta habent ɔrietatẽ adinuicem: quare differẽtie eoꝝ sunt contrarie. Alia autẽ in vna qualitate habẽt cõtrarietatez si cut aer τ aqua. Aer eniz est calidũ τ humidũ corpus. Aqua autem frigida τ humida. Quapp qdẽ vniulr est manifestũ φ qđlibet elĩtuz ex q̃libet elemento generari natũ est cuz oẽ omni sit cõtrariũ aut in vtraq3 qualitate aut in altera.

¶ Cap. 2m. Qualiter vnuz in quodlibet transmutatur qđ ha bet symbolum cum eo.

Quoniam autẽ in vniuersali diximus sm vnũ quodq3 in particulari non est difficile videre.s. quomodo qđlibet trãsmutatur: sed tamẽ diffe runt in hoc φ vnũ citius mutatẽ in aliud q̃ ali ud vel vnuz difficilius trãsmutatur in aliud q̃ aliud. Quecũq3 eni hñt symboluz adinuicẽ hoc est cõuenientiã in altera qualitate hoꝝ velox est adinuicem trãsmutatio: quecũq3 autẽ nõ hñt adinuicem symboluz sed discõueniunt in vtraq3 qualitate hoꝝ trãsmutatio adinuicẽ tarda est: τ hoc est ideo qa facilius est trãsmutare vnum q̃ duo. verbi gratia. Ex igne qdẽ erit aer altera qualitate trã smutata. Ignis eni est corpus calidu3 τ siccum. Aer est corp9 calidu3 τ humidũ: quapp si vincetur siccũ ab humido ignis erit aer: si aũt ecõuerso humidum vincetẽ a sicco ex aere erit ignis. Rursus ex aere erit aqua si vincetẽ calidu3 a frigido: si autẽ ecõuerso frigidu3 vicetẽ a calido: tũc ex aqua erit aer: q2 aer est calidus τ humidus: aq̃ est frigida τ humida: ter ra est frigida τ sicca: ergo dñante hũido sup sicco terra erit aqua. Et rursus qa ignis est corpus calidũ τ siccum. Terra autẽ frigida τ sicca si corrũpatẽ frigidũ erit terra: quapp ma nifestũ φ elemẽtoꝝ hñtiũ symboluz adinuicẽ est in circuitu gñatio: qa ex igne aer τ ex aere aq̃ τ ex aqua terra τ ex terra ignis. Hic modus trãsmutationis est facilis: qa illis elĩtis

Tex. cõ. 18.
Tex. cõ. 19.
Tex. cõ. 20.
Tex. cõ. 21.
Tex. cõ. 22.
Tex. cõ. 23.
Nõ ex sẽtẽtia Auicẽne
quo vniuersaliter elĩto vna q̃li tas p̃ ordinẽ
Tex. cõ. 24.
Tex. cõ. 25.

que sunt deinceps in loco est symbolū in altera q̄litate.

¶ Cap. 3m. Quare non habentia symbolum adinuicem ad se transmutantur.

Tex. cō. 26.

Ex igne autē ⁊ aqua ⁊ ex aere ⁊ terra ⁊ rursus ex aqua ⁊ terra ignē ⁊ aerem cōtingit q̄dem generari sed difficilius q̄ ex illis plurima op3 transmutare: ⁊ hoc contingit tarde ⁊ difficilius. Si eni aqua erit ignis op3 corrūpi frigidu3 aque ⁊ humidu3: ⁊ rursus si ex terra erit aer: op3 vinci frigidum ⁊ siccū terre: simil'r autem est si ex ambobus simul ter si ex igne ⁊ aer erit aqua ⁊ terra necesse est q̄ ambo transmutentur vnde hec generatio erit tardior.

¶ Cap. 4m. Qualiter ex duobus generatur tertium ⁊ qualiter non.

Tex. cō. 27.

In his autē que nō habēt symbolu3 adinuicem faciliter cōtingit generari adinuicē tertiu3. s. ex duob9 si vtriusq3 elementi altera qualitas corrūpat: sic eni ex igne q̄dem ⁊ aqua erit terra ⁊ aer: ⁊ ecōuerso ex aere ⁊ terra ignis ⁊ aqua: quando eni corrūpetur aque q̄de3 frigiditas. Ignis autem siccitas aer erit. Relinqtur enim tūc aque q̄dem humidum. Ignis autē calidum: ⁊ hec generatio ad oculu3 videt in euaporationib9 que fiunt igne agente in aquā: quādo autem in eadē actione ignis in aqua vincit q̄de3 calidū: aque autē humidū tunc generat q2 relinqtur ignis q̄dem siccu3 aque autē frigidum. ¶ Sil'r autē ex aere ⁊ terra gn̄at ignis ⁊ aqua: quādo eni aeris corrumpit calidu3: terre autē siccu3 erit aqua: q2 relinqtur ex aere humidū ⁊ ex terra frigidum. Quādo autem corrūpitur aeris humidum: terre autē frigidu3 gn̄at ignis. Relinqtur eni huius calidu3: huius autē siccū:

Tex. cō. 28

hec autē generatio ignis cōcessa est ab oībus q2 in sensu apparet: q2 in lignis in q̄bus est humiditas aerea gn̄at flāma que est etia3 maxime ignis iter ea que ignee nature sunt apud nos: flāma autē nihil aliud est nisi fumus accensus: fumus autē est ex terra ⁊ aere: est enim humiditas aerea extrahēs ⁊ secu3 trahēs partes terrestres ignitas pp q̄d denigrat ea que tangit. ¶ In hac tn̄ generatiōe notādum est q̄ semp est necesse vincere altera3 actiuaꝝ qualitatu3 ⁊ alterā passiuarū q2 aliter nō esset ꝯiunctio possibilis. In elemētis autē que sunt per cōsequētia3 imediatā in loco ⁊ hñt symbolū talis gn̄atio eē non pōt. s. q̄ ex duob9 altera qualitate in vtroq3 corruptis: tertiu3 generet q2 relinquūtur aut eadem: aut contraria: ex neutra autē talium cōiunctionū cōtingit generare corpus elemētale: verbi gratia. si ignis q̄dem corrūperetur siccū: aeris autē humidum relinquerent cōtraria humidu3 ⁊ siccum: ⁊ ex illis nulla est cōiunctio possibilis. ¶ Simil'r autē etiā est in aliis hñtibus symbolum: q2 in talibus que hñt talem cōsequētiam in loco ⁊ est inter ea cōsequētia

Tex. cō. 29.

Tex. cō. 30.

qualitatis vna qualitas est eadē ⁊ altera cōtraria. ¶ Ex dictis ergo manifestū est q̄ ex vno in vnu3 ex generatione veloci trāseūt generat vna qualitate corrupta: que autē transeunt ex duobus in vnum tertium illa transeunt du ab9 qualitatibus corruptis: quonia3 q̄libet ex quolibet generatur ⁊ quomodo ex inuicem dictum est.

¶ Cap. 5m. Q2 nullum quatuor elementorum est subm in trāsmutatione eorum adinuicem.

Tex. cō. 31.

Inspiciemus autē adhuc de ipsis ⁊ queremus an aliq̄d q̄tuor elīntoꝝ actu sumptum s̄m suā formā sic subm in trāsmutatiōe adinuicē: ita q̄ sit saluatū essentiali'r in vtroq3 terminoꝝ transmutatiōis: ⁊ in ipsa trāsmutatiōe sicut materia: si enim aq̄ aut aer aut aliq̄d aliud elīntu3 sicut videtur q̄busdā antiq̄s est m̄i nālia3 corpoꝝ oium: tūc necesse est q̄ tale corpus sit: aut vnū aut duo aut plura. s. tria vel q̄tuor sicut diuersi p̄bi p̄mi sunt opinati. Q̄d autē omnia sint materiali'r vnum aliq̄d elīntoꝝ nō est possibile: vbi gratia q̄ sint oia aer aut q̄ sint oia aq̄ aut ignis aut terra: q2 trāsmutatio est in cōtraria: si eni3 dicit q̄ aer q̄ est oia permanet s̄m formā ⁊ rōnem in tali trāsmutatiōe: sed talis trāsmutatio est alteratio ⁊ nō gn̄atio: ergo nō sit gn̄atio adinuicē elementoꝝ q̄d est cōtra supra p̄bata: simul autē cū p̄dictis videtur q̄ aq̄ nō sic sīlis potentia aeri aut aliud elīntū per oia sicut alii elemēto: oportet ergo q̄ sit aliqua contrarietas inter ea ⁊ differentia ⁊ illius contrarietatis vnum elementu3 habebit partem vnam ⁊ ad aliud elementum habebit partē aliam: verbi gratia. si ignis ⁊ aer contraria sunt s̄m calidum ⁊ frigidum habebit ignis calidum ⁊ aer frigidum: quādo ergo fit transmutatio aeris in ignem siquidem manet aer in tota transmutatione: tunc etiam manet aeris frigiditas: et tamen ex igne in aquam transmutatur ⁊ erit ei frigiditas: ergo tunc erit frigidum ⁊ calidum: ergo contraria erunt in eodem q̄d est impossibile. ¶ Et non potest aliquis respondere ad predicta dicens: q̄ aer quando fit ignis dicitur non fieri ignis quia assumit speciem ignis: sed erit aer calidus: ⁊ similiter quando ex igne fit aer remanet aer calidus: quia si hoc esset verum sequeretur idem q̄d prius. s. q̄ generatio elementi ex elemento esset alteratio: quia aer frigidus ⁊ aer calidus non differunt nisi per accidens: ⁊ hoc facit alterationem: preterea cum ex igne fit aer: vel ecōuerso: si vtraq3 forma inest. s. ignis ⁊ aeris: sicut dicit ista opinio erit idem calidum ⁊ frigidum. Si concedatur ignem ⁊ aerē differre per calidum ⁊ frigidum quia transmutatio est in contraria: ergo aeri inerit calor ignis ⁊ aer de se est frigidum aliquid: ergo calidum ⁊ frigidum sunt in eodem simplici q̄d est contrarium ⁊ impossibile: ergo impossibile est q̄ aer sit ignis calidus aut ignis sit aer calidus sicut dic̄ aduersarius. Ex quo ergo illa sunt impossibilia oportet q̄ ambo elemēta scilicet ignis ⁊ aer habeant aliquid q̄d commune sit in eis q̄d essentialiter est in ambobus: ⁊ hec est cōmunis materia que potentia est vtrobiq3 ⁊ eadem ratio est de aliis elemētis. Nullum ergo elementorum materia est ad alia: sed materia eorum est vna que potentia est vnumquodq3.

¶ Cap. 6m. Q2 medium inter elementa non potest esse materia elementorum.

Tex. cō. 32.

Similiter probatur q̄ mediu3 corpus iter ignē ⁊ aerem q̄d sit grossius igne ⁊ subtilius aere: vel etiam medium inter ignem ⁊ aqua3 q̄d sit subtilius aqua ⁊ grossius aere nō potest eē elementum: tale enim mediu3 sic vel ita sumptu3 quidam philosophi elementum ⁊ materiā oium esse ponebant ⁊ dicebant ipsum esse omnia: quia non videbatur eis esse aliqua forma substantialis rerum: aut erit cum contrarietate elementali prima aut sine ea. Si autē est cum contrarietate prima alicuius elementi ipsum erit illud elementum cuius contrarietatem habebit scilicet ignis vel aer: quia cui conuenit propria passio illi ꝯuenit habere qualitates alicuius elementi simplicis: oportet q̄ ipsum cū elemento sit eiusdem speciei: ergo non erit mediu3 inter ea: q̄d est contra hoc q̄d positum erat. ¶ Si autem dicatur q̄ medium illud corpus non habet contrarietatem elementalē: sed est priuatum ea contra id quod priuatio non est in materia nisi s̄m alterum contrariorum: quia aliter materia elementorum esset a forma separata q̄d supra improbauimus ergo illud medium non conuenit vnquā esse solum sine contrarietate: sicut quidam inquiunt q̄ mediu3 corpus est q̄ddam infinitum non habens qualitatem aliqua3 ⁊ omnia cōprehendens. ¶ Similis autē ratio est quodcunq3 horū mediorum esse materia elementorum: supponatur ergo aut nihil tale est medium aut ipsum est aliquod talium elementorum q̄d est contra positionem. ¶ Si ergo non potest eē q̄ omnia prima sint quatuor corpora supra enŭerata vel enarrata. Resumamus ergo ⁊ dicamus q̄ ista quatuor corpora aut sunt semper manentia in formis suis ⁊ intransmutabilia adinuicem: aut ipsa transmutant seinuicem: aut omnia se transmutant: aut quedam: ⁊ si quedam non sicut Plato scripsit in Timeo q̄ terra propter latitudinem suorum triangulorum non transmutatur. ¶ Quoniam autem necesse

Tex. cō. 33.

Tex. cō. 34.

sit omnia elementa adinuicem transmutari determinatum est prius: ⁊ iterum ostensum est q̄ non eque cito transmutatur quando vnum fit ex alio quia ea que habent symbolū citius generantur ex inuicem: non autem habentia symbolum tardius: si enim in elementis est contrarietas vna tm̄: necesse est esse duo elementa: quia vnum solum simul nō potest esse in duobus contrariis: ⁊ materia tunc erit mediu3 duorum: quia de vno contrario transmutatur in aliud: sed quia nos videmus q̄ plura elemēta sunt q̄ duo: necesse est q̄ due sint contrarietates ad minus: duabus autem existentibus contrarietatibus necesse est non tria: sed quatuor eē

elementa sicut ⁊ in ipsis rebus apparet: tot enim sunt possibiles coniunctiones primarum qualitatum: cum enim sex sint coniunctiones duas impossibile est fieri: quia cõtraria adinuicem non coniunguntur: ⁊ de his dictum est prius.

Cap. 7m. Et est digressio ostẽdens ꝙ prime qualitates nõ sunt substantiales forme elementorum.

Est autem aduertendũ ꝙ lȝ prime qualitates designant elementorum materiam ⁊ dicantur prime elementorum differentie: ita ꝙ elementa differant: ⁊ in numero ponantur penes coniunctiones ipsarum: non tamen sunt substantiales forme earum: quia dicit Arist. ꝙ forma substantialis nec actiua est nec passiua. Iste autem qualitates (sicut supra ostẽdimus) actiue sunt ⁊ passiue. Adhuc autem ẽm ostensa elementa in mixto manent ẽm primũ eẽ: ⁊ non manent ẽm liberum actum qualitatum primarũ. Et ideo non sunt qualitates prime forme esse substantiales elementorum. Adhuc autem quia sicut patet in omnib⁹: q̃a nihil est forma substantialis vnius ⁊ accidentalis alterius: vnde cum iste qualitates actiue accidentia sint corporibus complexionatorum ⁊ mixtorum non possunt esse forme substantiales elementorum. Nec approbo distinctionem quã q̃dam dederunt ꝙ iste qualitates dupliciter dicantur. Est enim calidum simpliciter: ⁊ calidũ non simpliciter vt dicũt. Et calidum forma est substantialis que non est actiua: ⁊ calidum non simplex est complexionale actiuum: ⁊ similiter dicunt de aliis tribus qualitatibus. Apparet etiam statim hoc esse falsum cum sine ratione dicatur: preterea nobis nihil manifestatur de calido simplici: sed de frigido: naturalia autem manifesta sunt. Adhuc autem nulla substantialis forma est aliis contraria: constat autẽ per omnia supradicta has qualitates principatum tenere inter omnia cõtraria preter omnia supradicta. Aut patet ꝙ nulle substãtiales forme talem habent situm in quanto: ꝙ in maiori sit maior: ⁊ in minori minor sicut igneitas inequalitas est in decẽ pugillis ignis ⁊ in vno pugillo. Iste autẽ qualitates sunt maiores in maiori: ⁊ breuiores in breuiori: quia magnus ignis calidior est q̃ paruus ⁊ sic de aliis. Si autem aliquis dicat: ꝙ si sunt qualitates quia tunc erunt in aliqua specierũ qualitatis: non ꝙ videntur esse nisi in ista que dicitur passio vel passibilis quas eo ꝙ ferunt in sensu passionem. Respondeo ꝙ procuidubio sunt passibiles qualitates: ⁊ passiones sicut ⁊ supra sepe appellate sunt: tamen ille passiones qualitatis: quia proprie sunt naturales potentie primorum corporũ: ⁊ inseparabiles ab eis nec ignis tñ nomen est subiecti caloris: sed primo nominat subiectum caloris: ⁊ cõmune ⁊ similiter de aliis elementis: ⁊ sicut causatum ponit causam: vel econuerso: ita ignis ponit calidum in subiecto ⁊ econuerso: ⁊ ideo sunt substantiales elementis alio modo q̃ forme substantiales: quia sunt substantiales sicut passiões que fluunt a substantia iterum ideo sunt accidentia per se elementis: ⁊ non sunt accidens per accidens.

Cap. 8m. Qꝫ numerus elementorũ non est infinitus ẽm rectitudinem ascendendo vel descendendo.

Tex. cõ. 35.

Redeamus nunc ad propositũ resumentes: q̃a iam ostensum est ꝙ eorum que transmutantur adinuicem impossibile est esse primum materiale aliquod elementorum siue sit extremum: sicut ignis ⁊ terra: siue mediũ sicut aqua ⁊ aer. Qꝺ enim elementorum non sit aliquod extremorum ex hoc patet: ꝙ si concederetur: tunc omnia elementa esse terra vel ignis ⁊ vna ratio est siue dicamus eẽ elementa omnia ignem vel terram quo ad constructionẽ supradictorum impossibilium: iterum nec medium elementum potest esse subiectum saluatũ in omnibus elementis lȝ quidã dixerant ꝙ aer quidem in ignem ⁊ aquã transmutatur: trãsmutatur autem aqua in aerem ⁊ terram: ẽm vltima: sicut ignis ⁊ terra non transmutãtur adinuicem. Sed hoc supra improbatũ est: ⁊ preter huiusmodi habita inconuenientia sequeretur etiã ꝙ media elementa aliquando deficerent: q̃a si corpus finitum semper transit in aliud ⁊ non sit restitutio per hoc ꝙ aliquando corpus transit in ipsum corpus. Illud finitum aliquando deficiet necessario: q̃a ergo hec falsa sunt ostẽdamus ꝙ oportet stare illa elementa: ⁊ nõ in infinitum ire hoc est ꝙ vnũ transit in aliud ẽm rectitudinem ad vtrãq; partem. s. ṽsus ignẽ ascendendo: ⁊ versus terrã descendẽdo. Si eni dicitur ꝙ in infinitum vnum trãseat in aliud sequeret infinitas ꝯrietates esse in vnoquoq; ipsorũ qꝺ est impossibile: vt autẽ nos recapitulem⁹ ꝑmus modus ostensiõis transitus elementoꝝ adinuicẽ generaliter: ⁊ quis antiqui dicũt elemẽta infinita: ponũt multas alias cõtrarietates ꝑter duas predictas que sunt quatuor primarum qualitatum. Ideo faciemus mẽtionẽ de illis: ⁊ ponemus ea differre penes album ⁊ magnum ⁊ huiusmodi: q̃a hoc sufficit gratia exẽpli: sit ergo terra ⁊ aqua: vbi aer aut ignis: ꝙ si ẽ a. qꝺ est signum aeris transmutatur in duo elementa. p. ⁊ x. hoc est in ignẽ ⁊ aquam: opꝫ ꝙ cũ vtroq; aer habeat aliquã contrarietatẽ: q̃a non transmutantur adinuicem nisi cõtraria: ꝯrietas ergo que est inter. a. ⁊ p. hoc est ignẽ ⁊ aerẽ sit albedo ⁊ nigredo: ita ꝙ ignis sit nigrũ corpus siccum: ⁊ aer sit corpus album ⁊ siccũ. Rursus q̃a etiam in. p. transit. a. hoc est in aquã transit aer: opꝫ aliam cõtrarietatem esse inter aerem ⁊ aquam: q̃a nõ potest esse eadẽ contrarietas iter ignẽ ⁊ aerem: nisi aqua ⁊ ignis essent eiusdẽ speciei: q̃a in simplicibus ita se habet: ꝙ que sunt eiusdem contrarietatis sunt eiusdem speciei contrarietas: ergo que est inter. a. ⁊ x. hoc ẽ inter aerẽ ⁊ aquam sit siccitas ⁊ humiditas: ⁊ siccitas signeẽ per litteram. x. ⁊ cõueniat aque: quapp sicut supra dixim⁹ in transitu aeris in aquam maneat album vtrobiq; cõe ita ꝙ aer ⁊ aqua in albo habeant symbolum tunc aqua erit alba ⁊ humida. Si autem non sit symbolum inter aquam ⁊ aerem cum transit aer in aquam erit aqua nigra ⁊ humida cũ aer supponatur esse albus ⁊ siccus: ideo enim transmutatio est inter contraria siue contrarium vnum sit siue duo: in trãsitu ergo tali necesse est aquam aut nigram aut albã esse: si aer aque sit transmutatio ponatur esse corpus albũ. Silr autem in transitu aeris in ignem siue. a. in. p. ipsi. p. hoc est ipsi igni conuenit qꝺ siccitatem significare diximus: q꞉ aliter nõ esset transitus ignis in aquam cum ignis dicitur esse niger: ⁊ aqua nigra si aeri cõtrariatur in vtraq; qualitate: oportet ergo ꝙ aqua que est. x. cõtrarietur. p. qui est ignis qualitas altera est. x. hec est siccitas: dicunt eni. p. siue ignẽ ꝑmum ꝑncipaliter esse nigrum deinde: ⁊ secundario aquam autẽ dicunt primũ ⁊ ꝑncipaliter esse humidam deinde secundario esse nigram siue albam: q̃a. p. in duabus siue in vna qualitate contrariatur vt dictum est. Palam itaq; est ꝙ in his qualitatibus quas antiqui dicũt inesse oibus elementis adinuicem erit transmutatio: ꝙ ex. x. qꝺ significat terram existunt reliqua ⁊ duo symbola erunt ad duo elemẽta ipsius terre q꞉ vnumquodq; elntũ ad duo hꝫ symbolũ: ⁊ ad vnũ nõ habet symbolũ: ⁊ ideo interea esset nigrum ⁊ humidũ: sicut aqua erit alba ⁊ humida: nigrũ erit ⁊ humidũ cum q̃litatibus aeris ẽm hanc suppõnẽ non ꝯiungunẽ: q̃a aeri cõuenit albũ ⁊ siccum vt supra diximus. In his ergo q̃litatibus erit adinuicẽ transmutatio sicut in superiorib⁹: que sunt calidũ ⁊ frigidum humidũ ⁊ siccum. Quia aũt nos futuri eramus ostẽdere ꝙ in infinitũ non est possibile ire transitũ elntorum de vno in aliũ ẽm rectitudinẽ ⁊ veniemus ad hoc prius q̃ ostẽdamus ꝙ in ꝯrietatibus q̃buscunq; necesse esset eẽ trãsmutationem: ꝙ oia necessariũ est ad oia habere trãsmutatiõẽ in vna qualitate vel in plurib⁹: ostendamus nunc qꝺ ꝓmisimus. s. ꝙ nõ in infinitũ ẽm rectum elntum transit de vno in aliud: si eni. p. hoc est ignis in aliud elntũ qꝺ ꝯtiter trãsmutatur ⁊ non sit reuolutio transitus ignis in aliqꝺ de q̃tuor sit ad quintum elementũ in qꝺ transit ignis signatũ per lrã. x. erunt ergo contrarietates inter. p. ⁊ x. scilicet inter q̃rtũ ⁊ quintum elntũ: sit autẽ hec cõtrarietas. r. s. ⁊ qualitas ⁊ cõueniat q̃rto siue. p. siue igni qꝺ idem est. s. autẽ cõueniat illi quinto corpori qꝺ significatur per. x. Adhuc cum id q̃ntum transmutatur in qꝺlibet de q̃tuor elntis: opꝫ ꝙ habeat ꝯrietatẽ ad qꝺlibet ergo q̃litas ⁊ qꝺ est contrariũ ad ipsum est in q̃libet q̃tuor elntoꝝ: ⁊ sic qꝺlibet infinitoꝝ elntoꝝ tres habebit q̃litates primas. Utrum eni sit. v. nõdum determinatũ est: sed demõstrabiẽ: demonstratum tamen est q̃a si rursus quintum qꝺ est. x. transit in sextum qꝺ iterum inter q̃ntũ ⁊ sextum: noua erit cõtrarietas alia q̃ si inter quartũ ⁊ q̃ntũ: sicut sepius diximus simplicia corpora diuersa diuersis distĩguntur ꝯrietatibus ⁊ quoꝝ vna est ꝯrietas vnum corp⁹ sunt

Uide cõmentum, 10. quinti phico. ⁊ cõ. 5. octaui metaphysice i Auroiꝫ

Tex. cõ. 36.

specie. ¶ Necessarium aūt est ultimo sexti corporis aliquā q̄litatem esse in q̄libet inferiorū fm opposita: ergo iterū inferiorum erunt q̄tuor q̄litates: similiter erit si adijciam septimum corpus: ergo si infinita adijciaȝ tunc infinite ꝯrietates essent in q̄libet simpliciuȝ corporū. ¶ Et ex hoc sequuntur tria impossibilia quorum p̄mum est ꝙ quedā nunq̄ transeunt adinuicē sicut sunt ea iter que est distātia per infinita media ⁊ infinita media impossibile est trāsire. ¶ Aliquādo autē icōueniēs est ⁊ primū elm̄tū nō trāsibit in primū sicut ignis nunq̄ trāsibit in aerē: q̄a infinitis q̄litatib⁹ ꝯrian̄ ignis ⁊ aer: ⁊ ita ꝙ vnū elm̄tū nunq̄ vincet supra aliud. ¶ Tertiū aūt incōueniēs est ꝙ oīa infinita erunt vnū solū: q̄a oēs q̄litates superiorū quā sit. p. hoc est ignis ⁊ in iferiorib⁹ ꝯueniūt et ⁊ ecōuerso: quorū aūt p̄me q̄litates sūt eedē ipsa sūt eadē: ḡ oīa infinita erūt vnū: q̄a lȝ isferi⁹ vnuȝ distet ab illo supiori in sicco: necesse ē ꝙ cū alio ꝯueniat in eodē: si erūt isinita. isinitū eniȝ in q̄litate oēs hȝ q̄litates: ⁊ hoc verū de isinito fȝ actū supiorū: sicut isti ponebāt isinitas q̄litates fȝ actū eē in q̄libet elm̄to.

¶ Cap. 9m. De reprehēsiōe Empedo. qui dixit quatuor elementa esse ⁊ non transmutari adinuicem.

Tex. cō 37

Postq̄ aūt nos ostēdimus falsitatē in dictis eorū q dixerūt aliq̄d corp⁹ eē mīāȝ q̄tuor elm̄torū et elm̄ta eē isinita: volumus declarare icōueniētia que sequunt̄ ex dictis Empe. q dixit esse q̄tuor elm̄ta ⁊ dixit ea adinuicē non trāsmutari: tn̄ dixit cū hoc ꝙ cōparabilia sunt elm̄ta: q̄a in veritate quecūq̄ cōparant̄ hn̄t aliq̄d vnū in quo cōparant̄. Ipse eniȝ Empe. vult esse diuersa in suis formis ⁊ suis materijs: ⁊ tn̄ sic dicit ꝙ sūt cōparatiua: ꝙ illa cōparatio aut erit fȝ q̄litatē aut fȝ quātitatē: vbi gr̄a ꝙ si ex vno pugillo aque fiūt. 10. pugilli aeris: tūc opȝ ꝙ vnū sit in eis quo mēsurant̄ q̄ sunt ambo: q̄a in oīb⁹ cōparabilib⁹ est vnū aliq̄d quo mēsurantur: ⁊ hoc est id in quo cōparanī: hoc aūt ē ex quāta aq̄ sit quātus aer opȝ vnā eē mīāȝ: que sic maioris ⁊ mioris est quātitatis fm̄ forma aque ⁊ aeris: fȝ q̄rūcūq̄ ē mīā vna horū ē trāsmutatio adinuicē vt supra ē habitū: ḡ elm̄torū cōparabiliū fȝ quātitatē est trāsmutatio adinuicē. Miruȝ ḡ est de Empe. q vidit elm̄ta eē cōparabilia: ⁊ tn̄ dixit ea adinuicē nō trāsmutari. Videt̄ aūt ꝯrietas eē in hāc rōnē in. 6. ethicorū. vbi dixit Arist. ꝙ qui dicūt oīa eē vniuoca que sūt cōparabilia nō sufficiētī signo credūt fȝ ꝙ ibi dicit dc̄m est pp ea que dicunt̄ p analogiā ad vnū que cōparabilia sūt in eo ꝙ dicunt̄ nō q̄d ē i vnū q̄d sit in oīb⁹ cōparatū: fȝ in vno ad q̄d hn̄t respectū oīa cōparata: q̄d aūt hic dī ē dc̄m de vniuoce cōparatis in vno q̄d p vnā rōnē est in oīb⁹ cōparatū: sicut in elm̄tis que p rarū ⁊ dēsum variata mīā ḡnant̄ ex se inuicē: vocat̄ aūt hec cōparatio fȝ q̄d: q̄a rarū ⁊ dēsuȝ nō addūt sup ptes mīāe q̄litatē que essentialr̄ sit q̄litas fȝ positionē in ptib⁹ mīāe ad distēsionē p minorēȝ et maiorē quātitatē. Si aūt cōparatio fiat fȝ q̄litatē ⁊ nō fȝ ꝙ ex quāto sit quātū fȝ poti⁹ inquātū pōt vnū ⁊ aliud fȝ q̄litatē actiuā vel passiuā que ē iter ipsa: vbi gr̄a. si dicatur aer frigidus eē ⁊ q̄rat̄ cōparatio in frigiditate verū. s. tātū pōt ifrigidare vnus pugillus aque quātū ifrigidare pōt. 10. pugilli aeris: tūc eni erit cōparatio fȝ quātū virtutis siue potētie ⁊ nō fȝ id q̄d ē quātū distēsiōis mīāe elm̄ti: fȝ fm̄ id q̄d pōt aliquid elm̄ta facere vel pati si iquātū talis fm̄ quantitatē cōparatio fiat in elm̄tis: hoc ꝯtingit dupl'r fieri. s. fm̄ silitudinē quando fit in vna q̄litate que ē i diuersis subiectis: q̄a silitudo ē rerū differentiū eadē q̄litas: fm̄ pportionē aūt dī facere q̄ñ sit in oppositis vel diuersis i vna habitudie se hn̄tib⁹ ad duo sibi vel plura. Si ergo fiat cōparatio fȝ q̄litatē tūc ꝯtigit cōparare nō quāti q̄dem mēsurā fȝ potius fȝ mēsurā que est fm̄ potētias silitudinū q̄litatū ⁊ fm̄ pportionē diuersarū q̄litatuȝ. verbi gr̄a q̄d dī vt hoc calidū ita est hoc albuȝ. Cū aūt dicimus vt hoc significamus in q̄litate q̄dem sile ⁊ in quātitate eq̄le. Si aūt dicamus cōparabilia eē fm̄ q̄litatē silem ⁊ non fm̄ pportionē oppositorū supra tā fȝ mēsurā potētiarū q̄d est eq̄le calidū vel sile: ⁊ cū hec nō dicant̄ trāsmutari adinuicē est vtrūq̄ incōueniēs. vbi gr̄a. ꝙ dicat̄ ꝙ quātū ē tātū ignis calidū intātū calidū est multiplex aeris: q̄a idē plus calidū cum sit homogeneos hoc ē nature cū vnius min⁹ calido sicut multiplex ad submultiplex fȝ relationē talē sic cōparabile in q̄tū que relatio ē vniuoca: ḡ et mīā est vna: q̄a alr̄ pprie q̄litates nō eēnt vniuoce: sed q̄rū est talis vniuocatio oīa sūt trāsmutabilia adinuicē: ergo iterū fuit mirabile dc̄m Empe. ꝙ posuit elm̄tū cōparari in potētijs silib⁹ ⁊ nō adinuicē trāsmutari. Si aūt fm̄ pportionē fiat cōparatio in elm̄tis ꝙ dicant̄ eq̄lia: q̄a quātū hoc calidū tātū hoc frigidū vel hūidū. Adhuc seq̄tur elm̄ta eē trāsmutabilia q̄a q̄libet cuilibet opponit̄ p q̄litatē vnā vel duas: cū ḡ ꝯriorū materia sit vna elm̄torū erit materia vna: ḡ erunt inuicē transmutabilia sicut dictuȝ est prius.

¶ Cap. 10m. Q Empedo. non bene causauit augmentationem ex dicto suo.

Tex. cō. 38.

Sed nec et augmētatio fiet aliqua fm̄ Empedoclea dc̄a: dixit eni elm̄ta nō trāsmutari a suis formis nec a suo eē p̄mo vel scd̄o sed tm̄ vnum addi alijs: ⁊ hoc est accumulatio nō augmētuȝ sicut pȝ ex supiorib⁹ dictis de his que augent̄: dixit eni sile sibi augeri sicut si ignis augeat̄ igne ⁊ puluis suū pprīū genus. i. puluerē augeat ⁊ ether etherēȝ: talis autem aggregatio est additio eorūdem in forma manentium: res autem non sic videtur augeri vt ostensum est.

¶ Cap. 11m. Q non bene dixit Empedo. de ḡnatione nālī.

Tex. cō. 39.

Multū aūt difficilius est tradere fm̄ dc̄a Emp. de ḡnatiōe nālī. Que eiȝ nālr̄ ḡnant̄ aut multū aut semp aut frequēter ḡnant̄. Ea autē que sūt p̄ter semp aut multū sicut ea que fiūt raro ab euētu fiūt siue casu ⁊ a fortuna sicut dc̄m est in 2° phīcorū. Queramus aūt ab Emp. si ḡnatio nō est nisi cōgregatio elm̄torū manētiū sine trāsmutatiōe que sit cā qua ex hoīe ḡnat̄ semp hō velut multū siue frequēter ⁊ q̄re ex frumēto ḡnat̄ frumētū ⁊ nō oliua: semp eni ḡnatū est in forma ḡnantis nisi peccatū nāe: pp nāe aliquē euētū fiat: ⁊ hoc fȝ Empe. nō pōt causari q dic ḡnatū nō hīc aliq̄ formā fȝ remanēt elm̄ta ꝯgregata in ipso in suis formis: si enim hoc verū ē: tūc ex hoīe posset eē asin⁹ vel equus hō q̄a vtrūq̄ corpus nō ē nisi ꝯgregatio elm̄torū: ⁊ hō ḡnans nō hn̄s formā nō idu

Tex. cō. 40.

cit eā i ḡnato nec vnū ḡnatū ꝯtigit cū aliq̄ i forma. Aut iterū queram⁹ ab Empe. si cōponit̄ os ex q̄cūq̄ ꝯgregatiōe elm̄torū que ꝯtigere pōt casu sicut ipse dixit. Si eni ita sit vt ipse dic: ꝙ. s. os ⁊ caro ⁊ alia cōgnant̄ ex elm̄tis ꝯtigit a casu ꝯtingētibus: tūc nihil oīno ḡnat̄: fȝ tm̄ i his que vident̄ ḡnata q̄dā ē ratio elm̄torū nō mixtorū fȝ cōpositorū adinuicē: que ḡ ē cā horuȝ ꝙ ex hoīe semp ḡnat̄ hō ⁊ ex frumēto frumētū cū ea que casu fiūt raro fiūt: hui⁹ eiȝ cā nō pōt eē ignis aut terra: q̄r hmōi

Tex. cō. 41.

mīālia sūt in q̄cūq̄ positiōe: fȝ aūt Empe. dicitur eē duo motiua. s. amicitiā ⁊ litē: tn̄ ista duo nō pn̄t eē cā horū: amicitia nō est cā nisi ꝯgregatiōis: lis aūt cā ē solū segregatiōis ⁊ neutrū horū ē forma rei que fac̄ hoīeȝ eē hoīeȝ: ⁊ os eē os: ⁊ carnē eē carnē. Forma eni ē sub̄a vniuscuiusq̄: ⁊ id nō solum est in re mixtio hoc est cōpō ꝯgregatorū ⁊ separatio eorū quēadmoduȝ dixit Emp. fȝ ē forma: i tali eni ꝯgregatiōe ⁊ segregatiōe nominat̄ ab Empedocle forma ⁊ nō rō aliq̄ supra penes foīaȝ que ē spēs rei: fm̄ Emp. eni ē misceri res vt cōtingit p casuȝ ⁊ fortunā ⁊ nō aliq̄ rōne cū tn̄ nā que est forma sit cā entium quare ita se hȝ ꝙ ab hoīe semp vel frequēter fit hō: ⁊ in particulari que ē forma vniuscuiusq̄ nā ē hoc ē q̄d cōstituit ipȝ in tali vel tali eē. Et de hoc nihil dicit Empe. de mīā formali cū tn̄ ipsa sit bonū ⁊ optimū vniuscuiusq̄ rei bonū q̄dē in se ⁊ optimuȝ in ordine vniuersi: sed Empe. solū laudat mixtionem que non dicit̄ pprie mixtio sed cōpositio. Quia ꝙ elm̄ta segregant̄ a cōposito in quo sunt saluata hoc nō facit lis sed amicitia cōgregare ad homogenea sibi ⁊ ad loca sua: ⁊ hec elemēta Empe. dixit priora esse q̄ sit deus. Quia hoc dic eē dei eo ꝙ deum et elm̄ta componunt. Deum autem vocauit orbem qui creditur ex elementis componi.

¶ Cap. 12m. Q etiā de motu male ⁊ insufficiēter dixit Emp.

Tex. cō. 42.

Amplius autē de motu et vniuslr̄ dixit Emp. non enim sufficit dicere in vniuslī: q̄ñ amicitia ⁊ lis mouēt nisi dicatur cuius in specie amicitia substantialis est motor ⁊ cuius lis est substanetialis motor oportet hoc determinare aut supponere si per se esset notum aut probat̄ aut oportet hoc determinare aut certe per causam propriā aut molliter sicut per causam non cōuertibileȝ siue remotā. Aut aliter qualiter per probabilia vel per inductionem vel exēplum sed Emp. nihil horū facit. Ampli⁹ corpora nālia mouēt̄

Tex. cō. 43.

tur duobus modis. s. in q̄d est p̄ter nām ⁊ fm̄ naturaȝ: verbi gratia.

bi gratia. Ignis quidē mouet̄ supius nō vi sed mouet̄ īfeli⸗us vi: vi autē moueri est ꝯtrariū ei qđ est sm nām moueri: videt̄ autē in corporibus esse motū qui est vi: cū ergo oē per accidēs reducat̄ ad p se: opꝫ etiā eoꝝ oē corpoꝝ que mouent̄ vi aliquē esse motū nālē. ¶ Queramus ergo ab Empe. vtrū motus amicitie est violētus an nālis: terrā eni supius moueri sicut ignē īferius moueri est ꝯtrū: nec simile est cuiusdā segregationi cū tn̄ elemēta sic ꝯgregent̄: qꝛ nisi ignis ascendat ⁊ terra descēdat nō ꝯgregabunt̄ elemēta: ergo amicitie motꝰ est violētus ⁊ segregationi similis ignis vadit ad sursum ⁊ terra deorsum cū separant̄ ⁊ vnūquodqꝫ ꝯgregat̄ ad sibi cōnālia: ergo amicitia vniuersale quo ad suū motū erit preter nām. Cū aūt vt dicit Empe. vniuersalr̄ si esset motus phyſicoꝝ corpoꝝ nec aliqua pars eoꝝ ꝯdē nisi moueat amicitia vl̄ lis hoc tn̄ est incōueniēs: qꝛ multos habēt motores nāles p̄ter litē ⁊ amicitiā.

Tex.c.44. ¶ Amplius aūt dicit Empe. ꝙ corpora physica vident̄ mota motu locali qui nō est pfecte motus ꝯgregationis ⁊ segregationis: hoc est a casu ⁊ a fortuna ⁊ non ab aliquo motore nāli: nullis eni motibus dat Empe. motores certos nisi motibus ꝯgregationis ⁊ segregationis: sed simplicibus manētibus in sua simplicitate nō dedit motorē vnū lis quidē segregat elemēta a mixto fert̄ supius hoc nō dixit esse a lite sed qn̄ fert̄ supius vt a casu ⁊ fortuna: qꝛ casus sic ꝯstituit tunc siue ignis siue ether: qꝛ ethera dixit Empe. esse ex igne claro: nō autē semp sursum mouet̄ ether: sed multotiēs aliter: qꝛ ipse dicit ꝙ a fortuna aliqn̄ innatū est ignē sursum ferri: aliqn̄ ether ingrediebat̄ radices terre sicut apparet in mōtibus ardētibus ⁊ in thermis calidis ferūētibꝰ: in hoc ergo peccabat Empe. ꝙ nālia casui ⁊ fortune subiacere dicebat. ¶ Similr̄ aūt cū dictis ipossibilibus dicit ꝙ mūdus simplr̄ se habet: qꝛ sicut ignis nunc in tēpore litis qn̄ de ꝯfuso ⁊ pmixto egressa sūt oīa sicut prius se habuit in amicitia: qꝛ sicut ignis nūc a fortuna qn̄qꝫ ascēdit ita fecit in ꝯfuso: p casum eni tūc ascēdit ⁊ p casuꝫ descēdit aliqn̄. ¶ Queramꝰ ergo ab eo qd est causa per se que mouit prius ante fortunā: cū eni casus ⁊ fortuna sint cause p accn̄s ante ipsas erit causa aliqua per se: lis enim ⁊ amicitia non sunt causa alicuius motus nisi ꝯgregationis ⁊ segregationis. Si vtiqꝫ est sicut dicit principium id qđ est amicitia vel lis.

¶ Cap.13m. Qꝛ etiam Empe. male dixerit de anima ꝙ esset congregatum ex elementis.

Tex.c.45. Inconueniēs etiā esset si aīa dicat̄ causare ex elemētis oībus aut aliqbus aut aliqđ elemētoꝝ: si eni aīa sit elemētum vel ex elemētis: tūc ꝯueniēt ei alterationes elemētoꝝ per calidum frigiduꝫ: humiduꝫ ⁊ siccuꝫ: ⁊ ecōuerso passiones aīe erūt elementoꝝ: sed quō pōt hoc esse: verbi gratia: musicuꝫ esse ⁊ rursuꝫ esse sine musica cū actione percipiēdi musicā aut memorē esse aut obliuiosū palā est: qm̄ hoc nō ꝯuenit elemētis: si.n. ignis dicat̄ aīa tūc ꝯueniēt ei passiones ignis: si aūt eēt sicut supra dixīmꝰ: qꝛ nō sūt miscibilia nisi corpalia ⁊ aīaꝝ nulla est corpalis ꝯstat ꝙ aīa non erit mixta ex elemētis: sed de his opus erit ꝯtemplari in libro de aīa.

¶ Cap.14m. De iquisitione sm duas opiniones qualiter ex elementis generantur mixta physica corpora.

Tex.c.46. Inquiramus autē nūc qualr̄ mixta physica corpora ꝯstituunt̄ ex elemētis: due eni sūt opiniones de elemētis quaꝝ vna est: ꝙ elementis sit aliquid cōmune qđ est mā vna: ⁊ illis necesse ē dicere ꝙ elemēta trāsmutant̄ adinuicem: qm̄ quocūqꝫ istoꝝ dicto ⁊ ꝯcesso necesse est reliquū ꝯcedere: si eni elemētoꝝ cōmunis est mā: tūc ē ipsoꝝ trāsmutatio adinuicē ab vnitate ⁊ cōmunitate potētie que in mā ē ⁊ est potētia ad formā: cū eni habeat potētias ad dictas formas elemētoꝝ ⁊ in illa potentia sit aliquo mō formalis ⁊ qn̄ inchoatio forme necesse est ꝙ de vna ad aliā trāsmutat̄ formā. ¶ Quicūqꝫ eni dicūt elemēta nō gn̄ari ex adinuicē sicut Empe. illi etiā nō dicūt ꝙ vnūquodqꝫ elemētoꝝ fiat a qualibet parte mixti corpis: sed dicunt ꝙ elemēta ex mixto corpe sicut lapides ⁊ lateres ex pariete qui cōpositi sūt in pariete ⁊ nō mixti: ⁊ hoc dictū eoꝝ est incōueniēs: quō eni pōt aliquis dicere ꝙ ex elemētis sic cōpositis ⁊ non mixtis erūt carnes ⁊ ossa ⁊ vnūquodqꝫ alioꝝ corpoꝝ mixtoꝝ: si eni cōponant̄ elemēta tn̄ ⁊ ꝯgregant̄ manebūt in essentijs ⁊ actionibꝰ suis: ⁊ sic ignis in vna parte cōpositi erit adurēs ⁊ aqua fluens ⁊ terra icōtinua ⁊ aer expirās: similr̄ ignis si nō ligat̄ alterātibus aliqbus citius ibit sursuꝫ ⁊ terra descēdit deorsum: idē ⁊ de medijs intelligit̄ elemētis ⁊ sic nūqꝫ ꝯstabūt vt faciant ossa ⁊ carnes ⁊ huiꝰ. Licꝫ aūt hec opinio Empe. sit expsse falsa ⁊ alia vera que dicit māꝫ esse vnā ⁊ trāsmutari elementa adinuicē: tn̄ habet q̄stionē quō ex alterutris elemētis.s. formalibus ⁊ mālibus gn̄antibꝰ ⁊ ꝯueniētibus simul aliqd preter elemēta pōt gn̄ari qđ ridiculū est eoꝝ nec oīa simul dico aūt vbi gr̄a. Ex igne est aq̄ ⁊ ecōuerso ex aq̄ est ignis p trāsmutationē eoꝝ adinicē sup māꝫ cōem: ⁊ hoc est manifestuꝫ. Sed vtiqꝫ videmꝰ ꝙ etiā ex eis gn̄ant̄ caro ⁊ medulla ⁊ alia huiusmodi: quō ergo ex elemētis gn̄ant̄ illa: ⁊ ex elementis eni qui dicūt vt Empe. dicit ꝙ oīno nec est mouēs quo illa ex elemētis generent̄: sm eos eni necesse est vnūquodqꝫ mixtoꝝ nō mixtū sed cōpositū eē sicut paries cōponit̄ ex lapidibꝰ ⁊ lateribꝰ: talis eni mixtura que nō vera mixtura sꝫ cōpō est ex saluatis in esse suo elemētis: sm partes pes quas adinicē cōpositis: ⁊ sm eos ꝯtingit p cōpōnē ꝯstitui carnē ⁊ vnūqđqꝫ alioꝝ: ergo etiā sm eos ꝯtigit ꝙ a q̄libet pte carnis generet̄ aer ⁊ aq̄ ⁊ terra: ⁊ sic de alijs ⁊ huic dicto est sīe: sicut si nos

Tex.c.47. cerā sigillaremꝰ duobꝰ sigillis ipmēdo nō in vna pte vtriusqꝫ sigilli formā: sꝫ potiꝰ in vna pte circulū ⁊ in alia pte pyramidē: ⁊ hoc est falsuꝫ: qꝛ nos videmꝰ ꝙ ex vnaquaqꝫ pte gn̄at̄ quodlibet elemētū: ⁊ hoc manifestū est ex carnis mixtiōe: qꝛ ex oībꝰ q̄libet pars carnis ꝯstituit̄ elemētis: sꝫ eis qui dicūt vt Empe. dicē nō ꝯuenit sic resolui q̄libet ptē carnis in quodlibet elemētū: sꝫ potiꝰ resoluit̄ vna pars in vnū ⁊ alia in aliud: sicut paries resoluit̄ i lapides ⁊ lateres ita ꝙ lapis egredit̄ ex alio loco ⁊ ex alio egredieť later. Intelligēdū autē qđ dr̄ de pte quātitatiua mixti ꝙ resoluit̄ in q̄libet elemētū nō de q̄libet pte eēntiali: qꝛ ptes essentiales sūt mixta elemēti que sūt in mixto sm esse plurimū saluate vt supra in p̄mo libro dixīmꝰ. Similr̄ aūt ⁊ in alia oppōne q̄ dicit ꝙ vna ē mālis mā elemētoꝝ ⁊ trāsmutatio adiuicē. ¶ Est aūt adhuc alia q̄stio quō erit aliqd ambobꝰ elemētis.s. māli ⁊ formali vl̄ supiori ⁊ iferiori: qꝛ de alijs nō est tn̄ dubiū: vbi gr̄a: calo ⁊ frigido: vl̄ ex igne ⁊ aq̄. Si.n. dicat̄ calorē esse ex ambobus vel aliud aliqd qđ eoꝝ neutrū est ⁊ nō ibi cōpō: saluatoꝝ aūt ambo corrūpunt̄ aut alteꝝ: si ambo tūc nō relinquit̄ ibi aliqd de hmōi mā: ergo caro nō erit ibi aliqd nisi mā elemētoꝝ cōpositoꝝ: qđ falsuꝫ est. si aūt alteꝝ corrūpit̄ tūc alteꝝ gn̄at̄ purꝫ ⁊ nō mixtū elemētū: ⁊ sic iteꝝ non fiet caro vel os.

Quō itelligitur ꝓpō phi ex q̄libet pte mixti resolui posse oīa elementa.

Tex.c.48.

¶ Cap.15m. De solutione dictaꝝ dubitationū ⁊ determinatione qualiter mixtum est ex elementis.

Tex.c.48. Dicamus ꝙ ꝓpter deā qđ ꝯtigit in actiōe elemētoꝝ alteri esse magis calm̄ ⁊ aliqn̄ minꝰ calm̄: aliqn̄ magis frigidū ⁊ aliqn̄ minꝰ frigidū eē: ⁊ aliqn̄ qdē cōtigit ꝙ aliqđ illoꝝ simpl̄r ē in actu ⁊ alteꝝ in potētia tn̄: ⁊ tūc vnum gn̄at̄ ex alio. Aliqn̄ aūt ꝯtigit ꝙ neutrū eoꝝ est simpl̄r actu ⁊ neutrū simpl̄r potētia si sit tn̄ calidū vel tn̄ frigidū vt calidū sm ꝓportionē quā supra dixīmꝰ in caplo de mixtiōe: ⁊ tūc elemēta miscent̄: qꝛ que miscent̄ nō in toto destruunt̄ sm intensiōes suaꝝ q̄litatū adinicē corrūpunt̄ ⁊ nō ipse q̄litates in toto: ⁊ tūc mā elemētoꝝ relinquit̄: qꝛ nō oīa corrūpunt̄ ⁊ nulluꝫ eoꝝ simpl̄r gn̄at̄ sꝫ mediū tūc fit mixtū ex eis oībꝰ: hoc aūt mediū nō semp fit p eq̄litatē vtutis ꝯtrioꝝ in ipso: sꝫ fit aliqn̄ magis calidū q̄ frigidū: ⁊ aliqn̄ ecōuerso magis frigidū q̄ calꝫ ita ꝙ est ꝯtrio mō alterutrū ꝯtrioꝝ sm rōnē ꝓportiōis ita ꝙ ē duplex calidū q̄ frigidū vel tripl̄r vel sm aliū talē modū: qꝛ ipossibile est ꝙ aliqd mixtū sit equalr̄ hñs de quolibet miscibili ⁊ ipossibile est ꝙ plus habeat de frigido q̄ de calo cū frigidū sit q̄litas abscidēs mixtū ⁊ mortificatiua. Mixta ergo erūt ex istis corpibus que potētialr̄ sine sm vtutē sūt in mixtis: sicut in mā: sed potius saluata sm ꝓpositū esse ⁊ saluatis vtutibꝰ q̄litatū ipsoꝝ elemētoꝝ sm p̄dictū moduꝫ ⁊ isto mō ꝯueniētibꝰ elemētis erit mixtio. Alio vo mō erit mā q̄dā.s. elemētū elemēto miscet̄ nō ꝓpe: sꝫ ita ꝙ vnū actu manet ⁊ aliud in toto corrūpit̄: tūc eni vnū in alio nō nisi mltipl̄r saluat̄. ¶ Vel aūt nos ad ꝓpositū hoc qđ diximꝰ ad aptemꝰ dicimꝰ ꝙ ꝯtria patiunt̄ adinicē: sicut dixīmꝰ pūs: qꝛ qđ ē actu calm̄ est potētia frigidū: ⁊ ecōuerso qđ potētia ē frigidū ē actu calm̄: ita ꝙ vnū corrūpit̄ ⁊ alteꝝ generat̄: ⁊ similr̄ fit in alijs ꝯtra⸗

Impossibile ē aliqđ mixtū hr̄e plus d frigido q̄ de calido.

rijs.s.humido ꝛ sicco: elemēta primũ se inuicē trāsmutātur in gnōne eoꝝ adinuicem: ꝛ postea scḋa trāsmutatio coeq̄lis ſm ꝓportionē potētijs ꝛ ex elemētis fiūt ossa ꝛ etiā cineres ꝛ queciq̄ʒ sunt calida: calida quidē ſm aliqḋ ifrigidato ꝛ frigido ſm aliqḋ calefacto: qꝛ in mixtis vniuscuiusq̄ʒ mā ꝯrij partē capit alterius ꝯrij q̄ñ veniūt ad mediū. Mediū enim neutrū est ꝯrioꝝ. Mediū aūt id ad est vnius ꝓportionis tñ s. ꝙ fit p equalē ꝯrioꝝ participationē qḋ mediū equidistans vocaṫ a ꝯrijs: sed est idiuisibile ſm multas ꝓportiōes vt dixim9: ꝛ dicim9 ꝙ mediū est multiplex iter calidū ꝛ frigidū: ita est multiplex iter humidū ꝛ siccū ꝛ alia talia ꝯria ꝛ ſm diuersitatē quādā in alia ꝓportione ꝯueniētia faciūt os ꝛ in alia ꝓportione faciūt alia quoꝝ cōplexiones variant: sicut est hō cuius cōplexio maxime vicina est tēperamēto: ꝛ leo q̄dē est calide cōplexionis: asinus vō frigide.

¶ Cap. 16m. Et est digressio ostēdens ꝙ forma substantialis non est mixtura vel armonia mixtorum.

Ex his forte alicui videṫ ꝙ forma corpoꝝ nāliū nō sit nisi mixtura ꝛ armonia mixti. Arist. in libro primo reprobat: cū enim ꝯstituaṫ ex elemētis ſʒ multiplex terre ad multiplex aque: ꝛ iterū multiplex ignis idarēs ad multiplex aeris: cum eni ex octo partibus plures ex illis dātur vulcano videṫ hec esse ꝓportio q̄dā mixture qḋ si ꝯcediṫ oʒ ꝙ in oibus actus corpoꝝ physicoꝝ mixtoꝝ ꝛ cōplexionatorū esset actus mixti vel miscibiliū ꝛ alterationes eoꝝ nō essent nisi ſm passiones elementoꝝ diuisim vel simul sumptoꝝ qḋ falsum est: qꝛ multe sūt forme que nō sunt mixtura sicut aia ꝛ sicut ois forma substātialis: vñ etiā res habent opationes que nullius sūt miscibiliū: sed sunt spēm sequētes sicut magnes attrahit ferrū ꝛ auꝝ corletificat ꝛ huiusmodi. Et ideo sciēdū ꝙ ſm ꝓprietatē huius scie nō determinaṫ de mixtiōe nisi in ordine ad gnōnē ꝛ inquātū ꝓcedit generatio in simplici ꝛ ex simplicibus: ꝛ ideo totū qḋ dictū est ꝛ qḋ diceṫ itelligiṫ de mixtura que p̄cedit formā ex parte materie ſm viā gnōnis: ſm exigētiā cui illius prior introduciṫ forma p virtutes celestes ꝛ ꝯfictas virtutibus elemētoꝝ mixtoꝝ adinuicem. Et ideo infra reprehēdunṫ illi qui sufficiētiā causaꝝ gnōnis esse ponebāt in mā disposita: eo ꝙ auferebāt cām formalē q̄ dat eē rei ꝛ nō est aliqḋ māe nec sicut pars nec sicut dispositio.

¶ Cap. 17m. De eo ꝙ omnia elementa conueniunt ad quodlibet mixtum per naturam.

Tex. cō. 49.

Redeamus ergo ad ꝓpositum ostēdētes ꝙ oia mixta corpora q̄cūq̄ʒ circa mediū locoꝝ sūt ex oibus simplicibus sunt cōposita siue cōmixta: ꝙ eni terra sit in eis ex hoc pʒ ꝙ oia mixta siue sint aquatica siue terrestria siue volātia in aere ꝓpriū bonū quietis sue habent in terra: locus aūt vbi quiescit res ꝯnālis est ei ꝛ ita terra abūdat in oibus mixtis. Aquā aūt in eis opʒ inesse: qꝛ terra pura ꝯtinuationē nō habet sed potius discōtinuationē in puluerē ꝓpter siccū nāle qḋ est in terra: ptes aūt cōmixtoꝝ optime ad se terminanṫ. Qḋ aūt inter simplicia hū est terminabile est aqua: ergo est aqua vt ꝯtinēs ꝛ terminās partes: ꝛ partes insūt oibus mixtis. ¶ Amplius aūt sicut etiā diximus terra nō ꝯtinuaṫ sine humido ꝯtinuāte: vñ si humidū auferatur ab ipsa terra decidet in puluerē: ergo terrene sube ifusum est humidū aque in corporibus mixtis: terra q̄dē ergo ꝛ aqua insunt per dictas causas. Aer aūt ꝛ ignis insūt: qꝛ illa duo elemēta ꝯria sūt ſm q̄litates terre oēs ꝛ aque ꝛ aer q̄dē terre ꝛ ignis aque opʒ vnūquodq̄ʒ alterari a suo ꝯrio: ergo cū terra ꝛ aq̄ alterenṫ in mixto opʒ inesse aerē ꝛ ignē vt alterātia ea: dico aūt ꝯriū esse elemētū elemēto ꝓut rōne qualitatū ꝯtingit substātiā esse ꝯriā sube: q̄ñ ergo gnōnes sunt ex ꝯrijs ꝛ in mixtis sunt extrema ꝯrioꝝ. s. frigidū siccū frigidū ꝛ humidū necesse est alterā inesse. s. calidū cū sicco: ꝛ calidū cuʒ humido: quapropter in oi cōposito mixto erūt oia corpa simplicia. ¶ Aduertēdū tñ ꝙ lʒ existibus in mixto terra ꝛ aqua ꝛ igne oia insunt ꝯria. s. calidū frigidū humidū ꝛ siccū: tñ nō sunt ita imminuta diuisibilia ꝛ subtilia ꝙ fiat cōplexionalis cōmixtio nisi adsit humidū calido aereo ad qḋ vaporaliṫ eleuaṫ aqua ꝛ ad ipsuʒ ꝯdēsaṫ aer: ꝛ cū vaporaliṫ eleuaṫ aqua sunt in ipsa partes terre subtiliṫ ꝛ miscibiles ꝛ tūc fit optima cōmixtio: ꝛ

Tex. c. 50.

ista oia opʒ in mixto nāliter esse: hoc etiā videṫ testificari nutrimētū mixtoꝝ reꝝ que eisdē in genere nutriunṫ ꝛ generantur: oia eni ex multis simul mixtis nutriunṫ: etenīʒ quecūq̄ʒ magis terrestria sunt vno solo videnṫ nutriri: vt plāte aqua nutriri videnṫ ex multis mixtis simul nutriunṫ: qꝛ cū aqua mixta est terra qḋ ostēdit agricultura: quia nutriētes rustici plātas mixtū aque stercus habēt: ergo multo magis que minus sunt terrestria vt animalia nutriunṫ simul mixtis: ergo etiam sunt ex multis simul in mixtis.

¶ Cap. 18m. Qꝛ solū iter simplicia nutriṫ ignis ſm antiquos.

Tex. c. 50.

Uoniā āt nutrimētū est ꝯuertibile in materiā eius nutriṫ vt in primo libro diximus vbi locuti sumus de augmēto. Id āt qḋ nutriṫ est spēs in mā ꝛ forma rōnale est: qḋ dicunt antiqui ꝙ iter simplicia corpora solus nutriṫ ignis inter oia ea que adinuiceʒ generanṫ. Solus. n. ignis maxime est spēi ꝛ formalitatis: ꝛ ideo innatus sursum ferri ad tertiū orbis qui maxime formalis est inter corpora: vnūquodq̄ʒ eni innatuʒ est ferri ad suipsius regionē que est sibi ꝯnālis: forma aūt ꝛ spēs oium reꝝ est in terminis orbiū: qꝛ superiora ad inferiora se habēt sicut forma ad mām: vt in celo ꝛ mūdo est determinatū: vnde cū ignis vbiq̄ʒ tāgat orbē lune ꝯstat ꝙ ipse orbi ꝯnālis est in forma. Diximus autē in primo tractatu de augmēto ꝙ tam nutriri q̄ʒ augere dicitur ꝓprie ꝛ improprie: ꝓprie q̄dē sicut in aiatis in q̄bus est virtus nutritiua ꝯuertēs nutrimētū in quālibet partem sui ſm formā: lʒ nō in quālibet ſm materiā ꝛ in qualibet per poros ꝛ spōgiositatē penetret nutrimētū: ꝛ hoc mō nō nutriṫ ignis. Diximus āt alio modo q̄ñ nō virtus aie sed caloris tñ in se ꝯuertētis aut igrediṫ quālibet ptē nutriri sed addiṫ ei extrisecus p ꝯtinuationē: ꝛ hoc mō nutriṫ ignis. Q̄ñ q̄dem ergo oia mixta ex oibus sunt ꝯstituta simplicibus dictum est.

¶ Tractatus tertius de causa trāsmutationis.

¶ Cap. pm. Que intētio tractatus: ꝛ que ꝛ quot principia sūt transmutationis.

Tex. c. 51.

Uia vō quedā sunt generabilia ꝛ corruptibilia ꝯtingit gñatio circa mediū locū spere celestis qui locus est terra habitabilis: ꝛ vbi aqua ꝛ aer ꝯtingūt terrā: qꝛ ibi nō alibi radij stellaꝝ ꝯgreganṫ ad punctū vnum qḋ cōparaṫ ad celum est terra simpl'r aut centrū terre. Quia inquārūʒ sic est opʒ nos dicere de oi gnōne in vniuersali simpl'r quot ꝛ que habēt principia que nos facilius in libris particularibus ispiciemus causas particulariū q̄ñ causas vniuersalis gnōnis p̄us accepimus in libro primo: qꝛ via doctrine est ab vniuersali ad particulare. Dico ergo ꝙ principia gnōnis ꝛ corruptionis nō sunt eq̄lia ꝛ gñe eadē cū p̄ncipijs illis que sunt in mobilibus sempiternis ꝛ primis ꝛ vnū eoꝝ q̄dem est mā. Aliud aūt est forma opʒ aūt ꝛ tertiū ad hoc existere: qꝛ sic in primis nō sufficiunt duo ad motū: sed opʒ adesse tertiū qḋ est efficiēs: causa autē que est vt mā in gñabilibus ista in his gnōnis est causa qua possibilia sūt esse ꝛ nō esse eo ꝙ ipsa mā potētia est ꝛ non est actu. Et ideo se habet ad vtrūq̄ʒ. s. ad esse ꝛ ad nō esse: ꝛ cuʒ actu inest forme vnius nō caret priuatione ꝛ desiderio forme alterius per qḋ abijciet formā quā habet ꝛ accipiet aliā: forma autē est causa esse tñ: sed efficiēs mouet materiaʒ vt trāsmutaṫ de potentia ad actū. Eoꝝ enīʒ que sunt quedam sunt ex necessitate in esse nec aliter se possunt habere vt celestia in sua suba ꝛ in suis motibus necessaria sūt: ꝛ his opponunṫ impossibilia ad se que nunq̄ʒ erūt nec potuerūt fieri: sicut ꝙ celū incurueṫ vel recto motu moueaṫ. Quedā vō possibilia sunt esse possibilia nō esse que sunt gñabilia ꝛ corruptibilia ꝛ quādoq̄ʒ quidē sunt ꝛ quādoq̄ʒ autē nō sūt: ꝛ ideo est necessarium ꝙ generatio ꝛ corruptio sint circa talia que possibile est esse ꝛ possibile sit nō esse. Causa aūt ex qua est talis possibilitas ad esse ꝛ ad nō esse in generabilibus est vt mā: sed causa finalis in physicis que est cuius gratia est motus a mouēte ꝛ in mā est forma ꝛ finis ꝛ spēs ꝛ est fini motus ꝛ intentionis efficientis esse: qꝛ ad ipsam habitam quiescit motus eius: forma aūt est que dat esse actu materie. Sed species est dans rōneʒ qua est principiū cognitionis rei: hec eni est rō diffinitiua cuiuslibet substantie: sed cum his duobus

opz adesse principiũ tertiũ qd̃ est efficiens: qd̃ quidẽ oẽs antiqui sonabãt sed nullus eoꝝ dixit expresse.

¶ Cap. 2m. De duabus opinionibus de generãte causa que est primum efficiens.

Tex. c. 52.

Antiquoꝝ enim sentẽtie de gñatione efficiente in generabilibus fuerũt due: extimauerũt enĩ quidam ꝙ specieꝝ siue formaꝝ separataꝝ vna sufficiẽs esset causa ad hoc ꝙ res generet̃ quẽadmodũ dixit Plato in phedone: cũ enĩ induxit increpantẽ alios phos tanq̃ nihil dicẽtes ⁊ supponit ꝙ quedã hec entiũ sicut species sepatate ⁊ quedaz sunt principia specieꝝ sicut materie ⁊ ꝙ vnũquodq; cõpositũ dicit̃ esse actu fm̃ speciẽ generari aũt dicit̃ fm̃ illi⁹ successionẽ ⁊ dicit̃ corrũpi fm̃ eiusdẽ speciei actionẽ: dixit enim spẽs reꝝ esse eternas que sunt sigilla que se sigillãt in rebus gñabilibus ⁊ cũ sigillãt materiã: tũc res generat̃ ⁊ eijcitur forma sigilli manet quidẽ forma ꝑpetua: q: destructo omni homine particulari ad hoc manet homo in diffinitionibus que sunt aial rõnale corporeũ siue sermocinale: sed destruit̃ indiuiduum per electionem talis forme: quapropter si hec vera sunt: pz ꝙ ipse Plato extimat ex necessitate causas esse tam gñationis q̃ corruptionis que per presentiam quidẽ est generationis per absentiã aũt corruptiõis. Alij aũt nõ dixerũt primũ mouẽs mãm esse extrinsecũ: sicut Plato: sed dixerũt principiũ motus materie esse ipsaz mãm dispositã ⁊ informatã q̃litatib⁹ primis: dixerũt etiã a tali mã esse motũ reꝝ.

¶ Cap. 3m. De improbatione amborum opinionum.

Tex. c. 52.

Eutri aũt istoꝝ bene dicunt: q: si spẽs sunt cause gñationis ⁊ corruptionis queramus quare non ꝯtinue sine intermissione res generant̃: sz quãdoq; res generant̃: ⁊ qñq; nõ cũ aũt eodez modo se habeat spẽs gñantis ⁊ semp eodẽ mõ se habẽt principalia spẽꝝ vel particularia spẽꝝ que innata sunt istas spẽs suscipere. ¶ Amplius nos ad sensum videmus ꝙ in arte est alia causa mouẽs preter spẽm: q: sanitatẽ facit medicus: ⁊ sciẽtiã generat doctor ⁊ cuz ꝑter illos sanitas ⁊ doctrina sint spẽs ⁊ aia discentis ⁊ cõplexio sanitatis sint particularia istaꝝ spẽꝝ ⁊ eodẽ modo in alijs que sunt operata per potẽtias artiũ: cũ ergo ars mutet mãm etiã similiter erit tertia causa ꝑter duas. Illi aũt qui dicũt ꝙ mã ꝑfato modo disposita sit causa gñationis ꝑpter motuz quo mouet: dicũt vtiq; melius q̃ isti qui ponũt spẽs. s. qd̃ alterat ⁊ qd̃ trãsformat magis est causa mouẽs in physicis: mã aũt sic informata alterat ⁊ transformat: ⁊ nos etiam assueti sumus dicere in artibus in mã ꝙ hoc est efficiẽs: quodcũq; est mutans ⁊ alterans rem ⁊ transformans ⁊ illa dicta istoꝝ ex ꝯsuetudine cõprobant̃: sed tamẽ nec hi iuste nec vere dicũt: materie enim est pati ⁊ moueri: facere aũt ⁊ mouere est alterius potẽtie que est efficiẽs. ¶ Ex his enim que scbo physicoꝝ sunt scripta ꝯstat mãm ⁊ efficiẽs nunq̃ posse coincidere in idẽ. Dixerũt aũt isti ꝙ mã est pricipiũ mouẽs: ⁊ q̃litas materie que est calor ⁊ frigus est sicut instrumẽtũ mãe: ꝙ autẽ hoc falsum sit manifestuz est in his que a mã generant̃: ipsa enim aqua nõ facit ex seipsa: sed potius patit̃: ⁊ si facit aliquid mota est ⁊ facta quocirca hi ꝑpter hoc non bene dicunt.

Tex. c. 53.

Alia aũt rõ est quare nõ iuste dicũt. s. ꝙ q: dicũt ꝙ calidũ segregat ⁊ distinguit res: frigidũ aũt cõgregat ⁊ miscet eas: ⁊ hoc dicũt reꝝ formas nec res habere aliã formã nisi raritatẽ ⁊ spissitudinẽ diuersam materie. Amplius isti attribuunt corporali materie potẽtias qualitatũ primaꝝ vt ꝑpter illas generẽt valde organice hoc est instrumẽtalr̃: q: dixerũt ꝙ q̃litates prime sunt velut instrumenta q̃dã qbus agit ⁊ efficit mã hoc qd̃ efficit ⁊ agit: auferũt etiã illã causam que est fm̃ spẽm que vocat̃ formalis: q: substãtialẽ formã nullã esse dicebãt. Inquiũt eni q: calidũ innatũ est segregare: frigidũ autẽ ꝯgregare: segregat eni calidũ ⁊ dissoluit. Et ideo q: subtile ad se trahit ⁊ grossuz relinquit res distinguit: frigidũ autez q: ꝯgregat ⁊ inspissat res miscet ⁊ ꝯfundit: ⁊ q: oia ꝯstituunt̃ mixtura quadã ⁊ distictiõe: ⁊ ideo dicebãt isti q: ex his duobus oia alia faciũt vel patiunt̃: ⁊ oia alia ex eis gñant̃ ⁊ corrũpunt̃ intãtũ ꝙ etiã ignis qui formalissimus est motus aliquãdo a frigido hoc mõ instrumẽtalr̃ patit̃: ⁊ nõ dixerũt aliquã aliã causam efficientẽ vel formalẽ. Amplius in hoc simile aliquid dicũt sicut si aliquis causaz eoꝝ que generant̃ attribuat serre aut alicui alioꝝ instrumẽtoꝝ: q: in veritate calor ignis ⁊ frigus aque intẽperata sũt ⁊ ad cõplexiones mixti nõ agũt: sed potius calor per se ꝯsumit ⁊ incinerat ⁊ frigus mortificat ⁊ ꝯgelat: vñ sicut necesse est aliquo serrãte diuidere lignũ aliquo mouẽte securim vel dolabrũ coequari cõplanari ⁊ poliri lignũ in edificio ⁊ in alijs similr̃ ⁊ eodẽ modo necesse est ꝙ q̃litates elemẽtales aliqd̃ ordiate moueãt ⁊ dirigãt ad spẽs generatoꝝ ꝑducẽdas: ⁊ hoc est mot⁹ celi vt infra patebit: quocirca ⁊ si ignis maxime aliqd facit ⁊ mouet: tñ isti nõ vidẽt qũo mouet: q: multo deteri⁹ mouet q̃ organa: qñ sicut dictũ est organũ dirigit̃ ab artifice ad actũ talẽ vel talez qui iducit formã opis artis: sz ignis ⁊ frigus elemẽtalia corrũpũt cõplexiones oẽs: ⁊ hoc est pessimũ ⁊ mĺto pei⁹ q̃ actio organũ que est ordinata ab eo qd̃ mouet organum.

Tex. c. 54.

Tex. c. 55.

¶ Cap. 4m. De sentẽtia vera de causa efficiente gñationis.

Tex. c. 55.

Obis aũt volẽtibus tradere vniuersalẽ causam efficientẽ ꝑpetue gñationis supponant̃ ea que dicta sunt vniuersalr̃ de causis in 2° physicoꝝ: ⁊ ea que dicta sunt hic de mã ⁊ forma elemẽti. Amplius ṽo ea etiam supponant̃ que dicta sunt de allatione qui est motus circuli celestis: demõstratũ est enim in 8° physicoꝝ: qñ allatio est mot⁹ ꝑpetuus: his enim tribus sic se habẽtibus necesse est gñationẽ ꝯtinue esse ⁊ ꝑpetue. s. q: mã ꝯtinue passibilis est: q̃litates que sunt forme elemẽtoꝝ ꝯtinue agũt ⁊ patiunt̃ adinuicem. Allatio aũt facit gñationẽ ꝯtinue durare: q: ꝯtinue ⁊ ꝑpetue adducit generãs in tota mã ⁊ alie similr̃ allationes. Simul aũt cuz dictis manifestũ est: qñ ⁊ priora que dicta sunt in 8° physicoꝝ bene dicta sunt. s. ꝙ allatio circuli sit primus mot⁹ ⁊ ꝙ gñatio nõ est primus motus in vniuerso: q: multũ rõnabilius est ꝙ id qd̃ est ens semp ⁊ ꝑfectũ in esse ⁊ est ꝑpetuum sit causa eius qd̃ nõ est semp q̃ ecõuerso id qd̃ est nõ ens sit causa enti semp ꝑpetuo: qd̃ aũt fertur fm̃ solum est ꝙ nihil mouet̃ localr̃ nisi qd̃ est fm̃ ꝙ generat̃ nõ est: q: si esset nõ generaret̃: ergo allatio prior est ⁊ causa gñationis in vniuersali: sz in vno ⁊ idiuiduo gñari prius sit fieri per gñationẽ q̃ generatũ moueri localr̃. Qñ aũt suppositũ ⁊ determinatuz est supra in primo libro ꝙ gñatio que ꝯtingit rebus gñabilibus est ꝯtinue ⁊ semp: ⁊ nos dicim⁹ ꝙ allatio circuli est causa generationis ⁊ corruptionis manifestũ est: q: si vnũ ⁊ eodẽ mõ se habẽs est allatio ipsa nõ põt causare vtrũq;. s. gñationez ⁊ corruptionẽ: q: ipsa gñatio ⁊ corruptio sunt ꝯria. Idem enĩ similr̃ se habẽs semp innatũ est idẽ facere ⁊ nõ ꝯria quocirca si allatio sit vna ⁊ similr̃ se hñs aut gñatio est semp causata ab ipsa aut ecõuerso: ⁊ nõ ambo simul: cũ vtrũq; hoꝝ ꝯria rñ causat̃ ab allatione: opz ꝙ motus sint ꝯrij altero duorum modoꝝ aut. s. ꝙ sint due allationes ꝯrie aut etiã vna ineq̃lis sibi fm̃ diuersas circuli partes que ex vna parte circuli causet vnũ: ⁊ ex alia parte causet aliud: ꝯrioꝝ eni cause sũt ꝯrie.

Tex. c. 56.

Ideoq; prima allatio que est orbis ꝑmi qui mouet̃ ⁊ mouet alios orbes motu diurno eq̃li sup circulos equidistãtes circulo equinoctiali: ⁊ sup polos mũdi nõ est causa gñationis ⁊ corruptionis: q: nõ equalr̃ accedit ⁊ recedit: sed equalr̃ accedit vbiq; ⁊ semp: sed ea allatio que est circa circulũ qui dicit̃ orbis signoꝝ siue zodiacus est causa gñationis ⁊ corruptionis. In hac eni allatione inest ꝯtinuũ ex circulatione ⁊ inest moueri duos motus ꝯrios. s. accessionis ⁊ recessionis: siue ascẽsionis ⁊ descẽsionis ex qbus gñant̃ ambo. s. gñatio ⁊ corruptio: necesse est si semp erit gñatio ⁊ corruptio sicut in primo libro ostẽsum est semp aliqd moueri fm̃ allationẽ: ⁊ hoc mõ semp nõ mouet̃ nisi orbis aliquis vt nõ deficiãt iste trãsmutatiões: ergo ꝑpetue ꝯtinuitatis in generãdo vnũ ex altero ⁊ corrũpit̃ vnũ in alteꝝ est causa ꝙ generãs est aliqñ nobis ꝑsens fm̃ ꝑpinquitatẽ: aliqñ absens fm̃ remotionẽ: ꝯtingit eni ex hoc qñq; generãs lõge fieri a loco gñationis: sicut qñ mouet̃ in signis meridionalibus ꝯtingit qñq; fieri prope sicut qñ mouet̃ in signis aquilonaribus. Qñ aũt generantis distantia siue accedentis non est equalr̃ necesse est etiã motum esse inequalem: quocirca sicut in aduenĩendo ⁊ in prope esse generat rẽ tũc in recedẽdo ⁊ in longe fieri corrumpitur idipsum mouens accedendo ⁊ recedẽdo: ⁊ si multotiẽs aduenĩendo fm̃ vnam medietatem circuli corrumpit̃: contrarioꝝ enim ꝯrarie sunt cause non tamen est motus vnius medietatis circuli ꝯrarius motui alterius medietatis per

se sed sm respectū radij ad locū generationis: q2 cū recedit respicit obliquiori radio locū gn̄ationis: ꝛ tunc dominatur frigus mortificās: ꝛ cū accedit rectiori respicit radio: ꝛ ideo plus calefacit: ꝛ q2 motus solis in circulo obliquo causa est gn̄ationis ꝛ corruptionis: ideo tempus gn̄ationis est equale tempori corruptionis ꝛ ecōuerso: q2 sol ascēdendo per sex signa generat que sunt a principio capricorni vsq3 ad initium cancri: ꝛ per sex signa descendendo corrūpit que sunt ab initio cancri vsq3 ad principiū capricorni ꝛ isti motus sūt inter duos tropicos solsticiales: ꝛ q2 ista gn̄atio inferioꝝ ꝛ corruptio causant a superiori allatione in circulo aliquo. Ideo oē tēpus qḋ est in re tēporali ꝛ ois vita que viuit habet numeꝝ in circulo celesti: ꝛ in ipso circulo celesti determinat: quia ex ipso circulo ꝯsideratur vsq3 ad quantum se extendit virtus generantis sm q2 affert esse rei anteq̄ afferat perfectam rei corruptionē: sicut p3 ex sciētia astronomica: omnium enim inferioꝝ rerum est ordo causaꝝ pendens ex superiori ordine: ꝛ omne tēpus qḋ est rei ex arte in tēpore durationis: ꝛ ois vita periodo mensurat. Est autē periodus modulatio circuli dicti a peri qḋ est circum ꝛ odos qḋ est modulatio: sed tñ non oia mensurant eadem periodo: sed hec habent maiorem: ꝛ hec habent minorē: hoꝝ enim periodus est. Horū autē minor hoꝝ aūt maior sm q2 magis suscipientia ꝛ retinentia sunt virtutes sibi ex circulo celesti influxas. ¶ Quod autem vera sint que dicta sunt testificatur sensus. Quia nos videmus ad oculum q2 sole adueniente ad punctū arietis: quādo directo radio locum nostrū tangit generatio esse incipit in terra nascentibus: recedente autē sole a principio libre marie incipit reꝝ diminutio ꝛ corruptio: ꝛ tēpus vtriusq3 est equale: q2 tēpus qḋ est generationis sm nām equale est tēpori corruptionis sm nām: q2 tātus est ascensus solis quātus est descensus vt dictum est: si autē ꝯtingit aliquā corrumpi aliquam rem in minori tēpore: hoc est anteq̄ vis generationis celestis sm rōnē periodi recedat hoc ꝯtingat per accidens ꝓpter cōfusionem materie ex alia causa: q2 cum mā est inequalis ꝛ non susceptibilis virtutis celestis: ꝛ non codē modo ꝛ equalr̄ se habens in periodo: tunc necesse est q2 gn̄ationes ꝛ corruptiones sint equales: ꝛ hee erunt citiores ꝛ ille tardiores quocirca accidit q2 tempus idem est gn̄ationis ꝛ corruptionis: ꝛ propter hominum generationem aliis generatur corruptio ꝛ econuerso.

Tex.c.57.

Tex.c.58.

¶ Cap. 5m. Et est digressio declarans ea que dicta sunt de periodo.

Quid est periodus.

Est autē hic attendendum q2 periodus grecum nomē dicit a peri qḋ est circū ꝛ odos qḋ est armonia in cantu: ꝛ ponitur pro ꝯsonantia mensure: hoc est idem q2 mensura corporis. Est sic periodus mensura que ex circulo celesti imprimit vel infunditur rei causate a circulo in inferioribus. Cū aūt multiplex sit circulus celestis: nō tñ sūt nisi duo motus ipsoꝝ in genere. s. motus planes ꝛ motus aplanes: vt dicit Aristo. in. ii° prime phie: ꝛ sicut accipit ex propria phia astronomoꝝ. Motus aūt aplanes siue ordinarius est motus primordialis qui diurnus dicitur: ꝛ est ab oriēte in occidēs super polos mūdi ꝛ super angulos equidistātes quoꝝ maximus est circulus equinoctialis: ꝛ hic motus dicit allatio vnius ꝓprie qui affert gn̄ans hoc est solē: ꝛ scḋo alios planetas: ꝛ tertio oēs stellas: ꝛ quarto gradus totius orbis ab ortu in occidēte qui motus est causa vite ꝛ esse in quibusdā intm̄ q2 quorūdā esse ꝛ vita vltra circulū istius motus nō extēdit: ꝛ ideo quedā pficiunt in esse in die corruptio eoꝝ cōpletur in nocte sicut p3 in pisce qui dicit dies vel ediurna: q2 eadē die nāli morit ꝛ orit. Alius aūt motus est erraticus qui motus planes vocat ꝛ est circuli signoꝝ super polo zodiaci qui distat a polis mūdi per. 24. gradus ꝛ. 35. minuta: ꝛ ideo sol ꝛ alie stelle mote in ipso oblique mouentur ab ante in retro ꝛ ecōuerso hoc est ab aquilone in meridie: ꝛ ecōuerso sicut sol mouet a capricorno in cancrū: ꝛ a cācro in capricornū. Istis aūt duobus modis simul cōmiscent elemēta ad gn̄ationem qū sole adueniēte versus capricornū inferiora elemēta vincunt super superiora: ꝛ qū venit versus cancrū incipiūt vincere superiora super inferiora. Sic etiā distinguit quatuor tempora que sunt ver estas autūnus ꝛ hyems. In duobus enim tropicis facit estatē ꝛ hyemē: ꝛ in duobus equinoctialis punctos. s. ariete ꝛ libra ꝛ vere ꝛ autumno. Est aūt obseruādū q2 nō solus sol est causa gn̄ationis: sed ipse precipue sit generans nisi dicat q2 solo lumine solis fit gn̄atio: q2 sicut dicit precipui phi Aristo. ꝛ Auic. Ptolomeus ꝛ Megelaphus solus sol lucet lumine ꝓprio ꝛ oēs alij planete ꝛ stelle illustrant a sole quēadmodū ꝛ luna: sed lumē recipit ab eis in profundū sui ꝛ induit in eis aliā nām q̄ habeat in sole: ꝛ ideo in luna est frigidū ꝛ humidū intēperate. In saturno est frigidū ꝛ siccū in tēperie. In venere frigidum ꝛ humidū temperate. In mercurio vō est cōmiscibile: q2 auget ꝓpetatē cuiuscumq3 stelle quā respicit ꝛ in sole qui mouet oēs est calidū ꝛ siccum tēperate. Oēs aūt alie stelle sūt ꝓprietatē alicuius istaꝝ sequunt. Hoc habito notandū q2 nullatenus solus accessus solis ꝛ recessus facit periodum: q2 aliter in hyeme nullū animal deberet nasci: sed potius omnia mori ꝛ nullius vita deberet extendi vltra annū: qḋ expresse falsum est: sed periodū facit relatio ascēdentis signi super orizontē. Ad oia alia ista signa circuli cū suis stellis ꝛ planetis in hora ꝯceptus vel natiuitatis rei inferioris que creatur vel concausat a circulo celesti: hoc enim modo mēsura quorūdā est anterius ꝛ quorūdā plus vel minus sm effectus signoꝝ ꝛ fortitudinis stellaꝝ que sūt signis hoc mō veꝝ est q2 equale est tempus generationis rei tēpori corruptionis: q2 a primo signo ascendente in hora rei cōputat ꝓfectus rei vsq3 ad septimū signū eiusdē circuli: ꝛ a signo septimo vsq3 ad primū cōputat defectus: ꝛ ideo septimū signum domus mortis vocat ꝛ ascendens vocat domus vite. Et ideo generatio rei vocat profectus vsq3 ad statum: ꝛ post statum vsq3 ad declinationem ꝛ a declinatione vsq3 ad mortē vocat periodus mortis: quia equalia sunt sm nām: q2 a primo vsq3 ad septimū tantū est quātum a septimo vsq3 ad primū per aliam partē circuli mēsurando: verbi gratia: ab ariete per cācrū ꝛ geminos ꝛ deinceps vsq3 in librā tantū est quātū a libra per scorpionē ꝛ sagittariū: ꝛ sic deinceps ad arietē: ꝛ sic periodus ꝓfectus hois sunt. 35. anni vel. 40. ꝛ erit etas hois. 80. anni: pōt tñ hoc impediri per accidēs per cibū malū vel mortē violentā vel alio quocumq3 modo: ꝛ hoc vocat Arist. materie inequalitatē: q2 s. per accidētia multa aliter disponit q̄ moueant a circulo: ꝛ ideo diuersimode moriunt hoies citius ꝛ tardius q̄ p naturā mortales sint: ꝛ similr etiā alia aialia: hoc etiam modo etates sunt oium reruꝫ: q2 planete in circulo periodali positi qū sunt fortiores dant plures annos vite ꝛ quādo sunt debiliores dant pauciores: ꝛ hoc etiam modo innotescit: qm̄ qui sciret vires signoꝝ ꝛ stellarum in ipso positaꝝ in circulo periodali dum nascitur res aliqua ipse quantū est de influentia celi pronosticari posset de tota vita rei generate: sed tamen hoc necessitatem nō poneret: quia posset impediri per accidens vt dictum est.

Nota q2 physice loquēdo hoies citius aut tardius mori possunt q̄ p nām sunt morituri. 3.

¶ Cap. 6m. Q2 non deficiet generatio per causam substātialē.

Tex.c.59.

Semper vō vt dictū est erit gn̄atio ꝛ corruptio ꝛ nunq̄ deficiet sm nām: ꝓpter causam quā diximus tam ex parte materie in primo libro tam ex parte cause efficientis vt diximus nuper: q2 motus circuli sm nām nō deficiet: hoc aūt rōnabiliter ꝯtingit: q2 si nos ꝯsideremus finē intentionis nature: nos inquiremus q2 nā semp desiderat id qḋ est melius: est aūt melius esse q̄ nō esse: quot aūt modis dicit esse diximus in quinto ꝛ in septimo prime phie. Esse aūt qḋ nā desiderat est diuinū ꝛ ꝑpetuū: ꝛ hoc nō pōt in oibus existere equalr. Ideoq3 quedā distant longe a primo principio vniuersi esse: quedā aūt sunt ꝓpe ipsum: ꝛ ideo deus qui est vniuersitatis principiū cōpleuit isto modo oium esse: vt que nō possunt participare esse diuinū ꝛ ꝑpetuum in seipsis participent per gn̄ationis successionē ꝯtinuā. Ideo enim deus fecit ꝯtinuā generationē: q2 aliter esse diuinū non resultaret in ipsa: ita enim maxime ꝯtinuabit ꝑpetualiter sm naturā3 esse: q2 proximum substantie indiuidue ꝑpetue est fieri semper per generationis successionē: ꝯtinua aūt generatio est vt diximus ea que est per allationem in circuitu factam: sola enim illa est ꝯtinua non deficiens. Ideo enim etiam ista que sunt in inuicem transmutant sm suas passiones ꝛ naturales potentias, verbi gr̄a: corpora simplicia assequunt allationē que est in circuitu dum se circulariter transmutant: ꝛ hoc passiuum est: q2 quando ex aqua generatur aer ꝛ rursus ex

aere ignis: ⁊ rursus reuertitur in ipsum: vt ex igne generet aqua: tunc dicimus ꝙ generatio circule in circuitu quo circa etiam allatio recta que est in elementis dicitur continua quando mutatur ⁊ sequitur allationem que est in circuitu: vnde etiam sole recedente ad signa meridionalia ꝯuertunt elementa superiora ⁊ inferiora: recedente aūt sole ad septētrionalia vincunt elementa superiora ⁊ conuertunt inferiora in superiora: ⁊ sic faciunt circuitum semper perpetuū ſm nām: de desiderio aūt nature ⁊ esse diuino in phyſicis ⁊ in 2° celi ⁊ mundi dictum est.

Cap. 7m. Quare elementa non distant abinuicem separata in suis locis proprijs.

Tex.c.60.

Manifesta aūt est cum dictis solutio questionis quā quidam fecerunt. s. quare elementa tam diu non distant adinuicem de per se existētia in suis locis proprijs cum vnūquodq; moueatur extra aliud ⁊ tendat in suam regionē. Aqua enim ⁊ aer ⁊ ignis ascendant a terra: ⁊ aer ⁊ aqua ⁊ terra descēdant ab igne: ⁊ similiter terra descēdit ab aere: ⁊ aqua ⁊ aer ab igne: ⁊ aqua descendit ab aere: ⁊ sic omnia separant abinuicem motu naturali: igitur videtur ꝙ se non debent inuicem transmutare: nec sibi inuicē permisceri: q: eoꝝ que mouentur abinuicem ⁊ separantur per locum: nec alteratio est nec permixtio: causa aūt huius eoꝝ adinuicem est ex hoc ꝙ imutantur allatione circuli declinati siue obliqui qui aliquando facit abinuicem inferiora super superiora: ⁊ aliquando econuerso: ⁊ sic facit sol motus in circulo illo: ita faciunt alij planete ⁊ stelle que mouēt vapores ⁊ ventos ⁊ serenitates: ⁊ sic adinuicem elemēta se transmutant: si enim vnūquodq; elementū maneret in sua ipsius regione ⁊ non transmutaretur ab alio elemēto qd est prope ipsum ⁊ tangit ipsum iam diu destitissent abinuicem: vel etiam defecissent ab actione ⁊ passione: sed sicut dictum est transmutatur abinuicē generatione ⁊ corruptione. Ideo q: allatio in obliquo circulo est duplex per accessum ⁊ recessum: q: aūt transmutant sic inuicem non contingit aliqd eorum manere inordinatū in sua regione quinimo quantum accipit de natura propinqua tātū etiam accipit de loco eiusꝫ ⁊ permiscet ei: vnde terra ⁊ aqua vaporantia qū rarificant vadunt ad regionem aeris ⁊ pmiscent cum eo: ⁊ econuerso est de aere ⁊ igne quando frigore inspissant: tūc enim vadūt ad regionē aque ⁊ terre ⁊ permiscentur cum eis: ⁊ ideo elementa nunq̄ sunt vbiq; pura sed potius in locis vbi se ꝯtingunt sunt permixta. Manifestum ergo est ex his que dicta sunt propter qd est generatio ⁊ corruptio: ⁊ propter quaꝫ causam efficientem ⁊ etiam manifestum est quid generabile ⁊ quid corruptibile: q: id tm̄ esse diuinum: qd esse diuinū ⁊ perpetuum in se participare non potest.

Cap. 8m. De causa continuitatis ⁊ perpetuitatis allationis celestis.

Tex.c.61.

Deinceps aūt de necessitate ⁊ perpetuitate generationis est dicendum: sed q: hoc nō possumus scire nisi sciamus prius de necessitate motus celestis. Et ideo incipiemus ab illo supponentes quecunq; in phyſicis: ⁊ in celo ⁊ mūdo de hoc dicta sunt: dictum est aūt prius in 7° ⁊ 8° phyſicoꝝ: ꝙ in continue ⁊ perpetue motis tunc oportet ꝙ ipsum mouens sit vnum ⁊ imobile ⁊ ingenerabile ⁊ inalterabile: hec enim omnia ſm aliquid probata competunt primo motori ⁊ alijs celestium orbium motoribus: ⁊ si multi sunt motus qui sunt in circuitu: necesse est etiam esse multos motores: qui tamen oēs equaliter sunt ab vno vel ab alio principio qd mouet primum motum: sicut in .11° prime phie est demonstratum: quādo enim motus sit ꝯtinuus ſm naturā ⁊ non deficiat: manifestum est ex hoc ꝙ tēpus ſm naturā est ꝯtinuum non deficiens qd tempus impossibile est esse sine motu: tēpus enim est numerus alicuius ꝯtinui motus: ergo numerus est eius qui est in circuitu cū nullus alius sit continuus nullo modo interceptus sicut determinatuꝫ est in his que sunt de principio motus in phyſicis ⁊ in octauo libro.

Tex.c.62.

Utrum aūt ꝯtinuus sit motus. Ideo q: id est ꝯtinuū in quo mouet sicut ⁊ locus vel passio: aut q: idem ꝯtinuum in quo mouetur: pꝫ q: in celesti motu circulari. Ideo ꝯtinuitas est: q: id qd mouet est ꝯtinuum: q: primus orbis non est in loco nisi per accidēs: q: s. relationē ꝯtinētis ad ꝯtentū habet adlocū: ⁊ ideo nō est ꝯtinuitas eius in quo mouet: sed potius a circulo qui mouet: motus enim in genere nō habet ꝯtinuitatē ab eo in quo mouet: q: aliqū in passione nō pōt esse passio ꝯtinua nisi per accidēs: sed q: subiectū cui accidit passio est ꝯtinuū. Si aūt etiā in alio motu id etiā est ꝯtinuū in quo est motus et° qd mouet: hoc non est nisi in solo motu locali: q: locus quantū habet magnitudinē ꝯtinuā in motu. Ideo qd mouet ꝯtinuū nō potest esse in recto motu: sed solū in circulari: hoc enim est idē semp ⁊ seipso ꝯtinuum: ⁊ ideo ꝙ corpus tale semp fert in circuitu: hoc faciat ꝯtinuū motū: continuus aūt motus nō deficiēs facit tēpus ꝯtinuū nō deficiēs.

Cap. 9m. Utrum id qd generat generatur ex necessitate.

Tex.c.63.

Quoniā aūt in omnibus ꝯtinue ⁊ perpetue motus siue ſm gñationeꝫ siue ſm alterationē siue vniuersalr loquēdo: ſm oēm trāsmutationem moueant videmus existere qd est diuinū ⁊ generatio hec generat aliud post aliū ⁊ hoc nūq̄ deficit ꝑpter motus ꝯtinuitatē. Uidēdum est vtrum necessario aliquid generat vel nihil: sed omnia ꝯtingit esse gñata ⁊ nō gñata: huius aūt questionis causa est: q: nos diximus ꝙ gñatio motū circuli imitat: q: causat a motu stellaꝝ in circulo obliquo. In circulo aūt obliquo ortuꝫ cū suscꝫ sequit occasum: ⁊ iteꝝ eiusdē ⁊ hec successio nō deficit: sed sīus renouationis in causa gñationis vnius videt semp debere sequi ex generatione alterius in causatis a motu circuli obliqui. Manifestū enim in quibusdaꝫ ꝙ mox vt erūt q̄dā alia gñant ex illis: ⁊ ꝑpter illa sicut si terra madefit necesse est terrā euaporare: ⁊ ex vapore nubē gñari ex nube pluuiā ⁊ ex pluuia terrā madefieri: ⁊ ex illa necesse est iteruꝫ exire vaporē ⁊ sic in infinitū: cū enim de re aliqua in sua causa efficiēte ⁊ māli determinata veꝝ est dicere ꝙ erit opꝫ illaꝫ aliqū existere sicut pꝫ in ꝑdictis exēplis aliquid: tū futurum est nō habēs causam determinatā: q: nihil ꝓhibet nō futuꝝ

Tex.cō.64.

futurus enim aliquis incedere eo ꝙ habeat ꝓpositū incedēdi nō incedet: q: forte impedit ꝓpositū eius sicut enim est in entis diuisione: Ita vniuersalr est in gñatione q: quedā entiū sunt ꝯtinua ⁊ possunt nō esse: ⁊ ita videt ꝙ quedā ꝯtingāt nō generari ⁊ nō necessario generant qbusdā alijs gñatis: sicut sor. non gñat gñato boue. Queramus ergo vtrū oia que gñant sint talia: aut nō sint talia vel partim sic ⁊ partim alr: sicut aūt est in diuisione entiū: ꝙ q̄daꝫ necesse est simpliciter esse: quedā ipossibile est nō esse: quedā aūt possibile est esse ⁊ possibile est nō esse: sicut in gñatione videt q̄dā necessario gñari: quibusdā gñatis ⁊ possibile non gñari generatis illis.

Tex.c.65.

Tex.c.66.

Queramus ergo in illis cū videamus generalr cū posterius est gñatū: qd necesse prius gñatū esse vtrū sic sit econuerso: si gñato priori necesse sit gñari posterius: verbi gratia: q: nos videmus ꝙ si domus est gñata necesse est ⁊ fundamētū esse generatū. Queramus ergo vtrū cōuertat ꝙ si fundamētū est gñatū: ꝙ etiā domus est gñata vel nō ꝯuertat. Dicamus aūt soluētes istā questionē ꝙ qū termini gñationis ⁊ gñari se habēt adinuicē ita ꝙ vtrūq; sit mā gñationis ad alteꝝ. Ita ꝙ vtrūq; trāsmutat ad aliud sicut est in exēplis terre cū puluere ⁊ vaporis ⁊ nubis ⁊ pluuie: ⁊ similr in gñatione elemētoꝝ sub circulo declini differēter moto: tūc necesse est equalr gñato priori gñari posterius ⁊ ecōuerso: q: in talibus gñatio circulaꝫ assequit ⁊ vnūquodq; cū est ad vnūquodq;. Qū aūt termini gñationū nō sic se habēt adinuicē sed est intereatum or de priori ⁊ posteriori preter hoc ꝙ vnuꝫ sit tota mā ad alteꝝ: lꝫ sit forte pars nature eius: tūc nō ꝯuertitur a priori gñato posterius gñari ⁊ ecōuerso necessario q: in talibus posterius a priori nō gñat per se sed ꝑ accidens sicut est in fundamēto ⁊ domo: fundamentum enim nō tota domus est nec per se mā eius: q: si esset per se mā eius: tūc domus tota in potentia esset in fundamento: ⁊ tūc vno motore sine additione adduceret de fundamento ad actū qd est falsum: ⁊ ideo etiā nō ꝯuertit gñatio: q: cū dicitur si domus est fundamentū est: nō est hec necessitas absoluta: q: tūc oporteret ꝙ ex domo sicut ex materia gñaret fundamētū: sed est necessitas suppositionis que causat ex ordine qui est inter totū integrale ⁊ suam partē: q: totum positū ponit partē: ⁊ nō econuerso: si enim esset necessitas absoluta causata per gñationē tunc oporteret ꝙ vtrūq; esset materia ad alteꝝ: ⁊ tūc seque-

Tex.c.67.

ret etiā ecōuerso: ꝙ si fundamentū est etiā domus est: quia sicut primū se habuit ad scdm ꝛ ecōuerso in gn̄atione que cōuertitur de necessitate sicut prius diximus. Cū enim posterius necesse est gn̄ari a primo necessitate absoluta: tūc etiam necesse gn̄ari prius a posteriori ꝛ ecōuerso: si prius generat̄ necessario a posteriori etiā eadē necessitate generat̄ posterius a priori: quia in talibus vtrūqꝫ est posterius ad alterum ꝛ vicissitudinem generationis eorum adinuicem affert eis continue generans accedendo ꝛ remeando. Cum autē dicebatur ꝙ domo generata necesse est esse fundamentū: fuit quidem necessitas sed non ꝓpter id ꝙ domus sit causa generationis fundamenti: sed fuit necessitas subiectionis siue suppositionis ex hypothesi: q: posito toto necesse fuit supponi partem: ꝯuertunt̄ ergo in omnibus in quibus posterius gn̄at̄ a priori: sicut ex causa materiali tota mouente quodam alio ꝯtinue accedente ꝛ recedente: qr in talibus semꝑ priori generato generatur posterius ꝛ econuerso.

¶ Cap. 10m. Q: non possit generatio continua esse in infinitū sm rectum.

Tex.c.68.

SI vō dicat ꝙ generatio non est infinita sm circulū: sed sm rectū eo ꝙ sunt infinita intermedia ꝓbabimus ꝙ īfinita sit generatio hoc modo siue inferiora ad superiora siue supiora ad generata preterita qđ non ꝯtingit qđ ꝓdictū est. s. ꝙ ex priori generato necesse sit generari posterius: dico ꝙ non ꝯtingit siue sumat̄ necessariū simplr siue necessariū ex suppositione. Quocūqꝫ aūt modo sumatur necessarium semper oportet aliquid ante esse qđ primū ꝓpter qđ alia necesse sit gn̄ari sed in infinito nullum est primum: cum ergo illius respectu dicat̄ esse prius ꝛ posterius nullū erit prius nec posterius ꝓpter qđ sit necesse alia generari: ergo in infinitis non potest esse cōtinua generatio: sed adhuc etiā in finē habentibus non est verū dicere ꝙ ipsa simpliciter necesse sit generari sm rectū: verbi gratia: ꝙ necesse sit simpliciter generari domū qn̄ fundamentū est generatū necesse esset generari domū: ꝛ hoc ꝯcederetur tūc necesse esset ꝙ esset semꝑ generatū qđ nō esset semper generatū: q: nos videmus: q: nō semꝑ ꝯtingit generari domū generato fundamēto: sed si est generatio ex necessitate absoluta: tunc oportet generationē esse: q: semper aliquid esse ex necessitate ꝛ aliquid esse semper ꝯuertunt̄ ꝛ sunt simul: q: qđ necesse est esse possibile est nō eē quocirca ex necessitate ens est semper eternū ꝛ ecōuerso: si aliquid est sempiternū ꝛ ipsū est ex necessitate: ꝛ si ex necessitate ipsum est sempiternū. Si ergo alicuius generatio est simplr ex necessitate non pōt hoc esse sm rectum: sed necesse est circuire ꝛ reiterare in idem vnde generatio incipit ꝛ hoc planū est ex hoc q: alterū duorū necessarium est. s. ꝙ aut finem habeat generatio aut non habeat finē: ꝯstat aūt ꝙ non habeat finem generatio: ergo non erit recta q: omne rectum finitum in termino sui est: ergo necesse est generationē circuire omne: si aūt hoc tūc erit generatio sempiterna ꝛ in circuitu ꝛ nō in rectum: q: si sempiterna: tūc nō pōt esse in rectū: q: sempiterna nequaq̄ habent principiū nec si inferius vt ad futura accipiamus nec si ad superius vt ad generata accipiamus: cū aūt nec principiū habeat generatio nec sit finita necesse est eam esse sempiternā: ꝛ q: sempiterna est necesse est eam esse in circuitu adeo necesse est esse generatū ab hoc: ergo necessarium est generatum esse qđ prius fuit illo vnde fuit principiū gn̄ationis istius: ꝛ si hoc est necessariū generatū esse necessario fuisse: ergo necessariū est etiam prius illo generatū esse qđ est tertiū: ꝛ hoc etiā hoc modo ponit sibi quartū si quatuor sint alioquin reuertit̄ in ipsum ꝛ sic fit ꝯtinue: qr nihil differt dicere ꝙ reuersio fiat per vnū mediū vel per duo vel per plura dūmodo ab vltimo redeat in primum: necessariū ergo simplr quo vnū necessario generat̄ ex altero est in motu ꝛ generatione que est in circuitu: ꝛ si aliqua necesse est in circuitu gn̄ari: necesse est illa simplr gn̄ata esse ꝛ alia generant̄ ꝯtingenter ꝛ ecōuerso: si aliqua necesse est simplr generata esse ista necesse est in circuitu gn̄ari: hec autem causa posita rōnabiliter posita est perpetue gn̄ationis elementorū: qr talis generatio nobis ad sensum apparuit esse in circuitu.

¶ Cap. 11m. De probatione generationis perpetue que est in circuitu sm causam que est motus celi.

Tex.c.69.

SI aūt volumus hoc demonstrare per causam dicemus ꝙ motus celi est in circuitu: ꝛ ideo elementa adinuicem ex necessitate generātur. Si enī motus celi est in circuitu: oportet que cunqꝫ huius motus sunt passiones ꝛ quecūqꝫ sunt per hunc solum sicut per causam efficientem ꝙ etiam ista sunt ex necessitate: si enī qđ in circuitu mouetur semper mouet elementa: necesse est etiā ꝙ motus horum que sunt passiones eius ꝛ ꝙ motus eorū que sufficiēter causant̄ ab hoc etiam sint ex necessitate: sicut verbi gratia: cum allatio superioris hoc est circuli declinis sit in circuitu: necesse est ꝙ sol moueatur in circuitu ꝛ alij planete: q: autē sol mouetur in circuitu necesse est ꝙ omnia que sicut cause ꝛ efficienter sunt a motu solis ꝛ motu horarum sint etiā generata ex necessitate in circuitu: ꝛ hec inter omnia temporalia ꝛ maxime generatio elementorū: quia ex illorum generatione omnia alia generantur.

¶ Cap. 12m. Quare sm predicta quedā reiterant̄ ꝛ q̄dā non.

Tex.c.70.

SEd tūc oritur nobis questio ex predictis quare ita esse videtur vt dictum est: verbi gratia: ꝙ aqua ꝛ aer ꝛ circuli in circuitu generantur: ꝛ siquidem nubes erit oportet etiam pluere: ꝛ si pluet oportet nubem esse cum sol continue veniēs extrahat vapores eleuatos in quibus nō est sic q: homines ꝛ animalia non reiterantur in seipsos vt rursus generet̄ idem qđ preterijt ex posteriori generato: q: non est necesse si pater tuus generatus est te generari: lꝫ ecōuerso sit necessarium ꝙ si tu generatus es ꝙ etiam pater tuus generatus sit. ¶ Solutio autē huius questionis est qr in talibus est generatio sm rectum ꝛ non sm circulum: q: sicut supra diximus vtrūqꝫ terminorū non est materia ad alterū vt vno motore diuersimode se habente educatur vtrūqꝫ de vtroqꝫ. In his generatio nō est circularis sicut in te ꝛ patre tuo: quia pater tuus non est tota materia ad tui generationē: sed materia tui deciditur de ipso: ꝛ ideo in eo est motor decidēs hoc est formans id vnde tu generaris ꝛ nō ecōuerso: qr nihil est in aliquo sicut potentia ꝛ materia nisi ꝙ totū est in illo ꝛ vno motore educitur de ipso sicut in nono prime philosophie est manifestum: ꝛ ideo vnumquodqꝫ elemētorū est in alio sicut in potētia: q: vnūquodqꝫ educit̄ ab altero.

¶ Cap. 13m. Que reiterātur eodē numero ꝛ que nō ꝛ quare.

Tex.c.70.

Scias etiā ꝙ lꝫ aqua leuior sit q̄₃ terra ⁊ humidū aliqñ magis sit factibile q̄₃ substātia terrestris sit: q₂ humidus magis aque alimētū prestās calori: ⁊ ideo videaē his tribus de causis altius debere ascēdere: tñ oppositū ꝯtingit in vapore sicco calido: qui altius ascēdit q̄₃ vapor calidus ⁊ humidus q̄tuor de causis vel vna de causa q̄tuor particularibus ꝯgregata: quaꝝ prima est q₂ lꝫ siccū terrestre sit grossū male subtiliabile: cū ꝓpter sui grossitiē ⁊ spissitudinē recipit calorē quasi in cumulo: q₂ calor in spisso terrestri postq̄₃ intrauerit magis cumulaē q̄₃ in tenui subtili: q₂ partes iuxta se plus habēt: ⁊ ideo ꝯstat mag⁹ caliditas vaporis terrestris: simul est q̄₃ vaporis aquei. ¶ Scđa causa est ꝙ terrestre siccū magis retētiuū est caloris q̄₃ humidū aqueū: vnde Seneca dicit Democriti rōnē ꝙ oē corpus quo solidius est eo fidelius seruat calorē acceptū: lꝫ eni humidū aqueū facile suscipiat calorē paꝝ tñ tenet eū: ⁊ ideo de facili exhalat: sed siccū terrestre male qdē suscipit: sed cū recipit recipit fortiter: ⁊ ideo eleuatis vtrisq₃ vaporibus: aqueus facile calorē perdit: ⁊ ideo cessat ascēdere sed terrestris fortissime tenet: ⁊ ideo frequēter penetrat vltra locū frigidū aeris. ¶ Tertia causa est ꝓpter symboliū qđ siccū terrestre habet ad inflāmationē ignis quā nō habet humidū aqueū: ⁊ ideo calor inflāmās magis ꝯseruaē in terrestri q̄₃ in aqueo: ⁊ lꝫ humor aque sit alimētū quoddā caloris: ⁊ ita debeat plus attrahi calore cū illo humore nō oīno destituiē vapor terrestris: q₂ humidū illud habet ad sui ꝯtinuationē ⁊ sic vapor terrestris a calido trahiē a symbolo nāli ⁊ vltimo accidētali: sed humidū aqueū ex altero tñ. ¶ Quarta vero causa est: q₂ humidū aqueum ideo: q₂ facile est dilatabile ⁊ rarefactibile a modico calido cito ꝯuertiē in aerē: q₂ facilis est gñatio aeris ab aqua: ⁊ ecōuerso: sed siccū terrestre magis se ꝯtinet: ⁊ ideo expirat ⁊ per frigidā eleuationē quā nō pōt expirare humidū aqueū: q₂ trāsit in aerē. Hec ergo est causa q̄re vapor siccus calidus plus q̄₃ aliquis vapor solus ascēdit: ⁊ ideo solus est mā ignium gñatoꝝ in alto. ¶ Dicit tñ Seneca ꝙ collisio ⁊ ꝯfricatio aeris sola facit mutare ignes in aere qđ nō pōt esse veꝝ: q₂ lꝫ igniri possint partes aeris: nō tñ micāt: q₂ nō fulget nisi spissū: vñ etiā vapor ex quo fit coruscatio nō fulget nisi congregenē partes ei⁹ ex fuga a nube aquosa. Redeamus ergo ad ꝓpositū formas igniū in alto gñatoꝝ determināntes.

¶ Cap. 4m. De figuris igniū in supremo aere gneratoꝝ.

Perscrutātes vero de figuris igniū in alto gñatoꝝ tāgemus primo figuras eoꝝ ⁊ distinctionē: scđo autē dabimus causam gñationis vniuscuiusq₃ figure. Dico ergo ꝙ si vapori sicco iuxta speram ignis in regione aeris que est estus dr̄ inflāmato est lōgitudo ⁊ latitudo apparēs in suba sua cū aliqua inferius dilatatione tūc apparet ⁊ videē sicut colūna super basim ppendiculariter erecta stans ⁊ ardens in aere. Si aūt est vapor subtilis ⁊ minutus vbiq₃ tūc nō deprehendiē sua lōgitudo ⁊ tūc stat ardens sicut lancea ⁊ lancea etiā vulgariter appellaē. Si aūt est vapor nō ꝓlongatus: sed magis dilatatus: nō tñ magne quātitatis tunc stat ardens sicut cādela: q₂ lꝫ forte vapor sit quadratus pētagonus tūc apparet rotundus pp longinquitatē sui a visibus nostris. Si aūt est vapor cōfertus valde nō multū lōgus tunc stat ardens sicut candele due: quarū vna est flāma super flāmam alterius que figura ignis arabice vocaē Assub: qđ qdā dicūt interpretari titionē: q₂ figura exprimiē titionis cū lōgo carbone. Sꝫ in Albumasar vbi loqmur de figuris igniū in 8° de iūctionibus planetaꝝ vna trāslatio hꝫ assub: ⁊ altera hꝫ ignis albus: ⁊ ideo ignis albus videē interpꝛtari: ⁊ isti oēs ignes qui in alto gñari videnē: de his autē qui sub estu in frigida regione aeris gñanē infra loquemur in capitulo speciali.

¶ Cap. 5m. Et ē digressio declarās cām huiusmodi figuraꝝ.

Causa aūt diuersitatis istoꝝ igniū est fm diuersitatē materie vaporis qui igniē ex diuersitate eni gñantis esse nō pōt: q₂ gñans est vnū ⁊ idē nec ex diuersitate loci vel circūstātijs: q₂ ille est vnus ⁊ idē .s. regio aeris que estus vocaē vbi est vicinitas ignis ⁊ motus orbis. ¶ Dico ergo ꝙ si mā vaporis est inequalr̄ grossa ⁊ subtilis simul: tñ eleuata ꝙ tūc necessario subtile ꝓcedit: ⁊ eijcianē grossa iferi⁹ sibi adherentē ⁊ aliquātulū dilatata: ⁊ iđ figurā exprimit colūne ad ppēdiculū sup basim erecte: ⁊ vocaē ignis ppēdicularis a pħis: a vulgo aūt vocaē colūna: si aūt est vapor equalr̄ subtilis ⁊ simul eleuatus sed nō equalr̄: tūc magis calidus erigiē ⁊ stat ardēs sicut lācea erecta: ⁊ iđ etiā lācea vocaē. Si aūt equalr̄ subtilis ⁊ equalr̄ simul eleuatus: tūc pars ascēdit nō post partē: sꝫ ascēdit pars iuxta partē: ⁊ tūc in aere ardēs flāmaē ⁊ hec vocaē candela siue stella stans. Si aūt est equaliter subtilis ⁊ equalr̄ eleuat⁹: sed sit ei modica additio subtus ab aliquo fumo ab iferius eā sequēte nō ꝯtinue sꝫ paꝝ: tūc erit sicut cādela ex cādela īflāmata ⁊ hec vocaē arabice assub: vulgariter aūt titio vel cādela duplex. Redeamus ergo ad ꝓpositū determinātes ignes sub istis generatos in aere.

¶ Cap. 6m. De assub ⁊ ignibus descendentibus inferius sub estu in aere generatis.

Fit autē ignis aliqñ ex vapore magis grosso in genere q̄₃ sit ille cuius differētie posite sūt: ⁊ est vapor calidus siccus grossus terrestris cui obuiat frigiditas aeris ex aliqua nube que est in regione aeris frigida: ⁊ ideo expelliē caliditas vaporis terrestris a circūstāte frigiditate: ⁊ cū mouenē partes eius ignite iflāmanē: expelliē vapor calidus a frigido eo ꝙ ꝯtrariū mutari in suū ꝯtrariū per alterationē fugit ipsum deorsum: ⁊ ideo videē tūc ignis descendēs ex duabus causis .s. qđ expelliē a ꝯtrario qđ penetrādo nō pōt euolare sursum: ⁊ etiā ideo per cōpressionē partium redit ad naturā grauis lꝫ illud sit ignitum ex calido cōmoto per suū ꝯtrarium: ⁊ hec vocaē assub descēdens: veꝝ huiusmodi assub: q₂ est magis grossum terrestre: hꝫ calorem siue ignem turbidum: ⁊ procedit ex aere frigido sicut manat ignis qui exsufflaē ex cāna in qua est stupa ardens ⁊ exsufflata: hoc autē ideo est: q₂ na-

bes expellit in hunc ignē non est apprehendēs ipsum in ven tre suo: sed tn̄ ambiens nō plene quo ad loci vicinitatē ⁊ est super ipsum: ⁊ ideo ex tali aere videt manare. ¶ Si aūt ali quis dixerit ꝙ tam assub ascendēs superius ad ignez q̄z iste assub qui descēdit inferius est sicut candela posita sup alterā cādelā: ita ꝙ inferior sit inflāmata ex superiori: ⁊ ideo videt ignis esse aliquātulū lōgus: dico ꝙ in rei veritate talē hz lōgi tudinē ꝑpter causam quā diximus: assub eni ex partibus va poris inflāmati in supremo aeris ⁊ fit assub iferius sicut ignis retētus frigida nube obuiāte: nō tn̄ claudēte ipsaz: ideo post modicū apparet ignis ille a nube tali exiēs ⁊ expulsus.

¶ Cap. 7m. De differentia assub ascendentis ⁊ descenden tis: ⁊ de modo motuum eorum.

Ortasse aūt accidit aliquādo: ꝙ hic ignis sic expulsus descēdit in terrā retinēs flāmā ⁊ vide tur ita descēdere de nocte ⁊ de die qn̄ serenum est: q̄r qn̄ nō est serenū tūc sūt multe ⁊ spisse nu bes solū obuiātes vapore ignito: sed etiā intra se claudētes vapores ignitos eleuatos ⁊ illi nō egrediunt ab eis nisi cū corruscatione ⁊ tonitruo assub: aut qui sic descendit in terrā nō ex vapore qui in supremo aeris fit inflāmatus: q̄r ibi nihil est expellens ipsum: sed potius il se sumptus per flāmam euolat in regione ignis: sed iste de scendens est ex vapore sicco calido talis caliditas repulsa est a frigore ad qḋ alterari nō potuit nec penetrare per ipsum: ⁊ in illa cōmotione ignit ⁊ inflāmat: ⁊ ideo fluēs ex illo ignis repellit ad inferiora: nec tāmen est qui expulsione fortissime percutiat aerem: ⁊ ideo micat descēdens sine sono tonitrui: descendit aūt hic ignis quāuis de nā ignis sit ascēdere supe rius: q̄r opz ꝙ sequatur suā nām qn̄ id qḋ impellit ipsum in ferius frigus: videlz aeris vel tenuissime nubis alicuius ꝓ hibet ipsum ab ascēsu ꝑpter ꝯtrarietatē quā habet ad ipm a suo frigore. Assub ergo ascendēs fit ex vapore inflāmato in alto nō ex cōmotione vaporis: sed potius ex spera ignis ⁊ vi cinitate motus orbis: ⁊ nō fit ex caliditate cōmotione excita ta ⁊ a frigore expulsa. Similr̄ assub ascendēs currit s̄m cur sum nālem ignis: verū assub descendens nō currit cursu nāli: ⁊ etiā quādo descēdit deorsum: aliquādo nō directe ꝑpendi culariter descendit: sed mouet ad latus dextrū vel sinistrū: vel ante vel retro: ⁊ nō habet inclinationē illā nisi q̄r expellit a frigore in alta parte obuiante vel supposito sibi: q̄r quādo frigus est supra a dextris tunc mouet deorsum ad sinistrū ⁊ econuerso: ⁊ sic de alijs motibus eius est intelligēdū. Assub autē ascendens mouet directe in ignem: q̄r non habet con trariū obuians in regione eius. Ista aūt oīa que dicta sunt oculis videnē accidere sub orbe lune: q̄r velocissimus mot᷒ est inter orbes planetarū: q̄r in vno mense complet cursum: ⁊ hoc apparet ꝑpter propinquitatē eorū ad nos.

¶ Cap. 8m. Et est digressio declarans eleuans ⁊ inflāmans: ⁊ figurans huius vapores ignitos.

Ntelligendū est hic ꝙ in vaporibus istis inflā matis ⁊ vsq̄ ad estū eleuatis inflāmans ⁊ ele uās sunt idē: ⁊ inflāmatio in eis causa est eleua tionis: q̄r calor in eis incipit ignire partes sta tim quādo incipit eleuare. ¶ Nec tamē statim fulgent isti vapores duabus de causis. Quarū vna est: q̄r nō adhuc sufficiēter sunt igniti: sed apparet: ⁊ ꝙ iuuent ab extrinseco inflāmationes eorū: ⁊ hoc dupl'r. In il lis eniz qui ascendūt vltra estū ab ignis vicinitate inflāman tur interiori calido adiuto per calorē ignis: ⁊ calorez motus orbis: illi aūt qui remanēt citra locū frigidū aeris dū exagi tant a frigore nubis vel loci cōmouent: ⁊ cōmotio ignis eos inflāmat: nec tn̄ tonitruū faciūt: q̄r nubes a quibusdā appa ret non scindūt: nec tāte quātitatis sunt ꝙ aerē percutiāt mul tū: lz aūt supra dictū sit ꝙ in estu nubes ⁊ vapor nō ꝑmanēt: tn̄ verū est ꝙ ibi apparet vapor: lz parū q̄r calore ignis ꝯsumi tur statim: ⁊ erit ex eo ignis ⁊ hoc sit de inflāmatione ⁊ eleua tione vaporū istorū qui in alto inflāmant: eodē modo est in telligēdū ꝙ in vaporibus istis: necesse est aliud esse figurās eū apparcant in figuris supradictis: attendēdū ergo ꝙ calor est in eis eleuans ⁊ frigus figurās: ⁊ figuram ꝯtinens nō fri gus loci qḋ ꝯtinet qḋ nullū est iuxta sperā ignis: sed frigus essentiale. Cū enim sit vapor terreus terrestris ꝯtinuus ne cesse est ꝙ aliquid habeat inquantū terreus ꝯtinuus: ⁊ hec est frigiditas cū siccitate essentialibus que figurā cōtinent: nihil enim incōueniens est in eodē esse sicut calidū igneū ac cidentale: ⁊ frigidū continens essentiale: sicut apparet in fer ro ignito ⁊ aqua bulliente: lz ergo calor continue eleuet ⁊ ra rificet: ⁊ quāto magis rarificat tanto magis figurā corrum pat: tamē nisi oīno tollat humidū qḋ cōtinuat vaporē: ⁊ nisi oīno terrestrē naturā destruat: opz ꝙ aliquā habeat figurā vnde etiā cōtinue vapor ascendens nouas acquirit figuras quapropter tam eleuans cōtinue rarificat ⁊ per se vadit de parte quā tamē tenet essentiale frigidū quantum pōt donec tandē extrinsecū calidū adiutū per itrinsecū oīa vincit: ⁊ tūc ex vapore generat ignis ⁊ hec est causa ꝙ habēt vapores fi guras in estu: nō tn̄ diu permanētes. ¶ Quidā aūt dixerunt ꝙ contineret eas frigiditas: nec ad locum estus ascendere vapores eleuatos in die: nisi ante crepusculuz eleuent. Sed scimus ꝙ hoc falsum est: q̄r Aristo. dicit ꝙ videmus eos de die ac de nocte: ⁊ de die quādo serenum est celuz. ¶ Sed de assub descēdente sciendū ꝙ multas recipit accidētales figu ras ab expellente ⁊ obuiāte qḋ cogit ipsum nō perpēdiculari ter descēdere: ⁊ ideo Seneca noiat globos trabes faces ar dentes: ⁊ volantia sidera: qn̄ materia simul ꝯglutinata est: nec separatur: ⁊ a cōmotione ignit ⁊ inflāmat: tunc apparet quasi globus quē ignis sursum trahit: ⁊ pondus in asse con glutinata deorsum: ⁊ ideo ascendit ⁊ descēdit: ⁊ ideo dicunt quidā: ꝙ viderūt corā se videntes ignes qui nostris tēpori bus bis apparuerunt. Quando aūt materia est inequaliter subtilis ⁊ simul eleuata anterior pars que prius frigido tan gitur expellit quā sequit alia grossior: ⁊ ideo apparet in mo dum trabis. trabs aūt ista cū expellit si obuiat ei frigus icur uatur ⁊ apparet ad modū draconis flexuosi: ⁊ hoc est qḋ eni ꝙ qdā dicūt se vidisse dracones volantes p aerē qui ignez vomerēt. Si aūt est mā inequaliter eleuata ⁊ inequalr̄ inflā mationi preparata tūc prior pars inflāmat: ⁊ posterior tn̄ ex flāma candescit: ⁊ ideo vocantur faces. mā aūt diuaricata ⁊ arida valde ⁊ male cōtinua dispergit ab expellente sicut scin tilla ⁊ vocat ardor. Sed qn̄ mā est pauca arida bene ꝯtinua ⁊ equaliter inflāmata ⁊ expulsa tūc vocat sidus volans. Ad mirabilē aūt impressionē scribit Alexan. ad Arist. in ep̄la de mirabilibus indie dicēs quēadmodū niuis nubes ignite de aere cadebant quas ipse militibus calcare p̄cepit: ⁊ hoc fuit lō q̄r sub cācro ē terra vbi calor solis vaporē aqueū exurit: ⁊ grossuz terrestrē eleuat: ⁊ statim exurit anteq̄ȝ ad estū eleuet ⁊ tunc a frigido loci expellit ⁊ cadit ad modum niuis.

¶ Cap. 9m. Et est digressio de magnis ignibus: ⁊ de signis ipsorum.

Unc aūt dis ignes qui sunt descendētes aliqn̄ magne quantitatis valde quos Seneca in 8o naturaliū suorū tribus vocat noībus. s. coronas pbicias ⁊ casmata. ¶ Corona autē est cū velut corona cingēte introrsus ignez celi recessus est simul effossa in orbē specu: hoc est dictū qn̄ vi detur apertura qdā in aere sicut specus plena igne. ¶ Pbi cie aūt sunt cū magnitudo vasti rotūdiq̄ȝ ignis dolio similis vel fertur vel vno loco flagrat. sed cū fertur est sub loco fri goris. Cum aūt in vno loco flagrat tūc est in regione estus. ¶ Casmata vō sunt cū aliqḋ spatiuz celi descendit: ⁊ flāma velut dehiscēs in abdito ostendat ⁊ est hoc qn̄ multus inflā matus vapor subtilis rarus est in nube aquosa tenui valde: tūc enim nō multū exagitat a nube aquosa: sed sine sono vi detur aliqua pars mūdi ignē vomitare ⁊ in secundo modo aliqn̄ qn̄ lōge est flāma vaporis ita ꝙ nō videt: sed lumē ei᷒ resultat tn̄ tūc videt incendiuz alicuius ciuitatis: vnde sub Tyberio cesare cohortes in auxiliū hostiēsis Colonie exiue runt tanq̄ȝ cōflagrātis cū celi ardor fuisset per magnā partez noctis. ¶ Significationes omniū istorū sunt s̄m martis esse ctum ⁊ p̄cipue qn̄ fiunt in anno qn̄ mars ⁊ iuppiter sunt con iuncti: tunc eniz in aere signāt hmōi tempestatē: ⁊ in hoibus iras ⁊ pestilentias ex aereo veneno: q̄r scintillationes hmōi sepius discurrētes per aera cum sint vapor frigidus ⁊ siccus cōbustus corrūpunt aerē ⁊ faciūt venenosum precipue apo stemata generādo ⁊ variolas ⁊ huiusmodi. In aere aūt ⁊ qn̄ hūc illucq̄ȝ ferunt significāt tēpestatē ꝑpter ꝯflictū vētorū qui ignes iam in diuersa loca ꝓijciūt: ⁊ hoc ꝓbat ab experimēto naturarū qui tūc valde timēt: cū aūt ignes quiete insidēt ma

Quid ignes portendat.

lo vel naui significaƚ tranquillitas ex cessatione vētoꝝ: ꝛ tūc antiqui sacrificabant Castori ꝛ Polluci duobus .s. geminis celi eo ꝙ eoꝝ trāquillitatē putabāt sibi dari forte: qꝛ signum aereū est: ꝛ cū sol est in ipso maior est serenitas que cōsueuit esse in celo: qꝛ sol voluiƚ in geminis cū accedit ad solstitium estiuale qn̄ maxime est serenitas: vapor aūt iste insidēs terre aut est vehemētis ignis: ita ꝙ mā multa adherēs tenuis ꝛ pauca: ꝛ siquidē primo modo fuerit interficit aliqn̄: aliqn̄ āt vulnerat exurēdo multū vel paꝝ fm̄ fortitudinē ignis sui. Si aūt scd̄o modo est debilē habet ignez qui paꝝ alterat ea super que cadit nō vulnerando: qꝛ statim extinguiƚ: vult tn̄ Albumasar ꝙ etiā ista aliqn̄ mortē regis ꝛ principuꝫ significant ꝓpter dominiū Martis ꝑcipue quādo fiūt in forma nō ꝯsueta ꝛ sepius solito: vnde Seneca dicit ꝙ circa excessum diui Augusti vidit speciem pile ignee que in ipso cursu suo dissoluta est ꝛ circa mortem Sorram: ꝛ circa mortem Germani simile visum est prodigium.

¶ Cap. 10m. De coloribus in alto generatis.

In pho aute prio metheoroꝝ cap. pnlo iuxta fine. 3.

Habitis impressionibus inflāmatis: restat dicere de coloribus per noctē in sublimi aeris apparentibus: isti enim cū a calore solis nō vniuersaliter causenƚ duas mālēs causas habēt ꝛ duas efficientes: causa efficiēs vna eƚ aliquādo frigus noctis ꝛ tenebre quasi causa efficiēs per luminis subiectionē: ꝛ causa māl's est solus aer ispissatus ꝛ ad humiditatē quandā ꝯuersus. In alijs aūt causa efficiēs est sol vaporē tenuē eleuans ꝛ frigus noctis vaporāte frigiditate aliqn̄tulū spissans ꝛ opacitate quasi denigrās partium priuationē. Qđ aūt aer nocte spisseƚ ꝛ interdū hoc est in die atteuneƚ ꝛ clarificeƚ ꝓbat Messalach experimēto vasis vitrei in aquā versi qđ plenū aqua: os habet subtus: ꝛ ita ponitur in alio vase sicut in peluique etiā habet aquā: illud enim de nocte stat plenū: ꝛ quiescit de die ꝛ emittit ampullas ꝛ forte ꝯuertitur si ad solē ponaƚ ꝓpter aque subtiliationem ꝛ est aer facilius spissabilis rarefactibilis ꝙ aqua cōtingit: ergo hoc velocius in aere ꝙ in aqua. Dico ergo ꝙ quādoqꝫ videnƚ per noctē qn̄ nox clara est libera a nubibus obscuris: ꝛ illustrata lumine lune ꝛ stellaꝝ rubedo ꝛ colores alij diuersi qui causanƚ ex calore aeris fm̄ diuersitatē sue mutatiōis: ꝓpterea ꝙ inspissanƚ partes aeris ꝛ aggreganƚ ꝓpter frigus noctis: ꝛ cū super spissuꝫ illū aerē resplēdet aliquid luminis lune vel stellaꝝ iacet illud in eo mixtū humori aeris inspissato: ꝛ qꝛ penetrat in ꝓfundo eiꝰ aer superior reddit illud aeri inferiori sicut resplēdet lumē ex aqua repercussum sup pariete: hoc est diuaricato radio ꝛ lumine ꝓpter humorē aeris: qꝛ nō est oīno simile radio repcusso ab aqua: qꝛ ille ad equalem angulū cū radio incidēte in aquā repercutit ad parietez oppositū: sed hic fit tn̄ diuaricatio luminis ꝛ nō ad oppositū repercussio: qꝛ videmus magis profundari in aere spisso ꝙ in aqua: ꝛ ideo ingerit diuaricatio in ꝓfunduꝫ aeris humidi: ꝛ tūc necessario in aere illo colores diuersi apparent fm̄ oēm diuersitatē susceptionis huius luminis. Sed tamē plures colores in aere apparentes sunt colores purpurei: color enim ignis ꝛ generaliṫ lucis lunē ꝛ stellaꝝ vergūt ad albedinē: tenebrositas aūt noctis obscurat spissum aerem: ꝛ spissitudo illa inclinaƚ ad humorē: lucens aūt inmixtū humori tenui obscuro purpureū reddit colorē. Quando aūt est ex solo aere spisso vt dictū est tūc ꝯsueuit ille color esse longus in aere: sicut rubeū diffusum super colorē obscuri saphiri ꝛ vocaƚ a vulgo cōbustio aeris ꝙ tēpore magni estus accidere solet eo ꝙ tunc aer per nām rarefactus fuit: ꝛ ideo vndiqꝫ penetrabilis ꝛ facile passibilis est frigore superuenientis noctis: qꝛ frigus subito intrat carefactū aerē ꝛ ꝯstare facit ptes eius. Ex eadē āt causa est ꝙ stelle p hmōi aerē aliqn̄ videnƚ rubee si nimis spissus est aer vl̄ nimose de claro rubeo niueo soli opposito: si plus de aere spisso est iter nos ꝛ stellas illas: vel purpuree qn̄ maxime de tali aere iter nos ꝛ stellas est: precipue cū nox sit serenata ꝙ caret nube: tn̄ priuaƚ ab ea lumen lune: qꝛ tūc opacitate sua aerē obscuꝝ trahit ad rubedē fusci sanguinis: ꝛ ille est color purpureꝰ: qđ purpur dꝛ a purpure quodā: qđ alio mō murex dꝛ: ꝛ alio noie coccus in sanguine cuiꝰ tingiƚ purpura. Nō debet āt hoc credi qbusdā dicētibꝰ ꝙ ex hac causa aliqn̄ in aere apparet color viridis: qꝛ hec ipressio nō causaƚ a puro aere: cū tn̄ nō habeat humores sed potiꝰ in nube aquosa causaƚ ille de qua ipressione in 3° huius opis libro faciemus sermonē: alij tn̄ colores ad rubeū declinantes colorē apparēt ex stellis oriētibus ꝛ occidētibus tpe vehemētis caloris: eo ꝙ tunc spisso aere qui ꝓpter frigus crepusculi vel noctis spissatus est iuxta terram immisceanƚ ei vapores ex aqua ꝛ fumi ex terra que sūt iter visus nr̄os ꝛ stellas oriētes vel occidētes: ꝛ illi dant colorē vellis qn̄ cōbustū rubeū fuscū qn̄ puluere quodā respsum ꝛ hoc est sicut si lucēs claꝝ imersuꝫ sit in fuscū sanguinē puluere supficie respsum ꝛ signū est hoc caumatis futuri ꝛ pteriti ꝓpter qđ vocaƚ a vulgo cōbustio solis. Causa eni huiꝰ est qꝛ vapores in alto aeris cōbusti sūt ꝛ nō remāsit ex eis nisi reliquie qdā grosse iuxta terrā.

¶ Si āt nō causeƚ ipressio sed potiꝰ ex vapore aliquo p solez eleuato: aut ille est terrestris aut aqueꝰ: si terrestris tūc est niger: ꝛ cū frigus noctis circūstet eū colorē intus cōprimit qui necessario cū nō claudiƚ suscipit iter lōgū valde acuit vaporē versus partē vbi minus obuiat aer spissus ifrigidatus: ꝛ ideo accipit formā lācee: ꝛ sūt frequēter multe tales lācee simul: ꝛ carissime sūt in medio celi: aut in septētrione: aut in meridie: sed frequēter versus oriētē ꝛ occidētē: qꝛ ibi radij solis occurrūt attenuātes aerē in quē acui possūt: ꝛ ideo etiā in mane sūt in oriēte: ꝛ in vespere in occidēte in tēpore calido: hec aūt figura arabice dꝛ Alliramata qđ lācea interꝑtaƚ. Qn̄ aūt est vapor humidus nō ꝯstās in frigiditate noctis in aliquo ꝯgregaƚ ꝛ iteꝝ attenuaƚ ꝛ distrahiƚ ad ptē aliā sicut lana que cū cōponiƚ in vna pte mirū distrahaƚ in altera pte ꝛ efficiƚ pula: ꝛ illō apparet in aere nocte ꝛ die quādiu feruor solis aerē ꝟberat: ꝛ est sicut color velleris vel lane cōposite ex mixtis velleribꝰ alicubi spissus ꝛ alicubi rarus qđ lumine lune vel stellaꝝ vel solis in mane ꝛ vespera est illustratū: diuaricaƚ āt i ipso lumē lunare qđ illuminat ipsuꝫ ꝛ qdā nigredo īterponiƚ aliqn̄ eo ꝙ ibi vapor magis ispissaƚ vel forte terrestri vapori magis mixtꝰ est: ꝛ iō vocaƚ arabice Alguadi: al enī articulus arabice est ꝑpositus: guadi āt spuma mariꝫ vel fluminis: qꝛ silitudinē illiꝰ exprimit hoc accidit i aere nocte ꝛ die: sed nō videnƚ de die nisi in mane vel in sero: qꝛ qn̄ paucū ē tūc aliqn̄ ꝯsumiƚ: aliqn̄ abscōdiƚ lumine solis. Colores āt qui frequētius de nocte videnƚ sūt sicut prune accēse carbone supius ꝛ subtus aliquātulū extincto: qꝛ lumē tāgēs ea libere supra terrestre imixtū silitudinē ignis in carbone accipit: subtus āt opacitate nāe ꝛ noctis īpediƚ acceptione luminis: ꝛ ibi manet niger ꝛ extinctū: huic āt sile frequēter videmus in suꝑmo magnaꝝ ꝛ nigraꝝ nubiuꝫ in vespa qn̄ sol est īferior ꝙ nubes: qꝛ tūc in supficie supiori apparet sicut prune accēses: hec ḡ sūt oia que ḡnanƚ in alto. Dictū est ḡ de galaxia ꝛ stellis habētibꝰ comas: ꝛ de igne perpēdiculari que in aere videnƚ. Ampliꝰ āt dictū est etiā de assub ꝛ de eo qđ est sicut stella vna que sili's ē cādele: ꝛ de alijs q̄ in alto ḡnanƚ ꝛc̄.

Explicit liber primus metheoroꝝ. Incipit secundus.

¶ Tractatus primus de corporibus humidis conuersis in media aeris regione.

¶ Cap. pm. De causa efficiēte ꝛ māli huiusmodi impressionū.

In pho aute fm̄ expōnem Auer. primo metheororū cap. 4. de loco aūt positio ne secūda. 3.

In superiori libro nos diximus de his que ḡnanƚ in altissimo aeris ex vapore calido ꝛ sicco: ꝛ gratia illius etiā diximus de apparētibus in aere. In hoc ergo 2° libro restat dicere de his que generantur ex vapore humido: siue ḡnenƚ in alto: siue etiaꝫ ex humore generenƚ in imo: primo tn̄ loquemur de his que ex vapore humido ḡnanƚ in alto sicut de rore ꝛ pluuia ꝛ niue grādine ꝛ huiusmodi. Dicemus ergo res nūc factas in alto: nō qdē in altissimo aeris spatio: sed in loco īferiori qui est locus de quo in ꝑcedentibus diximus: ꝛ iste est locus scđs: ꝛ mediꝰ aeris locus in quē qui cōmunis est vapori ꝯsurgēti ex aqua ꝛ ex terra ꝛ ei qui cōmixtus est ex vtroqꝫ: qꝛ tā vapor frigidus ꝛ humidus ꝙ vapor frigidus ꝛ siccus ascendūt illic ꝛ ibi inspissanƚ ꝛ ꝯuertuntur ꝛ grauanƚ ad descendendum. ¶ Dico ergo ꝙ causa prima mouens vapores istos vt ad locum prefatum ascendant est calor qui est ex motu orbium stellarum solis scilicet ꝛ aliarū stellarum que lumine suo super inferiora radiantia mouent inferiora elemēta ꝛ faciunt ea vaporare: sol enim appropin-

quat ⁊ elongatur ab eis: ⁊ propter hoc sol est causa genera-tionis ⁊ corruptionis eoꝝ que accidunt in eis. cum enim sol appropinquat ⁊ recto diametro pcutit terrā: aut ſi nō recto diametro hoc est perpēdicularitē percutit terrā: tūc appro-pinquat ad rectū diametrū: tūc calor eius inuenit terrā cū ici-dit radius eius ⁊ ignit eam: ⁊ ideo eleuatur ex ea vapor hu-midus ex humore qui est in terra: ⁊ vapor calidus ⁊ siccus: species aūt vaporis qui sic eleuatur sunt plures: quarū vna ceteris ascendit altius que est vapor calidus ⁊ siccus qui qñ eleuatur a terra subtiliatur: ⁊ cū nihil obuiat ei frigoris ascē-dit ⁊ appropinquat igni per quem inflāmatur: appropinquat etiam illi loco estus qui est sub loco de quo diximus. ¶ Spe-cies aūt eius est alia calida ⁊ humida: ⁊ ille mutatur quasi semper in aerem nisi fiat ei accidens frigus qđ obuians cō-prehendat ipsum ⁊ inspisset ⁊ conuertat ad naturā aque in-grossando ⁊ inspissando eam ⁊ faciendo eū sic redire ad na-turā aque pluendo inferius: vapor aūt qui est calidus ⁊ sic-cus ascendit in altum ex quo fiunt ignes de quo diximus in libro primo nominaꝰ estus: regio autē ipsius etiam vocatur estus: qꝛ estus est equiuocū vel analogū ad ꝓprietatē ignis ⁊ aeris regionis supremam ⁊ ad vaporē calidum ⁊ siccū qui de terra eleuatꝰ ⁊ vsqꝫ ad speram ignis eleuatur.

¶ Cap. 2m. Et est digressio declarās qualr̄ calidū ⁊ frigidū sunt causa resolutionis vaporum humidorum.

ATtende aūt ꝙ lꝫ multa resoluantꝰ vaporabili-ter ab inferioribus elementis in superiora: ta-men non causa illoꝝ efficiens: sed sufficiēs di-citꝰ esse calidū: hoc enim euolat rarificando: ⁊ ignit calefaciendo ⁊ vaporabiliter humidum aqueū extra se natare facit: ⁊ per hoc corpora-le humidū in nām ⁊ formam ⁊ actum spiritualē humidi con-uertit qui vapor mediū est inter aquā ⁊ aerem habens in se aliud de mā ⁊ forma ⁊ actu aeris: ꝓpter qđ etiā petit locum ipsius nec huius sicut etiā in precedenti libro diximus. Alia causa querenda est vbi calidū qđ cū suam speciē in spissatio-nē aque imprimit etiā est disponēs speciē illā cuꝫ qualitates que sunt raꝛ ⁊ spirituale ⁊ absqꝫ dubio calor idē vaporem in ignē ꝯuerteret ſi sufficiēs esset ⁊ nihil eū frigoris cōprehēdit in media aeris regione: nūc aūt in aerē aliqñ ꝯuertit aquaꝫ eo mō quo in 2° de gñatione ⁊ corruptione docuimus: ꝙ ex duobus elemētis nō habētibus symbolū fit gñatio tertij qđ habet symbolū cū vtroqꝫ: hoc mō enim aliqñ hic gñatur aer ex calido sicco ignis agēte in radijs solis ⁊ frigido humido aque patiētibus sed gñatio aeris vel ignis terminus est sue actionis ante cuius terminū ꝯuertit aquā in vaporē: postea frigidū ⁊ humidū: cū aūt ecōuerso vapor resoluiꝰ in aquam nō semp agit solū frigidū lꝫ ista mutatio ꝯraria sit prime: sꝫ aliqñ agit solū frigidū: aliqñ nō solū frigidū: frigidū enīꝫ so-lū agit sicut in impressionibus grādinis: ⁊ alijs qbusdā sicut pruine ⁊ niuis: nō solū aūt frigidū agit sicut in gñatione ro-ris: qꝛ hoc fit equalr̄ frigido cōprimēte: ⁊ calido dissoluēte: ⁊ hoc de resolutione vaporis in aquam: veꝝ est ꝙ resolutio nō ꝓprie resolutio vocaꝰ: qꝛ nihil ibi resoluitur: sed potius solutū restringiꝰ ⁊ inspissaꝰ. Si aūt loquamur de resolutio-ne oppositi sicci aliquādo ꝑus agit frigidū: ⁊ post hoc expul-sum exijt calidū cōplexionale: qꝛ egrediēs secū trahit humi-dum: ⁊ tunc putrescit ⁊ resoluiꝰ cōpositū: sed de hac resolu-tione nō hic loquamur: sed tm̄ de duabus primis. Ad ꝑmā aūt ⁊ secūdam ſm quosdā sufficit calidū: ita ꝙ resoluat infe-riora in vapores per sui presentiā: vapores aūt in inferiora ex loco superiori resolutos per sui absentiā resoluat: hoc aūt non est veꝝ: qꝛ cū absentia calidi priuatio sit non aliquid po-situm affirmatiue: ⁊ ideo absentia calidi domināris dat lo-cū frigori qđ aliqñ totū excludit calidum vt in grādine ali-quādo aūt nō totum excludit calidum sicut in rore.

¶ Cap. 3m. De loco generationis roris.

REdeamus aūt nūc ad ꝓpositū dicentes: ꝙ ex causis iam dictis fiunt impressiones que in al-to generanꝰ ex vapore frigido ⁊ humido. In-ter vapores aūt frigidos ⁊ humidos vapor ro-ridus est prius de quo loquimur ꝙ nobis ꝓxi-mior est ꝙ̄ vapor calidus siccus ex quo in altis-simo gñanꝰ impressiones que inflāmanꝰ sicut in physicis di-ctū est. Dicemus aūt de rore locū sue gñationis ⁊ causaꝫ de-

Tex. c. ab. ⁊ infra.

terminantes ⁊ differentiā roris ad pluuiā ⁊ de mā roris que ad formā roris nō ꝯuertiꝰ. Est ergo locus roris altior inter loca ad que ascēdūt vapores humidi. Ad hoc aūt intelligen-dū scias ꝙ subtilior inter vapores humidos ꝑcipue qui ma-ioris caloris tēpore eleuanꝰ: ⁊ de die semp magis in genere suo habet ascēdere ſi frigus sibi nō obuiat in medio: est aūt vapor roris subtilior inter vapores humidos tēpore sereni-tatis in die eleuatus nunqꝫ ascendens nisi qñ circa mediuꝫ in loco nō inuenit vaporē frigidū se impedientē: ⁊ ideo ascen-dit altius inter vapores humidos: ascēdit ergo vltra locum frigidaꝝ impressionū qui est mediū interstitiū aeris. Cum enim tria sint aeris interstitia infimū ⁊ mediū ⁊ supremum vt supra diximus: erunt duo alia necessario his ꝯiūcta: vnū s. inter infimū ⁊ mediū: ⁊ aliud inter supremū ⁊ mediuꝫ. In-fimū enim est qđ est calidū ex repcussione luminis celestis ⁊ humidū ex vaporatione que fit ex terra ⁊ aqua: mediū autē est frigidū ex priuatione duplicis cause caloris. s. que est vici-nitas ignis ⁊ motus orbis: ⁊ que est reflexio ⁊ repcussio ra-dioꝝ: erit ergo mediū frigidū excellenter ⁊ humidū. Medi-um aūt inter illud ⁊ infimū est tēperate calidū humidū. Su-premū enī est excellenter calidū ⁊ siccū: inter illud aūt est nūc mediū qđ est excellēter frigidū ⁊ humidū est mediuꝫ qđ est temperate calidū ⁊ tēperate humidū: ⁊ ideo idē est tēperate frigidū ⁊ tēperate siccū. Cū ergo res gñeꝰ a tēperate frigido cōprimēte: ⁊ tēperate calido ꝯgelationē impediente: erit iste locus qui medius est inter estū ⁊ excellenter frigidā aeris re-gionē locꝰ gñationis roris. Locus aūt iste ꝓpe estū calidior: ⁊ ꝓpe frigidū frigidior est: in medio autē est tēperatus ⁊ ibi gñaꝰ qui tēperatus est: ⁊ qꝛ mediū qđ est tēperatū strictū est: ideo infra habeꝰ ꝙ locus gñationis roris est strictus. In il-lo aūt stricto spatio vbiqꝫ est tēperies frigidi cōprimētis ⁊ ca-lidi ꝯgelationē impedientis: qꝛ aliter ipse vapor in vna par-te sua. s. supiori vincereꝰ a frigido: ⁊ in illa parte sui vincereꝰ a calido qđ nō est veꝝ: cū vbiqꝫ eqꝫli calido ⁊ frigido ⁊ econ-uerso: frigido ⁊ calido vapor in rorē resoluaꝰ: ⁊ in hoc sensu dicit Arist. ꝙ vapor roridus quo ad locū sue gñationis ꝓxi-mior est nobis ꝙ̄ estuosus ⁊ inflāmabilis siccus: qꝛ vapor ro-ridus ꝯuertitur in aquā: ⁊ ſi vincaꝰ frigido īferioris loci qui est locus sue generationis: tunc spissaꝰ in modū.

¶ Cap. 4m. De generatione nebule ſm suam materiam: ⁊ qualiter est signum serenitatis.

QUia aūt nebula fit ex reliquijs vaporis roris ⁊ vaporis nubis: ideo anteqꝫ pficiamus doctri-nā de rore loquamur de nebula: duo dicētes de ipsa in capitulo vno. s. qualr̄ sint reliquie vapo-ris roridi ⁊ nubis: ⁊ qualiter sit signū serenitatis. Attendendū est ergo ꝙ Arist. breuiter tangēs de nā nebule dicit: ꝙ aliqñ in vapore rorido nebula videꝰ: qꝛ nebula est reliquie nubiū resolutaꝝ: ⁊ ꝓpter hoc nebula ſi-gnat serenitatē: ⁊ hoc est totū qđ ipse dicit de nā nebule. ¶ Ut aūt ꝑmū hic inestigaꝰ debite scias ꝙ nō totū qđ relinquiꝰ va-pore resoluto in aquā est aer quē calidū vaporis in vaporē i-duxerat: sꝫ relinquunꝰ qdā ptes que essentialr̄ erāt in vapo-re que sūt magis calide sicce ꝙ̄ alie: qđ sic ꝓbaꝰ: cū. n. eleuaꝰ vapor roridus vel pluuiosus: lꝫ eleueꝰ ex partibꝰ subtilioribꝰ aque: tn̄ ptes ipsiꝰ vaporis sūt qdā subtiliores ⁊ qdā minus subtiles: qꝛ grossum est in gñe vaporis: subtile est qđ est sub forma aque: cū āt sic duplices sint ptes vaporis ꝯstat: ꝙ sub-tiliores plus minuunꝰ ad nām aeris ꝙ̄ grossiores: qꝛ calor va-poris nālis est vt que sūt magis iuxta nāꝫ aeris ꝙ̄ vt que sūt a nā aeris lōginquiores: ⁊ iō cū vapor ꝯuertiꝰ in aquā citiꝰ sepaꝰ calor a grossioribꝰ ꝙ̄ subtilioribꝰ: qꝛ quelibet forma fa-ciliꝰ sepaꝰ ab inēli sibi subiecto ꝙ̄ a nāli: remanēt ḡ ptes va-poris subtiles post rorē ⁊ post pluuiā: he āt ptes aute resolu-tionē vaporis nō sūt distincte in ipso: ⁊ ideo qlibet pars vapo-ris ſm qntitatē accepta ꝯuertiꝰ in aquā: sed nō qlibet pars que est de essentia māe vaporis: qꝛ de essentia māe sūt subti-lis pars ⁊ grossa que ambe vna quantitate mēsuranꝰ: ⁊ iō lꝫ qlibet pars vaporis ꝯuertaꝰ que quātitatē in eo accipit: ⁊ nō tn̄ qlibet ꝯuertiꝰ que est essentialis māe: vñ pꝫ ꝙ nō est verū qđ qdā dixerūt ꝙ tota nube ꝯuersa nō remanet nisi aer p to-tū in duobꝰ p nubē ⁊ vaporē: qꝛ cū nā tota nubes intelligiꝰ quā-titatiuū totū de illo nulla pars manet: sꝫ qñ totū quātitatiuū est totū ex essentialibus partibus ꝯstās: ⁊ de illo quedā par-

Dubium

tes manere possũt. ¶ Sed tũc surget questio si nebula est reliquie vaporis roridi ⁊ nubis relinquunt ex eis partes subtiliores: tũc videt̃ ꝙ quelibet nebula gñet̃ in alto ⁊ non iuxta terrã. ¶ Et ad hoc dicẽdũ ꝙ nebula est reliquie partiũ subtiliorum: ⁊ vaporis roridi ⁊ pluuiosi sicut iam dictũ est: sꝫ iferius est ꝓpter frigus noctis: q̃ in nocte resoluit̃ vapor in rorem ⁊ frigus qḋ alias partes vaporis resoluit que vbiqꝫ penetrãt nebulã ⁊ generauerũt ad descẽdẽdũ. ¶ Qḋ autẽ sit ex partibus subtilioribus ꝓbat̃ per hoc signũ ꝙ in modica hora ascẽdẽte sole rarificat̃ nebula ⁊ ↄuertit̃ in aerẽ qḋ nõ fieret si esset ex partibus grossis: ⁊ hoc iam pꝫ quã de causa est signũ: signat enim omne grossũ ⁊ aquosũ esse resolutũ ⁊ non remãsisse nisi subtile aereũ qḋ modico calore solis in aerẽ resoluit̃: ⁊ tũc in totũ esse in aerẽ a vaporibus liberũ: ⁊ tũc est serenũ: nec est incõueniẽs nebulã esse reliquias duplicis vaporis roridi ⁊ nubis: cũ etiã vapor roris ⁊ nubis pluuiose ↄueniãt in genere: sꝫ roridus ſm ꝓportionẽ sue quãtitatis plus habeat de subtili: ⁊ nubes plus habẽt de grosso: ⁊ ideo etiã nebula videt̃ plus in vaporis roridi reliquijs ꝓportionaľr loquẽdo q̃ȝ ex reliquijs vaporis nubiũ pluuiosaꝝ.

Solutio

¶ Cap. 5m. De causa efficiẽte ⁊ materiali roris.

Dicimus autẽ vere causam efficientẽ ⁊ m̃alẽ roris: hoc autẽ qḋ tradit de hijs Arist. est breue valde: ⁊ dicit sic: cum sol appropinquat vapori eleuat̃ ascendens ⁊ cũ elongat̃ descendit deorsum. Signat autẽ in hoc ꝙ vapor roris nõ eleuatur nisi cum sol liberam habet appropinquationẽ ad inferiora sicut fit in sereno tẽpore medio sicut in vere: q̃ tempore magni estus cõburitur vapor subtilis ex quo quidẽ ros generari debet: tali ergo appropinquatione solis vapor roris ascẽdit ⁊ nõ habens ipsum ↄuertẽs ipsũ frigus magnũ: sed sola solis elongatio per noctem qñ frigus noctis frigus tẽperatũ qḋ est in loco gñationis roris adiuuat: tunc enim statim descendit deorsum: tale enim temperatum frigus adiutũ frigore noctis nõ expellit vniuersaľr calidum: ⁊ ideo ros remanet tẽperate calidus ⁊ frigidus: ⁊ sic se hꝫ de causa gñõnis roris ⁊ de loco vbi nãľr ⁊ nõ p accñs generat̃. Infra aũt dicemus ꝙ alibi per accidẽs põt generari.

¶ Cap. 6m. De differentia roris ⁊ pluuie ⁊ caliginis ⁊ nebule.

Differentiã autẽ roris ad pluuiã etiam satis breuiter tãgit Aristo. dicẽs cũ illud qḋ descẽdit ex vapore res parua tardat̃ in descensione sua nominat̃ ros: ⁊ quãdo illud qḋ descendit est multam habens mensurã in corpore suo ⁊ velocitatem sue descensionis nominat̃ pluuia. Videt̃ aũt pñs his verbis dicere: ꝙ nõ differũt in m̃ã ⁊ forma ros ⁊ pluuia: q̃ multũ ⁊ paꝝ siue paucũ nõ faciũt differentiã nisi per accidẽs: vnde ros ⁊ pluuia isto modo per accidẽs nõ per se haberẽt differentiã. ¶ Qḋ nõ est veꝝ: q̃ est ros calidus ⁊ humidus in genere suo ⁊ pluuia in cõparatione ad rorẽ est frigida ⁊ humida. ¶ Adhuc aũt pluuia nunq̃ȝ fit sereno tempore: ros aũt fit sereno tẽpore. Adhuc aũt nulla pars nubis signũ est serenitatis: ros aũt omnis signũ est serenitatis. Ex istis ergo videret̃ ꝙ ros ⁊ pluuia habẽt differẽtias essentiales ⁊ nõ accidẽtales tm̃: ⁊ hoc certissime veꝝ est vnde vapor pauc9 qui est m̃ã roris subtilis est: q̃ non est paucus nisi sit subtilis: grossus eñi vapor a calido ignito inter superficiem terre existẽte ⁊ erũpente eleuat̃. Sed subtilis eleuat̃ a calore superficiem terre attingẽte ⁊ ille est vapor roris ⁊ pluuie ꝓpter qḋ cõca repleta rore citius expirat ad solẽ q̃ȝ eadem vel equalis cõca repleta aquis pluuie: q̃ reuera ros magis subtilis est. Et dicit Messalach ꝙ si testa oui repleat̃ rore ⁊ claudat̃ optime foramẽ ꝙ in calore forti solis ascẽdet a terra iuxta hastam positũ: ideo q̃ humor roris subtilis est magis: ⁊ ideo paucus q̃ subtile separatũ a grosso est paucum: ⁊ ideo paucus vapor presupponit humidum spiritnale subtile qḋ est m̃ã roris. Et per hoc pꝫ ꝙ tam m̃ãles q̃ȝ formales penes essentias eoꝝ sumptas pluuia ⁊ ros habẽt differentias: q̃ ex spiritnali vapore hoc est vapore q̃ȝ spiritualis humidi non potest generari humor nisi calidus ⁊ humidus ſm cõparationem ad pluuiam: ⁊ ex vapore grosso: q̃ de ꝓfundo terre extracto non põt gñari nisi frigidus ⁊ humidus humor in comparationẽ ad rorẽ. Dico aũt ꝙ vnũ comparet̃ alteri: ⁊ ideo q̃ si absolute accipiantur tunc omnis aqua vbicũq; fiat frigida est ⁊ humida: ⁊ qḋ dicit̃ ꝙ sic nulla nubes significat serenitatẽ ita nulla pars nubis serenitatem significat. Si enim nebula signũ est serenitatis dicendũ sicut ante dictum est ꝙ pars ſm quãtitatẽ accepta serenitatẽ nõ significat: sed pars accepta ſm essentiã bene potest serenitatem significare: si enim nebula signũ est serenitatis: ⁊ ideo apud vulgus est ꝓuerbiũ ꝙ cum nebula guttatim cadẽs descendit ꝙ tũc est signũ serenitatis. Cum autẽ tota nõ resoluta ascendit: ꝙ tũc signat pluuiã: q̃ tunc generat nubes que pluuiã faciũt: ⁊ hoc in rei veritate est veꝝ. Sed vulgus accipit nebulã idem esse cum qualibet caliditate frigore aeris ad terrã repressa: ⁊ hoc nõ est veꝝ: sed nebula est qḋ remanet post resolutionẽ vaporis in rorẽ vel pluuiam: ⁊ hoc semper est subtile ⁊ significat serenũ. Sed nubes siue caligo ad terrã repssa frigore noctis aeris vel loci hꝫ grossũ a subtili: ⁊ ideo qñ resoluit̃ grossum ⁊ descẽdit p guttas remanet subtile qḋ signat serenũ. Si autẽ ascẽdit vnũ cũ alio tunc generat nubẽ ⁊ signat pluuiã ⁊c̃.

Nota qñ nebula sit signũ serenitatis ⁊ qñ pluuie.

¶ Cap. 7m. De m̃ã roris que ad formã non ↄuertitur.

Quando aũt vapor subtilis ascẽdit a terra que est res parua ille ad altũ nõ ꝑuenit: q̃ in parua m̃ã parua est caliditas: ⁊ ideo calor temporis ⁊ loci resistere nõ potest ↄtra nãľe frigus qḋ in vapore eleuato est ab aqua: ⁊ ideo ↄuertitur in aere anteq̃ȝ veniat ad locũ qui est vltra mediũ in quo est gñatio roris per se vel ↄuertitur in aerem anteq̃ȝ expectet frigiditatẽ noctis: que cũ calore loci ↄstituit temperatum locatũ calidum ⁊ temperatũ frigidũ a quibus generatur ros aliquãdo extra locum suum sicut supra diximus: hoc aũt ideo ↄtingit ꝙ anteq̃ȝ ↄuertat̃ vapor in aquã: opꝫ ꝙ prius ↄdenset̃ in nubem: que ↄdensatio fit a frigore loci vel tẽporis: vel vtroqꝫ ⁊ hanc ↄdensationem vapor paucus roris non expectat. ¶ Si aũt querit̃ vtrũ vapor sit in specie aque vel aeris: qm̃ hoc dubiũ est: dixit ad hoc Heraclitus ꝙ nec est aqua nec aer: sed medium aque subtilius est aere grossius. Cum autẽ medium sit cõpositum ex vtroqꝫ extremoꝝ ⁊ vapor nihil habeat aeris eo ꝙ totus est eleuat9 de aqua nõ videt̃ esse medium: aut enim raritas materie vaporis rarificat eum tanta raritate ꝙ nõ potest esse in specie aque: aut non: si rarificat eum tãta raritate quãta nõ potest esse in specie aque: tũc erit alicuius alterius elementi: qm̃ sicut nos ꝓbauimus in libro de generatione ⁊ corruptione: m̃ã non potest esse nuda a forma: sed semper erit: aut sub forma mixti: aut elementi simplicis: hoc aũt nõ est sub forma mixti cum vapor non sit ex pluribus: sed ex vno ergo erit sub forma alicuius elementi: constat aũt ꝙ non nisi sub forma aeris: ergo vapor aer esse videtur. ¶ Eodem autẽ modo dubitatio est de nube. Locus enim ⁊ locatum sunt eiusdem nature: qḋ ergo mouebitur ad locũ aeris videbitur esse de aeris natura: talia autẽ corpora sunt vapor ⁊ nubes. ¶ His aũt rõnibus quidã inclinati sunt ad dicendũ ꝙ vapor est aer vel medium inter aquã ⁊ aerẽ ⁊ nubes similr̃: sed vapor est medium propinquius aeri: ⁊ nubes est medium ꝓpinquius aque: sꝫ hoc nihil est rõne prima supradicta: vnde videtur dicendũ ꝙ cũ elementa alterabilia sunt adinuicẽ ꝙ dupliciter possunt ↄsiderari: aut enim ſm suam formam cõsiderantur: aut ſm ꝙ sunt in via transmutationis adinuicem. Primo autem modo absoluta sunt ⁊ distincta formis ⁊ in suis locis. Sc̃do autem modo sic non sunt determinate in formis suis: nec etiam in suis locis: ⁊ hoc modo vapor est aqua alterata ad vicinitatem nature aeris: ⁊ nubes est vapor alteratus ad vicinitatẽ nature aque: ⁊ in talibus forma manet in potentia nõ quidem materiali: sed sicut forma est in potentia in motu que continue abijcit̃ vel ad quã ↄtinue est appropiquatio per motũ: ⁊ qualitates elementales sunt ibi sicut virtutes existentes ⁊ non sicut actiue vel passiue nisi neutra virtutibus loci vel tẽporis: ⁊ ex his patet solutio ad dubitata.

Elemẽta dupliciter ↄsiderari possunt.

¶ Cap. 8m. De materia ⁊ generante causa pruine.

Post hec autem dicemus de pruina tria tangentes de ipsa de m̃ã ipsius ⁊ generante: ⁊ secundo de loco generationis eius: ⁊ tertio de differentia ⁊ ↄuenientia ipsius cum rore. Dicit aũt Arist. ꝙ eleuatur vapor ex aqua ⁊ frigus quod obuiat ei die ac nocte est vehemẽs valde illud frigus aggregat illa ⁊ spissat: ⁊ vapor ille sic ascẽdẽs fit prui-

In quo taxet Ari. aduertit.

na. ¶ Est autem sciendum ꝙ vapor pruine paucus est subtilis sicut ⁊ vapor roris: sed propter vehementiam frigoris non potest ascendere ad locum roris: ⁊ hoc frigus frequenter est ex tempore vel ex aere: ex tempore quidem quando recedit sol per vtrunqȝ motum. s. circuli equinoctialis ⁊ circuli obliqui sicut est in nocte hyemis serena: tunc enī in obliquo circulo sol recessit q: mouet: tunc in signis meridionalibus que lōginqua sunt a nobis: ⁊ etiā occidit super oriēte in motu quē habet sup equinoctialē: ⁊ super polos mūdi quantū ad motū diurnū: ⁊ sic ex duabus causis augeť frigus ex tēpore: ex aere est aūt frigus in vere ⁊ in autūno: ⁊ ideo tunc multiplicanť pruine: in vere enim adhuc in aere est frigus: q: indurerunt frigidi vapores ⁊ nubes hyemis in ipsum ⁊ illud sole ɔscendente ɔpellit inferius: ⁊ ideo cōprehēdit subtilem vaporem eleuatum ⁊ ɔuertitur ipsum in pruinā: ⁊ precipue qñ iuuatur frigus aeris in respectum alicuius planete frigidi sicut saturni: experti enim sumus sensibilr saturnū habere virtutē magnā in hoc: ⁊ hec est causa quare frequēter fructus in flore destruiť in vere. In autūno aūt ꝓpter descensum solis a nobis multiplicanť nubes frigide que eleuate infrigidant aerem: ⁊ ideo cum recedunt nubes remanet aer frigidus ⁊ cōprehendit vaporem ⁊ ɔgelat ipsum in pruinā. Ex his pȝ quid sit generās pruinā: qñ frigus excellēs qđ est simul ɔuertēs ⁊ ɔgelans ipsum circa mediā aeris regionē: vapor autē qui mā eius est subtilis est ⁊ ascendit alte sicut ros: ⁊ si nō a frigore aeris ꝓoccupareť. ¶ Cum autem sit triplex vapor. s. pluuie niuis ⁊ pruine siue roris duo istoꝝ generanť frigore primo spissante vaporē in nubem. s. nix ⁊ pluuia: alia duo generanť a vapore in nube non spissata. s. ros ⁊ pruina sed ros generať a frigido temperato vaporem tm̄ resoluente: pruina vō generať a frigido excellente vaporē ɔgelante anteq̄ incipiat ɔuerti in aquā: ⁊ ideo pruina nō est rotunda: sed expansa sicut vapor nec pars coheret parti: sed separať a parte sicut vapor distractus fuerit. Adhuc lȝ nihil ɔgeleť nisi aqua ⁊ ɔuersio vaporis siue nubis in aquā nulla precedat ɔgelatio in eo ꝙ ɔgelatio ꝓpria passio est aque: nō tamen semp tēpore est ɔuersio vaporis vel nubis in aquam que nā precedit ɔgelationē. sed aliqñ sequitur eam. s. ɔuersionem sicut in generatione grādinis aliqñ ɔuersio prius incipit ⁊ est in fieri: sed nō in perfectione: q: dum ɔuertiť ɔgelať sicut in niue: qñ ɔuersio etiam nō icipit ante ɔgelationē: sed omnino sunt simul sicut pruina: nec pluribus modis variari possunt ɔuersio ⁊ ɔgelatio: q: quartū mēbrum esse non pōt ꝙ ɔgelatio sit ante ɔuersionē cū ɔgelatio sit passio eiꝰ qđ per nām ante ɔuersum est lȝ forte tēpore sit simul: cū aūt subtilis sit vapor pruine vniuersalr ab ipso expelliť calidū subito: ⁊ ideo nihil est qđ mollificet vaporē ɔuersuȝ ⁊ ɔgelatum: ⁊ ideo pruina est rigens ⁊ dura: aerꝰ tamē introductus in vaporem non expellitur: ⁊ ideo partes pruine quando conuerse sunt ⁊ cōgelate sunt rare ⁊ quasi intercepte: ⁊ hec dicta sūt de materia ⁊ efficiente pruine.

Propter qd sr cōmūiter fructus in vere i flore destruiť

¶ Cap. 9m. De loco generationis pruine.

Locus aūt pruine absqȝ dubio est citra locum medium aeris: cū iste locus sit circa frigidissimum in quo nō in toto deficit virtus radiorū solis ⁊ stellaꝝ nō est ipse in toto caloris expers per se nisi ɔtingit hoc per accidens: hoc aūt accidens est frigus noctis ⁊ duplex absentia calefaciētis solis: sicut dictū est. s. ex recessu solis in circulo decliui ⁊ in circulo equinoctiali: ⁊ hec omnia patēt ex determinatis in precedenti capitulo: frigus enī loci si nō potest causari nube aliqua frigida presente vel repressa a supiori loco qui frigidior est: q: pruina nō cadit nisi tēpore sereno: sed dubiū oritur desuper hoc ꝙ pruina nō inueniť nisi adherens alicui corpori terrestri ⁊ nō inuenitur cadens de sublimi sicut ros. Huius autē causa est ꝙ si frigus intrauerit in materiā terrestrē fortius est q̄ in alia materia sicut dicit Democritus. ⁊ ideo vapor pruine tangens talem materiam citius ⁊ fortius ɔgelatur: ⁊ ideo in tactu illaꝝ materieꝝ inuenitur pruina adherens. Et ex eadem causa est ꝙ cum calido est in hyeme que causať ex nube nō ex vapore repressō a frigore aeris in sublimi incipiunt partes nubis ɔgelari ad extremitates lignoꝝ ⁊ aliaꝝ partium. ¶ Adhuc aūt ex eadem causa fit ꝙ cum est resolutio frigoris in vltima parte hyemis ⁊ in principio veris ꝙ humescunt lapides ⁊ magis humescūt qui duriores sunt inter eos: ⁊ humescunt metalla: ⁊ precipue duriora sicut ferrum ⁊ aurum: ⁊ humescunt dura ligna: eo ꝙ frigus in illis fuit calcatum qđ tempore soluto egreditur ⁊ inuenit aerem vaporibus humidis plenum: quoniam statim spissando resoluit in aquam intantū ꝙ aqua per guttas distillatur a talibus corporibus.

¶ Cap. 10m. De differētia roris ⁊ pruine quo ad frigꝰ gñans.

Differentias aūt plures roris ⁊ pruine tāgit Aristo. nimis breuiter: ⁊ ideo sicut in ꝓcedentibus de his faciemus determinationē tangētes causas ⁊ expositiones dictoꝝ phi. ¶ Prima autem differentia inter rorē ⁊ pruinā est: ꝙ cum ros ⁊ pruina ɔueniant in materia que est vapor subtilis tempore diei eleuatus differunt in generante: quia cuȝ super illum vaporem venerit in aere frigus paruuȝ hoc est temperatum adiutum frigore noctis cōprimit ipsum in rorem. Pruina autē est vapor congelatus anteq̄ ex ipso resoluatur aqua: huiusmodi autē dicti quo ad primā eius partē que est de rore expositio: ⁊ causa satis patet per antedicta. ¶ De scđa autē parte que de pruina est intelligēda: sciendū ꝙ signum dicti phi veritatis est figura pruine: omne enī qđ ante se resoluiť in aquā: ⁊ postea ɔgelať habet figurā rotūdā sicut gutte aque: pruina autē nō habet talē figurā: nec etiam habet figurā nubis: q: nubes est partiū sibi adherentium sicut lana tenuis distracta siue carminata: ⁊ hanc figuram nō habet pruina: sed potius nix que cadit sicut partes lane rare distracta: sed figura pruine est sicut radij quidam ad vnum centrum reducti vel vnam lineam ex vtraqȝ parte circūstantes que figura est vaporis cuius partibus multe interponēťur partes aeris ⁊ diffunduntť partes vaporis per moduȝ radioꝝ in aere: ⁊ sic inuente congelanť anteq̄ in aquam vel in nubem ɔuertanť: hoc ergo verificat dictū phi. ¶ Causa aūt est ꝙ frigus triplex est. s. solū frigus ⁊ multū frigus ⁊ frigus vehemens: frigus autē per hoc ꝙ est frigus nō facit nisi spissare vaporē in nubē ⁊ in aquam preter hoc ꝙ vltra expellat ab ipso calidū vel nō subito expellit: frigus aūt multū est qđ est quasi calcatū ⁊ stringit ⁊ ɔgelat fortiter vniuersalr expulso calido: sed vehemens frigus est acutum qđ ꝓoccupat spissationem frigoris: q: quasi simul tēpore facit tres actiones s. spissare in aquam ⁊ ɔgelare ⁊ calidum vniuersalr expellere: hec aūt frigora differentiam habent: q: frigus etiam primum ⁊ multum frigus est addens illi cumulationi frigoris: vehemens autē qñqȝ est magnū vel multū sed est acutuȝ: q: penetratiuum ꝓpter illud in qđ agit sicut est vapor qui subtilior est q̄ nubes: ⁊ ideo fortius penetrať a frigore: quando autē est ꝓpter materiā in qua est frigus in sicca mā magis penetrat q̄ in humida ꝓpter hoc ꝙ siccum est actiuuȝ sicut frigus est venti septētrionalis qđ frequēter est in sereno tēpore: ⁊ in illo frequēter gñať pruina: a tali ergo frigore vehementi ɔgelať vapor anteq̄ recipiat spissationē in nubem vel ɔuersionē in aquā qđ ostendit figura pruine sicut diximus: hec eadē causa est q̄re frequenter in februario ⁊ martio ab alto cadit nix pauca que est sicut figura stelle ⁊ cadit interpolate: quia tunc calor solis expellit in vaporem eleuatum frigus aeris ex hyeme relictum: ⁊ ideo vehemens efficitur ⁊ conuertit vaporem anteq̄ spissetur in nubes: ⁊ ideo cadit in figura vaporis quam prediximus.

Frigꝰ triplex

¶ Cap. 11m. De differentia roris ⁊ pruine penes tempus ⁊ locum accepta.

Secunda autē differentia roris ⁊ pruine est fm locū ⁊ tēpus accepta: qñ vt ait Aristo. ros non vbiqȝ sed in quibusdā locis calidis fit in hyeme: ⁊ causa illius est: q: in locis illis eo ꝙ calidū vel desiccat valde in hyeme calor temperatus resoluit vaporē cōparatū cū in aere nō occurrit frigus intēperatum sed potius tēperatum resoluens ipsum ⁊ non congelans quia ibi fit ros. Sed pruine generatio non potest esse in hyeme in locis illis: ideo nisi forte valde raro: q: pruina non causatur a frigore temperato: sed excellēti qđ est frigus qđ diciť ɔtractum ab effectu: q: ɔtrahit vaporem vehementer ɔgelans ipsum preoccupando anteq̄ possit spissari in nubem sicut diximus supra: vnde vapori illi eleuato de quo generatur pruina non occurrit in aere frigus equale

qḋ est temperatum: qḋ cōprimat ipsum in nubem nec occur-
rit ei calor tēperatus: qui faciat ipsū aquam subtilem sicut
fit in rore: sed potius excedens frigus occurrit ei vt sepi-
us diximus: ⁊ ideo si considerentur ista que dicta sunt ros
non habebit tm̄ vnum locum sue generationis in aere: sed
vnū habebit per se qui supra dictus est: ⁊ aliū habebit ꝑ ac-
cidēs qui est locus inferius nō lōge a terra: ⁊ illud qḋ fit ꝓ-
pter duas causas: quarū vna est frigus aeris ⁊ calor loci: ⁊ al-
tera est causa calor aeris ⁊ frig⁹ loci: ⁊ vtrūq₃ horū est duplex
⁊ sic sunt q̄tuor modi gn̄ationis roris in inferiori spatio aeris:
Est autem necessarium nobis vt inuestigemus hic causas quare duo venti. s. septētrio ⁊ meridies plures ⁊ fortiores faciūt exufflationes q̄ venti qui veniunt ab oriente vel ab occidente: ⁊ alij collaterales eorum: volumus autē hic de hoc tangere cām efficientem primam ⁊ de eodem dicemus causas alias. Dico ergo infra soluendo questionem ppositam q dupliciter possumus accipere aquilonem ⁊ meridiem. s. fm q sunt partes que sunt iuxta polos mūdi: fm q sunt in mūdo aquilo ⁊ meridies: ⁊ sic septētrio ⁊ meridies sunt maioris exufflationis q̄ oriens ⁊ occidēs: possumus etiam accipere istas partes fm q sunt in climatibus distinctis: qa nō est necesse q flante vēto in vno climate ille idē exufflet eodem tēpore in climate alio. In omnib⁹ climatibus tamen est verum: q aquilo ⁊ meridies fortioris ⁊ freqnētioris exufflationis sunt q̄ alij venti. Si autem nos ostenderimus causam efficiētem quare hoc est in aqlone et meridie in mundo: tunc manifesta est causa hic quare sit in climatibus: qa vapor climatis pncipium trahit a vapore plage mūdi. Clima enim quintum auram accipit meridianam a climate quarto ⁊ quartum accipit eā a tertio: ⁊ sic deinceps vsq ad primū: hic autē accipit auram meridianā a quarta terre que est vltra eqnoctialem que est regio meridiana simpliciter: qa protenditur ad arcum eqnoctialis qui venit de oriente in occidētem in capite arietis ⁊ libre vsq in polū meridianum. Similr est de aura aquilonari quā clima quintū recipit: ⁊ sextum recipit eam a septimo: ⁊ septimum iterum a regione aquilonari que est vsq in polum aqlonarem: ⁊ lz ventus vnius climatis nō necessario sit in alio cum causa vētorum vnius climatis recipiatur ab alio climate lz sit debilior ⁊ fortior ex parte agētis ⁊ ex parte patiētium fm diuersitatē latitudinis quā habet ex distātia ad viam solis ⁊ stellarum. ¶ His pnotatis dico q fortis ⁊ multa exufflatio causatur a plurimo vapore cōgregato spisso nō impedito per materie abscissionē: cum ergo sol non sit in aqlone ⁊ meridie nisi per illuminationē ⁊ non per pntiam corporis sui. Sit autem in oriente ⁊ in occidente ⁊ in locis medijs que sunt in via solis per illuminationem ⁊ corporis sui pntiam erit sol magis calefaciens orientem ⁊ occidentem ⁊ loca intermedia q̄ aqlonem ⁊ meridiem. Calor autem fortis multū attrahit humidum q̄si in sui nutrimētum: ergo multe euaporatiōes fiunt in via solis inter orientē ⁊ occidētem ⁊ ille cōuertunt in pluuiam vel alias impssiones humidas cū sol elongat ab eis: qa cum est in oriente tūc infrigidat vapor in occidēte eo q lōge distat a sole: ⁊ ecōuerso cū sol est in occidente tūc infrigidatur in oriente ⁊ cōuertit in aquā ⁊ descēdit: descēsus autem pluuie impedit vētum sicut ante diximus: ergo in oriēte ⁊ occidēte ⁊ locis medijs parue sunt exufflatiōes causate ab illis locis nisi loca media recipiāt eas aliūde. s. a locis aqlonaribus ⁊ meridionalib⁹ remotis a via solis: in illis eni locis sol non est per pntiam corporis directo diametro: ⁊ idō est in illis locis calor debilis ⁊ pcipue in aqlone: quia ibi sol mouet in arcu que est eleuatio solis fm maiorem partem diametri circuli sui qui defert ipm. In meridie autē mouet in arcus oppositionē que est minor pars diametri eiusdem circuli: ⁊ ideo minus calidus est in aqlone q̄ sit in meridie: qa lz obliqtas a via solis sit eqlis: tamen altitudo solis a terra inequalis est: qa magis vicinatur terre in signis meridionalibus q̄ in signis aqlonaribus: calor ergo debilis in meridie ⁊ pcipue in aqlone facit hoc q calor digestiuus debilis facit in aiali: facit enim fumos terrestres indigestos grossos qui sunt in aiali materia vētositatū: ⁊ in mūdo sunt materia ventorum: ⁊ ideo quātum est de cā efficiente partes aqlonares et meridionales maioris sunt exufflationis q̄ partes oriētis ⁊ occidentis ⁊ locorum que sunt inter oriētē ⁊ occidētem in via solis. Partes autem oriētis ⁊ occidētis ⁊ locorum mediorum que vie solis supponuntur sunt plurium humidarum impssionum q̄ partes aqlonares ⁊ meridiane nisi forte nix que abūdat in partib⁹ aqlonarib⁹ ⁊ meridianis vt infra dicemus: ⁊ hoc etiā cooperatur ad vētos sicut ostendemus postea.

¶ Cap. 11m. Et est digressio soluēs dubia que sunt circa cām dictam de exufflatione aquilonis ⁊ meridiei.

Videtur autē fortasse alicui inconueniēs qd dictum est de cā exufflationis aqlonis ⁊ meridiei. Partes enim meridiane sunt sub via solis per directum diametrū sicut Ethiopia ⁊ omnes regiones que sunt sub via solis inter circulū solstitialē cancri: ⁊ circulū solstitialem capricorni: ergo ille qa sunt meridiane sunt pluriū exufflationū: ⁊ quia sol supponit eis per rectū diametrum sunt multarum pluuiarū: ergo pluuie ⁊ venti abūdāt in regionibus eisdem qd est contra habita. ¶ Amplius in regionibus his que sunt sub via solis calidū est vehemētioris actionis: est ergo psumēs humidum plus q̄ eleuet ab ipso: ergo est exiccatiuū illarum terrarū: ⁊ abscindit mām pluuiarum: sicut etiā experimētaliter pbatur illas terras multo eē sicciores alijs in qbus maior ē frigiditas: ⁊ qd plus est: etiā terre quarti climatis que distāt a via solis versus aqlonem adeo sicce sunt q est ibi sepe terre sterilitas ex defectu pluuiarum. Et in terris aqlonaribus sunt inūdationes pluuiarum vehementes ⁊ sepe sterilitas ex continuis imbrib⁹ opprimētib⁹ sata: ⁊ ideo falsum videt qd dicit Aristo. ⁊ qd ante traditum est ex snia sua: ppter qd etiam dixit aliqs huc librū male fuisse trāslatum quātum ad capitulum istud. ¶ Nos autē vt directe possumus inuenimus locum istū consentiētes cū alijs fere oib⁹ auctorib⁹ q locus qui est sub via solis inter duos solstitiales circulos spere marie est calidus ⁊ siccus eo q radius solis in eo reflectit in seipsum bis in anno ⁊ in alijs temporib⁹ reflectit ad angulū acutum que reflexio intēsionis cā est ⁊ combustionis: ppter qd ⁊ hoies ibi sunt nigri: ⁊ vegetabilia calide cōplexionis sicut piper ⁊ galāga ⁊ muscata ⁊ cetera que in illis locis profert humus. Calor autē vehemēs consumit vaporem paucū: ⁊ ideo raro ibi pluit: sed quādo pluit tunc pluuia est multe inundatiōis ⁊ magnarum guttarum: qa calor magnus non eleuat vaporem nisi spissum ⁊ magnum ⁊ multum qui non de facili consumptibilis est a calore: ⁊ qa aer illarum regionū vbiq est calidus: ideo expellit a se totum frigidū in vnum locū: cui etiam obuiat vapor calidus multum inspissans: ⁊ sit vehemens pluuia magnarum guttarū sicut in estate tēpore calido videmus: q sunt vehemētiores imbres ⁊ nimbi ⁊ magnarum guttarū q̄

Solo

Solutio

in hyeme

in hyeme vel in alijs tēporibus: ꝫ nō sunt adeo frequentes sicut in alijs tēporibus. Pluuia autē illa multe inundationis cōsolidat terraꝫ ⁊ īpedit vaporem ex ea fieri nisi forte aqueū paucum qui calore consumitur: ⁊ hoc puto intellexisse phm quando dixit: ꝙ id quod sol eleuat in locis illis de vapore aqueo est multum: ꝫ nō fit frequens: terra autē quādo non est tēpus pluuie vehemēter est sicca ⁊ multaꝝ scissuraꝝ sicut dicunt qui de locis illis scripserunt: ⁊ est quasi in puluerē redacta: ꝓpter qđ fiunt ibi in paruo vento pulueris ⁊ arenarum inundationes ex quibus periclitātur homines ⁊ ville: ab huiusmodi autē terra non potest eleuari vapor terreus: eo ꝙ non habeat cōtinuans humidū: ⁊ si habet a terra paucum humidum post pluuiam illud consumit calore solis in ipsa eleuatione ⁊ ita abscinditur materia ventorum. Siqđ autē ibi de vapore terrestri eleuatur illud ꝓpter serenitateꝫ quasi continuam aeris eleuatur vsqꝫ ad regioneꝫ aeris que estus vocat ⁊ ibi fit assub ascendens vel cādela vel ignis ꝑpendicularis: he eni impressiones in illis maxime abūdant regionib⁹: ⁊ ideo pauci sunt ibi venti: ⁊ sic itellectus phi verum dicit. Sunt ēt qui dicunt ꝙ mediterranea maria multa sunt in locis illis: eo ꝙ calor solis ibi ebullire facit occeanum ⁊ facit aquas imixtas multo aereo: ⁊ ideo eleuant sup littus occeani ⁊ supernatāt terre ⁊ faciūt mediterranea sicut est mare Indie ⁊ Persicū ⁊ aliaꝝ terraꝝ: tales aūt aque de facili eleuātur a sole: ⁊ ideo fiunt ibi inundationes multe ⁊ pluuie multe: ⁊ sic veruꝫ dicunt per omnia dicere phm. Istō concordat dictis Platonis: qui ponit mediterraneum quōdam diffundi ab oriente vsqꝫ ad occidēteꝫ sub equinoctiali ⁊ sub via solis ⁊ hoc dicit esse sub torrida. Sed hoc non concordat dictis astronomorum de climatibus mundi: neqꝫ experimentis hystoriarum: neqꝫ est multum naturale: qꝛ per antecedentia cōstāt ꝙ in locis vbi est via solis: maior est cōuersio elementorum inferiorum in superiora ꝙ̄ econuerso: ⁊ ideo sicca sunt per naturaꝫ: ⁊ si multa maria essent ibi ipsa processu temporis exiccarētur. ¶ Sunt etiā qui dicūt ꝙ sol in illis terris ad oriēteꝫ mundi oritur ab occeano in quo trahit plurimum vaporem quem effundit super loca orientalia: ⁊ loca occidentalia: ⁊ que sunt media inter ea: super alia autē loca non trahit tātū: qꝛ non directe respicit illa: ⁊ ideo dicunt ꝙ illa loca plurium sunt pluuiarum: sed isti non satisfaciunt ad hoc qđ dictum est de calore comburēte vapores qđ demonstratiue in perspectiuis probatur: ⁊ ideo lectoris iudicio relinquens quid teneatur: dico ꝙ primuꝫ magis cōcordat rationi ⁊ experimentis hystoriarum.

¶ Cap.12ᵐ. De motu vaporis venti tortuoso qui est sicc⁹ an moueatur per semicirculum orizontis.

Sciendum est etiam de omni vento cōmuniter ꝙ flatus ⁊ motus vaporis eius est tortuosus: quo ad hoc ꝙ nec ascēdit sursum: nec deorsuꝫ: sed mouetur in circuitu terre quasi per circuli quēdam arcum: ⁊ ideo nubium vētus oritur ⁊ ascendit ⁊ descendit in orientem per motū stellarum. Causa autē huius motus est triplex: vna qđeꝫ ⁊ prima est vis stellarum: sicut autē ex ꝓpria disciplina astronomorum accipit: stelle quedā eleuant ventos hos vel illos sicut Juppiter q̄ mouet aqlonares vētos: ⁊ sol qui mouet vētos orientales: ⁊ luna que mouet occidētales: ⁊ mars q̄ mouet flatum a meridie: est autem hoc quasi ꝑncipium ꝙ cum aliqua cā per motum suum inducit effectū opꝫ effectū in aliquo imitari motum cause: cū ergo stella moueatur circulariter opꝫ vaporem ad minus tortuose per arcū orizontis moueri: eodē autē modo dicit quando plures per se faciūt ventos: vel quādo signa ventos faciunt sicut tria signa habētia q̄litates calidas ⁊ siccas que dicunt ignea triplicitas .s. aries leo sagittarius: dicunt orientalia cuius ꝑcipua cā est: qꝛ cōmouent ventos orientales. Et tria alia hn̄tia qualitates frigidas ⁊ siccas: sicut Taurus Virgo Capricornus dicuntur triplicitas terrea: ⁊ dicitur meridionalis qꝛ mouēt vētos meridionales frequēter. Tria autē habentia qualitates calidas ⁊ humidas ⁊ ob hoc aerea triplicitas vocata dicitur occidētalis: qꝛ deprehensum est ꝙ habēt mouere vētos occidentales. Tria autem reliqua habentia ꝓprietates flegmaticas .s. frigidam ⁊ humidum: ⁊ ob hoc aque triplicitas vocata: dicunt aquilonaria eo ꝙ concitant ventos aqlonares: ⁊ humorem illum quem habent in ꝓprietate faciunt abundare in tēporibus sibi attributis in corporib⁹ ibi generatis. Secūda aūt cā magis est naturalis ⁊ est sumpta ex parte loci in quo generat ventus: hec eni subtus hꝫ calorem per circuitum vndiqꝫ expellētem a se frigus: ⁊ similr supra se habet estum qui similr vndiqꝫ a se expellit frigus. agitatur aūt vapor calidus a frigore sicut prius dictum est: opꝫ ergo ꝙ agitet in loco frigoris in circuitu ⁊ sic motus ei⁹ est tortuosus. Tertia autē cā est ex ipso vapore qui impellitur sursum a calore eleuante ⁊ percutitur a frigore spissante: ergo oportet ꝙ cedat ad latus in circuitu terre: ⁊ hec est causa quā intendit dare Aristo.

¶ Cap.13ᵐ. An motus venti sit de deorsum in sursum: an de sursum in deorsum.

Cum autem moueatur vapor venti tortuose vt dictū est: incipit tamen alicubi motus ei⁹: oporet ergo scire an principiuꝫ venti sit de deorsuꝫ procedens in sursum: aut de sursum ꝓcedens in deorsuꝫ: dico ergo ꝙ absqꝫ dubio vapor primo eleuat a deorsum in sursuꝫ: sed cū est sepi⁹ a frigiditate loci repcutit ⁊ agitat ⁊ mouetur impulsus ad latus vnū ⁊ superius vbi tangit frigus est ibi violēter deprimitur: ⁊ suo descēsu impellit aereꝫ ex obliquo inferi⁹ ad terram non directa diametro: sed potius oblique: ⁊ ideo materia eius nō est deorsum veniens in sursum: sed potius motus eius ⁊ flatus eius est a sursuꝫ in obliquo veniens in deorsum: ⁊ imaginatio huius est sicut si eleuat pānus in aere ⁊ postea oblique deprimat tam violenta superior pars ei⁹ ꝙ̄ inferior lente sequi imaginet ⁊ ab extremitate pāni superiori curuata versus terram multe linee oblique imaginentur terre incidentes: erit enim pāni mot⁹ sicut mot⁹ vaporis: et linee siītudinē quādam exprimūt flatu ex obliquo impellente aerem ad terram qui aer repercussus in terra impetu expellitur in circuitu terre ⁊ secū trahit puluerem ⁊ paleas.

¶ Cap.14ᵐ. Quare flatus venti a principio est debilis ⁊ postea fortis: in quo est digressio declarans quare vētus nō est cōtinuorum flatuum ⁊ equalium: ⁊ de epilogo dictorum.

Ex his pꝫ ꝙ omnis vētus a principio debilis ē exsufflatiōis: qꝛ cuꝫ mā primo paulatim a deorsum ascēdit in sursuꝫ facit motū debilē: ⁊ pauꝫ est qđ superi⁹ repercutit a frigido: sꝫ cū multiplicata est mā tūc multuꝫ de ea ⁊ cū magno impetu repcutit superi⁹: ⁊ ideo facit flatū fortem quādo ꝓcessit tempus ab eleuatiōe materie. Ex hoc ēt vlterius inotescit quare nō sit vētus flat⁹ continui: sed facit vnā exsufflationem ⁊ cessat: ⁊ post facit aliā: nō eni exsufflat nisi qñ deprimitur vapor a superiori frigido: hoc aūt non fit continue: sꝫ cū semel depssus est tunc cōfortat calore loci iferi⁹ et assumptiōe pluris materie ⁊ iteꝝ eleuat: ⁊ tūc secūdo repercutit ⁊ exsufflat: ⁊ ita alterat vices ascēdēdo ⁊ reflectēdo donec abscindit in toto. Patet ēt ex his quare nō ē flatuū eq̄liuꝫ: hoc eni ideo est: qꝛ nec materia vaporis est eq̄lis semper: nec eq̄liter eodeꝫ impetu repercutit: eo ꝙ frigiditas sit maior ⁊ minor ⁊ vapor est ineq̄liter spissus ⁊ rarus inter duos cuꝫ flatus forte sunt multi debiles. Propterea qui adherent vapori spisso ex reliquijs vaporꝝ minus spissorꝝ: id ergo enūciatuꝫ est de nā venti in cōi que est mā ei⁹: ⁊ q̄re omne ē ipsi⁹: ⁊ qualiter pluuia gn̄atur ex vapore humido ⁊ grosso: et quare quiescunt venti tēpore pluuie: ⁊ q̄re sunt in parte meridiei ⁊ septentrionis plus ꝙ̄ in alijs: ⁊ vnde est principiū eorum sm materiam quoniam a deorsum in sursum: ⁊ vnde est principium flatus eoꝝ quoniam a sursum in deorsum.

¶ Cap.15ᵐ. De causa que quandoqꝫ mouet ventos: ⁊ quandoqꝫ abscindit materiam eorum.

Causa aūt que est sm diuersitatē patientis que aliqñ facit vētos: ⁊ aliqñ abscidit eos ē sol. Si eni ad terraꝫ ꝓximatio solis pauca ⁊ terra non sit multuꝫ humida sol iprimit istā impssionē debilē paucā: qꝛ tūc sol nō sufficit eleuare vaporē ⁊ terrā ꝯstat eē cōstrictā ꝓp siccitatē: ⁊ ideo tūc vapor paucus eleuat ab ea: qꝛ sm paruitatē caloris eleuantis erit paucitas caloris eleuati. Cū aūt sol appropinq̄t forti approṗinq̄tione sicut in estate: ⁊ terra sit ifusa humido bene ꝯtinuāte ⁊ nō vincēte māꝫ terre: tūc imprimit impssionē fortem in terra: ⁊ vaporis eleuati quātitas erit sm illā mensuram fortitudinis solis in terra disposita mō predicto: ⁊ iō

etiā vēti multiplicanť fm duos dictos modos ⁊ in multitudine ⁊ paucitate: sic ꝗ ipediunť venti ⁊ cōcitanť ab eodē sole diuersimode se habente: quādoqȝ aūt sol moueť super terraȝ quasi diametro directo: ⁊ forte est terra sicca ⁊ adusta nō potēs vaporare. s. ꝓpter nimiā sui siccitatem: ⁊ tunc sol adurit terraȝ cui⁹ simile est quādo magnus ignis ꝓijcitur in ligna pauca arida: calor eni solis tunc multo plus cōsumit vaporem ꝗ̄ eleuet: ⁊ ideo vapor frigidus ⁊ siccus nō pōt eleuari in aere: ⁊ ideo talis calor abscindit vētū: ⁊ ideo ꝓpter huiusmodi calorem vstiuuȝ nō inuenit vent⁹ precipue in terra que disposita est vt dirimus: ex hoc pȝ ēt ꝙ inter duos solsticiales circulos terra adurit ⁊ prohibeť materia vētoꝝ sicut patuit in capitulo precedenti: qa sicut dictum est calor debilis ꝓuocat ventositates: ⁊ fortis calor abscindit eas. ℭ Sermone autē vniuli dicēdo qnātum est ex parte efficientis ꝙ due sunt cause prohibentes eē ventoꝝ: quaꝝ vna est frigus excellens: ⁊ altera est calor excellens cum siccitate excellente: cum enim calor ⁊ frigus excellunt ⁊ siccitas excellens est cum vtroqȝ tunc prohibēt vaporeȝ ascendere qui est vēti materia: cuius quidem causa est: qa frigiditas excellens ꝯstringit partes terre ⁊ siccitas continet eas nec sinit eas vaporare: quia aperiri non possunt partes: omne autem euaporās apertum est ⁊ pars eius recedit a parte: caliditas autēȝ cōsumit ⁊ vrit plus ꝗ̄ eleuet ⁊ siccitas que est causa cum caliditate non habet materiam que ad supremum aeris ascendat: ⁊ ideo ventus abscinditur ⁊ impeditur.

ℭ Cap. 16ᵐ. De locis cōmouētib⁹ ⁊ ipediētib⁹ ventos.

Est aūt aliquando etiam a loco causa concitationis ⁊ abscissionis ventorum: quandoqȝ enī in medio montiuȝ quiescunt vēti ⁊ precipue in tempore calido estatis ⁊ multiplicatur in locis illis estus vehemens ⁊ istud necessario erit ꝓpter vnam duarum causarum: aut ideo qa nō est ibi vapor ascendens eo ꝙ sol ascendere nō potest vel parum respicit loca illa propter vmbras montium sempiternas: ⁊ ideo paucum eleuat in locis illis vaporem: ⁊ qa materia est pauca: sunt etiam venti pauci: aut ideo qa sol eleuat quidem ibi vaporem: sed non continue: qa parua hora ꝓijcit radium in vallibus montium illorum: ⁊ ideo cum ꝑmus vapor eleuatur non cōtinue sequitur eū alius vapor qui nutriat ⁊ confortet eum: ⁊ ideo materia venti abscinditur: ⁊ ideo sunt pauci venti: calor autem est in montibus tempore caumatis propter duas causas quarum vna est: quia sol reflectitur a latere montis in aliud latus alterius montis: ⁊ econuerso multotiens ⁊ ex illa radiorum multiplicatione ⁊ diuaricatione multiplicatur calor in montibus. Alia autem causa est quia aer calefactus tenetur ibi quasi inclusus ⁊ refecari non potest: ⁊ ideo multus fit in eo calor: ⁊ reseruatur in ipso ⁊ efficitur quasi estuans: ⁊ ille comburit vaporem venti: precipue in valle: ⁊ hec est causa quare in quibusdam montib⁹ abscinditur ventus: ꝑcipue qui clausi sunt ad aquilonem: ⁊ aperti sunt ad meridiem. In quibusdam aūt locis fit ventus: vbi. s. non figitur calor solis: ⁊ sunt ꝑcipue humiditatis que continuat ⁊ non dissoluit ⁊ fluere facit partes terre: ⁊ ideo in desertis paludibus multi sunt venti ⁊ ēt montium cacuminibus: qa illa sunt vicina frigido aeri: qui quemlibet vaporem percutit: ⁊ facit impellere aerem sicut impellitur in vento sicut dirimus superius.

ℭ Cap. 17ᵐ. De temporibus in quibus commouentur: ⁊ in quibus impediuntur venti.

Contingit autē frequēter flatus ventoꝝ apd ortū canis. Cū eni sit duplex canis. s. canis qui iacet ad pedē orionis: ⁊ alius canis qui iacet ad pedes Geminoꝝ v̇sus Cācruȝ ad meridiem de vtroqȝ est veꝝ qđ dꝛ ꝙ venti orianť in dieb⁹ canicularib⁹. Ampli⁹ aūt cū duplex sit ortus. s. chosmicus ⁊ eliacus. Chosmicus aūt est qn̄ oritur in mundo ⁊ ꝑcipue cōstat cum sole ꝙ illi dies calidissimi sunt quando canes sunt sub radijs solis: qa tūc sol est in Cācro v̇sus Leonem: ⁊ hȝ quadruplicem calorē vnū qdeȝ ex loco celi q calidus est ex vicinitate Leonis: vbi est domus Solis: aliū ex directa oppōne ad habitalē nostrā: qa vltra ꝑncipiū Cācri non pōt ascendere v̇sus capita nostra. Tertius aūt est ex reflexione circuli: qa diu morať circa eūdeȝ locum circuli signoꝝ: eo ꝙ ibi zodiacus a circulo solsticiali regnat ⁊ loc⁹ in quo moueť vno die paꝝ differt a loco in quo moueť sequēti die. Quartus autē est ex cōiunctiōe stellaꝝ calidaꝝ: ⁊ ideo si terra est infusa humido cōtinuante tn̄ eleuat multuȝ vaporem ⁊ facit ventum: ⁊ sic particulariter non vniuersaliter fit ventus: quando humidum continuans est ꝓpter causas ꝗ̄s dirimus apud ortum canis chosmicū vt dictum est: ꝑcipue tamen fit vētus quādo humidum cōtinuās est non facile separabile a terrestri: sicut est glutinosuȝ ⁊ aliqualitulum viscosum humidum qa talis vapor est multum spissus ⁊ facit vētum vehemētem. Si autē humidum aqueum abundat ⁊ facit fluere terram: adhuc in huiusmodi dieb⁹ generať vent⁹: qa calor feruidus exiccat superfluum humidum ⁊ remanet humidū continuans tn̄: ⁊ hoc dat mām vēto. ℭ Scias aūt ꝙ Aristo. alibi dicit ꝙ generatio pluuiaruȝ in dieb⁹ canicularib⁹ est per accidens ⁊ raro ⁊ hoc cōtingit ꝓpter dictā causam: quia. s. feruor caloris exiccat humidū subtile qđ eleuari posset in pluuias ⁊ remanet humidū grossum continuās puluerem super terram ⁊ faciēs euaporare materiam vētorum. ℭ Est autē hoc sciēduȝ ꝙ idē tempus causa est abscissionis vētorum: qa calor temporis talis plus cōsumit ꝗ̄ eleuet de vaporibus: ⁊ ideo ex vtroqȝ istoꝝ colligitur ꝙ in tēpore illo venti sunt rari. Sȝ qui sunt fortissimi ⁊ impetuosi eradicantes arbores ⁊ deijcientes edificia eo ꝙ tunc nō eleuatur nisi vapor grossior qui calidus est primo: ⁊ quia aer calidus est: tunc vndiqȝ a se expellit frigus ad vnum locum: ⁊ ille fortissime percutit vaporē eleuatum qui percussus impetuose exsufflat aerē ⁊ deijcit ea que resistūt. Sic ergo intelligitur qđ hic dicitur ꝙ tēpus caniculare est causa ventorum fortiū: ⁊ est causa abscissionis ventoꝝ eorum. ℭ Alius autēȝ ortus est duoruȝ canum qui dꝛ eliacus hoc est solaris quando videlicet orianť in mane de sub radijs solis hoc est quādo precessit eos intātū ꝙ mane adhuc in tenebris noctis vel aurore existētib⁹ videri possunt: ⁊ hoc est quādo sol est versus ꝑncipium signi Virginis: ⁊ tūc tēpus hȝ qualitates que sunt frigiditas ⁊ siccitas: que sunt qualitates autūni: ⁊ tunc est tēpus ortus ventorum freqūētium nō impetuosoꝝ. Est autē tēpus occasus canis tempus vētoꝝ sed nō eodē mō: qꝛ duplex est occasus ei⁹ sicut duplex est ortus. Occidit eniȝ occasu chosmico in hyeme quando sol est in signo Sagittarij in fine vel in ꝑncipio Capricorni: cū eniȝ tūc sol oritur in mūdo: tunc occidit id qđ est in pedibus Geminorum vel iuxta Cācrum ad meridiem vltra zodiacū. ⁊ tunc est tēpus frigoris: ⁊ constringitur terra: ⁊ ideo vapor terreus sub terra cōgregatus nō potest paulatim euaporare: ⁊ ideo cōgregatur donec sol potest aperire terrā vt euaporet ⁊ fiat vēt⁹: ⁊ ideo illo tempore venti fiunt de die: qa tunc sol aperit poros terre vnde exire possit materia ventoꝝ. In nocte aūt ꝓpter occultationē solis clauditur terra pp frigus: ⁊ ideo abscidiť materia vaporis: ⁊ quiescunt venti cum nec sit eleuans eos nec terram aperiēs quoꝝ vtrūqȝ facit sol per diem: idē autē tempus est ēt cā abscissionis vētoꝝ per hoc ꝙ sol tūc debilis est: ⁊ vaporē sufficiētem eleuare non pōt: ⁊ etiam qa tunc cōstricta est terra per frigus ⁊ simul fortiter tenentur partes ei⁹: ⁊ ideo non facile obediunt separationi que fit per euaporationem. Occasus autem eliacus est quando occultantur a visibus hominuȝ canes sub radijs solis: ⁊ hoc est in estate quādo sunt dies caniculares sicut dirimus iam superius quando locuti sumus de ortu chosmico siue mundano.

ℭ Cap. 18ᵐ. Quare aqlo ⁊ collaterales sibi venti magis flāt in vere ⁊ in autūno ꝗ̄ in alio tempore.

Expertū aūt est ꝙ ventus septētrionalis ⁊ laterales qui sequunť ipȝ duo quoꝝ vnus est v̇sus occidētē vicinior aqloni ⁊ alter v̇sus oriētē vicinior eidēȝ aqloni frequētius flant in ꝑncipio veris ⁊ in fine hyemis ꝗ̄ in alijs tēporib⁹: opȝ ergo nos inquirere cām pp quā fit hoc mō: ⁊ sufficiat ad hec rō in cōi data: eo ꝙ particularis frequenter pp multas causas aliter ⁊ aliter inueniunť: dico ꝗ ꝙ cā que in cōmuni ad hoc assignari poterit est ꝙ hyemi succedit ver in ꝗ̄ sol ascēdit ad nostrā habitabilē ⁊ accendiť calore fortiori ꝗ̄ fuit in hyeme: ⁊ ideo tūc calor ille plus eleuat de vaporib⁹ ꝗ̄ cōsumit: ⁊ ideo remanēt in aere: aperit ēt terram tūc ⁊ separat partē a parte ⁊ disponit ipsaȝ vt euaporare possit ⁊ emittere vaporē intra se ꝯclusū. In illo eni tpe liquescūt niues pp quas terra p frigus aque niuis ꝯstrigiť ⁊ p h̄orē supficieten⁹ cōglutinať:

gintinatur: pp quod duas cas pauiatis euaporat quod in ea p hyemē est ꝯgregatū: ⁊ idō sole ascēdēte terra exiccatur ⁊ apitur: ⁊ tunc nō velociter egredit vapor: qr radij solis aliqūtulū calefaciūt eū ⁊ p illū calorē eleuatur ad aeris supficiē ⁊ facit vētuz. Opz āt addere huic smoni Arist. q̄re vent⁹ ille tūc abūdās sit ex pte septētrionis: qr ex dicto nō hī nisi q̄ vent⁹ tūc abūdat. Et ad hoc sciēdū q̄ tūc sol ascēdit a meridie ⁊ tūc in aere q̄ sub terra frigus ⁊ vapores frigidos q̄si ante se ipellēs fugat versus aqlonē ⁊ ibi nō potētes cadere vlteri⁹ dictis causis tūc erumpunt. Idē āt vent⁹ aqlonaris ēt: sicut exptū est multiplicatur in autūno ⁊ ꝓcipue sole declināte vsus finē virginis vel in libra sole existēte ⁊ vltra parū: ⁊ lz hmōi cām iā dixerim⁹ nō i gnē tn̄ in spē q̄re tūc fiat septētrio ⁊ sui collaterales ē hic dicēdum. Est aūt hec cā: qr aer in aqlone tūc icipit ifrigidari pp discessum solis a signis aqlonarib⁹: ⁊ idō calor relictus in terra remittitur a feruore cōsumēte vaporē: ⁊ idō multiplicatur vapor ex terra ⁊ ascendit ꝯtinue super aerem ⁊ impellit eū ab aqlone: ⁊ ideo multiplicatur ventus aquilonaris ⁊ laterales ei⁹ vtriqz. Hę sunt ergo cause pro quibus in dictis temporibus multiplicatur ventus aquilonaris ⁊ laterales eius.

¶ Cap. 19m. De locis habitabilibus ⁊ inhabitabilib⁹ in quibus oriuntur venti.

Uia āt iaz determiata sūt ea q̄ de vētis in se determināda erāt in vli opz determinari ea q̄ de vētis singulis sūt dicēda. Sz qr vēti singulares ⁊ spāles differūt p loca opz nos prius dicere de loco. Hoc⁹ aūt sciri nō pōt nisi sciatur terre diuisio ponemus g̃ hic terre diuisionē quātū ptinet ad p̄ntē speculationē: qm̄ alibi in libro de locis hitabilib⁹ ex itētiōe speculabimur de illis locis q̄ hitantur ⁊ q̄ nō hitantur. Quātū āt ad p̄ntē ptinet speculationē sciēdū q̄ tota terra in duas diuidit dispōnes si ꝯsideretur in relatiōe ad hitatē qm̄ q̄dā ps ei⁹ est hitabilis: q̄dā āt pars ei⁹ est ihitabilis. Pars aūt ihabitabilis in duas diuidit regiōes sm̄ duas cās q̄ destruunt hitationē: q̄rū vna est vehemētia caloris: ⁊ alia vehemētia frigoris. Scias aūt q̄ vehemētia caloris ad hoc q̄ destruat hitationē nō fit nisi in duab⁹ vel trib⁹ causis ꝯuenietib⁹ sm̄ viaz determiatiōis vt dicūt ꝓcipui phi Ptolomeus ⁊ Auicēna Theodo. ⁊ Messehalach: q̄rū vna ē reflexio diametri i seip̄z: ⁊ hec est vbiqz in viā solis iter duos solstitiales ⁊ hec sola nō destruit hitationē: qr aliter seq̄retur q̄ iter solstitialē estiualē ⁊ eqnoctialē nullus hitaret qd̄ falsuz ē: qr Ethiopia ⁊ alie terre vltra ethiopiā ibi sunt ⁊ ciuitas Marti famosa apud phos ē sub eqnoctiali. Alia cā est breuitas diametri solis vt ē ibi reflexio radij in seip̄z: ⁊ hec cā destruit hitationē: qr ibi sol vicini⁹ est iuxta terrā: ⁊ radi⁹ ei⁹ icidit terre ppēdiculariter: ⁊ q̄ sup terrā describit duos angulos rectos: ⁊ idō reflectitur i seip̄z ⁊ facit icendiū: ⁊ hec ē cā q̄re pspectiui dicūt terrā ihitabilez q̄ est iter eqnoctialē ⁊ solstitialē hyemalē. Tertia cā est mora solis q̄si in vno loco ptis eqnoctialis eo q̄ tn̄ motu ei⁹ quez hz i zodiaco minimū qd variatur de eqnoctialib⁹ ptib⁹: ⁊ hec est cā caloris circa pūctū vtriusqz solstitij: qr cū ibi arcus zodiaci regyret videtur sol q̄si stare in loco vno ⁊ paruz variat de ptib⁹ eqnoctialib⁹. Mora āt solis in loco vno facit icēdiuz: qm̄ reflectitur in seip̄z: ⁊ hec est cā q̄re Ethiopia calidior est q̄z sit regio q̄ ē sub eqnoctiali. Oēs āt hec tres cause ꝯiungunt sub tropico hyemali in meridie: ⁊ idō maximū icēdiuz est sole in capricorno existēte ⁊ terra ihitabilis pp calorē ⁊ hitabilior oī terra. Propter frig⁹ āt terra ē inhitabilis trib⁹ oppositis causis. Quaz prīa est qr radi⁹ solis ibi icēdēs terre angulum facit valde obtusum cū radio q a terra repcutitur: ⁊ idō illi duo radij q̄si nullū faciūt calorē. Scd̄a cā est qr maxie distat sol a lōgitudie diametri. Tertia aūt cā est: qr ibi nihil tpis sol moratur: qr nunq̄ ibi p̄sens existit ⁊ ex duab⁹ qdē causis. s. prima ⁊ vltima terra q̄ est sub polo australi ppetui existit frigoris: ex oīb⁹ āt trib⁹ ihitabilis pp frig⁹ sēpiternū ē regio sita sub polo aqlonari: ⁊ idō ibi ē vehemētia frigoris ⁊ grauitas magna ꝯtinue granāe cēm a saplora. Frigus enī qd̄ ē apud nos euenit pp elōgationē solis a nobis: ⁊ idō cū ibi solis elōgatio multiplicetur pp oēs dictas tres cās ꝯstat q̄ ibi ōstruitur hitatio pp frigus sempiternū ⁊ hoc in gnē de hitatiōe terre in qua vēti oriuntur sufficiāt: qm̄ quātū de terra habitetur ⁊ quātū non vsqz nunc experimēto sciri nō potuit vt dicit Ptolomeus.

Ex vehementia caloris triplici de cā fit habitatio ipedita.

Terra ihabitabilis redditur ex frigiditate triplici de cā.

¶ Cap. 20m. De locis in quibus oriuntur. 12. venti: ⁊ de figura in qua est imaginatio eorum.

Sciēdū aūt diuersaz ortuz solis ⁊ occasuz super ptē mūdi hitabilē sunt vēti. 12. q enī frequētius noiati sūt apud veteres sūt q̄tuor: septētrio meridies subsolan⁹ ab oriente veniēs ⁊ fauoni⁹ ab occidēte. Innoiati aūt sunt collaterales hic iter septētrionē enī ⁊ subsolanū sunt duo vēti quoz vnus magis seq̄t septētrionē quē signauim⁹ p pūctuz. a. alter magis ꝯiungitur subsolano quē notam⁹ p pūctū. b. eodē mō in alia q̄rta hitabilis terre iter aqlonē siue septētrionez ⁊ fauoniuz sūt duo vēti: quoz vn⁹ vicinior est septētrioni quē signo in pūcto. g. ⁊ alter est vicinior fauonio quē signo in puncto. d. Sic in tertia q̄rta terre sunt duo laterales vēti. s. iter meridiē ⁊ fauoniū quoz vnus plus ꝯiūgitur fauonio q assignatur in puncto. t. ⁊ alter plus ꝯiungitur meridiāo quē pono in pūcto. r. In q̄rta ēt sūt vēti collaterales duob⁹ ꝓncipalib⁹. s. iter meridiez ⁊ subsolanū quoz vn⁹ plus seq̄t meridiē quē signam⁹ in puncto. c. ⁊ alter plus ꝯiungitur subsolano quē noiam⁹ p punctū. b. Pūcta āt notātia vētos ꝓncipales ꝯstituim⁹. p. vocatur subsolanū ab oriente: pūctū āt. o. dam⁹ fauonio ab occidēte: septētrioni aūt dam⁹ pūctū. k. ⁊ meridiei dam⁹ punctū. l. ⁊ tūc figuramus figurā representantē illud qd̄ diximus p hūc modū.



¶ Cap. 21m. Et est di. declarās quare venti sunt duodecim.

Ueretur aliqs vn̄ est q̄ vent⁹ dz differre p spēm ⁊ numerū: p spēm qdē q̄ vn⁹ dz frigidus ⁊ sicc⁹ sicut aqlo: ⁊ alter calid⁹ ⁊ hūid⁹ sicut meridies: ⁊ alter frigidus ⁊ hūidus sicut fauoni⁹: alter āt calidus ⁊ sicc⁹ sicut subsolan⁹. Nō enī videtur ꝯueniēs cū ois vēt⁹ q̄tuz ad nām sue eēntie sit frigidus ⁊ siccus eo q̄ est ex vapore frigido ⁊ sicco. Si enī dicat q̄ hoc est ex loco videbitur icōueniēs cū loc⁹ sit de extrisecis accītib⁹ rei: ab extrīseco enī accītali nulla res sumit spēz vel numeꝝ. Est aūt rursus qd̄ q̄ro. 12. venti ēt supponantur cū multo plures eē videantur: sicut enī duo ponantur iter aqlonē ⁊ subsolanū quoz alter vicinior est vni ⁊ reliqu⁹ vicinior est alteri ita dz vnus sumi p eq̄distātiā ab vtroqz ⁊ sic eēnt vēti. s. 16. Si aūt rursus iter laterales vētos medi⁹ p eq̄distātiā sumeretur addereutur p̄dictis. 16. multo plures. Ampli⁹ cū i quolibet pūcto hitabilis regionis eleuari possit vapor videtur q̄ tot sūt venti quot sūt pūcta i circuitu terre hitabilis. Est enī vlteri⁹ ingrediēdū q̄re vent⁹ mouetur ad oppositū sitū sicut aqlo ad meridiē ⁊ ecō meridies ad aqlonē: ⁊ sic de alijs vētis: vapor enī q est radix vēti aut seq̄t motū ei⁹ q̄ eleuat ip̄m ⁊ hoc est calidū ⁊ tunc dz recte dēret ascēdere: aut seq̄t motū nāe q̄ ē terrestris ⁊ tunc directe dēret descēdere. Ampli⁹ si mot⁹ ei⁹ ē ad lat⁹ qd facit ip̄m poti⁹ moueri ad vnū lat⁹ q̄z ad aliud: videtur enī ita debere moueri aqlo ad oriētē sicut ad meridiē. Ampli⁹ q̄re nō mouetur aqlo ad iferiorē ptē terre vel vlteri⁹ pcedēdo ad aqlonē cū enī nihil q̄ntatoz nāliter i vno loco moueatur p nām ad locū

oppositū: si aqlo gn̄at̄ i loco aqlonari videt̄ ꝙ p nāz moueat̄ ad eūdē: ⁊ nō ad locū oppositū: cū aūt in oībꝰ vētis sit motꝰ ad oppositū locū sue gn̄atiōis videt̄ hoc eē violētū ⁊ ꝯ nām aut mirabile erit nā ventoꝝ ⁊ ignota nobis. ❡ Ad hec aūt oīa dici opz ꝙ ea salua suppōi opz q̄ dicta sūt de nā ⁊ spē ⁊ nūero vētoꝝ: qm̄ illa p sensuz ꝓbant̄ q̄ ꝓbatio in naturis reꝝ certissima est ⁊ plus dignitatis hz q̄ ratio sine expimēto. Qđ aūtē primo obijcit̄ nō difficile est soluere: qꝛ lz ventꝰ p nām vnus sit tamē per dispōnes ⁊ formas quas participat illa mā ex loco in quo eleuat̄ vapor vel p que flat vētus speciei accipit diuersitatē sicut supra dixīmꝰ de australi vēto ꝙ lz p nām mā3e frigidus sit: tn̄ ex loco p quē flat adheret ei multꝰ calor ⁊ multus humor: ⁊ lz locꝰ sit rei extrinsecus sm̄ ꝙ est supficies corporis ꝯtinēs: tn̄ sm̄ ꝙ illa supficies est isormata qualitatibꝰ actiuis ⁊ passiuis locus ē gn̄ans locatū vt dicit Porphyriꝰ: ⁊ hz causalitatē ad locatū quā hz pr̄ ad filiū p aliquē modū: ⁊ sic locus dat itrinsecū lz sit extrinsecus: ⁊ hoc mō penes locuz accipiunt̄ spēs ⁊ numeri ventoꝝ. ❡ Ad scđaz quare aūt venti sunt .12. diuersi diuersas assignāt causas ⁊ rōnes: ego autē hic ponā tres ⁊ ifra in caplo spāli ponam rōnes Uarronis ⁊ Senece. ❡ Prima aūt rō est ꝙ circulus celestis q pmus motor est oīum iferioꝝ ab oriente in occidētē ⁊ ab aqlone in meridiē oēs in se cōtinēs stellas diuidit̄ in .12. signa siue domos quoꝝ enumeratio icipit a signo ascēdente siue emergēte sup orizontē inter qđ q̄rtū qđ est in angulo sub medio terre oppositū medio celi sunt duo .s. scđm ⁊ tertiū. Siꝭr iter quartuz ⁊ id qđ est in occidēte qđ opponit̄ ascēdenti sup orizōtē ⁊ est septimū a pmo: sunt aūt duo .s. q̄ntū ⁊ sextū eodē modo inter septimū ⁊ id qđ est in medio celi sup terrā qđ est decimū ab ascēdente sunt duo .s. 8. ⁊ 9. inter .10. ēt qđ est in medio celi ⁊ ascēdens primuz sunt duo .s. 11. ⁊ .12. hec aūt signa lz sm̄ dicta Ptolomei causalitatē habeāt sup oīa queciiq̄ oriunt̄ i mūdo: ⁊ gn̄atio ⁊ esse oīum p ipsa mēsuret̄: tn̄ precipue causant ventos: ⁊ qꝛ .12. sunt: tria .s. orientalia circūstantia eqnoctialem in oriēte: ⁊ tria circūstantia eundē in occidēte: ⁊ tria aqlonaria circūstātia tropicū estiuū: ⁊ tria meridionalia circūstantia tropicū australez: pp hoc .12. venti sunt in eisdē sitibꝰ signoꝝ quoꝝ tres sunt oriētales vnus pncipalis ⁊ duo laterales ⁊ tres sunt occidētales: vnus pncipalis ⁊ duo laterales ⁊ tres sunt aqlonares vnꝰ pncipalis ⁊ duo laterales: ⁊ tres sūt meridionales vnus pncipalis ⁊ duo laterales nec quisq̄ dicat ꝙ hec ratio nō sit nālis: qꝛ dicit Aristo. ꝙ astrologia altera pars est phīce: ⁊ Ptolomeus dicit ꝙ opz in talibꝰ ꝯsiderator ē celi phicū esse. De nā eniz celi est ꝙ sic moueat terrā ⁊ in illo citius deprehēdit̄ motꝰ eius q̄ in ventis. ❡ Scđa autez ratio est qꝛ pncipales venti ꝓbant̄ eē p ꝯiugatiōes quatuor qualitatū: ⁊ opz ꝙ aliquoti sint medij eo ꝙ in medio sibi cōmunicāt extrema ꝯria: aut ergo cōicant ꝯria equaliter aut inequaliter. Si equaliter tunc oporteret ꝙ aliqs vapor eēt per nām equaliter frigidus ⁊ calidus: qm̄ aūt ꝯria participātur equaliter vtrūq̄ excludit alteꝝ: vapor ergo ille nec calidus remaneret nec frigidus: ⁊ eadē obiectio est de humido ⁊ sicco: cū aūt hoc sit incōueniēs ꝯstat ꝙ nullus vētus participat ꝯria equaliter ergo nō generant̄ iter duos ventos ꝯrios per equidistantiā ab vtroq̄: qꝛ si in loco eqdistanti generet̄: tūc oporteret ꝙ ꝯria haberet equaliter: ergo opz ꝙ nō equidistāter generet̄. Sed qm̄ nō est mediū equidistans: tunc opz duo esse media vnū in quo plus vincat vnū ꝯrioꝝ: ⁊ aliud in quo plus vincat alteꝝ: ⁊ sic necessario cuilibet vento simplici duo generant̄ collaterales vt dictū est supra ⁊ nullus est per equidistantiā iter vtrūq̄. ❡ Tertia ēt ratio satisfacit ad id qđ videt̄ ꝓbari ꝙ in quolibet puncto hz gn̄ari ventus. Supra enim diximus ꝙ ventus gn̄atur ex vapore magne latitudinis ⁊ ideo egressus eiꝰ nō est ex pūcto: sed ex regione vna que ad minus ꝓportionat̄ vni signo manenti: ⁊ ideo nō possunt esse plura signa collateralia vni q̄ duo: ꝓpterea nō esset sensibilis participatio qualitatis actiue vel passiue sm̄ locū pūs: sed opz ꝙ sit in aliqua mobili quātitate. Ad hoc autē qđ vlterius querit̄ quare ventus ad oppositū situz moueat̄ dicenduz ꝙ pma causa est in stellis que circulariter mouent̄: sicut eniz dicit Alpetragiꝰ qđ causat̄ a motu circularis corporis hz aliquo modo circulare eē: ⁊ iđ ēt mare qđ influit ⁊ refluit quantum pōt circuluz imitat̄: ⁊ alia siꝭr: ⁊ ideo vēti ēt circulariter circa terraz mouent̄: ⁊ iđ motu suo describūt arcuz q ꝓtēdit̄ ad sitū oppositū. Alia ēt cā magis phīca est ꝙ vapor vēti generet̄ a calore: vt dictū ē: expellit̄ ⁊ ꝑcutit̄ a frigore: hoc aūtē frigꝰ est post ipm̄: ⁊ iđ ipellit ipm̄ an̄ se ad sitū oppositū. ❡ Si aūt q̄rit̄ q̄ cā sit ꝙ frigꝰ sp est post vaporē: dicēdm̄ ꝙ i regiōe oī in qua flat vētus frigꝰ sp ipellit̄ ad extremū pp diffusionē radioꝝ solis i ipsa ⁊ pncipue frigꝰ terrestre ⁊ cū est ad extremuz tūc dissoluit̄ regio q̄ est post ipm̄ frigida ⁊ remāet: ⁊ iđ ipellit vaporē eleuatū an̄ se ad sitū oppm̄: nō eniz directe pōt ascēdere pp frigꝰ obuiās in aere: nec pōt descēdere pp calorē eleuātē: nec pōt retroire pp frigꝰ qđ est post ipm̄: ⁊ iđ necē ē ꝙ moueat̄ an̄ se ad sitū oppm̄. Qđ ēt obijcit̄ ꝙ nihil mouet̄ extra locū sue gn̄ationis p nām: dicēdm̄ ꝙ hoc veꝝ est: sz sic supra diximus vapor iduit aliqđ de nā aeris: ⁊ ideo eleuat̄ ad locuz aeris in aere vbiq̄ est locus suus inq̄ntū est vapor hn̄s aliquid de nā ⁊ raritate aeris. Qđ autez ad latus mouet̄ hz qđ est in eo agens calidū ⁊ repcutiēs frigiduz: ⁊ ita nec ascendit nec descendit: ⁊ dicta est cā: quare mouet̄ ad situm oppositū ante se: ⁊ sic soluta sunt omnia queciiq̄ sunt obiecta.

❡ Cap. 20ᵐ. Et est di. declarās q̄re .12. venti sm̄ Uarronē ⁊ Senecā sunt: ⁊ q̄ sūt noīa eoꝝ: ⁊ q̄ est figura repītans illud.

Vt aūt cōpletius sciant̄ nāe vētoꝝ iterponemus ea sīl q̄ dixit Uarro astronomꝰ: ⁊ Seneca i lib. de q̄ōnibꝰ nālibꝰ. Uarro ēt sīc vir diligēs ⁊ studiosus studuit rōnē q̄re .12. sīt: ⁊ .12. vētos eē dicit: nō eni in eodē loco sol sp orit̄ aut occidit: sz aliꝰ ē orꝰ eiꝰ atq̄ occasus i eqnoctiali: qꝛ aries ⁊ libra: ⁊ alius ē orꝰ eiꝰ ⁊ occasus in solstitiali estiuo: qꝛ finis geminoꝝ ⁊ pn̄ᵐ cācri: ⁊ alius est orꝰ eiꝰ ⁊ occasus i solstitiali hyemali: qꝛ finis sagittarij ⁊ pn̄ᵐ capricorni: ⁊ iđ sm̄ Uarronē vētꝰ q surgit ab oriēte eqnoctiali subsolanꝰ apud nos di: ab oriēte aūt hyberno eurus erit: quē nos dicimꝰ vulturnū: ab oriēte ēt solstitiali estiuo apud nos sine noīe ē qđ greci tn̄ kleckian vocāt. Eqnoctialis ēt occidēs fauoniū mittit quē zephyrū eē dicūt: a solstitiali ēt estiuo occidēte chorꝰ vēit: ab occidēte hyberno africꝰ ruēs ⁊ furibūdus apđ grecos lyps di: a septētrionali ēt latere sūmꝰ ē aqlo mediꝰ septētrio imus trachias huic deest apđ nos vocabulū: a meridiāo ēt are curonothꝰ ē: deide nothꝰ q latine auster di: deide leuconothꝰ q apud nos sine noīe ē: pīz ēt .12. eē vētos: nō qꝛ vbiq̄ sint tot sed qꝛ nusq̄ plures. Qui ēt .12. vētos eē dixerūt: rōne hac dixerūt: qꝛ tot sūt celi discrimina. Celū eni diuidit̄ p circulos .v. q p mūdi cardines eunt: his sextꝰ accedit q supiorē ptē mundi ab iferiori secernit hūc greci orizōta vocāt vnde finitor ē visus. Adijciēdus ē his circulus meridianꝰ q orizōta rectis angulis secat: ḡ orizon .v. illos orbes efficit .x. ptes .s. v. ab ortu ⁊ .v. ab occasu. Meridianꝰ aūt circulus q orizōti ꝯiat̄ regiones duas adijcit: ⁊ sic .12. aer discrimina accipit ⁊ totidez facit vētos: his ēt vbis p oīa videt̄ ꝯsentire Seneca. Sunt eni q̄nque circuli magni quoꝝ q̄libet sperā i duo eq̄lia secat: sicut faciūt duo coluri q polos mūdi trāseūtes: ⁊ eqnoctialis q venit ab oriēte i occidētē: ⁊ zodiacꝰ q venit a solstitiali estiuo p duo pūcta eqnoctij vsq̄ ad solstitialē hyemalē. ❡ Quintus aūt ē circulus meridiei q variat̄ sm̄ diuersitatē distātie ab oriēte mūdi secat tn̄ sperā in duo media ⁊ icipit a polo septētrionali ⁊ trāsit p zenith capitis illiꝰ cuiꝰ ipse est meridianus ⁊ vadēs p eqnoctialē regyrat p polū australē in polū septētrionalē: vn̄ icepit: ⁊ isti nō sunt q̄nque circuli de qbꝰ loq̄t̄ Uarro. Circulus aūt q oēs hos secat in duo media distinguēs iferiꝰ hemispiū a supiori orizon est q ē sic supficies q̄dā secās terrā in duo media ⁊ extēsa vsq̄ in q̄tuor pūcta oriētis ⁊ occidētis septētrionis ⁊ meridiei. Circuli ēt de qbꝰ Uarro loq̄t̄ sūt duo palelli circuli q describunt̄ motu poli zodiaci ⁊ duo tropici estiuꝰ ⁊ hyemalis ⁊ circulus eqnoctialis: hoꝝ eni q̄libet diuidit̄ p orizōtē in duo: lz nō q̄libet p quēlibet orizōtē diuidat̄ in duo eq̄lia: obliquꝰ eni orizon tropicos p ineq̄lia secat: meridianꝰ aūt orizōtē in duo eq̄lia secās duas regiōes oriētalē .s. ⁊ occidētalē facit i hemispio: sm̄ ḡ has diuisiones tres ptes sūt ab oriēte sup occidētē .s. orꝰ ab eqnoctiali ⁊ orꝰ a tropico estiuo ⁊ ortus solis a tropico hyberno siue hyemali: tres eni sūt ab occasu .s. occasus ab eqnoctiali: ⁊ est occasus a tropico estiuo ⁊ occasus a tropico hyberno: tres ēt sūt i aqlone .s. a meridiāo directe secāte palelū aqlonarē ⁊ a pte oriētali vsus coluꝝ tres sūt i meridie .s. directe i meridionali secāte palelū australē ad angulos rectos spales: ⁊ vnus ex parte orientis versus colurū: ⁊ alter ex pte occidentis versus coluꝝ: hoꝝ aūt oīum figura est hic: describemꝰ eni circu-

lum qđ est in loco duoꝝ colurox: eo ꝙ in plano aliter describe re nō possum⁹. Circulus aūt sit semp qđ est.a.b.c.d. Et sit.a. aquilo: ⁊.b.meridies: ⁊.c.oriens: ⁊.d.occidēs: ⁊ ponā ꝙ cen trum sit.e.qđ est loco terre: deinde ducā diametruꝫ.a.b.que est loco meridionalis circuli ⁊ ducā diametruꝫ.c.d.que est lo co equinoctialis. Signabo etiam in quarta circuli.a.d. duo puncta.g.f.⁊ alia duo in quarta que est.a.c. respōdentia illis que sunt.h.i.⁊ protrahā lineas duas.g.h.que est loci tropici estiui: ⁊ lineā.f.i.que est in loco paralelli aquilonaris: ⁊ eodē modo faciā ex parte paralelli meridiei signādo circulum tro picum hyemalez per lineā.k.o.⁊ paralellum meridionalem per lineam.m.n.duo autez loca in quibus circulus meridiei secat duos paralellos signabo duobus punctis quoꝝ vnum est ex parte aquilonis qđ est.o.⁊ alteꝝ ex parte meridiei qđ est.p.circulus autē orizontis notabitur per superficiē in me dio circuloꝝ cōtentam: ⁊ dico tunc ꝙ a quolibet punctoꝝ di ctoruꝫ sm Varronē venit vnus ventus cuius venti nomen supra est positum in greco vel in latino ⁊ ponā etiam in figu ra polum sperij vt lenior sit doctrina.

Oriens

Occidens

Cap.xxiii. Et est digressio declarans descriptionem Isido ri ⁊ visualem ventorum.

Isidorus vo ponit ventos certos.xii.⁊ duos errati cos qui et potius aure quedā sunt ꝙ vēti quo rum noīa ⁊ rōnes nolum sunt ista. Sunt eni vt dictū est quatuor principales quoꝝ primus ve niens ab oriente dicit subsolan⁹: a meridie aūt venit auster: ab occidēte fauonius: a septētrio ne venit vētus eiusdē noīs qui septētrio vocat: quilibet isto rum geminos hꝫ sibi hincinde cōiunctos. Subsolanus enim a latere dextro vulturnū hꝫ a leua euꝝ. Auster autē a dextris euroaustruꝫ a sinistris austroafricū. Fauonius āt a dextris hoc est versus meridiē hꝫ africum: a leua autē siue vsus aq lonē hꝫ choꝝ. Septētrio autē a dextris versus occidētem hꝫ circiuꝫ: a sinistris autē vsus orientē hꝫ aquilonē. Subsolan⁹ autē dicit eo ꝙ ipse nascit sub radijs solis cum oritur in eq noctiali. Eurus autē dicit: eo ꝙ ab eoo.i.oriēte veniat. Vul turnus aūt eo ꝙ alte tonat: vnde Lucretius poeta dicit. Al titonans vulturnus ⁊ auster pollens fulmine. Auster aūt di citur quasi haurister eo ꝙ aquas haurit: ⁊ hoc ē q grece no chus vocat sm dicta auctoꝝ: eo ꝙ pestilētiā facit: aliqñ euro auster dicit eo ꝙ ex vna parte habeat euꝝ ⁊ ex alia austrum. Simil'r dicit austerafricus eo ꝙ iunctus sit hincide austro ⁊ africo: hic ordo dicit hitonothus eo ꝙ sit elypo.i.hinc ⁊ inde notus: zephyrus āt greco noīe appellat eo ꝙ flores ⁊ grami na eius flatu viuificent: Zea enīz est ⁊ zoe est viuere: hoc lati ne aliqñ Fauoni⁹ dicit eo ꝙ foueat ea que nascunt de terra. Africus autē dicit eo ꝙ frequenter in africa initium accipit flandi. Chorus autē qui flat ab occidēte tropici estiui sic di citur eo ꝙ circuluꝫ vētoꝝ quasi claudit: ⁊ ad se trahit hic ab antiquis caurus dicebat ⁊ a plurib⁹ vocat aggrestis vent⁹. Septētrio autem dicit eo ꝙ veniat ab vrsa maiori ⁊ minori vbi septē stelle trahūt circuluꝫ circa polū agionarē. Circius autē dict⁹ est: eo ꝙ choro sit iunctus ⁊ aliquē eius hꝫ effectū. Aquilo autē dicit q: aquas ligat ⁊ stringit ⁊ nubes dissipat: hoc idē boreas aliqñ dicit a loco in quo oritur: flat enim ab hyphoreis mōtib⁹ pp qđ dictū est supra ꝙ flat a montibus altis lōge distantib⁹ a nobis.⁊ iō paruus venit ad nos. Inter oēs hos vētos iꝫ sint quatuor principales: tñ duo tñ dicunt esse cardinales venti.s.septētrio ⁊ meridies: q: nascuntur in locis vbi maior est exufflatio ventoꝝ: ⁊ q: certis anni tpib⁹ frequēter flant sicut supra diximus q: in vere ⁊ in autūno flat septentrio: ideo flabra aquilonis dicunt ethesie eo ꝙ annus grece dicit emācbos ⁊ certo tpe anni venit flatus aquilōis: huic aūt Ir⁹us est flatus meridiei. Erraticoꝝ autē ventoruꝫ vnus est frequētius in ripa maris ⁊ alius in mari: in ripa q dez pp debilitatē suā dicit aura: quasi aereus flatus. In ma ri aūt flans altanus dicit eo ꝙ in alto mari flat. Mare enīz altū dicit aliquādiu: tñ ab hac descriptiōe differētē dicūt q dam aliquoꝝ ventoꝝ trāspositionē: dicūt enīz ꝙ eurus sub solano cōiungit versus torridā: ⁊ ideo magis calidus est ꝙ subsolanus: ⁊ est minus siccus eo ꝙ respicit meridionalem: vulturnus aūt subiungit subsolano ex parte aquilonis. Si militer zephyrus collateralis est fauonio ex parte meridiei: Circius autē ex parte septētrionis. Supior autē descriptio que Isidori est cōiunxit fauonio africū ⁊ choꝝ. Similiter di cunt: ꝙ austro ex parte orientis cōiungit africus: ex parte oc cidētis nothus ⁊ huic ꝯiunxit Isidorus euroaustrū ⁊ austro africum. Similiter dicunt ꝙ chorus collateralis est boree ex parte orientis ⁊ aquilo ex parte occidentis: ⁊ huic coniun xit Isidorus circium ⁊ aquilonem: de his autē sunt versus.

Sunt subsolanus vulturnus ⁊ eurus eoꝝ: idest orientales.
Atq; die medio nothus heret ⁊ africus austro.
Circius occasu zephyrusq; fauonius afflant.
Adueniunt aquilo boreas ⁊ chorus ab arto.

Vt autē vtraq; istaꝝ descriptionū melius sciatur ponemus duas figuras: vnā descriptionis prime: ⁊ alteraꝫ descriptio nis secunde: neq; opꝫ nos laborare in cōsiderando istas de scriptiones: q: nō distinguunt nisi in noībus ventoꝝ. Ar tendēdum tamē ꝙ iꝫ venti sint tot tamen fere quelibet terra habet ventos qui in ea frequētius flant sicut dicit Sene. si cut in gallia frequētius flat circius: ⁊ in germania occidēta li frequentius fauonius: iuxta montes autē qui alpes dicun tur frequētius flat septentrio ⁊ sic de alijs: attende etiam ꝙ sm situm ventorum dicuntur calidi ⁊ humidi ⁊ sicci vel fri gidi sicut predictum est.

Documētū

Vsualis

Oriens

Occidens

¶ Cap. 24m. Quare plures venti sunt in septētriōe ꝛ austro ꝙ̄ in alijs partibus orbis.

Est autē necesse dicere: quare plures sunt vēti in meridie ꝛ septentrione nostre habitabilis ꝙ̄ in alijs partibꝰ eiꝰ. Cā aūt est: qꝛ sol ascendens nūꝙ̄ totā terrā habitabilē radijs suis īplet nisi qn̄ stat in loco circuli meridiani: ꝛ tūc operatio eiꝰ est fortis ꝛ respicit tūc radijs suis aqlonē ꝛ meridiē: ꝛ qꝛ fortis est idō multū ɔbit ꝛ eleuat vaporē: ꝛ qꝛ nō diu stat sed stati declinat a cardine celi siue a meridiāo ideo nō ɔsumit vaporē in illis locis eleuatū: sꝫ gn̄anē ide niues ꝛ pluuie quoꝝ iꝫ inundatio sit in locis medijs iter oriētē ꝛ occidētē sicut supra dixīmꝰ: tn̄ frigiditate sua ꝛ hūore īpellit vaporē terre ad vtrāqꝫ extremā regionē hoc est ad aqlonē ꝛ meridiē: ꝛ idō fiunt ibi multi vēti: qꝛ sol ibi eleuat de terra vapores expulsos: ꝛ tūc obuiās in aere frigus pcutit eos ꝛ fiūt vēti nisi aūt ita intelligaē qđ dicit Aristo. obuiat sepius dictis vbi habitū est ꝙ solis mora est parua in pte septētriōis ꝛ meridiei ꝛ ideo opatio debilis est ꝛ pluuie pauce ꝛ venti multi. E cōtrario autēꝫ est in oriēte ꝛ occidēte ꝛ locis medijs inter orientē ꝛ occidētē. Insup ēt qđ supra habitū est intellectū est de septētrione ꝛ meridie totiꝰ mūdi: hoc aūt qđ dictū est dictum est de septētriōe ꝛ meridie habitabilis nostre ita ꝙ meridies ꝛ septētrio sunt partes ipiꝰ habitabilis partis terre. ¶ Est ēt attēdendūꝫ hic ꝙ cū vapor terreus cedit soli ꝛ pluuijs ad vnā partē tūc nō cedit ad aliā nisi parū: ꝛ hec est causa quare isti duo venti nunꝙ̄ flant fortiter simul: sed vno eoꝝ fortificato debilitaē alter nisi forte rarissime hoc ɔtingat.

¶ Cap. 25m. Quare oriētales vēti sunt meliores vētis occidētalibus: in quo est digressio declarās cōplexionē ventorum.

te et perducẽte ad ventositatẽ sulfureã: et talis vapor pcedit
de nubibus aquosis in se terrestres vapores habentib' igni
tos: et hec est generatio sulfuris: vt nos ostendemus in quar
to libro huius scientie: et ideo oia sulfurata videntur que ful
minant. ¶ Qd aũt aial pcussum fulmine vertit caput et fron
tem ad fulmen et hastule arborũ dirigunt ad ipsum ex impe-
tu est ictus vehemẽtis qui cõuertit ea que percutit cõtra im
petum. ¶ Preterea nãle est aiali dirigere se cõtra nocumen
tum veniens super ipsũ: et ideo in ipso visu quo tentat qua-
le sit nocumentũ per fulmen morit et videt ad ictũ fulminis
cõuersum: super hoc tñ augures diuersa pnosticant de qui-
bus non est curandum ad presens qm in alia scientia de hoc
erit inquisitio: vtrum habeat aliquid veritatis.

¶ Cap. 23m. Et est di. declarans qd est qd percutit de nube.

Oporter autẽ nos hic querere quid est illud qd
in ictu descendit eo q id est suppositũ in pmis-
sis: aut enim illud est vapor aut aer aut vtrunqz
aut neutrũ hoꝝ: videtur autẽ quibusdã neutrũ
hoꝝ esse qr tenue facile cedens nõ cõminuit cor
pora dura et fortia: descẽdens autẽ de nube cor-
pora dura et fortia cõminuit: videt ergo vapor vel aer nõ eẽ.
Amplius enim qui facillime a quolibet impellit non videt
esse qd impellat fortissime quelibet alia: aer aũt et vapor facil
lime ab omni corpore alio impellunt: videt ergo q non im-
pellant alia: probant autẽ hoc quidã per experta: eo q lapi-
des et ferrum et quedã alia mineralia. Aliqñ ab alto descen-
dunt quoꝝ ex simplici vapore nõ est generatio: aliqñ etiã qr
cecidisse de nube corpus aialis perfecti sicut vituli: lz eẽt cor
pus mortuũ: oia autẽ hec faciunt ad hoc q fulmen sit res di
uina: et in ictu fulminis deus vtatur rebus quib' fuerit vo-
luntas eius: et vt timeant inferiores: sicut Pithagoras dicit
Jouẽ tonare quatenus timeãt illi qui sunt in tartaro. ¶ Si
aũt hec cõcedant pro nihilo erit opus nature: qd ante diri-
mus vbi ostendimus diuersitatẽ vaporis qui exijt de nube:
pro nihilo etiã erit qd dicit Aristo. in libro de aia: q aer cũ
tonitru ictus scindit lignũ ppter hec et his similia. ¶ Dicen
dum q Deus sublimis naturas regit et administrat per na
turales causas et illas hic querimus potiq diuinas qr non
sunt proxime nõ de facili possumus eas inuestigare: dico er-
go q aliqñ est vapor cũ aere ictus: et aliqñ solus: nihil enim
ita percutit sicut id qd primi percutiẽtis ictum maxime reci
pit: nihil autẽ ita recipit ictus percutientiũ sicut aer et vapor
qui aliquid hz de forma aeris ppter raritatẽ: et ideo fortissi
me percutit aer: vapor aũt nunq percutit sine aere: qr semp
vapori aer est immixtus: aer aũt aliqñ percutit sine vapore: qr
vapor vsqz ad terrã non percutit: huius aũt signũ est ventus
et terremotus: que talib' ictibus aeris fiunt et vaporꝫ. ¶ Qd
ergo obijcit primo et secũdo facile soluit: qr aliud est de aere
et vapore in se cõsideratis: et aliud de eis cõsideratis in impe
tu et violentia: sui se enim nihil violentie iferunt: pcussa enim
inferunt maximã violentiã: et hmõi causa est: qr nullum alio
rum corpoꝝ intus et extra subiectũ efficitur violentie nisi aer
et vapor qui in profundum et ppria mã recipit oẽm ictuz vio-
lentuz: et hec est causa q oia que impellunt ipellunt aere vel
vapore et nulla violentia põt esse tam fortis sicut violẽtia va-
poris et aeris: et ideo scindit cum tonitru aer vt dicit Aristo.
alia enim corpora nõ efficiunt subiectũ forme que figuratur
ab ictu pcutientis corporis: eo q spissitudine sua resistunt et
violentiã in interius sui nõ recipiunt. ¶ Qd autẽ mineralia
cadunt de nube cõtingit ppter mixtionẽ vapoꝝ eleuatorum
quoꝝ nã tendit ad nãm argenti viui et sulfuris terrestris nõ
desiccati: et argenti viui luculenti: vnde precipue ferrũ cadit
quando cadit qr illud fit ex terrestri luculento et viscoso: et qr
multum decoquit ab igne nubis ppter hoc cadit i spe chali
bis optimi qd est ferrum durũ et depuratũ: et qr cũ congelat
ferro cõgelatur in interioribus nubis: et per modum gutta-
rum distillat ab iteriori vapore: et ideo est massa sicut ex gra-
nis milij et ceteris cõposita: corpora aũt animaliũ perfectoꝝ
rare formant in nube: lz hoc semel dicat Auice. contigisse: q
corpus vituli cecidit: et hoc ipse marie attribuit virtuti stel-
larum in tpe illo formam vituli imprimentium. Mineralia
aũt que cadunt adeo sunt exiccata q nec liquescũt nec fabri-
cabilia sunt: sed cũ in ignem ponunt euaporant in cineres: et
per hoc pz causa solũ omnium prehabitorum.

¶ Cap. 24m. Et est digressio declarans tẽpus tonitrui et co-
ruscationis et locum generationis eorũdem.

Tempus autẽ harũ impressionũ que sunt toni
truum et coruscatio est precipue in estate: et in
estate etiã post magnũ cauma et tẽpore magni
estus: cuius causa est qr impressiones iste fiunt
ex vaporibus grossis spissis sine sint humide: ex
quibus fiunt nubes nigre spisse sine sint sicce qr
tunc fiunt ex vapore terrestri inflãmato: vapor aũt hmõi nõ
eleuatur in superficie terre: vbi terra subtilis est: et aqua sub
tilis que per pluuias descẽdit ad terrã: sed vapor iste extrahitur
de profundo terre vbi aqua impura est et terrestris et spissa et
grossa et glutinosa: qr ex illis pprie fit vapor harum impres-
sionum: extrahere aũt non põt in intimis terre vaporez nisi ca-
lor magnus valde: et ideo non põt fieri nisi in tpe estatis. Ad
huc autẽ nõ fit tonitruum nisi de vapore adusto: qui in ipsa
sua eleuatione incipit inflãmari sicut ante diximus: calidũ
autẽ adurens non est nisi tẽpore estatis: et ideo vapor toni-
trui et fulguris non eleuatur vt multum nisi tempore estatis.
Amplius generatio tonitrui et coruscationis: non fit nisi fri
gore fortissime impellente nubẽ aqueam et cõprimente vapo
rem: tale autẽ frigus non est in aere nisi sit expulsum vndiqz
ad vnum locũ aeris: expulsio aũt huiusmodi nõ est fortis ni
si tẽpore caumatis: vt patet per antedicta: generatio ergo to
nitrui et coruscationis per se nõ est nisi tẽpore estatis: ex hoc
cõsequenter sequitur q generatio istoꝝ est post serenitatem lz
in ipsa operatione istoꝝ celum obnubiletur: qr tẽpore nubi-
lo frigus dispersum est in aere: et non facit operationẽ fortez
in loco vno. Sed qr ista non fiunt nisi in nubibus necesse est
q celum obnubiletur in ipso descensu istoꝝ: lz autẽ aliquan-
do videatur nõ esse nubes cũ micat fulgur sicut in estate in
frigido videtur coruscatio sereno celo: precipue in crepuscu-
lo tñ ibi sunt nubes vbi micat coruscatio: et ad nos venit al
teratio splẽdoris tñ. Ex dictis de facili sequitur duplex locus
generationis harũ impressionũ. s. locus vbi generantur sm
formas suas: et locus vnde extrahitur et eleuat sua mã: neces
se est enim vt generent in loco altiori q̃ impressiões humide:
qr ille frigidior est eo q ad ipm repellit ab inferiori calido: et
hmõi signũ est multum spatiũ: qd est inter auditũ tonitrui

Marginalia:

Quare adustio non vestigium.
Propter qd spũ pro dolio fulmine vi num cõstat.
Solo ppria.
Propter qd aial pcussum fulmine vertit caput versus fulmen.
Impugnatio opinionis asserentis fulmen ẽ rẽ diuinã.
Propria positio.
Solo ad obiecta.
De casu vituli ex fulmine.

& visum coruscationis precipue cum magna sunt tonitrua: q2 tunc maius est spatium illud q̄ quādo sunt parua: locus autē vnde extrahitur materia est humidus grosso humore aque & habens terrestre glutinosum nō de facili separabile: q2 hoc igne adurente magis cōprimit & spissatur in nube.

¶ Cap. 25m. Et est digressio declarans quid virtutis Juppiter habeat in tonando.

Omnes autē antiqui phi Hesiodi & eius quoque insecutores fuerūt Athalus & Cecina deo Joui tonitruū & fulgur attribuūt Jouē vt dicit Seneca regē vniuersitatis appellātes: & patrē q deus dicit a Platone: sed cū ille omniū rex auctor sit nō magis attribuit ei tonitruū q̄ quolibet aliorum oper nāe. dicebāt autē illi antiqui q spēs tonitrui sunt tres. s. cōsiliariū auctoritatis siue iductoriū: & qd dicit stat⁹: & hec diuisio augurū fuit antiquor: dicebāt enim q Juppiter tonat & hoc fit aut vt prosit aut vt noceat. Si autē vt prosit fit tonitruū Jouis facit hoc ipse p se sine cōsilio deor: & hoc facit dum aliquis tractat de aliquo faciēdo & hoc est cōsiliariū tonitruū: q2 enim Juppiter itonat sup illud: est bonū dñio, do nō cū terrore veniat tonus. ¶ Si autē vt noceat tonat hoc fit dupliciter. s. aut cōminādo aut feriēdo. Cōminando autē venit tonitruus magno sono iprouisus in quo Juppiter tēpla celi aut vt magno cōcutit sonitu sine fulmie directo & hoc facit Juppiter aduocato cōsilio. 12. deor ita videlicet q ipse duodecimus est vt dicit Ennius qui sūt Juno: Vesta: Minerua: Ceres: Diana: Venus: Mars: Mercurius: Juppiter: Neptunus: Vulcanus: Apollo: ostēdens in hoc mortalibus vt dicit Cecina qm regibus ppriū est semp pdesse etiā sine cōsilio: sed nō cōminādum est eis nisi cū deliberato cōsilio: ista tñ Jouis cōminatio sacrificijs vel differri vel expiari poterat: feriēdo autē nō tonabat Juppiter nisi tota synodo deor celestium & terrestriū cōmunicata & celebrata: q2 fulmē hoc sacrificijs non poterat expiari: sed & docuit in hoc q pene nō irrogarētur a regibus nisi nunciis dictantib⁹ vindictā & tūc stabiles eē debere i suis. ¶ Qd autē hoc dictū antiquor error sit: oīno pz tali rōne: quecunq3 enim causam determinatā & necessariā habēt in nā nō possunt hoies immutare tonitrua vt pz per habita causas determinatas habēt in nā: ergo nō expiant per hoies. ¶ Qd autē tunc fiant qñ tractatur de cōsilio vel nō: casus est: & ideo nō pōt esse certa determinatio per illud. ¶ Adhuc autē cōstat per oia antedicta q ad esse tonitruor nō exigitur q vapor terre sit inclusus in humido agitāte & cōprimēte ipsum frigore loci: nō ergo opz Jouē aduocare cōsiliū. 12. deor cōtentor sup illo. ¶ Adhuc autē cōsilium est de his que possunt fieri & nō fieri: tonitruū est de his que necesse est fieri existēte causa sua: ergo frustra Juppiter cōsiliabit de illa. ¶ Omissis ergo friuolis augurū verbis & inter se repugnātibus dicamus q sapiētes phi Jouī qui est vna. 7. stellar erraticar tonare attribuunt: cuius nulla alia est cā nisi q2 Juppiter hz in ppietate eleuare ventorum fortiū & sic or māni: vt supra diximus: precipue quando fuerit cōiunctus in virtute aliqua cū marte tēpore estiuo in signis aquilonarib⁹: q2 tunc certissime pōt predici q multe scintillationes & tonitrua fient in aere: ita etiā periculū futurū sit hoibus pp aeris pestilentiā ex nimia corruptione futura ppter vapores incēsos pestiferos immixtos aeri: q2 Juppiter cum sole eleuat eos: & Mars incendendo corrūpit eosdem: & ita fit aer venenosus. Quecūq3 autē ab augurib⁹ inuenta legunt friuola sunt & absq3 cōsideratiōe phica dicta: nec dignū vt disputet cōtra ea que quasi nulli rationi innituntur &c.

Impugnatio

Solo ppria.

¶ Cap. 26m. Et est digressio declarans spēs fulgurum.

Species vō fulgurum vt optime dicit Seneca tres sunt. Quarū prima est q crebrat. Scda fulmen qd dissipat. Tertia fulmen qd vrit: fulmē autē qd crebrat subtilem hz flāmam: & ideo per angusta foramina vel poros fuga est ei ob sinceram & purā flāme sue tenuitatē: fulmen autē qd dissipat est globatū: & habet cōmixtā virtutē spiritus coacti & pcellosi: fulmen autē crebrans redit aliqñ per foramen per qd ingressum est vel detrudit ad latus: vbi inuenit vacuū: sed 2m fulmen qd dissipat nō redit nec perforat: sed rumpit ea que percutit. ¶ Tertia autē spēs fulminis que vrit multū hz grossi terrei vaporis & magis est igneū q̄ flāmeū: & ideo relinquit magnas igniū notas que inherēt percussis. ¶ Sciēdum tñ q lz nullum fulmē venit sine igne: tñ illud pprie dicitur fulmen igneū qd manifesta relinquit signa ardoris. Qd autē vrit & fuscat vrendo trib⁹ modis adurit: aut eniz afflando quasi ledit leui iniuria: aut cōburit: aut etiaz accēdit: oia enim ista vrunt: sed differēti modo: qdcunq3 enim cōbustū est id vtiq3 & vstum est: sed nō cōuertitur: q2 qd vstū est leui iniuria nō necessario cōbustū & cōsumptū in parte vel in toto: q2 pōt ignis vsisse aliquid ipso transitu suo: qd nō ppter hoc cōbustum est & pōt aliquid esse cōbustum qd non sit accensum: sed nō cōuertitur: q2 accensum est qd nō cōburatur in toto vel in parte: hec ergo de tonitru & fulgure quātū ad nālem scientiā sufficiunt. Reliqua eniz sm q hec ad diuina quedam reducunt dicenda sunt in sciētia de nā deorum.

¶ Tractatus quartus tertij libri Metheororum de coronis & iride que apparent in nubibus.

¶ Cap. pm. Et est digressio declarans que sit tractatus intentio: & quis dicendorum ordo.

Habitis. s. oibus ipressionibus que de vaporib⁹ aqueis & terreis generant: cōsiter opz nos inuestigare causas illarū impressionū que ex lumine solis & lune & quarūdam stellar reflexionibus super nubes humidas & terreas apparēt in sublimi sicut sunt circuli circa lunā & stellas & solem apparētes: & sicut est arcus varius qui dicit iris: q2 autē iste impressiones vt in mā sunt in nubib⁹: ideo opz nos tangere primo de nubium diuersitate: q2 ear diuersitas multū facit scire diuersitatē illarum impressionū: eo q in eis oēs figurant: postq̄ autē diuersitas nubium fuerit determinata tangemus de coronis que grece halo vocant: & postea dicemus de iride & tandem de perpēdicularibus virgulis circa solem & lunā depictis & tunc de pahelino que sunt similitudines solis & lune: & dicemus quedā que ad libri istius ptinent cōpletionē: lz autē in lineis mathematicis rectū sit ante circulare: q2 rectuz est forme vnius simplicis: circularis autē linea est duar formar: eo q habet formā cōuexi & cōcaui: vnā exterius in arcu: & alterā interius circa chordā arcus: tñ q2 nos de recto inquātum est rectum nō intēdimus nec de circulari inquātum est circulare: sed potius de eo qd rectū & circulare sm suum esse phicum. s. inquātū est circulus vel linea in nube depicta: & q2 sm esse hic circulus cōpletius ostēdit corpus solis vel lune vel stellar a quo fit talis ipressio q̄ linea: & ideo nos de circulo & semicirculo siue portione semicirculo minore primo dicemus: & postea de lineis rectis. ¶ Adhuc autē intelligēdū est q oēs ipressiones de qbus in antecedētibus istius libri diximus fiunt a stellis sm hoc q radij stellar excitant calorē: & per calorē eleuant duplicem vaporē. s. aqueum & terrestrē: ille autē de quibus nunc dicemus impressiones fiunt a solo lumine superior corpor: & nō a calore ipsorū in vapore iam eleuato & cōdensato: & nihil differūt a precedentibus oibus preter galaxiam que nō est impressio in elementis sed potius in celo facta sicut supra diximus in pmo hui⁹ scientie libro: q2 ergo iste ipressiones fiunt in aere sunt in vapore iam eleuato: alie autē iam diuersificabant in eleuatione ipsius vaporis calidi vel frigidi vel humidi vel sicci ideo oportuit illas determinare ante istas.

In pho sub... t. ctio metheo... rez ca. 2. ht... De halo et iride.

¶ Cap. 2m. De diuersitate colorum nubium.

Primū ergo inter ea de quibus dicturi sumus est de diuersitate nubiū sm differentias color: dico ergo q videm⁹ nubes nigras qñq3: & hoc cōtingit pp alterā duar causar: nigredo enim alia de cā fit in vapore terrestri: & alia in vapore humido. Si eni vapor terrestris sit calor: agit in eo extrahēdo humidū: & tunc cōbibit & adurit siccū terrestre: sicut coriū expositū igni: & q2 cōbibit & exurit ab eo lumen qd nō pōt penetrare p ipm: & ideo fit nubes nigra fortis nigredinis: fit autē hec nigredo in aere iferiori: sicut supra dixim⁹ in primo libro de cā ipressionis illius que dicit foramina aeris ex vapore cōbusto & extracto hoc solo excepto q vapor inferior nunq̄ fuit inflāmat⁹: & q nunq̄ fuit in suprema aeris regione: de illo ergo itelligit Arist. qd dicit: q qñq3 agit in nubes

calidas opationē vehemētē qñ cōstringit eas: ⁊ inspissat par tes eaꝝ: ⁊ ideo nō recipiant radiū solis intrinsecus sui: ⁊ ideo videnꝰ nigre: cū aūt nigredinis in vapore humido alia ē: qꝛ calidū agit ī humidū dissoluēdo ipm: ⁊ quāto plus dissoluit ipm tāto plus efficiē lucidius: ⁊ iō nigredo nō pōt causari in hūido ex calido: sed potius calidū circūstās expellit vndiqꝫ frigus ad nubē hūidāꝫ ꝑ frigus illud vapor hūidus inspis satur ⁊ cōdensaꝰ in nubē dēsam: que pp sui densitatē nō pōt recipe radios solis vel stellaꝝ in īterius sui: ⁊ iō remanet ni gra: qꝛ nigrū causaꝰ ex priuatiōe luminis ab īteriorībꝰ ꝑspi cui. Si aūt sit vapor aqueus subtilis: ⁊ hēat in se opationez calidi vndiqꝫ circūfusi nec frigus aliqd operēꝰ in ipm illud recipit in se subtilitatē ⁊ disgregationez ex opatione calidi: ⁊ ideo radios celestiū corpoꝝ recipit intrinsecus sui: ⁊ iō fit nu bes alba: gñ ad terrā reprimiꝰ a frigore aliquo fit inde nebu la alba: si aūt nubes hēat in se humidū fumosum admixtū aliquātulū terrestri adusto: ⁊ recipit radios in se corpoꝝ su perioꝝ fiet rubea nubes que aliqñ hꝫ purpureā rubedinē ra dijs iferius veniētibꝰ ad humorē nubis in mane: vel ī sero: ⁊ hoc significat pluuiā in eodē die futurā. Si fuerit in mane qñ vapor quē sol adducit significaꝰ esse vehemēter hūidus ⁊ iam preparatꝰ ad ꝯuersionē. Si aūt habeat nubes quasi sup se respsaꝫ purpureitatē obscurā valde ⁊ sit nubes vlr densa: tunc illa rubedo ex partibꝰ terrestribꝰ adustis que raro insiā mari icipiant in ventre nubis: ⁊ iō tales nubes sunt piculose ⁊ veniūt in estate ⁊ cū tonitruo paruo qḋ ē ꝑ modū murmu ris. Si aūt nubes iaꝫ sit rorans ⁊ ꝯuertēs se ad aquas quas iam icipit stillare pp frigus ꝯuertens eā in aquas ⁊ recipiat in se lumen celeste: tūc erit illa nubes viridis coloris ⁊ ꝑ hoc pꝫ ꝙ operatio caloris maior est in nube rubea ꝙ̄ in alba: qꝛ albā nō adurit: sed rubeā: ⁊ precipue que scḋo modo rubea est: ⁊ opatio caloris in illa que tendit ad viriditatē minor est ꝙ̄ in rubea vel alba: sed tñ maior est ꝙ̄ ī illa que nigra est ex nigredine causata a frigido ꝯdēsante nubē: vt pꝫ ꝑ añdicta. Ceteri aūt colores nubiū supra dicti sunt ⁊ sunt ibi ośse cau se eoꝝ nāles: ⁊ nos in isto tractatu nō idigemꝰ plurībꝰ colori bus nubiū ad colores coronaꝝ ⁊ iridis demōstrandos ⁊c̄.

Cap. 3m. De circulo qui apparet circa luminaria ⁊ stellas qui grece halon: arabice haloleti: latine corona vocatur ⁊c̄.

Uia ergo iam diximus causas diuersitatis co loꝝ in nubibꝰ ꝯñs est vt dicamus de impressio nibꝰ: que ex lumine celestiū in nubibꝰ depingū tur: ⁊ de his prima que grece vocanꝰ halon qḋ area iterpretaꝰ: eo ꝙ similis sit aree rotunde ad trituram facte: arabice āt diciꝰ haloleti qḋ latine vocaꝰ corona. Dico ergo in primis ꝙ in multis supioribus corporibꝰ apparet iste circulus: qꝛ nō tm̄ ꝯtinet ⁊ solem ⁊ lu nā: sed etiā stellas que sunt maioris quātitatis: sicut est Jup piter Mars ⁊ Uenus ⁊ āt Mercurius qlꝫ nō sit maior ce teris: tñ pp suā ꝑpinquitatē ad nos maior alijs stellis vide tur ꝙ̄titas eiꝰ: videꝰ āt circa stellas quasdā fixas que sūt ma iores alijs in ꝙ̄titate: tēpus āt apparitionis istius impressio nis est vlr: qꝛ videꝰ corona ⁊ hyeme ⁊ estate ⁊ autūno ⁊ vere: sed tñ in autūno videꝰ plus ꝙ̄ in alijs tpībꝰ ⁊ in die ⁊ in no cte videꝰ: sed in nocte plus ⁊ in mane ⁊ in meridie ⁊ in vespe ra ⁊ in media nocte ⁊ in horis itermedijs videꝰ: sed plus in sero post crepusculū: ⁊ in mane ante diluculū circa lunā: cau sa aūt huiꝰ rotūditatis siue corone siue circa luminaria siue circa stellas appareat: siue videaꝰ in vno tpe siue ī alio ꝙ̄tum ad nām est vna: vapor enīꝫ hūidus ascēdit de terra ꝑ calorē solis: q antequā ascēdat ad locū frigoris est mā huiꝰ impressio nis: cū enīꝫ vapor ille sit hūidus ⁊ rarus ex calido eleuāte ex trahit ꝑ virtutē luminis ⁊ caloris quē facit radius corporis hūtis radiū siue sit sol cū luna siue alia stella notabilis quāti tatis e directo sub corpꝰ lucens: ita ꝙ radius corpis lucētis directe cadit sup ipm: cū aūt ille vapor in medio sui calidior sit ꝙ̄ in extremis: ibi illuminaꝰ lumine radioꝝ desup venien tiū: ⁊ iō in medio dissipare icipit vaporē humidū q dissipatꝰ reflectiꝰ ad extremū recedens a radio q diametraliter ꝑcuꝰ sit centrū vaporis: ⁊ sic dilataꝰ circulariter circa radiū illum semꝑ ꝑcedens amplīādo circulūꝫ ⁊ lumē desuꝑ veniēs reci pitur in ꝑfundo vaporis circulariter diffusū in ꝑiferia circu li: eo ꝙ in nubē nō sit vapor ille cōdensatus: ⁊ iō apparet cir culus albus ꝑ modū aree dispositꝰ circa luminaria ⁊ stellas quasdā: qꝛ aūt iste vapor nō est dissolutus in aerē neqꝫ in nu bem cōdensatus: pꝫ ꝙ opꝫ eū habere moderatū frigus cōti nens ipm ⁊ moderatū calorē qui radio desup veniente adiu tus dissipet eū in centro ipsius: tpꝰ aūt moderato frigori cō gruens est autūnus: qꝛ vapor eleuatus in estate ⁊ fere ī aerē dissolutꝰ cōprimi icipit in autūno: nec tñ adhuc in nubē con densaꝰ ⁊ precipue in principio autūni: ⁊ tūc frequentiꝰ appa ret. In vere aūt nō adeo frequēter: qꝛ sunt nubes dense reli cte ex hyeme q̄ moderato calore frāgi nō pñt. Minime autē apparet in hyeme pp cām dictā: lꝫ aūt appareat in nocte ⁊ in die tñ in nocte frequentiꝰ apparet circa lunā: qꝛ vapor in die eleuatꝰ ⁊ dissolutꝰ frigore noctꝫ opprimiꝰ frigiditate tēpata: ⁊ illud frigus vinci sm̄ partē pōt moderato calido qḋ adiu uatur calore radij ꝑcutiētis vaporē in centro ipsius: ex eadē cā apparet quare magis ante diluculū ⁊ post crepusculum vi detur: qꝛ videlicet tūc est calor moderatꝰ: qꝛ calor diei excel lens ⁊ eleuās vaporē ⁊ dissipās eūꝫ moderate tēpatus ē post crepusculū in sero: frigus aūt noctis imoderate cōprimens vaporē tēperaꝰ accessu solis ante diluculū: ⁊ iō tunc calor va poris adiutus calore luminis desup veniētis pt cōplere ope rationē coronalē in vapore eleuato: sicut dictū est. Est autez aduertēdūꝫ ꝙ ista ipressio nunꝙ̄ appere pōt nisi qñ aer quie tus est ⁊ imotus: qꝛ aliter in aere nō ita diu sub radio desup veniente staret: donec modo ꝑdicto circulariter dissiparetꝛ: vnde sicut lapis iniectꝰ in piscinā stantis aque facit circulūꝫ circa circulū ampliando se circa centrū: ⁊ in flumine fluentis aqua circa casū lapidis tales circuli nō fiunt pp motū aqueꝛ ita est āt in aere de vapore q est sicut aqua stans ⁊ de radio q est sicut lapis ꝑcutiens vaporis centrū. Qꝛ aūt hec sit vera cā haꝝ ipressionū testaꝰ Seneca sic dicēs: fulgur q sidera circū uenit: quē greci halo vocāt nos coronā dicere apte possimus sic fit cū in piscinaꝫ lapis missus est videmꝰ in multos orbes aquā descēdere: ⁊ fieri pmū angustū orbē: deide alios orbes maiores donec euanescat ipetus: tale qḋdā fit in aere cū spis sior factus est: lux solis aut lune vel cuiuslibet sideris incur rens recedere illū in circulos cogit: nā humor ⁊ omne corpꝰ in circuitu qḋ ex ictu formā accipit in talē habitū ipelliꝰ qua lis est eius qḋ ipellit: omne aūt lumē rotundū est: ergo ⁊ aer siue spissus vapor lumine ꝑcussus in tales formā exibit nō lō ge aūt a terra fit talis effigies quātū tñ visus noster deceptꝰ circa ipm sidus putat esse positū: in vicinia enim stellaꝝ ⁊ so lis nihil fieri potest ꝙ ille tenuis ether est in balneis quoqꝫ sereis circa lucernā in eis accensam: tale quidez aspici solet ob aeris depressi obscuritatem: vnde frequentissime fit post flatum austri cū celum maxime graue ⁊ spissum est.

Cap. 4m. Et est di. declarās an halō possit esse circulus ad similitudinem corpoꝝ celestium in vapore descriptus.

Ubitabit aūt aliqs dicēs ꝙ si halō circulus est descriptus in nube celesti corpore: ois aūt circu lus causatꝰ ꝑ ipressionē alicuius corporis ad mi nus eqle est illi: videreꝰ ꝙ circulus in nube de scriptus deberet eē eqlis celesti corpori qḋ falsū est: cū multo maius sit celeste corpꝰ preter lunaꝫ ⁊ mercuriū ꝙ̄ sit terra tota: circulus aūt minor sit ꝙ̄ sit vnūꝫ miliare terre: forte aliqs dicet qḋlibet celeste corpꝰ multo sit maius ꝙ̄ circulus ī nube descriptꝰ: tñ pp lōgitudinē minus videꝰ cū sol q maxime est magnitudinis monopedalis vide tur ⁊ imutat nubē sm̄ hoc qḋ videꝰ: ⁊ nō sm̄ hoc qḋ est: sꝫ ꝯtrā est ꝙ nullū corpꝰ agit opationem suā sm̄ hoc qḋ videꝰ no bis: sed potius hoc sm̄ qḋ est in reꝝ nā: qꝛ sepe videꝰ res ali ter ꝙ̄ est. Amplius res ab eo qḋ videꝰ alicui de ipsa neqꝫ hꝫ opari neqꝫ deficere ab opatiōe: qꝛ si videri haberet opari oporteret ꝙ opposita operareꝰ si a duobꝰ opposita videreꝰ de re ipsa qḋ esse nō pōt ⁊ sic cōstat ꝙ operaꝰ sm̄ ꝙ est ⁊ sic re dire incōueniēs primū videꝰ: nullū enim corpꝰ significās for mam suā in aliū ipmit formā minorē ꝙ̄ est ipsius corpis vt prius diximꝰ. Amplius si sola ꝑspectiuoꝝ vera ē radij py ramidaliter egrediuntur de oi corpore luminoso pyramidis aut basis amplior est circulus quo lōgius discesserit a primo a quo egrediꝰ ⁊ in quo est pūctꝰ coni eius siue sūmitatis: po namus ergo talē pyramidez egredi a luminoso corpore sup vaporem cōstat ꝙ circulus tangens vaporē multo maior est ꝙ̄ circulus descriptꝰ sup supficiez spere stelle irradiantis: er go circulus apparēs in nube maior deberet esse ꝙ̄ sol vel lu

Solutio

na vel alia stella vaporē irradiās. ¶ Hec autē ꝛ his similia sophismata soluit de facili pōt: si sm veritatē sciat mot⁹ egressus lucis a corpe luminoso: hoc enī pyramidaliter egredit̄ a quolibet pūcto luminosi corporis: sed nō est pyramis que in basi sit circulus: sȝ basis est supficies circularis luīosa: cui⁹ diameter a cono veniens ꝛ p centrū basis trāsiens fortioris est luminis ꝛ irrūpit vaporē sicut lapis piectus in aquā stantē vt dictū est: ꝛ vapor irrupt⁹ retrahit se ad extremū circulariter ꝛ illuminat̄ ibi: ꝛ iō appet circulus: vñ cum pyramis luminis egredientis sit corporalis cui⁹ basis ē supficies: ꝛ sic pyramis amplioris circuli q̄ plus recedit a luminari pūo sic qȝ vbiqȝ secabilis pyramis supius ꝛ iferius. Sȝ quāto secat̄ superius tāto minorē circulū hȝ basis: ꝛ quāto secat̄ iferi⁹ tāto maiorē circulū hȝ basis pyramis: ꝯstat ꝙ nō est corpus adeo paruū qđ nō hȝ circulū aliquē in lumie: nec est corp⁹ adeo magnū qđ licet nō hēat circulū in eodē: lumē autē pyramidis descēdētis nō pcipit̄ nisi in corpore denso aliquātulū: ꝛ iō lȝ quedam luminis sit extra circa circulū in nube descriptū tñ ibi nō pcipit̄ pp aeris tenuitatē. Silr̄ ēt postq̄ erūpit vaporem circa centrū ipsius: nō pcipit̄ lumē in medio vaporis pp eandem cām: qȝ videlicet nō est ibi vapor spissus in quo diffundat̄ lumē: sȝ aer tenuis p quē trāsit inuisibiliter lumē: vñ nihil est dictū ꝙ luminare ipm sigillet se in vapore sicut supponit obiectio pria: ꝛ bene ꝯcedo ꝙ ēt nō sigillat se in quātitate in qua appet. ¶ Qđ autē de pyramide egrediēte obijcit̄ pȝ eē solutū: qȝ lȝ pyramis sit maior vapore tñ circulus ifra ambitū basis pyramidis ꝯtētus describit̄ in vapore diffuso: ꝛ circūfundit̄ aliud lumē pyramidis circa circulū illū iuisibiliter sicut iam dictū est. Plius autē vt facilior sit doctrina ponem⁹ exēplū absqȝ demōstratiōe: qȝ demōstrari nō pōt absqȝ scientia pspectiuoꝝ. Sit ergo luminare a cui⁹ puncto .a. exit pyramis: cui⁹ basis est supficies luminis cōtinui .a.b.c.d.e. ꝛ diameter eius .a.f. circulus autē vaporis q̄ solus est visibilis eo ꝙ diffundit̄ in eo lumē in sua uēsiori q̄ sit aer circulus est: ꝛ circulus .g.b.l.k. sicut hic vides in figura depicta: est autē imaginādū ꝙ ifiniti radij egredientes a luminari circa diametꝝ pficiūt vnū corporale lumē: qđ sit sicut pyramis: ē licet notādū ꝙ circulus .b.c.d.e. imaginādus est iacere sup terrā sup quā erigatur pyramis: ꝛ silr̄ circulus .g.b.l.k. imaginari dȝ quasi pēdere in lineis sup primū q̄ imaginat̄ iacere in terra: qȝ talis est illuminatio vaporis in aere: nec mirādū est si in his destribuunt̄ figure: qȝ in oībus talibus qȝ dicit naturalis: ꝛ propter quid hȝ dicere perspectiuus ꝛc̄.



¶ Cap. 5m. De his que significat hallo sm Aristo. ꝛ Senecā.

Aristoteles autē ꝯfuse tradit haꝝ coronaꝝ significationes: dicit enīȝ ꝙ rotunditas ista que dicitur arabice alehebi: siue sit in circuitu solis siue lune siue aliaꝝ stellaꝝ significat semp humiditatē: eo ꝙ mālter est de vapore hūido eleuato ꝛ in nubes nō inspissata: ꝛ iō qñ ispissat̄ multum in piferia circuli ꝛ maxime si tendit ad colorē viridem tunc significat in ꝓximo casū humidaꝝ ipressionū que sunt pluuia vel nix: ꝛ significat frequētius pluuiā: si autē attenuat̄ piferiā ipsius ꝛ dissipat: significat serenitatē primo ꝛ deinde ventoꝝ exufflationeȝ: qȝ tūc in eo ꝙ disparet significat māꝫ hūidaꝝ ipressionū deficere in sublimi: que cadentes ꝓhiberent vētoꝝ exufflationē ꝛ iō qȝ terra tūc ꝯtinua est: ꝛ qȝ aliter ab ea eleuaret̄ humidū ꝛ nō est fluens humidū in ea: sed deficit humidū tale a supficie ipsius iō vētū significat talis effectus corone post serenitatē: qȝ in sereno ꝯfortat̄ radi⁹ ad eleuationē vaporis q̄ exufflat in vēto: id enīȝ qđ resoluit circulum talē est vapor hūidus ꝯuersus in aquā: ꝛ iō est radi⁹ ex mā pluuie ꝛ nubis: mā autē venti est ex calido vapore ꝛ sicco: calido qdē p acris: ex calore solis: ꝛ sicco eētialiter: que mā cū vapore humido descēdēte ad terras ꝯseruari ꝛ multiplicari nō poterit: circulus autē ille q̄ est vapor hūidus qñ i piferia icipit aggregari ꝛ inspissari icipit ēt denigrari sicut supra diximus: ꝛ tūc signat pro certo aduētū pluuie: qñ autē aliter deficit nō denigrat⁹ ventū signat vel serenitatē. Iste autē circulus ꝯtinet lunā pp vaporē q̄ in die ex calore solis est eleuatus ꝛ ispissat̄ frigore noctis: ꝛ attrahit̄ lumine lune in nocte: apparet autē circa alias stellas ēt si nō adeo expresse circa luminaria solē vȝ ꝛ lunā pp debilitatē radioꝝ aliaꝝ stellarū respectu solis ꝛ lune: hec ē q̄ ꝓbabiliter qđ dicit Arist. de significatione haꝝ coronaꝝ: ꝛ est valde ꝯfusum. ¶ Scias q̄ ꝙ Seneca ordinatius tradit haꝝ ipressionū significatū sic: he coronę cū dilapse sint eq̄liter vel in semetipsis diu stātes euanuerunt signat̄ qes aeris ꝛ trāquillitas: cū autē ad vnā ptē cesserint illinc vētus est vñ fundunt̄. Si rupte pluribꝰ locis sint tēpestas sit: q̄re id accidit ex his que iaȝ ꝓposui itelligi pōt: nā si facies vniuersa subsedit appet eā vētū p aera incūbere: ꝛ iō illa regio ventū dabit: at cū vndiqȝ ꝛ ꝯcerta ē lacerata manifestū pelb⁹ ꝛ a pluribꝰ in illā ipetū fieri ꝛ ingetum aera hic atqȝ illinc assilire: ita extrahere ex hac substātia celi taȝ multa tēpestas ꝛ vndiqȝ laborātis tēpestas futura plurium apparet ventoꝝ: lȝ autē superius dixim⁹ istas coronas fieri die ꝛ nocte: tamē vt supra diximus raro fiunt de die: iō qdā grecoꝝ dixerūt ꝙ de die nō fiunt: sed hos redarguunt hystorie experimēta: que sepe probauimus oculis nostris.

Opinio Senece.

¶ Cap. 6m. Et est digressio declarās diuersa noīa iridis.

Postq̄ autē dixim⁹ circulū ꝯtinentē solē ꝛ lunaȝ ꝛ stellas ꝛ cām quare talis circulus apparet: nunc ꝯñs est vt dicamus irideȝ ꝛ modos coloꝝ eius: dicit̄ autē iris aliqñ arcus varius pp diuersitatem coloꝝ ei⁹: aliqñ dicit̄ arcus demonis: qȝ demon grece multa significat: vt dicit Cōmētator sup ethicā: aliqñ enim significat itelligentiā: aliqñ stellā preclarā ꝛ lucidā: ꝛ ideo Hesiodiste theologi q̄ oīa dijs attribuūt que apparēt in naturis: ꝛ precipue in celo vocabāt arcū demonis qđ est intelligētie vel sapiētie: ꝛ dicebāt arcum esse signū clemētie dei qȝ nec igne nec aqua vellet nocere mundo: qȝ in iride apparet rubeus color q̄ est ex humido inflāmato ꝛ hoc significat ꝙ nō oīno preualet aqua sup ignē cū ignis aliquid habeat in arcu sue opatiōis: apparet etiā ibi viride ex aqueo indigesto qđ significat ꝙ nō oīno preualet ignis super aquā in iride: cū habeat aliqđ sue opationis. ¶ Plus etiā aliud signū esse dicūt ꝙ arcus iridis nunq̄ apparet nisi in tēpore qđ in parte est serenū: ꝛ in parte humidū: ꝛ serenū quidē est ex calido sicco qđ ꝯuenit cū virtutibꝰ ignis: humidum autē ē ex frigido ꝛ humido qđ ꝯuenit cū potētijs aque: ꝛ ita cū vtrūqȝ operet̄ ad irideȝ cōstat ꝙ neutrū preualet alteri: hoc autē Hesiodiste dicebant esse signū qđ nec inundabat diluuiū ignis nec diluuiū aque p itelligentiā que sapientia sua gubernat mundū: de diluuijs autē aque ꝛ ignis alibi est tractandū: tangit̄ autē de eis in timeo Platonis. ¶ Arcū autē demonis alij dicebāt: qȝ est solis precipue qui pre alijs lucet tantū vt dicat̄ sol q̄si solus lucēs: qȝ ex lumie solis resultat in aere: ꝛ antiq Pōtifices idoloꝝ: arcū q̄ iris dicit̄ dee Iunoni ꝯsecrabāt qȝ Iunonē vȝ diuinā aeris eē dicebāt: ꝛ his de causis que dicte sūt varia sunt noīa de iride apud diuersos.

Iuxta illud scripture ponā arcū meū in nubibꝰ celi: ꝛ erit signū federis inter me ꝛ terram.

¶ Cap. 7m. De his que videtur in iride vt postea reddat̄ cā ipsoꝝ: ꝛ quare pictores nō pñt pingere plene colores iridis.

Videamus ergo pmo que sūt i ipso iride: vt postea ꝯuenietius possimus reddere causas ipsorum. Dico ergo ꝙ iris arcus est rotundus: vel fere rotūdus nō excedēs semicirculū ꝛ frequēter existens partito semicirculo minor: ꝛ videt̄ minor nō in quātitate: sed in claritate colorum

eius in

eius in ipso ortu vel occasu solis: eo ꝙ tūc solis radius debilitat̃ in vaporibus in oriēte vel in occidente: ⁊ nō pōt claro lumine irradiare oppositū situ: q̄a iris cū sit solis speculū non resultat nisi in opposito solis pp̄ diminutionez ergo eius qḋ est in ipso ortu vel occasu resplendet de radio solis in nubibus: que sunt in situ opposito solis videt̃ arcus obscurus tūc: ⁊ paruoꝝ coloꝝ ⁊ paucoꝝ s3 maior tunc fit in quātitate: q̄a quanto sol est altior tāto arcus est minor: ⁊ quāto sol ē inferior: tāto arcus est maior: vñ cū sol fuerit in ipso ortu antequā ꝓijceret radios in occidentem quādo ꝓijcit eos ad lineam meridiei visus fuit arcus semicircularis: qui erat q̄si circulus meridiei stans in medio celi ⁊ cornua eius fuerunt versus aq̄lonem ⁊ meridiem: ⁊ erat in mane ⁊ habebat colores valde obscuros ⁊ turbidos ꝓpter cāz que dicta ē: hic aūt arcus in diuersis tēporibus diuersimode apparet: in equinoctio enim autūnali ⁊ post ipsum in qualibet hora diei pōt apparere arcus. s. in mane ⁊ in sero ⁊ in meridie: sed cuz sol est in oriente in mane apparebit arcus in occidente: ⁊ cum sol est in occidēte in sero apparebit arcus in oriēte: sole autez existēte in meridie post equinoctium autūni: quando sol currit in signis meridionalibus in meridie potest apparere arcus in aquilone: q̄a cornua porrigit in orientem ⁊ occidentez: ⁊ hoc p̄cipue fieri potest sole in Sagittario: ⁊ Capricorno existente: q̄a tunc multū declinat ab aquilone: ⁊ ideo pōt tūc in aquilone apparere arcus: s3 raro videat̃ ꝓpter multitudinem ⁊ spissitudinem vapoꝝ impedientium splēdorez solis: tempus aūt illud est quando nox ꝓlōgat̃ super diem: ⁊ est dictum illud intelligenduz quo ad nostram habitabilem tīa: quoniaz in meridie posset ēt apparere arcus in tēpore quando sol declinat ad aq̄lonez eadez rōne: sed nos nō experti sumus aliq̄d de habitatione meridiei sm̄ partē terre: que est vltra equinoctialem: in estu autē quando estas est: hoc est in toto tempore quo accedit ad Zenith capitum nostroꝝ post equinoctium vernale: nō potest apparere arcus in aquilone in media die: eo ꝙ tūc radius solis ad aquilonem breuior est q̄ semidiameter circuli ad talē distantiam rei eleuate super speculum nō potest fieri reflexio super speculuz aliqḋ: opz enim nos hoc sumere a sciētia perspectiuoꝝ: ꝙ reflexio que fit in speculo est ad oppositionē diametri vel fere ꝙ res eleuata super speculum rectum per minorē partem q̄ sit semidiameter si intuetur speculum in estate: ergo in mane et in sero pōt apparere arcus: sed non in meridie. ¶ Est etiā aduertendum ꝙ duo arcus possunt videri nō q̄dem in vna nube ex eodē situ: q̄a sepe videntur tres ⁊ aliquando quattuor in vna nube: sed in hyeme sole in meridie existente possunt apparere duo arcus ex oppositis sitibus l3 raro ꝯtingat: ⁊ erūt illi parui valde quasi iacētes super terram in p̄cto orientis ⁊ occidentis: ex his autē que etiam videnṫ in arcu est: ꝙ frequēter apparēt tres distincti colores ⁊ ordinati in quolibet arcu: ⁊ non mutanṫ ꝙ in vno arcu sint quidaz ⁊ in alio arcu sint alij: ⁊ inter hos tres colores ille qui est intrinsecus debilior est in participando lumē q̄ alij duo. s. medius ⁊ extremus qui est super arcuz ⁊ diuersificanṫ isti colores: ita ꝙ exterior ad cōuexuz arcus est vinosus qui rubicūdus dicitur sicut rubeuz vinū sole illustratuz: ⁊ hic color h3 partez arcus qui in rotūditate maioris est mēsure ⁊ quātitatis: color aūt interior in iride qui est ad cōcauum arcus minoris est mēsure in rotūditate iridis: ⁊ est tendēs ad viriditatez qui est sicut rubigo eris illustrata per solē vel sicut vitrū non multū viride sole illustratū. Medius autē color ceruleus est: ⁊ in illo ē mixꝫ ꝙ iuxta rubeū ita incipit ꝙ non pōt distingui per lineā inter ipm̄ ⁊ rubeum: ⁊ similr̄ ad viridē ita determinaṫ ꝙ linea non pōt imaginari inter eū ⁊ viridem ⁊ hoc est vnuz de miris nature qḋ incipit a tā̄ sitibus ꝙ quasi indisticta videatur: ⁊ in tā̄ diuersa terminaṫ opus eius: ⁊ ideo pictores non possunt facere per oīa similes colores iridi: q̄a colores eoꝝ super lineas sunt disticti. ¶ Huius tamē ⁊ alia cā est: q̄a videlicet pictores colores ponere nō possunt exp̄ssi3 nisi in mā terrestri que peruia nō est: colores autē iridis sunt in substātia peruia: ⁊ eiusdē terminata causa est. s. q̄a hic nunq̄ pictores ponant duos extremos ex quibus sine unitione coloris alicuius resultet tertius: sic autem fit in iride: vt infra ostendemus: quia ex diuersis extremis tertius resultat ⁊ illū medium colorez iridis p̄cipue pictores assimilare nō possunt propter cām predictam ⁊ vltimam: color autez vinosus iridis ⁊ viridis nō cōmiscenṫ vt faciant tertiū: ⁊ tñ resultat ex ipsis: vnde etiā inter viridē ⁊ vinosum apparet citrinitas ⁊ rubedo quedā in colore medio. Ista ergo sunt que expresse inueniuntur per visum in arcu demonstrari ⁊c.

¶ Cap. 8m. Et est digressio declarans opiniones antiquorū de figura ⁊ causa iridis.

Antiquoꝝ vero quidam volentes reddere cās figure ⁊ coloꝝ iridis diffinitionez supponebant arcus eē duplicem. Dixerūt eni iridē esse multaꝝ imaginū solis cōfusiōes: ⁊ hoc quo ad colores qui apparēt in iride. Adhuc aūt quo ad figurā iridē diffinierūt eē imaginē solis roscida ⁊ caua nube ꝯceptam. ¶ Cām autē quare fit confusio ex imaginibus solis differēter assignāt: dicit enī3 Parianus arabe Caldorus geometer: ꝙ si fiat speculū ꝯcauū qḋ sit ps sectē siue pile siue spere si extra mediū steteris quicq̄ iuxta te steterint inuersa tibi videbunṫ: ⁊ priores a te q̄ a speculo: idē aūt dicit euenire in iride qui est imago solis in nube cōcaua recepta: ⁊ ideo imago solis a latere nubis discedit ⁊ in nos cōuersa videṫ. Possidonius ēt nullis idicat iridez esse solis speculū in nube cōcaua figuratum eodem mō Pariano: s3 dicit colorem nullū esse in iride cum Parianus dixit colorē igneū iridi esse a sole. Ceruleū aūt a nube ⁊ ceteros colores vtriusq3 istoꝝ esse mixturas. Inq̄t enī Possidonius ꝙ si color aliquis eēt in iride maneret: nūc autē interit: ergo nō est ibi color verus: sed apparētia coloris: huic aūt ꝯcordat Nero imperator vnifice ingens. Colla Cytheriace splēdēt agitata columbe. Et varijs coloribus pauonū ceruix quotiēs aliquo deflectitur nitet. Est ḡ sm̄ istos coloris apparētia certa: nō aūt coloris esse sm̄ veritatē: hoc aūt ⁊ alio signo ꝓbat Possidonius. Si. n. inq̄t esset verus color propinquior iridi: melius videret illū colorē q̄ remotus. Nūc aūt econuerso accidit: q̄a remotus ab iride discernit iridē ⁊ nō qui est iuxta iridē. Cōstat ḡ colorem veꝝ in iride nō esse: sed apparētiaz coloris. Adhuc aūt inducūt ꝙ lapis exagonus sicut crystallo partim tēctus in vmbra ⁊ partiz in radio solis veniēte per fenestram: facit colores iridis ex opposito: cū tñ isti colores non sint in lapide nec in pariete nec in sole. Constat ergo illos colores nō veros esse: videnṫ autē isti fuisse de sñia Pithagore: qui colorē non dixit eē veꝝ: sed apparentiā quādā: ⁊ ideo epiphanū eū. i. desuper apparētē appellauit. Seneca aūt qui multoꝝ cōfert sñias in hanc videṫ cōcordare: quoniā dicit Possidonius ingens: ꝙ in nube roscida iā pluere incipiente: quot sunt gutte in aere: tot sūt specula que vt possunt rep̄sentantia circa solē ex opposito radiantem super guttas illas imaginem ex oībus guttis cōfusam reflectunt in nubē cōcauam: ⁊ hoc idolū in nube dicit eē arcum: distinguēs aūt inter guttā ⁊ speculū quedā specula recte rep̄sentātia sunt imagines reꝝ: quedā aūt rep̄sentāt res maiores q̄ sint: ⁊ quedā nūero inspiciente populū rep̄sentāt ꝓpter multos angulos qui sunt in superficie speculi: quedā autē rep̄sentāt nō imaginem: sed cōfusuz quid indistinctū: sicut quādo speculū est paruuz: sed tale speculuz est gutta: ⁊ ideo quedam hūt gutte tangentes imaginē solis sicut colorē ceruleum: quedā aūt hūt solis illuminantis guttam sicut colorem igneū: quedā autem hūt mixta ex vtroq3 sicut colores alioꝝ: figuram autē illi rotūdaz dicunt esse ex sole illumināte ex nube ꝯcaua in qua figuratur. Antiquiores aūt his poete q̄dā metaphorice loquentes iridē dicūt eē super cameraz Iunonis in qua cōclusus est serpens ⁊ solē illam camerā īpugnare sagittis vt custodiat serpentē eo ꝙ matri sue Latone parituree Apollinē ⁊ Dianā obstiterit Iuno ⁊ ipsos deos in cunis inuaserit: sed tunc Apollo qui solē signat euasit ⁊ ipsam beluam sagittis interfecit ⁊ matrē Latonam ⁊ sororē Dianam a morsibus bestie liberauit: auctor autez huius fabule ferṫ Euripedes qui in insula Delos ob huiusmodi causaz sub noīe Apollinis tali asserit sub imagīe iuuenis alati qui in sinistra habet sagittas: ⁊ cōfodit serpētem sub pedibus suis ante vetulā Latonā ⁊ canā puelle Diane pugnantē: cuius fabule hoc est mysteriuz ꝙ Latona terra sit in primo chaos in quo mūdus incepit prius ceteris elementis confusa petēs ima: vel Latona sit p̄ma materia qḋ verius est que in p̄mo chaos confusa fuit oībus in se permixtis ꝯtrarijs ⁊ formis

Mysteriū fabule.

parturiensq3 erat precipue luminosa celestia ⁊ arida terrestria ex quibus ⁊ per que erat generatio futura. Sed obstitit illi Juno que aeris erat: vt inquit Euripedes diuinum nubē habēs serpētem hoc est vaporem imixtū aeri: cuius ascēsus curuus est sicut tortuositas serpētis nec permittebat solem fulgere: nec permittebat etherē qui Diane cōsecratur errore antiquorum seruari donec e cunis euasit iam adultus ⁊ confortatus Apollo.i. sol ⁊ radijs quasi sagittis iaculauit vaporem ⁊ serenauit etherē ⁊ exiccauit terram: ⁊ expulit vulnerstam bestiā quā Juno recipit in camera nubiū in quā cameram continue iaculat sol radios ⁊ vestigia radiorum apparent in iride: ⁊ hec vestigia sunt arcus qui dicit iris: ex oib⁹ his autē p3 q̄ oēs pōt tam nāles q̄3 perspectiui q̄3 etiā3 poete concordant in hoc q̄ iris sit speculum solis in aquosa nube: q̄re autē sit speculū solis nō est ex dictis eorum satis manifestū.

¶ Cap. 9ᵐ. Et est digressio ostendens quid verum ⁊ qd falsum sit in dictis antiquorum.

Resumentes ergo dicta p̄horum videamus qd verum ⁊ quid falsum sit in eis: qd ergo concorditer dicunt iridem esse multarum imaginū solis conuersiōis calūniam non habet: qa hoc absq3 dubio verum est q̄ quelibet gutta rorationis que paulatim descendit a nube speculū est solis cōfuse representans lumē eius: sicut infra dicemus: qd aūt dicunt iridē esse imaginē solis roscida ⁊ concaua nube conceptam non h3 veritatē. Si enim in caua nube figuraret acciderent incōuenientia tā ex parte idoli q̄3 ex parte visus: aut enim idolū solis figuraret in nube concaua fm formam concauitatis nubis: aut fm modū speculi concaui. Si figurat ad concauitatē nubis aut cōcauū versum est ad solē: ⁊ sol directe pijcit radium cōcauum: cuius apertura porrigit̄ cōtra solem: aut cōcauū versum est ad terrā a rore nubis qui paulatim descēdit sub cōcauo reflectitur imago sursum in nubis concauitatē ⁊ sīquidem concauum nubis versum est ad solē ⁊ sol figurat se in concauo illo: tūc cornua iridis deberent eē visa ad solem ⁊ arcus globositatis versus oppositum situm solis debet recedere a sole: hoc autem modo nunq̄3 visus est arcus figurari. preterea tūc cornua arcus semper erunt multo propinquiora aspicientib⁹ arcū q̄3 medietas ei⁹: que oia nunq̄3 in iride sunt visa. Si autē concauum nubis versus terram respicit: tūc arcus resplēdet p̄mo in humido rorante sub nube ⁊ repercutit̄ supra in cōcauum nubis: sicut si eēt speculum cōuexum sub cōcauo ⁊ imutaretur cōcauum ab imagine speculi cōuexi: ⁊ ex hoc sequunt̄ duo incōuenientia: vnū qdē q̄ arcus debet apparere inersus sicut imago que recipit̄ in cōcauo. Si eni quis aspiciat in concauo speculo imago ei⁹ apparet inuersa: arcus aūt nunq̄3 apparet inersus. Alterum autē incōueniens est q̄ arcus nunq̄3 deberet videri: qa semp inter nos ⁊ cōcauum nubis in quo figurat̄ iris est latus nubis vnū qd occultat a nobis totū hoc qd apparet in cōcauo: ⁊ sic nunq̄3 videret̄ iris qd tamen est falsum. Si aūt daret̄ q̄ concauū nubis recipit ad modū speculi concaui: tunc seqtur qd p̄us est dcm̄ q̄.s. apparebit arcus inersus qd nunq̄3 videt̄. Seqtur nihilominus oē illud incōueniēs qd prius dcm̄ est. Manifestū est ergo q̄ iris nō figurat̄ in cōcauo nubis. Supponebant tn̄ hoc pro certo oēs antiqui ⁊ multi modernorum supponunt hoc nesciētes virtutē speculorum. Possidonius autem singulariter dicit q̄ iris est cōfusum speculum solis in nube concaua dicēs: q̄ idolum impressum in speculo concauo nō videt̄ expresse nisi aspectus sit in diametro veniente Apollo per centrum concaui qd vocat ipse aspectum in are cōcaui esse. Si autem a latere dextro vel a sinistro cōcaui oculus sit aspiciēs extra speculum concauum esse nō videtur nisi confusus color imaginis impresse in speculo concauo: ⁊ ideo dicit q̄ aspiciēs iridem nunq̄3 existit in are cōcaue nubis: sed potius extra nubē in opposito nubis: ideo non videt̄ expressam solis imaginem in nube sed colores solis confusos qui sunt iris: hoc autē q̄ falsum sit nō est difficile probare per antedicta: licet eni cōcedatur hoc de speculo concauo qd dicit propter demōstrationes: et hoc probant in scientia de speculis ⁊ visu: tamē in nube talis aspectus eē non pōt: stans eni extra totum concauum nubis in opposito nubis in tantū q̄ nubes est aspicienti in occidēte: si aspiciēs sit in oriente ⁊ ecōuerso nubes aspicienti in oriente: si videns sit in occidēte: non videt nisi latus nubis rotūdū ad se versum: ⁊ nihil intuet̄ de concauo nubis: cū ergo spissa sit nubes aspiciens nihil videt de his que sunt in nubis concauo: ergo nunq̄3 videt̄ arcus si est ibi vt dicit Possidoni⁹ nec confuse nec expresse. Si autē fortasse dicat q̄ videt̄ per nubem putū hoc stare nō potest: qa cum oēs nubes plurimūse sint densē: nō potest oculus penetrare per ipsam. Adhuc aūt ⁊ si deberet esse pala: tunc debent colores iridis videri sicut obiecti sub tili pāno nigro qd nō est verum cum expresse ⁊ clare videantur sepe. Adhuc autem de natura spere est hoc q̄ imagines aliter disponunt̄ in concauo ⁊ aliter in conuexo vt dicit̄ in perspectiuis: que enim in concauo est conuersa ad dextrum in cōuexo erit conuersa ad sinistrū ⁊ econuerso. Si ergo iris in concauo positus nubis stat recte cōuersus d3 videri in cōuexo super qd terminatur radius oculi intuentis: que oia sunt contra visum nostrum. Si autē aliquis dicat propter istam rōnem q̄ iris depingitur extra supra nubis conuexum ⁊ propter cōuexū nubis apparet arcualis: hoc etiā stare nō potest: qa fm hoc nubes in extremitate sue rotūditatis acciperet formam solis: cū ergo nubes sit rotunda erit iris totus circulus cōpletus. Adhuc aūt res que videt̄ in cōuexo speculo apparet in pūcto diametraliter opposito rei in se: ergo imago solis videri deberet in pūcto spere nobis qd diametraliter opponitur soli ⁊ nō in nubis extremitate. Adhuc autē sicut dic̄ Euclides speculū non tm̄ manifestat imaginē rei: sed et distantiam eius a speculo: qa res que lōge distat a speculo videt̄ eē in profundū speculi ad tātam distantiam ad quantam distat a superficie speculi. Si ergo speculum solis est nubes: vt dicit Possidonius: ⁊ iris est imago solis cōfusa in speculo illo d3 nobis apparere in profundo nubis ad tātam distantiā quanta est ab oriente in occidentē eo q̄ tanta est distantia solis a nube que est speculum solis in representando iridem: qd falsum est cū videamus sepe iridem longe ante superficiem nubis in qua apparet: qui eni sollicite cōsiderant res nāles experti sunt videri iridē: ita q̄ quātitas arcus in cornu vno sepe est inter vidētem ⁊ mōtem satis vicinū: ⁊ eodem videt̄ inter videntem aliquando esse ⁊ arborem satis vicinā vltra qd spatium longe sunt nubes in quibus et resoluat: hoc autē experimur per hoc: q̄ videmus mōtē vel arborem colorari eisdem coloribus qui sunt in iferiori parte iridis quādo per iridis inferiorē partē videmus mōtem vel arborem: cōtingit autem experiri maxime quādo nauigamus sup maximas aq̄s fluminum: eo q̄ super flumina ⁊ aq̄s nubes sunt maioris rorationis ⁊ aer maioris humoris q̄3 alibi ⁊ in rorationib⁹ talib⁹ effigiatur iris sicut nos iferius ostēdemus. Qd autem asserūt veritatem colorum nō esse in iride oino videt̄ absurdū: cū enim lux oium colorum sit hypostasis ⁊ substantia formalis ⁊ cōstituat colores intincta radijs suis in perspicuo denso cōstat ibi verissime esse colores vbi talis lux manifestissime tāgitur in perspicuo aeris humidi vel rorationis descēdētis. Sic autē fiūt colores iridis: ⁊ ideo verissimi sunt colores ⁊ in tanta arte nature facti q̄ eos ars pictorum ad plenum assimilare nō pōt: vt supra dcm̄ est: hoc aūt qd dicūt Pithagorici q̄ ideo non sunt colores qa nō manēt nullam h3 rōnē: accidit eni colorib⁹ nō diu subsistere propter mām in qua sunt que est in casu cū depingant̄ in ipsa. Si enim esse verum nō h3 q̄ nō diu permanet tūc verior hō est qui diutius viuit q̄3 ille qui statim morit̄ quādo nascitur qd est absurdū. Si aūt ex situ aspicientis causat̄ color huiusmodi sicut in collo colūbe dicit fieri Democritus: ⁊ Nero imperator dicit fieri in collo pauonum: tūc in diuersis sitib⁹ vidētes iridem in diuersis coloribus debēt eā videre qd est absurdū: vnde constat antiquos in hoc errasse: erroris aūt occasio fuit: qa nesciuerūt distinguere iter esse māle coloris: ⁊ eē formale: māle eni h3 esse in qualitatib⁹ subiecti in quo est sicut nigrū causat̄ in terrestri ex calido aducēte ⁊ siccante cōtrahēte poros ⁊ superficiem in humido etiam ex frigido cōdēsante substātiam ⁊ cōstringēte superficiē: sicut apparet in nube nigra ⁊ carbone nigro q terrestris est. Formale aūt eē coloris ex luce est: ⁊ ideo in superficie clara porosa in qua multa lux pōt diffundi albedo est: et in superficie terrea obscura in qua lux intrare non pōt p̄uatio lucis est que est nigredo: ⁊ de hoc tractādū erit in scia de sensibus ⁊ sensibilib⁹. ¶ Antiqui ergo qa videbāt eē māle debile colorem in iride asserebāt nō esse colorem verum: sed dicebant coloris apparentiam ex situ aspiciētis ⁊ ordine rei visibilis peruenire.

Nō 3 Pithagoricos.

Volentes aūt nunc dicere de inflāmabilibus: ⁊ nō īflāmabilib⁹ necesse est nos repetere de vstibilibus in cōmuni eo ꝙ vstio cā sit inflāmationis. Dicim⁹ ergo ad principiū redeūtes ꝙ vstibilia ēē vident̃ ꝗcūqꝫ per ignē in cinerē possunt cōuerti: cōuersionē aūt in cinerē nō patiunt̃: nisi quecūqꝫ sunt terre vel aque ⁊ terre simul: iđ talē cōuersionē nō patiunt̃ ab igne nisi quecunqꝫ coagulata sunt a calido solo: aut a calido simul ⁊ a gelido: cuncta enim talia apparēt manifeste ab igne esse tenta ⁊ victa. Si aūt a gelido solo coagularent̃ absqꝫ dubio nō essent hoc modo vstibilia: sed potius essent liquabilia: que ita cremari possent diu: ꝙ euaporarent humidū ⁊ relinqueret̃ aliqđ modicū terreū. Si autē nō essent coagulata: sed ipinguata nō eēnt vstibilia: sed potius euaporatiua: q꞉ tota eoꝝ suba cederet in fumū: sicut iaꝫ ante diximus: relinquit̃ ergo ꝙ materia vstibiliū sit coagulata calido solo: vel coagulata simul calido ⁊ frigido: ꝫ eniꝫ talia ex vtrarijs oībus mixta sint: tamē calido vstiuo agente in ipsa educit̃ subtile aereū ⁊ aqueū ⁊ relinquit̃ terreum discontinuū: ⁊ predominatur qđ abundat in omnib⁹ prius habitis modis coagulationis. Sumimus enim hic vstibile generalius ꝗ̄ supra: quecūqꝫ enim tenta sunt ab igne a quibus per calidū vstiuū educit̃ humidū: quo educto relinquit̃ terreum discōtinuatū dicimus hec vstibilia ſm quēadmodū lapis vstibilis est: quē tñ supra inustibileꝫ diceremus eo ꝙ ibi locuti sumus de vstibilib⁹ ſm ꝙ prestant ex poroꝝ dispositionibus ingressuꝫ igni ⁊ nutriūt ipm ignē humore pingui q est in poris eoꝝ: sic ergo ḡnaliter sumpto vstibili: pro eo qđ tentaꝫ est igne ad sui terrestris discōtinuationē dicimus ꝙ mi-

Nō de fumo carbonum.

Nota solonē ꝯtradictionis apparentis.

nime tenet igne lapis qui dicit carbunculus: quo insigillant anuli nobiliũ regum: cũ enim omni lapidi p̃cioso cõe sit q̃ sit ponderosus sm̃ sui quãtitatẽ ⁊ resistens lime: ita q̃ lima ab eo nihil tollit: ⁊ qd̃ est resistens igni inter omnes preciosos lapides cõueniunt hec maxime carbũculo: qꝛ ⁊ ipse lapis lapidũ est ⁊ gẽma gẽmaꝝ cõgregãs in se virtutes quasi omniũ lapidũ alioꝝ. Cã aũt incõbustibilitatis sue absq3 dubio est clausio poroꝝ eius ⁊ subtilissima retẽtio humidi eius in sicco suo: ita q̃ educi p calidũ nõ põt: ⁊ hoc est a virtute celesti que plurima est in lapide illo sicut ostendi hz in scia de lapidibus: qꝛ ad p̃ns sufficiãt ea que dicta sunt de ipso: vstibilium ergo mõ isto q̃dã sunt inflãmabilia: ⁊ q̃dã nõ sunt inflãmabilia: ⁊ inflãmabiliũ q̃dã faciunt carbones: q̃dã aũt nõ. Dico aũt illa eẽ flãmabilia siue inflãmabilia quecũq3 valent ex se flãmã p̃bere. Nõ inflãmabilia aũt q̃cũq3 ex se flãmã prebere nõ p̃nt: valent aũt oĩa illa flãmã ex se prebere quecũq3 nõ sũt humida ⁊ sunt vaporatiua: illa enĩ p se ⁊ ex se prebẽt flãmã sicut ligna multa ⁊ ossa ⁊ nuces ⁊ amurca olei ⁊ pili ⁊ lana ⁊ huiusmodi. Si aũt sunt humida ⁊ vaporatiua sicut oleũ ⁊ pix ⁊ cera nõ flãmant per se ⁊ ex se: sed potius ex luteo terrestri qd̃ adiungit: ⁊ hec qdẽ faciunt oĩa talia humida de qbus supra diximus q̃ eoꝝ vapor põt fumus vocari. Inflãmabiliũ autẽ quecũq3 nõ sunt humida sed terrea sicca faciũt carbones illa p̃cipue que plus hñt de substãtia terre q̃3 p fumũ resoluat ab eis. Que enim sunt humida sicut oleaginea resoluunt in toto p fumũ: sed illa que sunt terrestria sicca nõ ita resoluuntur per fumũ: sed multa mã terrestris perusta: ⁊ nõ oĩno discõtinuata resoluit in carbones ⁊ isti carbões sunt duplicis nature: qdã enim fiunt p ignẽ ex ligno vel ossib⁹: ⁊ hoc dupl'r scilicet qñ extinguunt p aquã: vel qñ ligna viridia incẽdunt ⁊ postea ignis terra cooptus exiccat humidũ i eis ⁊ perurit: sed nõ discontinuat: ⁊ illi carbones magis durãtes in igne. Sunt aũt alterius gñis carbones q fiunt nãliter in terra: qñ vz aliqua terra humidũ vnctuosũ3 ⁊ p calorẽ a mã terre resolutum in ipsam adurit humidũ vnctuosũ3 ⁊ remanet terra nigra ⁊ grauis valde: ⁊ multũ discõtinuata nõ tñ in toto cinis ⁊ isti sunt carbones calidiorẽ habẽtes ignem quos pre oib⁹ querũt fabri. Inueniunt aũt tales carbones in terra germanie ⁊ gallie iuxta Leodiensem ciuitatem.

Carbũculus ẽ gẽma gẽmaꝝ.

Cap. 20m. De comparatione inflãmabilium ad liquabilia: ⁊ econuerso.

Tex.cõ.48.

Si aũt cõparabimus liquabilia ad inflãmabilia ⁊ ecõuerso: Inueniemus q̃ hñt se adinuicez sicut excedẽtia ⁊ excessa: sunt eñi quedam liquabilia nõ inflãmabilia quẽadmodũ es: ⁊ q̃dã inflãmabiliũ nõ liquabilia quẽadmodũ lignũ. Quedã3 aũt iflãmabilia ⁊ liquabilia quẽadmodũ thus. Causa aũt hui⁹ est: qm̃ lignũ hz humorẽ qui multũ coadunatus est cũ sicco terreo: ⁊ p totũ ꝯtinuus cu3 ipso: vt q̃si sint in vno termino q humor nõ hz actu3 fluendi in sicco: nec siccũ hz actũ discõtinuationis i humido: sed vnũ quodãmodo vincit alteꝝ: qꝛ humor ꝯtinuat siccũ ⁊ siccu3 terminat humidũ: ⁊ neutrũ cõtinet alteꝝ: sed vtrũq3 cõtinet ab altero: similiter neutrũ colorat aliud: sed ambo hñt colorẽ ex vtroq3 resultantẽ: ⁊ humor ligni vbiq3 est in poris ligni ⁊ vnctuosus ⁊ quasi exbibitus ex porositate ligni ad hoc vt purat. Es vero hz sic ꝯtinuũ ⁊ cõpactũ in partib⁹ quãtitatis plus q̃3 lignũ: eo q̃ ipm̃ sit ex mã aque congulatũ ferro: tñ in ptibus eẽntialibus que sunt siccũ terrestre: ⁊ humidũ aqueũ nõ hñt tantã cõtinuitatẽ: qꝛ humidũ vincit siccũ: ⁊ ideo colorat ipm̃ vel colore aquei holdi sicut est in metallis albis: vel colore vnctuosi humidi sicut est metallis croceis ꝑpter qd̃ etiã qñ duo permiscent metalla: sicut cuprũ ⁊ stannũ vel aliud efficitur frangibile es vel amittit ꝑductibilitatẽ: qꝛ cu3 in primo simplici humidũ nõ sit bene cõtinuatũ cũ terreo in cõposito quatuor efficiunt incõtinua: qꝛ siccũ vnius nõ bene cõuenit cũ humido alterius nec humidũ vnius cũ sicco alterius. Stannũ autem in talibus colorat es ⁊ totũ efficitur album cũ frangit: ⁊ qꝛ sic in partib⁹ essentialibus est nõ bene cõtinuũ nõ põt flãmare: qꝛ humidũ per se nõ flãmat p̃cipue aqueũ: ⁊ siccũ nõ adeo bene cõtinuat ei q̃ p ipsu3 flãmescere possit. Thus autem in partibus cõuenit cũ vno: in parte cũ altero: qꝛ enĩ melius humidũ suum cõtinuatur cũ sicco: ꝑpter hoc mollificat ipsum ⁊ inflãmatur per siccũ ⁊ fumum eius: qꝛ autẽ nõ in toto capitur a sicco ꝑpter hoc liquatur: ideo etiam elixatur in aqua: qꝛ plus hz terre q̃3 metalla: nõ enim tñ soluitur a calido sicco: sed etiam calido humido: qꝛ multum terrestre hz qd̃ nõ bene intra se accipit humidum.

Cap. 21m. De cõparatione inflãmabilium ad vaporatiua.

Tex.cõ.48.

Flãmabilium etiã quedã3 sunt vaporatiua ita q̃ illa vaporatiua per se inflãmant ⁊ quedã vaporatiua nõ sunt iflãmabilia per se: sed cũ alio. Per se aũt flãmabilia sunt illa vaporatiua que magis hñt terre ⁊ sunt sicca: sicut diximus i precedentibus. Illa enim ꝑpter abundãtiã materie sunt sicca ⁊ in sicco cõueniunt cũ igne: ⁊ ideo cũ habẽtib⁹ symbolum facilior fit trãsmutatio: si siccũ calefiat calore igni to cõtinue erit ignis: ⁊ sic fit flãma in vaporatiõe fumoso terrestri succenso: flãma enim est spiritus siue fumus succensus siue cõbustus. Diximus enim in prehabitis q̃ vapor lignorum est ꝓprie fumus cere ⁊ thuris ⁊ similiũ eis ⁊ picis ⁊ oĩum que hñt picem ⁊ similia sunt: talem hñt vaporẽ in aliquo similẽ vapori lignoꝝ: ⁊ ideo analogice vocat fumus: p eandem etiã analogiã fumus vocat vapor olei: ⁊ quecũq3 emissa vaporabiliter ab oleagineis: ⁊ quecũq3 talium pinguium sunt solũ cremant: ⁊ nõ iflãmant si sola sint sine substãtia terrestri: qꝛ tunc in igne sine flãma cõsumunt: eo q̃ aridi paru3 habẽt ⁊ hoc qd̃ habẽt non est separabile ab humido p viscositatẽ sicut sepius diximus: sed quãdo ista sũt cũ aliquo alio terrestri sicut cum pãno vel aliquo terrestri in quo cõtinetur ignis citissime transit ignis per ista que habẽt humorẽ pinguem: qꝛ cõuenientissima mã est ignis propter aereum qd̃ est in eis: illud enim terrestre qd̃ tunc adiungit eis est siccu3 ex essentia ⁊ pingue ex humore attracto: ⁊ crassum est ex circũfuso humore: ex quo qꝛ cõtinue trahit subtile in nutrimentum ignis necesse est q̃ residuũ magis sit dẽsu3: ⁊ hec est causa quare reliquie olei in lampadibus infusi dense sunt ⁊ fetulente quãdo cõsumptũ est oleu3: patet igitur ex antehabitis q̃ euaporatiua que sunt de numero liquidoꝝ sunt magis de natura humidoꝝ: vt oleu3 ⁊ pix ⁊ hoc nõ per se: sed cũ adiuncto terrestri flãmescunt. Cõbusta autem euaporatiua quoꝝ reliquie sunt multũ cinis sunt magis de natura sicci q̃3 humidi ⁊ illa per se flãmescunt.

Cap. 22m. Et est digressio ad declarãdũ sm̃ quas ꝓprietates omiomeri iste passiones accipiunt ⁊ inueniuntur in ipso.

Si quis aũt querat sm̃ quas ꝓprietates ⁊ differentias omiomeroꝝ enumerata diuersitas passionũ accipit: sciat q̃ tres sunt status omiomeri. s. sm̃ q̃ procedit ad esse ex cõponẽtibus ipm̃: ⁊ sm̃ q̃ est in esse cõstitutũ ⁊ sm̃ q̃ preter viam putrefactionis ab esse ꝓcedit: sm̃ autẽ q̃ ad esse procedit sic hz passiões que sunt coagulatio liquefactio ⁊ incoagulatio ⁊ illiquabilitas: ⁊ madefactibilitas ⁊ immadefactibilitas: põt enim attendi mixtum omiomerũ sm̃ q̃ partium accipit adunationẽ perfectã vel imperfectã: vel partiũ dissolutionẽ. Si aũt accipit perfectã: tunc est coagulatio ⁊ huiusmodi oppositũ est incoagulatio. Si autẽ est partium dissolutio que attendit in ipso tunc est liquefactio: ⁊ huius oppositum est illiquabilitas. Si aũt est impfecta partium coadunatio tũc impedit illa coagulatio per humidũ: ⁊ hoc aut est naturale aut inaturale qd̃ infusum vocat: ⁊ siquidẽ est naturale: tunc illud vocatur mollificabile: cuius oppositũ est immollificabile. Si aũt est infusum: tunc hoc est madefactibile ⁊ oppositũ est imadefactibile ⁊ idem cũ his irriguũ ⁊ nõ irriguum. Si aũt debeant accipi passiones omiomeri: iam cõstituti tunc ille sunt eius sm̃ aliquid triũ modoꝝ. s. sm̃ q̃ est in quãtitate ⁊ figura ⁊ saluatur in eis: ⁊ variatur tñus in sursu3 vel deorsum in curuãdo vel dirigendo figura naturali seruata: aut sm̃ q̃ insunt oĩno iste passiones sm̃ variationes sue figure nãlis: sed nõ sm̃ variationẽ sue quãtitatis: qꝛ oẽs retinet partes suas quãtitatiuas: eo q̃ nihil diuidat ab ipso de partibus suis: aut cõueniunt ei sm̃ mutationẽ ⁊ diminutionẽ sue quãtitatis: ⁊ siquidẽ primo modo sunt: lenta sunt ⁊ directiua: sunt enim quodãmodo oppositi id qd̃ est frãgibile ⁊ cõminuibile sicut supra diximus in explanatione ipsorum. Si aũt sm̃ mutationẽ figure hoc erit: vel ita q̃ exteriora cedent ad interiora: vel exteriora cedent extra seipsa: ⁊ siqdẽ sic fit q̃ exteriora cedant ad interiora hoc variat: qꝛ aut sic

hoc cõmuniter impulsu magno ⁊ leui: aut leui tñ: q2 alia materialia principia habẽt que impelluntur graui impulsu: ⁊ alia que leui impulsu impelluntur: ⁊ tenent formam impellentis ex aliis cõponuntur ꝙ illa que impelluntur tñ in profundum per leuem impulsum: cõmuniter ergo violento ⁊ leui impulsui cedentia dicuntur cedentia pulsui: que aũt leui cedunt pulsui: ⁊ figurantur ad impellens sunt formabilia: ⁊ que simpliciter cedunt leui impulsui sunt apprehẽsibilia: si aũt cedunt extra se sm̃ situm hoc tñ non põt fieri nisi tactu: q2 motus nõ deficit mobili aut ictu forti ⁊ violento: ⁊ primo modo sunt tractiua: ⁊ secũdo modo ductilia. Si vero ꝓprietas accidit omiomero sm̃ diminutionẽ sue quãtitatis: hoc iterum diuersificatur: aut enim magis diuisibile est ꝙ diuidatur: aut eque diuisibile vt diuiditur: aut in parte eque diuisibile ⁊ in parte magis diuisibile: ⁊ primo quidẽ modo sunt scissibilia: ⁊ scḋo modo partionatiua: ⁊ tertio ⁊ quarto diuisiua: causant aũt ꝑuariationis in se habent viscosa ⁊ filtrabilia: propter qḋ ponuntur cũ illis sicut quodã modo opposita illorum. Si autẽ cõueniunt proprietates iste omiomeris sm̃ exitum ab eẽ omiomeri ꝓpter viam putrefactionis tunc erit ille exitus necessario per viam cõbustionis sicut nos in antecedenti ostẽdimus: ⁊ illa vaporantur per vstibilia ⁊ inflãmabilia ⁊ vaporatiua cuius diuersitatis ratio bene expedita est in explanatione istorum trium supra posita: sufficiant ergo ista de proprietatibus passionũ in omiomeris inuentis.

¶ Tractatus quartus quarti libri metheororum de subiectis que substant dictis passionibus.

¶ Cap. pᵐ. Que tractatus intentio ⁊ ꝙ omiomera sunt oĩa ex humido ⁊ sicco.

Tex.cõ.48.

Est autẽ nostra intentio in hoc tractatu sequẽti ostẽdere qm̃ passiones enumerate nõ inueniuntur nisi in his que sunt humida aquea ⁊ terrea ⁊ tunc concludere ꝙ ex his duobus ꝯstãt omnia omiomera ⁊ ex his cognoscitur natura eorum. Omiomera enim corpora differunt per passiones istas ⁊ per istas differẽtias hũidi ⁊ sicci que sunt qualitates tactus vt dictũ est: ⁊ differunt etiã passionibus aliorum sensibiliũ vt saporibus ⁊ odoribus ⁊ coloribus: sed nos de istis in scientia de sensu ⁊ sensibili ꝓsequemur. Dico aũt illa esse omiomera quecũq3 quidẽ in cõponentibus essentialibus habent partes dissimiles: sed in quãtitatiuis partibus diuiduntur per similia sibi eo ꝙ quelibet pars quãtitatiua ipsorum nominatur nomĩe totius ⁊ habet ipsius rõnem: quelibet enim pars cupri cuprum est: ⁊ quelibet pars carnis caro est: talia aũt sunt in genere trium differentiarum. s. mineralia ⁊ vegetabilia ⁊ sensibilia. Mineralia omiomera sunt sicut es aurum argentũ stannũ ferrũ ⁊ omnia lapidum genera ⁊ alia similia istis: ⁊ illa etiã que segregãtur ab eis per diuisionem quãtitatiuarum partium ipsorum. Similiter omiomera sunt similes partes que sunt in animalibus ⁊ plãtis. In animalibus quidem sicut carnes ossa neruus cutis extum crines pori vene. Ex his enim similibus cõponuntur in aĩalibus partes dissimiles que sunt a natura omiomeri eo ꝙ nõ diuidũtur quãtitatiue in partes recipientes naturã ⁊ rationem totius que sunt sicut vultus pes manus ⁊ huiusmodi alia. Omiomera autẽ in plantis sunt sicut lignũ cortex foliũ vie siue pori ⁊ radix ⁊ alia talia lz hec in eo ꝙ sunt metallica ⁊ vegetabilia ⁊ sensitiua ⁊ ab alia ⁊ alia causa cõsistent. Itẽ q2 lz caro neruus os ⁊ lignũ ⁊ cortex alias ⁊ alias causas habẽt quibus ꝯstant ⁊ terminãtur: tamẽ humidũ ⁊ aridum sunt prima materia ex quibus fiunt omnia ista: ergo aqua ⁊ terra in oĩbus ꝓcuidubio manifestissimas habẽt virtutes: ⁊ ipsa erit in eis causa diuersitatis ⁊ cõuenientie sm̃ ꝙ vtrũq3 istorum vel alter alterũ predominãs fuerit in modo ipsorum. Efficientia enim in omnibus sunt calidum ⁊ frigidum. Ista enim que sunt humidum ⁊ siccum constant per coadunationis ⁊ cõmixtionis aliquem modũ: siue etiã per coagulationẽ ex illis actiuis que sunt calidum ⁊ frigidũ. Ex hoc igitur sic tunc dicimus illa corpora esse omiomera quecũq3 sm̃ abundantiã sue materie dicuntur esse terre vel speciẽs aque: ꝓpter hoc ꝙ abundat aqua in ipsis: vel quecũq3 sunt cõmuniter terre ⁊ aque. Corporum tamen ex his conditorum quedam sunt mollia: ⁊ quedam dura: ⁊ quedã humida fluentia: ⁊ in antehabitis dictũ est sufficienter que illorum coagulata sunt siue sint dura siue mollia siue etiam humida fluentia ⁊c.

¶ Cap. 2ᵐ. Quod omnis impinguatio fit circa humidum ⁊ aridum vt sciatur eẽ passio tñ humidi ⁊ aridi in quo sunt multa de vini natura.

Tex.cõ.48. t.49.

Scias autem ꝙ impinguatio non est passio nisi omiomeri humidi ⁊ aridi: hoc est ꝙ in sua cõpositione fit ex humido ⁊ arido: quecũq3 enim humidorum fluidorum exhalationem faciunt a calido sunt de speciebus aque: sicut iam nos diximus ꝙ exhalatiua sunt aquea ⁊ euaporatiua terrestreitatem habent: talia autẽ humida: que plus aquea sunt nõ habentes hypostasim in fundo vel paruam habẽtia nec habentia humiditatẽ viscosam non de facili impinguãtur sicut parum vinum ⁊ serum. Scias autẽ ꝙ cũ vinum sublimatur quẽadmodum aqua rosacea id qḋ primo emittitur ex ipso humiditas est aquea ⁊ est insipida ⁊ illo educto remanent partes terrestres vini infuse humiditati pingui oleaginee: ⁊ si substantia illa vltra sublimetur lento igne egreditur oleum: ⁊ differt vinum in hoc a vino q2 quo fuerit fortius vinum eo est humor aqueus sublimatus ex ipso minor: ⁊ humor oleagineus maior: ⁊ quo fuerit debilius ⁊ tenuius eo humor aqueus est maior ⁊ humor olei minor: ⁊ in rubeo bono vino est humor olei maior ꝙ i albo: ⁊ in citrino maior est ꝙ in eo qḋ tendit ad puritatẽ aqueam. Nos autẽ illud hic nõ inducimus nisi vt sciamus exhalationẽ nõ fieri in omiomero nisi sit de speciebus aque. Si autẽ ab humido fluido operatione calidi non exhalat quidem humidũ sed sequestratur: ⁊ tunc ista substãtia pinguis adunatur cum terrestri qḋ constare incipit: tunc absq3 dubio illud omiomerũ fluidũ in cõmixtione partium essentialium sue materie est terre ⁊ aque sm̃ plurimũ sicut fit in lacte: ⁊ si ipsum impinguatur quidem ⁊ est viscosum non exhalat humidũ eius nec sequestratur opz ꝙ illud humidum sit vaporatiuũ propter terrestre admixtũ: ⁊ tunc in materia sua habet plurimũ aeris ⁊ aque sicut oleũ. Similiter autẽ quecũq3 a calido impinguãtur sicut pix ⁊ huiusmodi cõmunia sunt terre ⁊ aque in cõmixtione sue materie. Est aũt hic dubium inter omnia liquida de vini natura cuius cõmixtionis sit natura eius. Vinum enim aliquod exhalatur ⁊ aliqḋ impinguatur per calidi operationẽ: impinguatur enim nouum mustum. Et causa illius est q2 adhuc non venit ad speciẽ vini: mustum est quãdo ventum est ad speciem vini: adhuc aliquod vinũ est vno modo sicut exhalatiuũ ⁊ aliqḋ alio sicut impinguabilia. Nouum enim magis hz de terra propter fecis admixtionẽ ꝙ vetus: nec venit adhuc ad speciẽ vini propter duas causas. s. propter non essentialium multam admixtionẽ: ⁊ q2 non habet actum vini proprium. Sunt enim admixta in musto terrestria ⁊ aquea non adunabilia nature vini: ⁊ opz residere terrestria ⁊ sequestrari ⁊ exhalare aquea nature vini contraria: ⁊ tunc humidum naturale vini vt cũ naturale subiectum stabit sub calido terminatũ: qḋ cũ factum est tunc attingit primo propriã naturã vini ⁊ speciem. Operatio enim musti impedit hoc que operatio est ebullitio ex calore loci precedẽs: lz enim calor solis ⁊ loci sit accidentalis musto: tamẽ ex generatione ⁊ tẽpore ita intrinsecus efficitur: ꝙ totam occupat vini naturã in musto sicut dicit Galenus in libro de simplici medicina de fructibus in sole diu estuantibus: ⁊ dictũ suum cõfirmat per Aristote. in libro de vegetabilibus: ⁊ per Theophrastum motus enim musti ex tali calore non sinit calorem naturalem terminare propriũ humidum: sicut motus febris impedit calorem naturalem in febricitante. Ille enim est motus caloris ignei: vt supra diximus: ideo etiam quando funditur in mustum aqua extinguitur ita ꝙ postea non bullit: experimentũ etiam probat hoc qm̃ si ouum recens in mustũ mittatur mergi nõ potest ꝓpter motũ musti a fundo qui fit ex calore igneo. Si autẽ aqua infusa est in mustum statim mergitur eo ꝙ ignis per aquã qui sibi in toto contraria est aut extinguitur aut multum debilitatur intantũ vt etiã vinitores dicant qm̃ pluuia cadens in doleis in quibus calcant vue plurimũ noceat. Si autẽ sit forte multum feruens intm̃ ꝙ etiam videatur interrumpere dolium in quo est vel vas: si partes casei terrestris mul-

Nota de vini sublimatione.

Propter qd si ouũ recẽs in mustũ imissum mergi nõ põt.

tum ꝛ porosi inijciãtur statim stabit eo ꝙ vapor musti imbi/
bitur in poris casei ꝛ ibi frigiditate terrestris casei frangit ꝛ
infrigidaf: pz ergo ꝙ musti operatio valde est diuersa a vi/
ni opatione: vnde mustũ impinguaf calidi opatione: ꝛ etiaz
opatione frigidi: sed minus ꝙ̃ opatione calidi eo ꝙ multũ
habeat de calore ꝛ de terra: ꝛ ideo frigido non põt totũ edu/
ci calidum cũ quo humidum egrediaf ita postea impingue/
tur eo modo quo supra de oleo dictũ est ꝙ a frigido impin/
guatur. Est aũt precipue tale mustuz de arcadia ꝙ est sinus
quidã regionis arcadie vbi est corinthus: eo ꝙ mustum il/
lud sit spissum valde terrestria inseparabilius habẽs aduna
ta cũ humidis ꝙ̃ aliud vinũ: ꝛ ideo in vtribus suspensum in
fumo in loco calido incrassaf ita ꝙ postea crassum bibitur.
Si aũt aliqñ vinum amiserit fecẽ: tamẽ diuersitas est in ipo
ꝛ eo plus vel minus dicetur terreũ vel aqueũ quo habuerit
plus vel minus de partib⁹ terre ꝙ̃ aque. Omnia aũt hec di/
cta sunt: vt sciatur ꝙ omnis ipinguatio facta a calido fit cir
ca humidũ ꝛ aridum que sunt in corpore omiomero humi/
do siue sit humidum siue viscosum. Si aũt impinguatio fiat
per frigidũ: opz ꝙ illa que impinguanf multum habeãt ter/
restreitatis sicut ex precedentib⁹ cõstat: que dicta sunt de im
pinguatione. Similiter si fiat ipinguatio ab ambob⁹. s. cali/
do ꝛ frigido diuisim agentib⁹ opz ꝙ sic ipinguata cõiter com
mixta sint ex terra ꝛ aqua sicut oleuz ꝛ mel ꝛ dulce vinũ sicut
in antehabitis expeditũ est. Quia igitur omnis impingua/
tio est circa omiomerum fm ꝙ ipse est aut terre magis aut
aque magis aut cõiter vtriusqz liquet qñ materialis natu/
ra omnis impinguati est terra vel aqua vel vtrunqz.

❧ Cap. 3m. De ostensione ꝙ omnis coagulatio cõuenit omi/
omero ꝓpter terrã ꝛ aquam que sunt in ipso.

Tex. cõ. 50.

OStendemus aũt p eundẽ modũ qñ oĩs coagu
latio est circa omiomerũ ex hũido aqueo ꝛ sic/
co terreo qð est in ipso. Omnia enim cõstantia
indurata quecũqz a frigido coagulanf sunt de
speciebus aque quẽadmodũ glacies nix ꝛ prui/
na sicut in antehabitis plane expositũ est. Que/
cunqz aũt cõstantiũ induratoꝝ coagulata sunt a calido sunt
de nã terre magis vel later vel caseus nitruz ꝛ sales sicut itẽ
per antecedẽtia pz. Quecũqz aũt omiomeroꝝ coagulata ab
ambobus. s. tam a calido ꝙ̃ a frigido illa sunt sicut illa quoꝝ
coagulatio cõpleta est ab infrigidatiõe quoniã supra osten/
dimus nõ posse fieri ꝙ ea que ab ambobus coagulantur in/
cipiant coagulari a frigido ꝛ cõpleantur a calido: ꝛ ideo vi/
demus ꝙ in quibuscũqz prius cõpressum est humidũ per fri
gidum ꝛ postea eductũ per calidũ soluitur eoꝝ cõtinuitas:
sicut later primo cõgelatur ꝛ postea coctus discõtinuatur: ꝛ
similiter cementũ in muris linitum si primo ꝯgelatur postea
scinditur: cuius causa est: qꝛ humor cõprimif ab ipsis qð de
bebat ea cõtinuare sicut supra diximus: qꝛ hoc ibi repetere
non opz: coagulata aũt ab ambobus sunt: quecunqz duoruz
priuatione coagulanf. s. priuatiõe calidi ꝛ priuatiõe humidi
qð erit cũ calido: eo ꝙ ipsum in oĩbus talibus est paucũ: cuz
in prima coagulatione que fuit per calidũ fere totũ sit edu/
ctum: sales enim qꝛ calido solo coagulanf solius humidi pri
uatiõe coagulanf: ꝛ alia similiter quecũqz sincere sunt de ter
re specieb⁹: eo ꝙ ipsa sint cõbusta ꝛ in ipsis sit paucuz humi/
dum: glacies aũt que solo frigido coagulaf coagulatione cõ
gelationis nõ cõgelatur nisi priuatione solius calidi. Dicta
autẽ superius: que sunt later ꝛ lapides quedã genera coagu
lantur ab ambobus ꝛ priuatiõe calidi ꝛ humidi: completur
coagulatio eorum: ideo hec absqz dubio mãliter primo sunt
amboꝝ ꝛ habẽt ambo in cõmixtione sua anteꝙ̃ coagulẽtur:
scilicet siccũ terreũ ꝛ humidum aqueũ. In coagulatiõe ergo
istoꝝ aduertẽdum est: qñ si totum ipsoꝝ humiduz extergif:
tunc cõpletur coagulatio eoꝝ infrigidatione: ꝛ vltimo cõstãt
per frigidũ: qꝛ calidum vaporabiliter relinquit in eis humi
dum expãsum: qð frigido cõprimẽte calidũ extersum est cuz
calido: ꝛ alia aũt sunt later ꝛ electrũ qð est quedã spẽs gũmi:
qꝛ electrũ ꝛ omnis spẽs lachrymarũ distillantiũ ab arborib⁹
ꝛ vltimo cõstant ꝛ coagulantur per infrigidationẽ: sicut myr
ra thus vernix ꝛ electrum: omnia enim hec lachryme sunt:
sed non tamẽ totũ a quibusdã illoꝝ educif humidũ: qꝛ mul/
tum est in eis: ꝛ ideo postea soluunf per calidũ sicut thus ꝛ
myrra ꝛ electrum: omnia enim hmõi generis coagulantur
intus in magna parte cõpressa humiditate: post enim calor
arboris expellit indigestam lachrymã tenuem: ꝛ cõtinue re/
soluit calor arboris humidũ subtile ex lachryma illa indige/
sta: ꝛ ideo viscosa efficitur: ꝛ tandẽ frigiditate exterioris ae/
ris induraf per oppressionẽ humidi viscosi qꝛ calor educere
nõ potuit. Qð enim sic lachryme ꝛ resine coagulanf signũ est
ꝙ animalia primo sicut formice ꝛ musce insidentia lachryme
cũ tenuis est subtili educto inuiscitur: ꝛ adherẽt lachryme: ꝛ
fluente super ea lachryma operiunf in gũma arboris ꝛ appa
rent intus ꝓpter perspicuitatẽ gũmarũ: ꝛ nõ putrescunt corpo/
ra eoꝝ: qꝛ frigus coagulans gũmas nõ permittit euaporare
calidum nãle animaliũ illoꝝ: ꝛ ideo etiã retinetur in eis hu/
midũ naturale: ꝛ ideo manent nõ putrefacta: aliquãdo autẽ
coagulatio fit humidi ꝛ calidi priuatione fm partẽ: ꝛ nõ fm
totum sicut qñ calidũ egreditur relinquẽs humidũ fluidũ:
de quo cũ calido tãtũ egrediẽ ꝙ partes residue inspissantur:
sicut elixatum mel coagulaf qñ ponitur in aqua frigida sicut
diximus superius: illius enim inspissationẽ nõ operatur hu
midum circũfluens: sed potius frigus cogens exire calidũ
qð secum educit plurimũ humiduz ꝛ residuũ cõprimif infra
terreum in melle. Omnia autẽ taliter constantia sunt mate/
rialiter multũ terrea sicut superius sepe docuimus: accipi/
tur ergo ex his omnibus ꝙ coagulatio quocunqz modo fiat
semp est passio omiomeri pp terreũ ꝛ aqueuz: qð est in ipso:
ergo eẽ omiomeri siue ipinguatũ siue coagulatũ est ex terra
ꝛ aqua cõiter vel ex terra plus vel ex aqua plus.

❧ Cap. 4m. Q omnis mollificatio ꝛ oĩs liquatio referaf ad
omiomera rõne terre ꝛ aque ex quibus componuntur.

Tex. cõ. 51.

IDem aũt hic ꝓbatur ex liquescẽtibus mollifi/
cabilibus: quedã enim sic fm aliquid liquanf ꝛ
fm aliquid mollificanf: terreum enim qð est in
ipsis mollificaf: humidũ autẽ liquatur sicut ele/
ctrum: ꝛ etiã quidã lapides qꝛ poros hñt plenos
humoris: sicut qui inueniunf in speluncis qbus
dam: lapides enim illi similiter se habent sicut gũmi propter
humidũ qð continuatũ est in poris eoꝝ: sicut in inustilib⁹ hu/
miduz in poris esse prediximus: sunt enim isti lapides sicut
gũmi nõ ab igne vltima coagulatiõe eoꝝ cõplete: sed potius
sicut a gelido qð cogit ꝑexire calidũ ꝛ cũ isto coexit pars hu/
midi: ꝛ nõ totũ sicut in thure ꝛ electro: ꝛ ideo postea per ignẽ
mollificanf ꝛ liquescunt. Quedam aũt diuersa sunt ab istis
mollificanf etiã ab exteriori igne: ꝛ illa sunt absqz dubio que
cunqz nõ tota sunt terre: sed maior pars humidi sicut ferruz
ꝛ cornu: ꝛ hus etiaz qð primo modo se hz ꝛ terreũ est exhalat
vaporabiliter sicut ligna sicut diximus in caplõ de vaporati
uis: pz aũt ex antehabitis: ꝙ oĩa que dicimus eẽ liquabilia
calido ꝙ illa simplr sint sicut liquabilia ꝛ liquantur ab exte/
riori igne: ꝛ fm mãm: oĩa sunt aquosiora ꝙ̃ terrestria: quedã
autẽ ipsoꝝ sunt cõmunia terre ꝛ aque ꝛ aeris sicut cera. Que
aũt liquanf ab aqua oĩa cõstat esse de nã terre. Quecũqz aũt
nec liquanf nec ab igne simul nec altero istoꝝ diuisim oĩa ta
lia mãliter sunt aut terre aut amboꝝ. s. terre ꝛ aque: cõstans
igitur est ꝙ oĩs mollificatio ꝛ oĩs liquatio ad omiomera re/
fertur gratia terre: ꝛ aque que sunt in ipso.

❧ Cap. 5m. Et est cõclusio vlis ꝙ oĩa que sustinẽt dictas pas/
siones sunt cõposita ex terra ꝛ aqua ꝛ sunt vel magis aquea
vel magis terrea vel vtrũqz vtriusqz terre ꝛ aque.

Tex. cõ. 52.

SI ergo sic est ꝙ hoꝝ omiomeroꝝ oĩa humida
per mollitiẽ ꝛ liquefactionẽ ꝛ impinguationẽ ꝛ
oĩa coagulata eodẽ sunt in dictis passionib⁹:
nõ põt inuenire subm humidũ mediuz inter ea
que dicta sunt que sunt terreũ vel aqueũ vel cõ
mune ex vtrisqz ad qð dicte passiones referanf
tunc ꝓculdubio iam diximus satis oĩa ex quibus dinoscere
habemus nãlem nãm omiomeroꝝ. s. vtrũ pluriũ sint terrea
vel aquea vel cõiter pluriũ elementoꝝ: ꝛ per easdẽ passiones
satis habemus dignoscere ex qbus cõstent ꝛ inspissenf par/
tes nãles omiomeroꝝ vtrũ videlicet coagulenf ab igne vel
ab algore vel ab ambobus. Si enim cõsideremus oĩa omi/
omera inuenimus ea p istas passiões eẽ aut terrea aut aquea
aut cõmunia: ꝛ per calidũ vel frigidũ vel vtrũqz coagulata.
Aquea enim duplicia sunt: aut eniz sunt in essentia aquea ꝛ
per frigidũ coagulata ꝛ sicca: aut sunt in specieb⁹ aque que ẽt
in essentia sunt humida fluida ꝛ in actu: ꝛ primo quidẽ mo/

do ſcimus ex p̄habitis aquea eē aurū ⁊ argentū ⁊ es ⁊ ſtannum ⁊ plumbū ⁊ vitrū artis ⁊ multa genera lapidū aqueoꝝ ĩnominatoꝝ qui ſunt quaſi vitrū nature: oīa enim hec calido liquātur: ⁊ ſi quid illoꝝ nō liquatur cōtingit hoc per accidens.ſ. ꝓpter clauſurā poroꝝ vniuerſaliter ab ipſo remoto calido ſicut illiquabiles ſunt lapides precioſi perſpicui. Amplius ſi cōſideraueri mus fluida ſic vinū vrinā acetum ⁊ liſciuiam ⁊ ferū ⁊ naſcentias que ſunt humores ſanioſi idigeſti oīa ſūt aquea qḋ ex hoc ſcimus q̄ꝛ coagulāt frigido coagulatione cōgelationis ad minus. Similiter ducit eadē conſideratio ad terrea cognoſcēda ſiue habeant aliquid aque admixtū per qḋ poſſint mollificari ſiue nō: ferrum enim ⁊ later ⁊ vngula ⁊ os ⁊ neruus ⁊ lignū ⁊ crines ⁊ folia plantaꝝ ⁊ cortex ſunt magis terre nature ſ; differēter: ferrum enim mollificabile eſt ⁊ etiā liquabile forti igne: tamē plurimū terre h; ⁊ admirabile accidit ī terreſtreitate ſua: q̄ꝛ cū aqua facilius patiatur ab igne ꝙ terra: tñ in ferro citius ſoluitur a mixto ⁊ aduritur terra ꝙ ſubſtātia magis aquea. Adhuc aūt cum terra ſit durior ꝙ aqua tamē chalibs in ferro que eſt ſubſtātia magis aquea durior eſt ꝙ ferrū que eſt ſubſtātia magis terrea. Cauſa aūt huius abſq; dubio eſt q̄ꝛ terreū qḋ eſt in cōpoſitione ferri eſt lutulentū nō bene depuratū neq; bene cōmixtū ⁊ ſignū huius eſt ꝙ de facili cōtrahit rubiginē: ⁊ q̄ꝛ aduritur in igne cadunt ex ipſo multa terreſtria aduſta: q̄ꝛ terreſtre eius eſt poroſum ⁊ ignis pōt vndiq; penetrare ipm. Aqueum aūt magis eſt cōpactū ⁊ cōtinetur quaſi ſcabroſitate terrei eius ⁊ ideo ignis penetrans terreū cōmiſcet in ipo humiditatē viſcoſam qua ligabat id qḋ purius aqueū erat in ferro: ⁊ illa ꝯſumpta reſoluit ⁊ diſtillat id qḋ ē magis aqueū ab ipſo. Eſt aūt illud durius eo ꝙ magis eſt aduſtū ⁊ cōpactum ſicut diximus in antehabitis: later aūt cōſumptam h; humiditatem q̄ꝛ eſt coctus: ⁊ vngula eſt ſicut cornu in terreſtreitate: q̄ꝛ mollificat calido. Os aūt eſt magis ꝙ later humidū: ſed minus ꝙ vngula: neruus aūt in terreſtri ſuo humiditatē h; viſcoſam. Ex lignū eſt terreſtre ſubā multū habens aeris: crines aūt plus terreſtres ſunt ꝙ oſſa ꝓpter qḋ pilis ſolum nutritur aial: aliqua tamē nutriunt oſſibus ſicut Strutio. Folia vō arboꝝ cū terreſtri hūido hñt aqueū dilatabile: cortex aūt eſt in arbore terreſtris multū. oīa tamē in hoc cōueniunt ꝙ plus ſunt terrea iſta ꝙ alterius alicuius elemēti. Amplius etiā terrea ſunt que magis ſunt humida ꝙ que enumerata ſūt ſicut electrū myrra thus ⁊ cuncta alia que dicunt reſine ſiue lachryme ⁊ fruges ⁊ fructus arborū ⁊ therurpa que eſt legumē oculatū qḋ faſeolus dicitur: ⁊ alia legumina ⁊ frumentū ⁊ alia talia: ſ; enim hec differūt in hoc ꝙ quedā eoꝝ ſunt magis terrea ꝙ alia: genera eniꝫ ſeminū noiatoꝝ magis ſunt terrea ꝙ genera lachrymaꝝ: tamen iſta cuncta de nā terre ſunt. Quedā enim iam dictoꝝ ſunt mollificabilia vt genera lachrymarū. Quedam aūt vaporatiua ꝑ ſe vt genera ſeminū: ⁊ conſtat ꝙ mollificabilia plus habent aque ⁊ minus terre ꝙ ea que tñ ſunt vaporatiua: oīa etiam huiuſmodi infrigidatione facta ſunt: q̄ꝛ ſupra habitū ē qualiter gūme frigiditate coagulant. Semina enim nō efficiunt pepaſa niſi per frigiditatē humidū vaporabiliter in eis reſperſum adunet ⁊ cōprimat in terreū ⁊ calidum ſolis: qḋ in fructibus vt dicit Galenus quaſi naturale eſt per frigidum expellatur ⁊ ſuperfluū humidū per reſudationē educat ſecū: ⁊ ita tam gūme ꝙ ſemina vltimo cōplenē per frigus: ſunt nihilominus terrea vitrū ſales ⁊ lapidū genera multa: que nō ſunt perſpicua ⁊ hec ſunt oīa illa que neq; ſunt frigida a prima gñatione: neq; liquant a calido: probauimus enim in ſequenti caplo infra: ꝙ ſola aquea a prima gñatione frigida ſunt: ſed terrea ⁊ cōmunia terre ⁊ aque ⁊ aeris a primis generātibus ſunt calida. Eadem aūt doctrina que dicta eſt cognoſcimus etiā materialē naturā eoꝝ que cōmuniter ſunt terre ⁊ aque ⁊ aeris ſicut eſt ſanguis ⁊ ſperma: ſ; enim in libro de aīalibus dicatur ꝙ ſperma eſt aqueū ⁊ quādo euaporat ſpiritus infra viſcoſitatē eius cōtentus: ꝙ tūc amittit albedinē ⁊ defluit vt aqua: tamē cōmunis materia eſt ex ꝓma cōpoſitione ſua: opꝫ enim ꝙ ſit terreū q̄ꝛ eſt glanduloſum ⁊ nobilior materia mēbroꝝ: cū autē oporteat ipſū eſſe receptibile figurarum a virtute formatiua que eſt in ipſo: opꝫ ꝙ ſit aqueū q̄ꝛ aqua bene ſigillatur ⁊ imprimit figuris: cū autē habeat calorē ⁊ virtutē formatiuā: opꝫ ꝙ habeat multū ſpūm qui vehiculum ⁊ ſubm eſt virtutis illius que format qui ſpiritus aereus eſt: ⁊ intra viſcoſitatē eius cōtinet ne cito euaporet ꝓpter quē ſpūm eſt multarū ampullarū ⁊ ſpumoſum: ⁊ qḋ in libro de aialibus dicitur eſt intelligendū de mā que magis abundat in ipſo. Sāguis etiā ex ſe generatus eſt ſpiritus ⁊ cōſtat per terreſtre ⁊ fluit ad mēbra per aqueū: ⁊ ideo etiā quādo parū conſtat ſanguis vias accipit per poros qui ſunt in ipſo: ille vō ſanguis qui h; vias poroꝝ multas magis eſt terreus ꝙ alius: ⁊ q̄ꝛ multū h; humidum ſanguis ꝓpter hoc coagulatur infrigidatione: q̄ꝛ vō etiā multū terre habet ideo humido aqueo liqueſcit. Siqua aūt nō habēt vias pororum in ſanguine illoꝝ ſanguis aqueus eſt multū ſicut ſanioſi ſanguines in quibus multū eſt flegma aqueū ſubtile indigeſtū: ꝓpter qḋ etiā talis ſanguis nō coagulatur calido nec etiā modico frigido niſi cōgelatione forti: ſed hoc nō vocamus coagulationē: ſed potius illā que ſit terreſtri cōſtante quādo educit hūidū. Sperma aūt ꝑ frigidū qḋ glanduloſum eſt coagulat infrigidatione dum frigus expellit calidū: ⁊ calidū educit ſecum humidū qḋ fuit in ipſo abundans: ⁊ tunc cōſtat ⁊ inſpiſſatur: p; ergo ex omnib⁹ dictis ꝙ quecūq; coagulatoꝝ vel humidoꝝ fuerūt calida vel frigida oportet ex ſupradictis paſſionib⁹ perſequi naturas eorum.

Propter qd multū aial pilis nutritur.

C Cap. 6m. Q; oīa terrea vel aquea inquātū hmōi ſunt frigida niſi alienum habeāt calorem: ⁊ ideo frigiditas īter paſſiuas virtutes quo ad hoc eſt computanda.

Tex. cō. 31.

Sciendum aūt eſt ex predictis ꝙ quecūq; omiomeroꝝ ſunt magis aquea ad plurimū ſunt frigida niſi forte alienū habeāt calorē ſicut alienū habēt calorē liſciuia vrina ⁊ vinū ſicut īfra oſtēdemus. Oīa aūt que in mā ſunt terrea ſm plurimū ſunt calida eo ꝙ nō gñant niſi calido terminātē ſic eſt calx ⁊ cinis: differūt tñ hec duo: q̄ꝛ calx nō adeo peruſtus eſt vt cinis: neq; calx relinquit de mā habētē multū aeris: quēadmodū cinis ꝓp qḋ cinis poros h; rectos amplos ⁊ patulos ⁊ ſubtiliū partiū valde ⁊ ideo ēt humido aduenīente nō cōmiſcet q̄ꝛ humidū effluit extra poros eius: ſ; calx cōtinuat in cemēto q̄ꝛ poros h; ſtrictos ⁊ tortos: ⁊ retinet in eis humidū ex quo ſit cōmixtio ⁊ ꝯtinuatio. Quia aūt frigidum inuenitur eēntialiter in vtroq; materiali omiomeroꝝ: ſcilicet in terreo ⁊ aqueo: ideo opꝫ nos ex hoc ſumere ꝙ frigiditas eſt māalis qualitas quedā quēadmodū ⁊ humidū ⁊ aridū ſunt materialia. Dico aūt frigiditatē eſſe materiā quidē non ex qua ſit res: ſed diſpoſitionē materialem: ſicut enim in p̄habitis oſtendimus frigus nō coagulat neq; impinguat niſi coadunādo partes mãe: ⁊ nō inducēdo formam ſubſtantialē ⁊ ideo ponit inter māalia quo ad hoc ſicut humidum ⁊ aridū que ſunt māalia ⁊ paſſiua. De numero eniꝫ māliū ⁊ paſſiuoꝝ maxime ſunt terra ⁊ aqua: ambo aūt iſta corpora ſunt terminata frigiditate: ex quo ēt vlteri⁹ liquet q̄ꝛ cuncta omiomera que ſimplr in mā ſunt plus vel terrea vel aquea ſunt ꝑ nām mãe frigida niſi alienā ꝙ a mā habeant a caliditate ſicut feruēs aqua eēntialiter eſt frigida ⁊ actu calida. Simplr calida eſt aqua colata ꝑ cinerē: q̄ꝛ illa h; calorē qui effectus eſt in ipſa ꝑ cinerē. In cinere eniꝫ ſicut in oībus alijs ignitis in qbus diu operatus eſt ignis vel calor eſt caliditas ſ; plus ⁊ minus ſm diuerſitatē operationis caloris in eis: ꝓp qḋ ēt ſicut ſupra determinauimus aīalia gñant in putrefactis: q̄ꝛ calidū nāle euaporās eſt ibi qḋ facit cōſtare humidū qḋ exhalat in corp⁹ aīalis: opꝫ eniꝫ ꝙ ī oībus putrefactis ſit calor alienus corrūpens calorē nālē ⁊ ꝓpriū: ſicut ſupra diximus: hñt aūt calorē nō eēntialē mãe quecūq; ſunt cōia terre ⁊ aque. hoc eniꝫ opꝫ cōſtare ⁊ inſpiſſari plurima caliditate in generatione ſua que eleuauit ea educendo humidum de terreſtri: ⁊ ſ; illa caliditas aliena ſit materia eoꝝ: tamen eſt naturalis generatio: eo ꝙ ipſa eſt impreſſio generātis in generato. Quedam autem talium nō de facili putreſcūt: quēadmodum ea que ſyntagmiā habent forte hoc eſt compoſitionem duram valde: q̄ꝛ in illis calidum propter clauſuram pororum non expirat: ⁊ ideo humidum etiam manet intus: propter qḋ calidum eorum naturale non de facili eſt infrangibile ⁊ humidū eoꝝ difficiliter eſt ſiccabile: ⁊ ideo a putrefactione conſeruantur: ⁊ hec eſt cauſa ꝙ oſſa diutius manēt imputrefacta ꝙ caro ⁊ precipue in aere frigido conſeruata. Rubeſcunt tamen oſſa antiqua: eo ꝙ calidum eorum niti-

tur ad superficiem ⁊ ibi colorat ⁊ inflat humidum attractuȝ qd̃ dispergitur in superficie ⁊ colorat eam: eo ꝙ propter soliditatem ossis exire non potest: ⁊ ꝗa ossa duriora sunt diutius conseruantur sicut ebur ⁊ dentes cetorum. Que autem molliora sunt citius putrescunt sicut spondiles dorsi. Quedã etiam humida cito putrescibilia naturaliter sunt calida per calorem alienũ sue materie: sicut sanguis ⁊ sperma ⁊ medulla ⁊ poros: qꝛ in putrefactione etiam diu operatus est calor: opus etiaȝ sanguinis caro est: ⁊ similiter opus spermatis est indiuiduum generatum quorum vtrunqȝ est calidum a generãte sed ista non sunt humida: ⁊ ideo puto ꝙ Arist. exemplum dedit de putrefactione: qꝛ hoc est humidum: ⁊ per naturam materie frigidum: calidum tamen calore caloris maturantis ipsum de similibus autem simile est iudicium. Si tamen aliqd̃ putrefactum omnino esset egressum de natura ⁊ expirasset ab ipso totum calidũ naturale ⁊ generans ipm illud nullo modo esset calidum: qꝛ in illo non esset aliquid relictuȝ nisi materia ex qua fuit: que semper est terra vel aqua vel vtrunqȝ: ⁊ illa essentialiter nõ sunt nisi frigida: ⁊ ideo taliter egressa de natura sunt frigida. Sunt tamen diuersi philosophi indicantes diuersimode de talibus: quoniã quidaȝ dicunt ea calida: ⁊ quidam frigida quoꝝ vtriqȝ perspiciunt ea sm̃ diuersa. Qui enim dicunt putrefacta egressa de natura esse calida perspiciunt: ꝙ duplex calor diu egit in ipsis: scilicet alienus extra ⁊ proprius egrediens deintus ⁊ educens humidum ⁊ dissoluens continuum. Qui autem dicunt ipsa esse frigida perspiciunt materiam eorum: ꝙ essentialiter est frigida ⁊ non habet calidum alienum a generatione: qꝛ hoc est egressum. est autẽ veritas ⁊ determinata de hoc ꝙ quãdo in natura sunt: tunc sunt calida: qꝛ nihil determinat naturalia ⁊ agit operationes eorum nisi calidum terminans ea proportionaliter humido naturaliter sicut in ꝑncipio huius libri ostendimus. Quando autem omnino a natura separata sunt: tunc sunt frigida per essentialem materie frigiditatem: ⁊ sunt sm̃ quid calida: scilicet inquantum impressio caloris est in eis sicut in cinere qui fit ex lignis adustis: omnia igitur ista in calido ⁊ frigido se habent sicut iam determinatum est: est tamen adhuc in istis magna diuersitas: quoniã lȝ omnia quorum materia est terra vel aqua per essentiaȝ illius materie sint frigida tamen frigidiora sunt per naturaȝ materie quorum materia est aqua: q̃ȝ quoꝝ materia est terra: ⁊ hoc contingit propter hoc ꝙ calido ignis plus contrariatur aqua q̃ȝ terra: vnde in quibus materia est terrea vel aerea propter symbolum quem habet cum igne sint calidiora: terrea tamen per accidens possunt esse frigidissima ⁊ calidissima aliena caliditate ⁊ aliena frigiditate. Illa eniȝ que magis sunt solida: ⁊ durius coagulata ista recipiunt alienaȝ frigiditatem vel alienam caliditateȝ in multis partibus sue spissitudinis: ⁊ fortiter tenent ⁊ difficulter alterantur: ⁊ ideo talia aliquando maxime infrigidant quando sunt frigida: ⁊ aliquando maxime vrunt quando calida sunt aliena caliditate sicut aqua calidior est q̃ȝ fumus ⁊ lapis ignitus magis vrit q̃ȝ aqua feruens.

¶ Cap. 7m. In quo docetur qualiter consideranda sunt naturalia que sequuntur hanc sententiam.

Tex. c. 54.

Quoniam vero de istis iam quantum ad presens negocium satis determinatum est. Relinquitur ꝙ deinceps in particularibus scientijs naturalium tractemus singula eoruȝ que sunt ex istis subiectis que in cõmuni diximus quid vȝ caro sit ⁊ quid os ⁊ quid lapis: ⁊ similr̃ de alijs omiomeris: habemus enim iam per istam scientiam in cõmuni ea ex quibus cõponuntur dissimilia: que anomiomera grece vocitatur: ⁊ habemus cuius generis subiecti ⁊ materie est vnũquodqȝ per generationem suam. Constat ex prehabitis ꝙ omiomera omnia cõponuntur ex elemẽtis materialiter. Ex omiomeris autẽ vlterius componuntur cuncta nature opera: siue sint partes organice siue sint etiam tota a natura producta: vt homo ⁊ asinus ⁊ planta ⁊ beryllus ⁊ hec vniuersa taȝ anomiomera q̃ȝ omiomera: sunt ex his que dicta sunt tanq̃ȝ ex materia: sed nõ sufficit scire materiã solaȝ ad cognoscendam naturã eoꝝ: sed opȝ scire substantiam ipsoꝝ: ⁊ hoc est cognoscere causam que vere causa est dans eis esse ⁊ rationẽ: que est causa formalis que quidem in prehabitis forma est finis: finis enim est intentionis generãtis ⁊ forma est dans esse ⁊ rõnem materie ⁊ cõposito sicut in prehabitis est determinatum. Illam ergo prout singuloꝝ esse constituit in posterioribus libris post hanc scientiam opȝ nos cõsiderare ad sciendam naturã eorum in particulari. Si enim nos sm̃ formam cõsideramus res naturales semper prius formaliter est in posteriori: qꝛ in ipso formã accipit ⁊ esse: vnde elementum inquãtum cõpositũ est accipit esse ⁊ rationẽ mixti: ⁊ mixtum accipit formaȝ ⁊ esse carnis vel alicuius mixti per naturã: caro autem refertur ad formam manus vel capitis ⁊ caput ad formam ⁊ rõnem forme totius: que est anima rationalis in hoīe: qꝛ forma totius cõpositi naturalis per modum proportionalem informat ⁊ terminat oẽs partes dissimiles ⁊ similes. E cõuerso autẽ est si res naturales comparantur ad potentiã: tunc enim posteriora sunt in prioribus: qꝛ totum indiuiduum potentialiter est in dissimilibus partibus eius: ⁊ dissimilia habẽt per potentiã materialem similia: ⁊ dissimilia sunt in mixto omiomero in cõmuni accepto: qd̃ abstrahit a carne ⁊ osse ⁊ oībus speciales formas habentibus omiomeris: ⁊ hoc est mixtum qd̃ subijcitur coagulationi ⁊ liquefactioni ⁊ duritiei ⁊ mollitiei: ⁊ ceteris passionibus hic determinatis. Mixtum autẽ istud potentialiter est in elementis: posteriora ergo sunt magis particulata per formas speciales: ⁊ hec sunt vel organica tota vel organice partes: iste enim sicut iam probauimus magis distant a materia: vnde ⁊ in organicis magis q̃ȝ in alijs manifestatur causa propter quid que est forma ⁊ finis: cuius signũ est quoniam si separentur ista a formis specificatis retenta tamẽ figura magis in eis apparet equiuoce cõuenire eis nomen q̃ȝ in alijs: homo enim mortuus cũ non habeat nisi figuram hominis: ⁊ non actum forme ipsius equiuoce dicitur vt apparet satis omnibus. Similiter pars hoīs organica sicut manus vel pes vel lingua: si non habeant actum organici abscisi vel defuncti equiuoce dicitur: ⁊ hoc etiaȝ satis claret: sicut enim in artificialibus est: ꝙ nauis lapidea nullo modo possibilis est ad actum nauis constat omnibus ꝙ non est nauis nisi equiuoce: cũ nauis diffinitio sit ad actum nauigationis ita est de organicis partibus ⁊ totis physicoꝝ corporum: cum enim diffiniantur per formam que principiũ est operum in ipsis: ⁊ carent opere illo constat ꝙ non habẽt nomẽ cõmune nisi equiuoce: propter similitudinem enim figure tunc organica videntur esse ⁊ nõ sunt: hec autẽ equiuocatio minus apparet in partibus de membris similibus sicut in carne ⁊ in osse: qꝛ caro ⁊ os defuncti magis videntur habere rõnẽ carnis ⁊ ossis q̃ȝ manus defuncti videtur habere rõnẽ manus. Si autẽ alique partes aīalis adhuc viciniores sunt materie: adhuc in illis minus apparet equiuocatio sicut in humoribus: tñ in humoribus etiaȝ est equiuocatio inter humorem mortui ⁊ humorẽ viui: qꝛ humor viui actum facit humoris in corpore per virtutẽ humoris quem non facit humor mortui propter hoc ꝙ a virtute ista destitutus est. Adhuc autem in elementis ex quorum cõmixtione generantur humores ⁊ omiomera alterius ratione sunt in mixto qd̃ habet formam ⁊ esse ⁊ priuantur illa ratione in corruptis: ⁊ ideo aqua ⁊ ignis prout sunt essentiales partes omiomeri habẽtis esse per formam terminatur sub forma mixti: sicut materia que facta est in actu per esse qd̃ dat ei forma: ⁊ qñ sunt relique omiomeri resoluti carent rõne illa: tamen in eis equiuocatio inter oẽs partes minus apparet. Est autẽ hic aduertẽdum ꝙ ignis ⁊ aqua ⁊ cetera simplicia dupliciter cõsiderantur ⁊ duplex habent esse. s. vt substantie simpliciter ⁊ vt elemẽta: vt substantie simplices quidem verius habent esse extra cõpositum q̃ȝ in ipso: ⁊ habent operationes suas per intentiones suoꝝ contrarioꝝ: vt elementa autem accepta materialiter accipiuntur: ⁊ materia hȝ esse forme ⁊ rõnem accipit ex analogia ⁊ resolutione ad formam: ⁊ si diffinitionẽ ⁊ nomen elementi habent intra ⁊ extra equiuocantur ad illam: est enim elemẽtum qd̃ in compositione est primum: ⁊ in resolutione vltimũ: ⁊ qd̃ est sm̃ formam non resoluitur in formã aliam sicut in libro celi ⁊ mundi est determinatũ: ignis ergo ⁊ aqua ⁊ cetera elementa essentialiter cõponentia omiomerum rationem ⁊ nomen habent quãdo sunt sub forma ⁊ equiuocantur ad illã quando omiomera sunt resoluta in ea: sed minus apparet in eis equiuocatio q̃ȝ in alijs: qꝛ id pro quo sit res qd̃ est cã finalis

Nõ pp mẽbra similia magis videntur tamen nomẽ ⁊ rõnẽ in mortuis q̃ȝ membra organica.

Elementa duplex habẽt esse. Z.

⁊ eſſentialis operatio rei cuius principiũ eſt forma minime
manifeſtum eſt in eis: que viciniora ſunt materie prime: vñ
de ſi ſumatur vltimũ in quo eſt: ſicut reſolutio ĩ quo plurimũ
eſt de nã mãe illud nihil videt̃ habere p̃ter mãm: ⁊ ideo non
equocari poteſt quãdo eſt ſub forma: ⁊ quãdo eſt ſub forma
omiomeri ⁊ anomiomeri. Si võ ſumatur vltimũ ad qđ de-
uenitur per cõpoſitionem qđ eſt particulare conſtitutum in
natura per generationem illud noie ſuo non videtur manife-
ſtare niſi cauſam formalem: ſm q̃ eſt finis generantis ſicut
hic homo vel hec planta vel hic lapis: omnia võ media iter
primam materiã que eſt vltima in via reſolutionis ⁊ vltimo
inuentum a natura cõpoſitũ particulare proportionaliter ſe
habent in hoc qđ eſt particulare nomen ⁊ rationẽ forme ⁊ to
tius vel partis eius: quoniã quodlibet intermediorũ abſq;
dubio eſt propter quid ⁊ participat finem ⁊ rationem que ſu
mitur a fine que eſt forma: ſm q̃ refertur ad illud vt lõgius
vel propinquius ſe habens ad finem: ſicut in vltima longitu
dinis diſtantia ſe habet aqua ⁊ ignis ⁊ cetera ſimplicia ve-
nientia eſſentialiter admixta: ⁊ poſt hec humores ⁊ poſt hec
omiomera ſicut caro ⁊ neruus ⁊ os ⁊ ſimilia: ⁊ viciniſſime ſe
habent anomiomera ſicut vultus manus ⁊ ſimilia: oĩa enim
ſiue remote diſtantie ſiue propinque determinantur ⁊ diffi-
niantur opere ad qđ operantur. Singulum enim eoꝝ hꝫ no
men ⁊ rõnem: ex hoc q̃ determinatur ad illud vicine vel re-
mote ſicut oculus dicitur oculus: ⁊ hꝫ rõnem oculi ſi videt:
qui autem nõ poteſt videre turpe quãdo dꝫ videre non dici-
tur oculus niſi equiuoce ſicut mortuus oculus: vel ſculptus
ex lapide. Eſt autem in naturalibus organis ſicut in inſtru-
mentis artificialibus: ſerra eniꝫ lignea eo q̃ nõ perficit actũ
ferree ſerre nõ dicitur ſerra: ſed potius eſt ſerre imago que-
dam ⁊ ſimilitudo: ⁊ ideo participat equiuoce nomẽ ſerre: q̃
ferrea dicitur ſerra ab actu ſerrandi: ſed lignea non ad hoc
dicitur ſerra: ſed ad hoc q̃ ſerre ſimilis eſt: per omnẽ autem
eundem modum eſt in naturalibus: q̃ quedam dicitur ca-
ro que mediat in tactu ⁊ ſentit excellentias tangibiliũ: alia
autẽ non ad hoc dicitur caro: ſed q̃ tali ſimilis eſt in colore
⁊ figura: tñ opus ad qđ aſſimilatur caro minus eſt manifeſtũ
q̃ lingue: de qua bene ſcitur q̃ eſt ad diſcretionẽ ſaporum ⁊
propter interpretationem: ſimiliter ignis ⁊ aqua ſm q̃ ſunt
prima in cõpoſitione ad actum diffiniuntur ⁊ ratione ꝓpor-
tionis ſunt in mixto: ⁊ per multa media referuntur ad opus
eſſentiale cõpoſiti: ſed tamen minus. Adhuc manifeſtum eſt
hoc opus in ſimplicibus primis cõponentibus q̃ in carne ⁊
alijs que mixta ſunt omiomera: ſicut diximus iſtas habitu-
dines eſſe in animalibus: ita ſunt in plantis ⁊ etiam in his
que nõ ſunt animata ſicut ſunt mineralia ſicut eſt es ⁊ ferrũ
⁊ argentum: vniuerſa quippe hec determinãtur ⁊ diffiniũtur
ſine qui cognoſcitur per opus eẽntiale ipſoꝝ: quo opere nul-
la natura deſtituitur quando eſt in vigore forme ſpecifice: ⁊
ideo quãdiu efficere ⁊ pati poſſunt eſſentialia ſibi ſic habẽt
nomen ⁊ rationẽ ſpeciei in quo ſunt ſicut diximus de neruo
⁊ carne: ⁊ quãdo hec non poſſunt efficere ⁊ pati non conuenit
eis nomẽ forme niſi equiuoce: forme tamẽ iſte que dant eſſe
⁊ rationeꝫ ſubiectis minus ſunt manifeſte in vegetabilibus
q̃ in animalibus: ⁊ adhuc minus manifeſte ſunt in minera-
libus q̃ in vegetabilibus: ⁊ ideo nõ facile eſt perſpicere quã
do mineralia ſint habẽtia formas ſuas ſpecificas: ⁊ quando
non. Non facile enim eſt ſcire quãdo ſit verus lapis vel veꝝ
metallum niſi per corruptionẽ deuenerit ad valde imbecil-
le: ita q̃ ſola figura ſit relicta ⁊ nihil de virtute que conſequi
tur eſſentiam: ⁊ huius ſimile eſt in corporibus mortuorũ: q̃
illi quãdo mortui ſunt recenter parum diſtare videntur a vi
uis. Quãdo auteꝫ diu in ſepulchris iacuerunt tunc ſola figu-
ra eſt in eis: ⁊ ſi tanguntur decidunt ſtatim in cineres: ⁊ tunc
magna eſt diſtantia inter viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ corpora: ſimili-
ter eſt de fructibus qui quãdo primo vigorem amiſerũt non
differre videntur a fructibus pepanis: que vere habẽt fru-
ctuum rõnem: qñ autem diu iacuerunt ⁊ putrefacti ſunt ita
q̃ nõ eſt in eis niſi figura fructus tunc magis diſtant: ⁊ tunc
ſcitur q̃ fructus dicunt̃ equiuoce: ⁊ eodẽ modo eſt in coagu-
latis ex lacte: primo enim qñ mollia ſunt lac dicunt̃: poſt lon
gum autẽ tempus nõ habent lactis nomẽ niſi equiuoce. Sic
eſt etiã in vegetabilibus: ⁊ in mineralibus: mineralia enim
ſuo modo moriunt̃ ſicut aĩalia: ſed non percipitur q̃ amiſe-
runt eſſe ⁊ nõm niſi per maximã mutationẽ. Saphirus eniꝫ
mortuus qui adhuc hꝫ colorẽ ⁊ tranſparentiã ⁊ figuram Sa
phiri eſt ſicut viuus qui hꝫ opus ſaphiri: ⁊ ideo noiatur ſa-
phirus ſicut viuus: ſed poſt longiſſimã mutationẽ obſcurat̃
⁊ diſcõtinuatur ⁊ tunc ſcitur nõ eẽ ſaphirus: ſed ſimilitudo
ſaphiri: ⁊ idem dicẽdum eſt de auro viuo ⁊ mortuo: ⁊ argen
to ⁊ de alijs mineralibus ⁊c̃.

Cap. 8m. et vltimum. Q ſm formas ſpecificas conſideran
da ſunt naturalia in ſequentibus libris: ⁊ non ſm materia-
les formas qualiter in iſto libro ſunt determinate.

Tex. cõ. 54. in fine.

Igitur de oĩbus omiomeris ſicut ex prehabi-
tis pꝫ prima cõſideratio eſt qualiter calore ⁊ al-
gore ⁊ motibus caloris ⁊ algoris fuerint coagu
lata vel calido vel gelido vel ambobus. Dico
autẽ omiomera que ſepe expoſita ſunt ſicut ca-
ro ⁊ os ⁊ pili ⁊ nerui ⁊ oĩa his ſimilia. Omnia
enim hec differunt predictis differẽtijs ante habitis que ſũt
extẽſio tractus cõminutio fractio mollities ⁊ durities: ⁊ alia
talia: oĩa enim hec ſicut ab efficientibus cauſis ſiunt a calido
vel frigido vel ambobus vel a motibus qui ſunt impreſſio-
nes calidi ⁊ frigidi in materia que humidũ eſt ⁊ ſiccum: ⁊ a
motibus mixtis qui ſunt calidi ⁊ frigidi ſucceſſiue operãtiũ:
talia autẽ omnia cõſiderauimus in ſciẽtia iſtius libri que eſt
quaſi vniuerſalis reſpectu ſequentiũ cõſiderandoꝝ in alijs
libris: ⁊ q̃ forma iſtoꝝ omiomeroꝝ non eſt ſcibilis niſi ſcian
tur ea ad que referunt̃ que ſũt anomiomera: ideo eadẽ hec
omiomera que ſunt caro ⁊ os ſm formã ⁊ ſubſtantiã cõſide
randa ſunt in libris ſeq̃ntibus iſtũ: ſꝫ ſm paſſiones que in
ſunt eis gratia ſubiecti qđ eſt humidũ ⁊ ſiccum conſiderata
ſunt in hoc libro quẽ explanauimus. Anomiomera eniꝫ que
ſunt ex iſtis omiomeris cõpoſita ſicut caput manus ⁊ pes: ⁊
ſimiliter in mineralibus ⁊ vegetabilibus cõſtituta per ſpeci
ficas differentias ſicut aurũ ⁊ argentum: nulli videntur fieri
a cauſis que dicte ſunt q̃bus omiomera ſunt: q̃ calor inquã-
tum huiuſmodi nõ facit argentũ in forma argenti: neq; co-
agulando neq; liquefaciẽdo: ⁊ ſimiliter eſt de alijs in forma
ſpecifica cõſtitutis. Similiter autẽ eſt in inſtrumẽtis artiũ:
q̃ ſerra inquãtum eſt ad incidere nõ ſit ex calore fabrili: ſed
potius a forma artis que imprimit̃ in ferro: ⁊ cauſa eius effi
ciens propria eſt ars. Similiter arce cauſa non eſt dolatio
ligni: ſed forma artis inducta in ligno ⁊ cauſa eius efficiẽs
eſt ars: eodẽ modo eſt de rebus naturalibus que cauſa eoꝝ
ſm q̃ ſunt ſpecies cõſtituta eſt forma dans eis eſſe ⁊ rõnem:
⁊ cauſa efficiẽs ea eſt generans vniuocũ vel cõueniens in na
tura. Similiter autẽ eſt de effectibus cuiuſlibet alterius cau-
ſe: ſiue ſit a natura ſiue ſit ab intellectu practico ſiue aliter a
propoſito habito: ergo in hac ſciẽtia cuius generis ſubiecti
⁊ materie ſit ſingulum omiomeroꝝ ſumendũ erit poſterius
in alijs ſcientijs per ſingulum eoꝝ ſm formam quid ſit ſan-
guis ⁊ quid caro ⁊ ſperma ⁊ quid aliorum ſingulũ. Ita eniꝫ
pleniſſime ſciemus naturã eoꝝ: quando ex hac ſcientia ſcie-
mus quid ſit ſubiectũ ⁊ materia: ⁊ ex ſequẽtibus libris ſcie-
mus ꝓpter quid ſit ſm formam vnũquodq; eoꝝ: tunc enim
ſciemus materiã ⁊ cauſam que vere cauſa eſt formalis ha-
bens rõnem finis: ⁊ eius qđ eſt propter quid precipue cum
ambo iſta ſint generationis ⁊ generate rei principia: quoniã
licꝫ tria ſint principia motus. ſ. forma ⁊ materia ⁊ priuatio: nõ
tamẽ ſunt niſi duo principia entis generati. ſ. materia ⁊ for-
ma ſicut diximus in fine primi phicoꝝ. Dicendum etiã erit
cum his in ſingulis vnde principiũ motus qđ eſt cauſa effi-
ciens vniuſcuiuſq;. Tunc enim habemus oẽs cauſas ⁊ ma-
teriam ⁊ formaꝫ que ⁊ ipſa eſt finis in phicis omnibus ⁊ effi
cientem cauſam ſingulorum. Manifeſtatis ergo iſtis que hic
dicenda erant ad ſubiectum cognoſcẽdum: cõſiderãda ſunt
conſequẽter ſm ſuas formas ſpecificas omiomera: ⁊ ea que
ex his conſtant anomiomera: ⁊ ad vltimum res naturales
conſtitute per formas ſpecificas ſicut homo ⁊ plãta ⁊ huiuſ-
modi: tunc enim ſcitur totum qđ conſiderandum eſt in na-
tura: q̃ autem iſta in genere tria ſunt. ſ. mineralia vegetabi
lia ⁊ aĩalia: ideo ſequens ſcientia in tria diuiditur ⁊c̃.

Expliciunt libri quatuor metheororum Alberti Magni
excellẽtiſſimi ſacre Theologie doctoris necnõ philoſophie
principis ordinis predicatorum.

¶ Alberti Magni philosophorum maximi de Mineralibus liber primus incipit.

¶ Tractatus primus de lapidibus in cōmuni.

¶ Cap. pᵐ. De quo est intentio ⁊ que diuisio modus ⁊ dicendorum ordo.

DE cōmixtione ⁊ congulatiōe similiter ⁊ cōgelatiōe ⁊ liquefactiōe ⁊ ceteris huiꝰmōi passionibꝰ in libro metheoroꝝ iam dictū est. In quibus aūt isti effectus priꝰ apparēt apud res nature lapidū gīa sūt ⁊ metalloꝝ ⁊ ea que media sunt inter hec sicut marchasita ⁊ alumen ⁊ q̄dam alia talia. Et q: illa pma sunt inter cōposita fm naturam ex elemētis vtpote ante cōplexionata existentia q̄ animata sunt: ideo de his prime post sciam metheoroꝝ dōm occurret: parū enim videnī abundare vltra cōmixtionē simplicē elemētoꝝ. De his aūt libros Arist. nō vidimus nisi excerptos p partes. Et hec que tradidit Auic. de his in tertio caplo primo sui libri quē fecit de his nō sufficiūt. ¶ Primū ergo de lapidibꝰ ⁊ postea de metallicis ⁊ vltimo de medijs inter ea faciemus inq̄sitionē: lapiduꝫ quippe gīatio facilior est ⁊ magis mātfesta q̄ metalloꝝ. ¶ De lapidū aūt naturis plurima in genere dicēda occurrūt que in primis ponemus. Deinde vō de lapidibꝰ in spē qui magis noiati sunt disputabimus. Coartabimus aūt sermonē nostrū: eo ꝙ multorū dicēdoꝝ hic cause iam in libro metheoroꝝ determinate sūt. In gīe autē de lapidibꝰ tractātes ingremus in gīe mācharacters lapidum ⁊ propriū efficiēs eoꝝ proximū ⁊ locū gīationis. De inde modum cōmixtionis lapidū ⁊ cām diuersitatis coloris eoꝝ ⁊ alioꝝ accidētiū que inueniunī in ipsis sicut est duricies maior ⁊ minor: dolabilitas ⁊ indolabilitas: porositas ⁊ constrictio: grauitas ⁊ leuitas: ⁊ cetera hmōi. In qbus lapides nō solum spē ⁊ numero: sed ēt in gīe videnī nō paruā habere diuersitatē. ¶ Sūt aūt qdā maxime auctoritatis in phīa viri qui nō de oībus sed de qbusdā lapidū generibꝰ tractatum faciētes sufficientē se dicunt de lapidibꝰ fecisse mētionē: quales sūt Hermes euates rex arabū. Diascorides: Aarō: ⁊ Joseph: qui de lapidibꝰ tm̄ preciosis tractantes: nō de gīe lapidū tractauerūt. ¶ Minus aūt sufficientē noticiā tradidit Plinius in hystoria nālī nō sapiēter causas lapidū in cōmuni assignās neqꝫ opꝫ nos omniū hoꝝ inducere sniam eo ꝙ scientia rei nō adeo est occulta ꝙ ipsam ex plurimoꝝ erroribus nos colligere oporteat. Sufficiēter aūt satis scientur nature lapidū ⁊ cōplexiones qū propria scienī eoꝝ mā ⁊ efficiens proximū ⁊ forma ⁊ accidētia propria eoꝝ preterarā in quarto metheoroꝝ inquisitionē. ¶ Non eniꝫ hic intēdimus ostendere qualiter aliqđ istoꝝ trāsmutetī in alteꝝ: aut qualiter p antidotū medicine eius quā elixir vocāt Alchimici curantur egritudines eoꝝ: aut occulta eoꝝ manifestātur: aut ecōuerso eoꝝ mātfesta deteganī: sed potius cōmixtiōes eoꝝ ex elemētis ostēdere: ⁊ qualiter vnūqđqꝫ in ꝓpria spē constituaī. Propter qđ nō curamus ingrere vtꝝ lapidis ⁊ spūs sine anime ⁊ corporis siue substātie ⁊ accidētis de qbꝰ inquirunt Alchimici: lapideꝫ vocātes omne illud qđ nō euaporat in igne: ⁊ ideꝫ vocāt corpus ⁊ subam. Jd aūt qđ euaporat in igne sicut sulfur ⁊ argentū viuū ⁊ ex qbus diuersoꝝ colorum fiunt ea que vocanī lapides vocāt spūs ⁊ animā ⁊ accidens: alterius eni sciētie est ingrere de his que occultis valde fulcianī rōnibꝰ ⁊ instrumētis. ¶ Modū aūt quē in singulis habuimus ēt hic tenebimꝰ diuidēdo p libros aliquos ⁊ plures tractatꝰ ⁊ multa capitula totū opus. ¶ Cū aūt in multis de particularibus fiat tractatꝰ opꝫ nos prius ex signis ⁊ effectibꝰ cognoscere nās istoꝝ: ⁊ ex illis deuenire in causas eoꝝ ⁊ cōpositiones: eo ꝙ signa ⁊ effectus nobis sunt magis manifesta: in vniuersalū aūt nā de quibꝰ in oībus prehabitis libris fecimus mentionē erat ꝓcedendū ecōuerso: a cā vꝫ ad effectus ⁊ ad virtutes ⁊ signa: eo ꝙ in talibꝰ cōia ⁊ cōfusa sunt magis ⁊ quo ad nos manifesta sicut in primo phīcoꝝ est determinatuꝫ. ¶ Ordinē vō huius libri ad sequētes de nā libros satis ostēdimus in fine nostri libri metheoroꝝ vbi diximus de quibus prius ⁊ de qbꝰ posteriꝰ erit dōm. ¶ Cū aūt lapidū ⁊ metalloꝝ genera sint omiomera plus q̄ plante in quibus inuenitur diuersitas partium que sunt radix ⁊ foliuꝫ ⁊ flos ⁊ fructus: omiomera autem sunt per naturam ante onomiomera: iō prius erit tractandū de lapidibus ⁊ ceteris mineralibus q̄ de corporibus animatis.

Nꝰ prꝰ ordo doctrie scie de mineralibus tradi dicit q̄ scia de aīa.

¶ Cap. 2ᵐ. De materia lapidum.

INcipientes igiī tractare de lapiduꝫ nā generē dicimus oīs lapis māmm esse aut spēm cuiusdaꝫ terre aut spēm quādā aque. Uincit eniꝫ in lapidibus alteꝝ istoꝝ elemētoꝝ ⁊ in his etiaꝫ in qbꝰ quedā spēs aque dominari videnī: est ēt aliqđ terre simul dominās. Huius autē signū est fere omniū lapidū gīa mergi sub aqua que abūdare in terre mā diximus in sciencia celi ⁊ mundi. Si enim eēnt dominantia in eis supiora elemēta ꝓculdubio natarēt super aquā: nunc aūt nullum genus lapidū natat nisi sit spōgiosuꝫ vel adustuꝫ ⁊ p adustionē spōgiosum ⁊ porosuꝫ factū sicut pumex ⁊ lapis quē euomunt therme vel ignis Uulcani qui ēt si in puluerē redigaī puluis ipse sub aqua mergiī. ¶ Adhuc aūt si in lapidibus pspicuis cū aqua nō eēt terrestre terminatiuū humidi admixtū nō mergerētur sub aqua sicut crystallus ⁊ beryllus sicut nō mergiī glacies ⁊ cetera in quibꝰ pura vel superabundās est aqua. Adhuc aūt lapides oēs qui generanī in renibꝰ ⁊ vesicis animaliū generanī ex viscosa grossa ⁊ terrestri humiditate. ¶ Oportet igiī ꝙ talis sit mā lapidū. Specialiter aūt loquētes de his lapidibꝰ in quibꝰ mā est terra facile patere pōt ꝙ in his nō solum terra est mā: illa eniꝫ non cōtinuaretī ad soliditatē lapidis. ¶ Dicimus eniꝫ ꝙ cā cōtinuationis ⁊ cōmixtionis est humidū: hoc enim sua subtilitate aliā partē terre facit fluere ad aliam ⁊ hec est cā bone permixtionis partiū mæ. Si aūt vtiqꝫ ⁊ hoc humidū nō bene vbiqꝫ ptibꝰ terrestribꝰ infusuꝫ nec eēt retētiuū ⁊ in coagulatione lapidis euaporaret ⁊ sic remāseret puluis terre nō continuus ⁊ pp hoc opꝫ ꝙ sit viscosuꝫ ⁊ glutinosuꝫ: ita ꝙ ptes eiꝰ cū terrestribꝰ cōiaceant sicut hami catenaꝝ. Et sic siccū terrestre retinet hūidū ⁊ hūidū aqueū existens itra siccū facit cōtinuationem. Et hoc testaī Auic. cū dicit ꝙ terra pura lapis nō fit q: ꝯtinuationē terra nō facit sua siccitate: sed potiꝰ cōminutionem. Uincēs eni in ea siccitas nō pmittit fieri ꝯglutinationē. ¶ Rōnē dicit idē phs ꝙ aliquotiēs desiccaī lutuꝫ ⁊ fit mediū iter lapidē ⁊ lutū ⁊ deinde in spatio tpis fit lapis. Dicit iteꝝ ꝙ lutuꝫ aptius ad hoc ꝙ trāsmutetī in lapidē est vnctuosuꝫ: qđ eni tale nō est cōminutiuū siue cōminutibile in puluerē est pp facilē hūiditatis separabilitatē ab eodē. Signū aūt huiꝰ est ꝙ in lapidibꝰ ipsis frequēter remanēt vene terre ⁊ est terra dura sicca que cū cōprimiī vel ꝯtunditī fit puluis. Cuius cā alia nō est nisi q: hūiditas eiꝰ nō satis vnctuosa ⁊ viscosa euaporauit ab ea in lapidis coagulatiōe: ⁊ iō remāsit terra dura cōminuibilis pp virtutē coagulationis lapidis circūstātis. Est aūt ⁊ aliud huiꝰ signū q: cū lapides nō ꝯtinui gīanī sed p modū asserū ita ꝙ vnus gīatur sup aliū nō ꝯtinue vnieī iterposita talis terra cōminuitionē patiēs i cōpressione vel cōcussione. Et est dura cuius causa est quaꝫ supra diximus. Qđ autem humiditas viscosa ⁊ vnctuosa sit que est continuatiua materie lapidis significatur ex hoc ꝙ animalia que testudines vocantur frequentissime cum suis conchis generantur in lapidibus: ⁊ hoc frequentissimuꝫ est in lapidibus qui inueniantur paruis quibus plurima foramina sunt habentia figuras concharum testudinum quas quidam lunares appellant. Causa enim huius est humiditas que ad locum illum euaporauit ⁊ a circunstante terrena in se conuoluta est ⁊ exterius primum constans intra se circūacta intra se spiritum vitalem accepit sicut diximus in 4ᵒ metheororum. Hec igitur in cōmuni est materia lapidū eorum qui non perspicui nec similares sunt. Diuersificanī aūt in diuersis sicut in sequentibus apparebit.

Pulvis pumicis descēdit in aq̄ lꝫ lapis ipse sfracturus permaneat.

Qđ lutū ē mag apcū vt ad lapidē conuertatur.

Quare in lapidibꝰ inueniunī plurima foramina ad similitudineꝫ cōchaꝝ.

¶ Cap. 3ᵐ. De perspicuitate lapidum fm magis ⁊ minus.

Lapidum qui perſpicui ſunt ſm̄ plus ⁊ minus ſi cut ſunt illi qui gēme vocant̄ vt in cōi dici pōt: eſt aqua nō pura mā cōis. Illi eni lapides ſunt quedā vitra per nature opus ꝓducta: pp̄ qd̄ ⁊ ſubtiliores in cōmixtione ⁊ clarioris ſunt pſpi cuitatis ꝗ̄ vitra artis: qa ars lꝫ imitet̄ naturā tamen ad plenū opus nature attingere nō pōt. Signū autē eius qd̄ diximus eſt ꝙ vꝫ aq̄ paſſa a ſicco calido vel frigido vt ſit mā cōis iſtoꝝ lapidum eſt ꝙ vitra ſiūt ab huiuſmodi humiditate que a cineribꝰ diuerſis ſiue plūbi ſiue ſilicis ſi ue ferri ſiue alicuius alterius per ignē fortiſſimū eliquatur. Hec autē humiditas ꝙ ſit aqua ex hoc oſtendit̄ ꝙ frigido coagulat̄ ⁊ ſicco calido vehemēti diſſoluta liquat̄. ¶ Qd̄ au tē paſſa ſit a ſicco terreo aduſto: ꝓbatur ex eo ꝙ non lique tur niſi ex cinere per aſſationē vehementiſſimā: quēadmo dū diximus ⁊ in arte vitraria que alchimie ſubalternatur oſtēditur viſibiliter: vapor eni ſubtilior in terra vel in lapi de a circūſtātē aliquando cōtinet̄ ⁊ in ſeipſo circūuolutꝰ ma deſcit ſicut fit in olla cooperta calida in qua eſt aliqd aque. Et cū ſic ſit humor paſſus vehemēter a ſicco ⁊ in eo vis ſic ci ⁊ conſtans coagulatur in lapidē. Sed hic de mō lapidū generationis nō eſt dicendum: ſed potius de lapidum ma teria in cōmuni. Utrū autē fiat frigido vel calido coagula tio ipſorū poſterius oſtēdetur. ¶ Qd̄ autē aqua ſit huiuſmo di lapidis materia oſtendit̄ etiā qa in quibuſdam locis in quibus eſt virtus fortis lapidum generatiua aqua deſcen dens per pluuiā guttatim vel aliter fuſam cōcreſcit in lapi dē: patitur eni p̄mo deſcendens a ſicco a terreſtri ex natura ⁊ operatiōe loci ⁊ ſic efficitur lapidis materia ꝓpria. Oſten dit̄ autē ⁊ hoc ex multitudine perſpicui qd̄ eſt in talibꝰ lapi dibus. Cū eniꝫ perſpicuū aeris ⁊ ignis nō ſint incorrupti bilia opꝫ neceſſario ꝙ ſit illa perſpicuitas ex pſpicuo aque: erit igitur ꝓpria ipſoꝝ materia de natura aque. Qd̄ autem quidā antiquoꝝ lapidum mām oſtendentes dicunt ꝙ deſcē dit ex aqua currente qd̄ daꝫ qd̄ in fundo reſidet ⁊ hoc ſit la pis non approbo eo ꝙ hoc qd̄ ab aqua deſcendit terreſtris eſt ſubſtātia: ⁊ ideo frequēter illi lapides qui ex hoc generā tur: non aquā paſſaꝫ a virtute terreſtri recipiunt pro mate ria ſed potius terrā que paſſa eſt a virtutibꝰ aque. Cuiꝰ ſi gnum eſt ꝙ lapides tales vt frequēter nō perſpicui ſunt: ſꝫ terminati ⁊ valde dicunt̄ nō dolabiles ſed cōminuibiles po tius qui ⁊ ſilices a vulgo vocant̄. ¶ Teſtant̄ autē maxime his que dicta ſunt cryſtallus ⁊ beryllus qui aque glatiei di no qn̄ aſi formā acceperūt de qbus dixit Ariſt. ꝙ ſiunt ex aq̄ remoto vniuerſalr̄ calido. Sicut aūt lapidū de quibus in p̄ cedenti capitulo mētionē fecimus: diximus mām eſſe terrā non ſimplicē ſed paſſam ab humido vnctuoſo viſcoſo: ita ⁊ nūc de iſtis opꝫ intelligi ꝙ humidū ſimplex aqueū nō poteſt eſſe materia lapidū perſpicuoꝝ: qa ſicut alibi oſtēdimus ta le humidū nec conſtat per elixationē nec coagulat̄ per cali dū ſiccū: nec congelat̄ per frigidum qdcūqꝫ ꝓpter qd̄ neceſ ſario opꝫ ꝙ ipſum ſit ſubtiliſſimo terreo parū permixtū et inſuper a ſicco terreo ſit fortiſſime paſſum ita ꝙ virtus eius iam quaſi obtineat oēs partes talis humidi: nec tamen ad huc trāſmutauerit ſubām talis humidi in terraꝫ. In omni enim trāſmutatiōe elementoꝝ talis paſſio p̄cedit trāſmuta tionem ſubſtātie qd̄ virtus elemēti tranſmutātis in toto ob tinet ⁊ partes elemēti trāſmutati figurant̄ in ipſo aū trāſmu tationē ſubſtantie: ⁊ ſi cōmiſceant̄ ſic in aliqd̄ elemētatū ha bebit illud elemētatū mām vnius elemēti ⁊ alterius elemē ti virtutes: ⁊ hoc ſūmum ingeniū alchimicoꝝ docet Her mes in ſecreto ſecretiſſimoꝝ ſuoꝝ per verba metaphorica dicēs lapis ſuauiter cum magno ingenio aſcēdit a terra in celum iterūqꝫ deſcendit a celo in terrā nutrix eius terra eſt: ⁊ portauit eum in vētre vētus ſuo. ¶ Opera eni alchimie i tendens docere dicit aſcēdere in celum: quando per aſſatio nem ⁊ calcinationem eius ꝓprietates induit ignis. Alchi mici enim vocāt calcinationē eius aduſtione ⁊ aſſatiōe ma teriaꝫ in puluerem reducētem: que materia iteꝝ deſcendit a celo in terrā quando induit terre virtutes per inhumatio nem: tūc eni per inhumationē reuiuificatur ⁊ fouet̄ qd̄ p̄us per calcinationē fuerat mortificatū. Qd̄ aūt dicit ꝙ portat ventus in ventre ſuo: oſtēdit leuigationē materie ad aeris virtutes: ⁊ ꝓpter hoc dicit vētū in ventre ſuo portare mām

Nō interpretatione obſcuriſſimoꝝ verboꝝ Hermetis.

quādo mā ponit̄ in alembico qd̄ eſt vas taliter factū ſicut in quo fit aqua roſata: tūc eni euaporando ſubtiliat̄ ⁊ leuigat̄ ad aeris virtutes: pp̄ hoc dicit vētum in vētre ſuo portare māꝫ: diſtillat aūt vltra ab ore alembici exiens aque vel olei liquor cum oībus virtutibus elementoꝝ. Et hoc qdem ope ratur ars cū labore ⁊ erroribus multis: natura vō ſine diffi cultate ⁊ labore. Cuius cā eſt qa virtutibus celeſtibus cer tis ⁊ efficacibꝰ mouentur virtutes in mā lapidū ⁊ metallo: ū exiſtentes quando materia operat̄: ⁊ ille virtutes ſunt itelli gentiaꝝ operatiōes que nō errant niſi per accidēs ex ineq̄li tate. ſ. materie. In arte autē nihil eſt hoꝝ ſed potius mēdi cata ſuffragia ingenij ⁊ ignis. Ex his autem oſtēditur ꝙ ſi ue terra ſiue aqua dicatur materia lapidū opꝫ ꝙ ipſa ſit paſ ſa valde a qualitatibus aliorum elementoꝝ. Hec igitur de materia lapidum in cōmuni dicta ſunt.

Nō diuerſ iter modū artis ⁊ nāe in operādo.

¶ Cap. 4m. De cauſa generatiua lapidum ſm̄ diuerſas opi niones philoſophorum.

Cauſa vō efficiens lapidum ab oibꝰ fere qui ſer monē de lapidibus fecerūt dicit̄ eē virtus mi neralis. ¶ Cū autē hec virtus cōis ſit tā in la pidibus ꝗ̄ in metallis oibus operans inſuffici enter videbit̄ eſſe aſſignata cā lapidū efficiēs: cum neqꝫ diſtinctione neqꝫ ſpecificatione certi ficatum ſit ab eis qualis ſit ea quā dicūt eē virtutē minera lem. Nec aliqd ab Auicēna inuenit̄ plus niſi ꝙ per virtutē mineralē lapides ex terra ⁊ aqua generent̄. Hermes aūt in libro quē de minerali virtute ſcribit: dicere videt̄ cām gene ratiuam lapidū eſſe virtutē quādam quā vnā dicit eē in oi bus: ſed ꝓpter diuerſitatē reꝝ generataꝝ diuerſa ſortiri vo cabula. Exēplum ponens de lumine ſolis qd̄ ſolum omniū eſt generatiuum ⁊ cū participat̄ non per vnam ſolā paſſiuo rum poteſtatē diuerſa operatur in eis. Placuit autem ſibi hanc virtutē: p̄mo qdem dare marti ſicut fonti virtutis il lius ſed tn̄ variari ſm̄ ꝓportionem applicationis luminis aliarum ſtellaꝝ ⁊ materie ſuſcipientis ipſaꝫ: ſicut diximus: ⁊ exinde diuerſa genera lapidū ⁊ metalloꝝ in diuerſis locis generari. ¶ Qd̄ dictū oīno inaturale eſt: eo ꝙ hic nō queri mus cauſas agentes ⁊ mouentes p̄mas que forte ſunt ſtelle ⁊ ſtellaꝝ virtutes ⁊ diſpōnes: hoc eniꝫ alterius ſcientie pro priū eſt: ſed querimus cauſas efficiētes ꝓximas que in ma teria exiſtētes mām tranſmutant. Si enim conueniens eēt dictum Hermetis iā ſcita cā generationis lapidū oium ge nerabilium ſciremus cām efficiētem. Scimus enim motū ⁊ virtutē celeſtium cām eſſe aliam a natura ortū ⁊ occaſum ſiderum ⁊ radios eorum. Adhuc aūt cauſe iſte ſunt equoce agentes ⁊ nihil cōionis cum mā generabilium hūtes. Nos aūt ſꝫ ꝓprietatē nūllis ſcientie cauſas querimus ſuis effecti bus ꝓprias ⁊ maxime māui ⁊ vniuoce tranſmutantem: pro pter hoc enim Empedocles ſatis poſterior Hermete cōfir mauit lapides calido vſtiuo generari aſſertionē ſumēs ex antiqua fabula de Pyrra ⁊ Deucalione dicta in qua lapi des magne matris oſſa dicunt̄. Oſſa ſm̄ Empedoclē maxi me ex Uulcani partibus cōponuntur. ¶ Sꝫ hoc falſum eſt oīno cū nos ſciamus ⁊ infra erit oſtēſum quoſdam lapides ex frigido gnari. Iam eni in libro metheoroꝝ diximus ꝙ ea quoꝝ mā eſt aq̄ p̄cipue frigido coagulant̄. ¶ Amplius autē non bene ſe hꝫ dictū Empedoclis qm̄ iā in ſcōo de aīa oſtē dimus calidum elemētū vſtiuū eē in cineres ⁊ nō conſumit ad determinatā ſpēm niſi aliq̄ moueat̄ virtute alia ⁊ ab ipſa ad ſpēm dirigat̄: ſicut calor digeſtiuus motꝰ ab aīa cōuertit hoc qd̄ trāſmutat ad ſpēꝫ carnis ⁊ nerui ⁊ oſſis ⁊ aliuꝫ par tiū aīati corporis. ¶ Democritus aūt ⁊ qdā alij elemētatū dicunt hīe aīas ⁊ ipſas eſſe cauſas gnationis lapidū pp̄ qd̄ dicit aīam eē in lapide ſicut in q̄libet alio ſemie gnāde rei ⁊ ipſam mouere calorē intrīſecū materie in lapidis gnatio ne: eo mō quo mouet̄ malleus a fabro ad ſecuris ⁊ ſerre ge nerationē. Hec aūt ſtare nō poſſe alibi oſtēdimus: aīa eniꝫ nō in ſenſibilibꝰ ſed vegetabilibꝰ p̄mū inuenit̄: nullā enim hūt lapides operationē aīe cōgruētē: cum nec alimēto neqꝫ ſenſu vtant̄: nec oīno vita ſm̄ aliquē actū vite. Dicere autē ꝓpter ſolā gnationē aīaꝫ eē in lapidibꝰ nō hn̄ ſe hꝫ: eo ꝙ ge neratio nō eſt ſm̄ gnationē aīatoꝝ vegetabiliū ⁊ aīaliuꝫ ſen ſibilium. Hec eni omnia videmus ex ſeminibꝰ ſuis ꝓferre ſue ſpēi generata: lapis aūt nihil hoꝝ facit oīno. Sꝫ nec vi

Opinio Hermetis.

Impugnatio.

Opinio Empedoclis.

Impugnatio.

2. de aīa. t. cō. 41.

Opinio Democriti.

Improbatio.

ſſ

demus oino lapides ex lapidib⁹ generari: sed videm⁹ vnū / quemq; lapidem generari ex cā aliqua que in loco sue est ge neratiōis: ppter qḋ lapis virtutem gñatiuaʒ nullā videtur oino hr̄e. ¶ Quidā autē ex his qui nostro tēpore in alchimi cis studuerūt dicere oino videnꝭ oēm lapideʒ per accñs ge/ nerari ⁊ nō esse cām ppriā aliā sue generatiōis. Dicūt eniʒ calidū igneū in quocūq; loco inuenit mām aptā assando in lapidē vertere sicut fit in lapide cocto per assationē ignis: et dicūtur isti lapides nō habere pprium aliqḋ gñatiuum sed principium māle solum. Adhuc aūt nō habere lapides for/ maʒ aliquā fm spēm: sʒ passiōes quasdā materie sicut duri/ tiem hr̄e pro forma quēadmodum in libro metheoroꝝ de/ terminatū est. Coagulatio ⁊ coagulationis effectus spēs et passiones materie sunt ⁊ nō forme subales. Persuadēt aūt ⁊ hi sniam hanc ex operationib⁹ alchimicoꝝ que oēs calido assatiuo videnꝭ fieri ⁊ gñari lapides ⁊ metalla vno tali effe/ ctiuo: eo ꝙ non opʒ effectiuū propriū hr̄e in natura in qua ni hil ad spēm subalem deducitur ppter ipsius spēi carentiam ⁊ defectum. ¶ Ḣis autēʒ intolerabilis sequitur error ꝙ vʒ omnis lapis cū omni lapide eiusdē sit speciei: sed differunt fm magis ⁊ minus in illa specie materiali. Oēs eni coagu/ lationem ⁊ effectū eiusdē duritiē pro spēbus fm hos accepe runt. Qḋ aūt hoc falsum sit diuerse diuersoꝝ lapidū virtu/ tes ostēdunt ⁊ operationes que oino lapiduʒ spēs diuersas cōsequuntur. Amplius aūt opʒ lapides in eadē specie eē cuʒ metallis que eadē gñatione coagulationē ⁊ duritiem p spe/ ciebus acceperūt. Adhuc aūt si nō esset efficiens cā lapiduʒ nisi calidū exiccatiuū: tunc omnis lapis solueretꝭ per humi/ dum frigidum sicut probauimus in quarto metheoroꝝ qḋ non vidimus contingere. Iste ergo sunt sentētie per errorē dicte ab antiquis de causa lapidum generatiua.

Opinio Alchimicoꝝ.

Improbatio.

¶ Cap. 5ᵐ. De causa effectiua lapidum fm veram sententiā ⁊ de proprio instrumento ipsius.

Nos aūt ex oībus his sniaʒ verā colligētes dici nus cām verissime gñatiuā eē virtutē minera lem lapidis formatiuā. Virtus eni mineralis quedā cōis virtus est efficiens ⁊ lapides ⁊ me/ talla ⁊ ea que sunt media iter hec. Et iḋ addi/ mus ꝙ sit lapis formatiua vt efficiatꝭ lapidi p/ pria: ⁊ qa ppria noīa huius virtutis nō habemus: ideo per alia opʒ declarare que sit illa virtus. ¶ Dicamus igitꝭ ꝙ si/ cut in semie aīalis qḋ est superfluū nutrimēti descēdit a va/ sis seminarijs vis formatiua aīalis que format ⁊ efficit ani mal ⁊ est in semine per modū illū quo artifex est in artificia to qḋ facit per artē: sic est ēt in mā aptata lapidib⁹ virtus for mās ⁊ efficiens lapides ⁊ pducēs ad formā lapidis hui⁹ vel illius. Expressius aūt hoc pōt videri in gūmis que distillāt ex arborib⁹: illas eni videmus eē humidū vehemēter passum a sicco terrestri: ⁊ iḋ coagulari a frigido que quādo manent in arbore nō distillātes vis arboris generat ea in ligna ⁊ fo/ lia ⁊ fructus: per oēm aūt eundem modum fit ꝙ cū mā sicci passi ab humido vnctuoso vel mā humidi passi aptatꝭ lapi/ di a sicco terrestri ⁊ gñatꝭ in ipsa ex virtute stellaꝝ ⁊ loci: sicut infra ostēditꝭ virtus formatiua lapidis: sicut gñatiua in se/ mine a testiculis quādo semē fuerit attractū ad vasa semi/ naria ⁊ vnaquecq; mā fm spēm ppria virtus. Et hoc est qḋ dixit Plato ꝙ fm merita materie īfunduntꝭ virtutes cele/ stes que res nature operantꝭ. Sicut autem in phẏsicis libris ostēdimus oīs virtus formās ⁊ faciens aliqḋ ad formā spe ciei hʒ instrumentū pprium quo sua facit opa ⁊ pducit: iḋ ⁊ hec virtus in mā ppria lapidum existens hʒ duo instrumen ta fm nature diuersitatē: vnū qdeʒ est calidū humidi extra/ ctiuum digestiuū inducens coagulationē ad formā lapidis in terrestri qḋ passuʒ est ab humido vnctuoso: ⁊ hoc calidū dirigitꝭ in opere a virtute formatiua: quēadmodū dirigitur calidū qḋ digerit ⁊ trāsmutat semen aīalis a virtute forma tiua que est in semie: aliter eni absq; dubio illud calidū si es set excellēs incineraret mām: aut si non eēt sufficiens relin/ queret eā indigestā ⁊ ad formā lapidis incōgruam. Alteruʒ autē instrumētū est in mā humidi aquei qḋ passum est a sic co terrestri: ⁊ hoc est frigidū humidi nō tm̄ cōstrictiuū sicut in metallis fit: sed qḋ fit ēt humidi expressiuū: hoc eniʒ vehe/ mentissime indurat ⁊ coagulat. Et qa hūidū oino exprimit inde ꝙ nō remanet in mā nisi fm solam cōtinuationeʒ: iḋ

Virt⁹ mineralis lapidū pductiua duplex hʒ istrm.

tales lapides nullo mō calido sicco possunt liquari. Et hoc est qḋ dicit Aristo. ꝙ crystallus gñatur ex aqua remoto vni uersaliter calido. Cuius signū est ꝙ operatiōes alchimice deficiunt in liquandis lapidib⁹ sine alterius materiei humi de appōne. ¶ Pʒ etiaʒ quare difficiles ⁊ imperfecte pcipue in lapidis factura plus ꝙ̃ in metalloꝝ factura sunt operatio nes alchimicoꝝ. Et hoc ideo est qa virtutem formatiuam nō dant materie: sed ars icerta est eis pro formatiua: ⁊ cali/ dum vstiuū est eis pro instrō: ⁊ hoc incertissime operatꝭ: vir tus aūt a celo data loco ⁊ materie que formatiua vocatꝭ est certa ⁊ mā instrumento: ⁊ instrumētum materie habet con/ uenienter pportionata: ⁊ ideo certissima est natura in ope/ rationib⁹ suis. ¶ Est etiam ⁊ aliud notandum de isto instru mento: quoniā lʒ frigiditas nullo modo sit operans ad vitā in his que sunt animata: tamen operatur ad lapides: eo ꝙ mineralia proxima sunt elementis: ⁊ elementa fm partʒ in ipsius materijs transmutantur: ppter qḋ etiam in eis qua/ litates elementorum remanent parum alterate ⁊c̄.

Quare operatiōes alchimice sint difficiles ⁊ imperfecte.

Quo itelligitꝭ famosa ppositio dicēs frigiditatē nō igne di opus nāe.

¶ Cap. 6ᵐ. De forma substantiali lapidum.

De formis autē que sunt substantiales lapiduʒ dubitare dementis esse videtur: quoniam vi/ sus certificat de his ꝙ coagulati sūt omnes: ⁊ materia in ipsis ad spēm certā est determina/ ta. Si eni essent dispōnes elementorum tm̄ fm ꝙ sunt in trāsmutatiōe ad se inuicē vel ad alia sicut sunt nubes ⁊ pluuie ⁊ nix absq; dubio non diu permane rent sic nec ista: sed post modicum resoluerentur ad elemen ta. Et nos omnino contrariuʒ huius videmus accidere in lapidum naturis. ¶ Amplius aūt virtutes lapiduʒ inueni mus que nō sunt alicuius elementi sicut fugare venenū: pel lere antraces: attrahere vel pellere ferrū: de quibus vt infra probabitur cōmunis est sententia oīum sapientuʒ ꝙ hec vir tus est sequela speciei ⁊ forme lapidis huius vel isti⁹. ¶ Cō stat igitur ex his formas habere lapides ⁊ species determi/ natas: hee autē forme non sunt anime vt qbusdaʒ visuʒ est antiquoꝝ. Quoniā sicut in libro de aīa ostendimus ⁊ in pn/ cipio phẏsicoꝝ patuit: anima nō operatur vnum tm̄ sʒ mul/ ta quidē per se ⁊ non fm accidens: natura autē lapidis non operatꝭ nisi vnuʒ: ⁊ qḋ operatur de necessitate operatꝭ: qḋ nō facit anima. Adhuc autem primū opus anime est vita: hec autē fm nullam sui differētiam inuenitur in lapide. Si eniʒ alimēto vteretur oporteret ipm poros ⁊ vias habere per q̄s alimentum mergeretꝭ in ipsum. Et hoc falsuʒ eē ostēdit ipsa durities eius: ⁊ compactio lapidū multoꝝ que non permit/ tunt ipsum diuidi ⁊ aperiri in alimenti susceptione. Adhuc aūt si alimēto vteretꝭ oporteret habere aliquā partē que pri/ mo alimentuʒ traheret: sicut sunt radices in plantis ⁊ os in sentientibus: horū autē nihil videmus in lapidib⁹. Nec est conuenienter dictum ꝙ lapidis anima sit oppressa a terre/ streitate: ⁊ ideo nō posse exercere vitā ⁊ sensuʒ sicut dixerunt multi phẏsiologoruʒ: qm̄ fm hoc deficeret natura in necessa rijs non dando lapidi organa qbus suas necessarias expli/ caret operationes: lapides igitꝭ animas nō habēt: sed alias formas subales virtutibus celestibus ⁊ pprie elemētorū cō mixtioni datas. Sūt autem hee forme fm plurimū innoīa te: sed tamē differentie earum innitūtur diuersis nominib⁹ lapidū: cū vocitur ebosus: pumices: silices: marmor: saphi/ rus: smaragdus: ⁊ huiusmodi que cum nobis occulta sunt: ideo ppria diffinientia lapidum non habemus nisi circūlo/ quendo accipiendo accidētia ⁊ signa loco diffinientiū. Sed hec scimus cum sint diuersitates corporis mobilis ⁊ trāsmu tabilis simpliciter ⁊ cōmixtuʒ qḋ lapis est de genere mixto/ rū. Cū autē ⁊ mixtuʒ diuidatꝭ in mixtū tm̄ ⁊ in mixtū comple xionatū scimus lapidē eē in genere mixtoꝝ non cōplexiona/ toꝝ. Et tunc ex oibus dictis cōgregantes dicimus lapidem eē mixtū non cōplexionatū virtute mineralū ad formā coa gulatum. Ex qbus vlterius manifestū est lapideʒ magis eē homogenee nature ꝙ̃ habētēʒ vitā: lʒ in ipso eēntialꝭr sint ele mētoꝝ nature diuerse: ppter qḋ etiā de lapidibus scia scien tie complexionatoꝝ est anteponenda. Sunt autē multe lapi dum forme sicut in genere marmoris porphẏricum alaba/ strum ⁊ huiusmodi. Similꝭr autē est ⁊ in alijs generib⁹ lapi dum de qbus prosequi nō prodest: qa forme eorum ex acci/ dētibus corporis ⁊ duritiei manifestabūtur inferius: hee eni

accidentia

accidentia sunt eoꝝ propria: ⁊ scitis ipsis natura eorum est satis manifesta. De fine autē querendū nō est: qꝛ forma in physicis est finis: ⁊ ideo cum nos vnūquodqꝫ scire existimemus quādo cognoscimus causas eius essentiales ⁊ proprias in cōi iaꝫ eē vniulr scita lapidū natura. Verūm qꝛ locus generationis est principiū sicut in antehabitis determinatuꝫ est: ⁊ nos cum his que dicta sunt cognoscere de loco lapidū generationis: eo ꝙ locus aliqua causa efficiens est lapidis cui primum datur virtus formatiua lapidis.

¶ Cap. 7m. De commemoratione locorum in quibus generantur lapides.

Faciamus igitur mentionem locoꝝ in quibus aut semper: aut frequenter generanť lapides: ⁊ inquiramus de virtute locoꝝ ⁊ differētijs eorum. Videmus autē ꝙ in ripis aquaꝝ perpetuaꝝ multi inueniūtur lapides: ⁊ cognoscimus per hoc qꝛ ripe quarūdam aquaꝝ sunt loca generantia lapides. Differūt autē huiusmodi ripe: eo ꝙ quedā velocius: quedā tardius lapides pducunt. In quibusdam eniꝫ locis ripaꝝ fluminis qđ dr̄ gion: lapides in spatio .33. generanť annoꝝ: vt testať Auicēna ⁊ qdam alij phōrum. Nō tamē omnis aqua lapidū in ripis suis est generatiua: quoniā aque terre corrupte paludosa potius corrūpit ꝙ gn̄at lapides. Sicut videmus in quibusdā partibus in quibus iꝫ loca aquosa sint: non tn̄ vt multū generāt lapides. ¶ Amplius autē montes inueniemus frequēter lapideos ex quo cognoscimus ꝙ in locis mōtuosis est locus generatiōis lapidum: mōtes tamē aliquādo sine lapidibus inuenimus: sed illi vt frequenter nec magni sunt: nec alijs sociati mōtibus sed solitarij inueniūtur: ita ꝙ forte vnus solus est: vel vt multum duo vel tres. ¶ Quotiēscūqꝫ autē multi sibi montes associātur tunc lapidei mōtes inueniunť: ⁊ lapidei mōtes multi ēt aliquādo in terra plana solide superficiei: nec hoc fieri potest vbiqꝫ ⁊ illa loca sunt lapidū generatiua. Adhuc autē frequentissime in aquis generanť lapides qđ etiam dici nō potest nisi qꝛ ille sunt locus gn̄ationis lapidū. Cuius signū est qꝛ sunt quedaꝫ aque ex quibus generanť lapides quādo fundunť super ripas suas in quibus manant: ⁊ si super alium locum infundanť nō generātur lapides ex eis. Expertū est eiꝫ in locis pyrineis esse loca quedam in quib⁹ aque pluuiales cōuertūtur in lapides que si alibi fundātur remanent aque nō trāsmutate. Similr autē ligna iacentia in quibusdā aquis ⁊ marib⁹ cōuertuntur in lapides ⁊ retinēt figurā lignoꝝ. Et aliquādo nate plante in aquis ⁊ marib⁹ illis ita sunt vicine lapidū nature ꝙ ad modicū exiccate in aere lapidū formaꝫ assumūt. ¶ Et huius signū est lapis qui dicit corallus: qui absqꝫ dubio de lignis generať ⁊ plantis. Aliquādo eni tempore nostro in mari Danico iuxta ciuitatē Lubicensem inuentus est ramus magnus arboris in quo erat nidus auiū: ⁊ aues pice in nido: ⁊ cōuerse in lapides erant parui in nido paꝝ declinantes ad rubedineꝫ qđ aliter esse non potuit nisi qꝛ procellis vel vndis euulsa arbor tēpore quo in ea fuit nidus ⁊ aues in aquā ceciderūt: ⁊ postea per virtutem loci in quo iacebat in lapidē vniuersa conuersa sunt. Est autē fons in Gothia: de quo verissime tradiť ꝙ omnia que merguntur in ipm̄ in lapidem conuertit: intātū ꝙ ad eū misit imperator Fredericus cyrothecā sigillatā vt pbaret vitatē que cum per aliquot dies medietas corij ⁊ medietas sigilli mersa esset in fonte: medietas corij ⁊ medietas sigilli ꝯuersa sūe in lapidē altera medietate corio manente. Refert ⁊ veraciter a fidedignis ꝙ gutte que ex impetu casus eiusdē fontis sparguntur super ripā fontis cōuertuntur in lapides guttarum quātitatem hntes: cū tamen aqua que sic fluit non conuertať in lapidem: sed fluit continue. Videmus etiā oculis generari crystallos in mōtibus altissimis: qui sūt perpetuarum niuiū: qđ iterum eē non pōt nisi per virtutē mineraliuꝫ que est in locis illis. Ex quibus omnibus videť nō posse certuꝫ aliquid tradi de loco generatiōis lapiduꝫ: cū nec in vno tn̄ elemento: sed in plurib⁹: nec etiā in vno tn̄ climate sꝫ in oībus. Et qđ his mirabilius videť in corporibus animalium generanť ⁊ in nubibus que omnia loca difficile videť valde ad vnam materiaꝫ in cōmuni reducere: cū tamē hoc sit necessarium eo ꝙ non dubitamus eiusdē corporis mixti sm̄ genus etiam vnū sm̄ genus esse generatiuū. ¶ Opꝫ eni ꝙ omnium generatoꝝ sit locus aliquis sue generationis extra quem corrumpuntur ⁊ destruuntur.

Nō de gn̄one coralli.

Nō de fonte in gothia.

Qđ in nubib⁹ gn̄ etur lapis.

¶ Cap. 8m. In quo redditur causa quare quedam loca generant lapides: ⁊ quedam non.

Virtutem ergo virtutē in omnibus his locis inuestigare volentes reuocemus ad memoriaꝫ ea que in antehabitis libris sciētie naturalis determinata sunt: ꝙ vꝫ stelle quātitate ⁊ lumine ⁊ situ ⁊ motu mouent ⁊ ordinant mūdū sm̄ oēꝫ materiā ⁊ locum generabiliuꝫ ⁊ corruptibiliū. Virtus autē sic determinata a stellis infundiť loco generationis vniuscuiqꝫ rei: eo modo quo in naturis locoꝝ determinatum est. Hec eni virtus ⁊ elementi ⁊ elemētati omnis est productiua ⁊ generatiua. Et est ista virtus loci ex trib⁹ virtutibus cōgregata: quarū vna est virtus motoris orbis moti. Secūda est virtus orbis moti cū oībus partibus suis ⁊ figuris partium que resultant ex situ partium diuersimode se respicientiū ppter multimodam motoꝝ velocitatem ⁊ tarditatem. Tertia autē est virtus elementaris que est calidū frigiduꝫ humidū ⁊ siccum vel cōmixtū ex his. Est autē prima harum virtutum vt forma dirigēs ⁊ formans omne qđ generatur sicut virtus artis ad mā̄ꝫ artificiati se habet. Et secūda est sicut operatio manus. Et tertia sicut operatio instrumenti qđ manu moueť ⁊ dirigitur vsqꝫ ad fineꝫ inceptū ab artifice. Et ideo dixit Aristo. ꝙ oē opus nature est opus intelligētie: locus enim recipit has virtutes sicut matrix recipit virtutē formatiuā embriōis. Hec igitur virtus determinata ad lapiduꝫ gn̄ationem in mā̄ terrestri vel aquea est in qua conueniunt omnia loca in quibus lapides generantur. Sicut enim in aīalibus que ex putrefactione generanť infundiť virtus viuificatiua ex stellis: sic fit ēt in lapidū mā̄ ꝙ īfundiť per dictū modū virt⁹ lapidū formatiua. ¶ In ꝗcūqꝫ igitur loco terra vnctuosa per vaporem in se reflexū cōmiscetur: vel in quo terre vires apprehēdunt nām aque ⁊ trahunt ipsam ad siccitatē ⁊ inclinant vehemēter ibi p certo ē locus generatiōis lapiduꝫ ppter qđ terre solide superficiei ex qua vapor talis expirare nō pōt: lapides multos generāt. In terra autē molli cinerulēta que potius inficit aquā ꝙ apprehendit ipsaꝫ in suis pprietatib⁹ lapides generari nō possunt. Et hec est cā quare in ripis sempiternoꝝ fluminū multi generanť lapides: tales eni ripe solidissime sunt claudentes in se vapores eleuatos. Sunt ēt vaporose ripe ille: eo ꝙ calor ex reflexiōe sui luminis super aquas excitatus frigiditate aque repellit ad littus: ⁊ in partib⁹ terre inuiscatus terrā aque cōmixtā decoquit ⁊ indurat. Ex eadē ꝓ cā fundus fluuioꝝ taliū lapidosus efficiť eo ꝙ calor in littorib⁹ in terris sub aqua penetrat: ⁊ cuꝫ aqua replet vndiqꝫ poros quibus euaporare posset simul cōmiscet ⁊ decoquit qđ cōmixtuꝫ est in lapidib⁹: ppter quā cām talia loca lapidū sunt generatiua. Est autē quarūdam aquaꝝ fluxus per virtutes minerales fortissimas: ⁊ cū fluunt per tales mās imbibunť ipsis mineralibus: ⁊ ideo ⁊ aqua ⁊ ea que sunt mersa in ipsis cōuertūtur in lapides citius ⁊ tardius sm̄ ꝙ cōfortať ⁊ debilitať virtus lapidū formatiua ⁊ factiua. Causa autē quare aq̄ diuisa iuxta ripā a fonte fusa citius in lapidē cōuertitur ꝙ ipsa aqua fluens a fonte ⁊ flumine vel mari est: qꝛ virtus illa citius vincit paruū ⁊ diuisum ꝙ multū indiuisum sicut est in omni virtute aliqđ conuertente: omnis eni talis virt⁹ citi⁹ cōuertit ipm̄ paruum ꝙ magnū. Qđ autē eadē aqua in aliq̄ loco fusa in lapidem nō conuertatur: ideo fit qꝛ cū est extra locum mineralem euaporat ⁊ corrūpitur sicut ⁊ omnis alia res corrūpitur extra locū sue generatiōis. Qđ autē aqua in se accipiat ⁊ imbuať tali virtute: pbatur per alia aque accidentia: sicut est sapor sulfuris ⁊ auripigmenti vel amaritudo. Hos eni sapores non ꝯtrahit aqua nisi ex locis per que transit. Eodē eni mō fit ꝙ virtus mineralis cum mā̄ vaporosa lapidis trahiť ab aq̄: ⁊ aqua tota inficiť tali spū ⁊ vapore: ⁊ cū vincere potest aquā conuertit eam in lapidē. Citius tamē cōuertit magis terrestria sicut ligna ⁊ plantas ⁊ aīaliū corpora vel aliqđ huiusmodi: eo ꝙ hec aq̄ imersa a tali virtute apprehenduntur ⁊ trahunť ad terrestrem nām lapidis materie cōuenientem quā exiccat: coagulat ⁊ ad spēm ducit vis mineralis vaporabiliter in aqua diffusa. In mōtib⁹ altissimis frigiditas est perpetua que est excellēs: cuius cau-

sa patefacta est in libro metheoro℞: que frigiditas exprimē/
do humidum apprehendit aquā a niuibus congelatā ⁊ in/
ducit in ea proprietates sicci sicut est nature frigiditatis ex/
cellentis: ⁊ ex illo sicco coagulat glaciem in crystallū vel aliū
lapidem perspicuū. Et per hunc modū satis planum est sci/
re loca gñonis lapidū ⁊ cōuenientiā ⁊ differentiam eorūdē.

¶ Cap. 9m. De virtute loci qualr operaẜ in natura lapidū.

Emanet autem quōdam qđ declarat intellectū
eorum oīum que dicta sunt. Et est hoc ꝙ deter
minemus qualiter virtus vnius apprehendit
substātiam alterius ⁊ ipsā ad se ꝯuertit. Hoc
autē scitur ex his que diximus de elementorū
adinuicem trāsmutatione. ¶ Cū eni terra ad
se cōuertit aquam: ꝑmo virtutes terre intrant substantiam
⁊ alterant eam ⁊ aque quasi dominātes tenent eam: ⁊ tūc in
cipit aqua stare ⁊ terminari: ⁊ tamē adhuc perspicuitatē nō
amittit: ⁊ tunc deinde corrumpiẜ ⁊ trāsit in terram ⁊ accipit
terre qualitates que sunt opacū siccum. Silr est ēt de alijs
elemētis trāsmutatis ad alia. Omno enim est simile de vir/
tutib⁹ mixtorum sicut pꝫ in succo plātarum ⁊ cibo aialiū. In
his eni virtutes aiatorum primo alterāt ⁊ postea quasi app̄
hensam tenēt mām: ⁊ postea cōuertunt in partē corporis qđ
nutriẜ. Et per oēm eūdem modū est de virtute lapidificati/
ua cū diffundiẜ in aliquo loco: siue sit aqua siue terra: mām
quā tāgit ꝑmo alterat: ⁊ postea dn̄ans eiusdē tenet eā: ⁊ post
quā tenuerit ⁊ vicerit cōuertit eā in lapidē. Fit aūt hec ope
ratio trib⁹ modis in genere lꝫ in numero modi eius sunt isi
niti. Quorum vnus est ꝙ virtus app̄hendens mām alterat
ipsam solum sm qualitates actiuam ⁊ passiuam quib⁹ ope/
ratur in ea ⁊ hec est virtus debilis. Secundo autē modo fit
ꝙ alterat eam tam sm qualitates q̄ ēt sm proximos effect⁹
illarum qualitatum qui sunt durities ⁊ mollities: ita ꝙ dia
phaneitas ⁊ opacitas ⁊ materia non remouentur: ⁊ hec est
virtus fortior: ⁊ hoc mō generantur lapides diaphani. Ter
tio autem modo fit ꝙ totā materiam app̄hendit tam sm ꝓ
ximos effectus q̄ etiā sm consequentes: ⁊ tunc qualitates
inducit ⁊ duritiem ⁊ mollitiem ⁊ colorem illius materie ꝓ/
prium permutat. Et isto modo etiam ex aqua aliquādo ge/
nerantur lapides non diaphani vel non ad plenum diapha
ni sicut est calcedonius ⁊ ille qui diciẜ lapis buffonis: ⁊ alij
quidā lapides. Sunt autē in omnibus his modis gradus
multi de quibus inferius mentio habebitur: cum de lapidi/
bus preciosis agetur. Huius autem exemplū est ꝙ aliquā/
do vis terrestris que operatur frigido humidum compri/
mente ⁊ sicco: sic operatur in aquam ꝙ solū in ea remanet
virtute huiusmodi frigidi ⁊ virtute huiusmodi sicci. Et tūc
lota in tali aqua exiccantur vehementer ⁊ infrigidantur: et
tales aquas que virtute ⁊ non actu habēt qualitates diuer/
sorum elementorum supra modum studēt facere alchimi/
ci vt per eas exiccent ⁊ coagulent hoc qđ volunt transmuta/
re: propter hanc causam habent libros de septem aquis cō/
scriptos. Aliquando autem vis terrea apprehendit aquam
ita ꝙ frigidum iam exprimit humidum ⁊ siccum terminat
materiā in seipsa manente aque transparentia. ¶ Peruie/
tas enim aque non conuenit eidem inquantum est frigidū
vel humidum vel vtrūq; habens qualitatem: sed inquantū
conueniẜ cū celesti corpore: ⁊ ideo conuenit substantie aque
ante qualitates actiuas ⁊ passiuas sm naturā: eo ꝙ cōmu
nior est elementis q̄ aliqua qualitatum actiuarum ⁊ passi/
uarum. Et cum sic operatur terre frigiditas ⁊ siccitas indu
centur necessario proximi effectus earum in aquā que sunt
durities ⁊ coagulatio: ⁊ tunc fit lapis peruius. Aliquādo au
tem vincit amplius inducendo sūbam aque ad opacitatē
⁊ naturam terre. Et tūc ex aqua fit lapis opacus ⁊ forte ni/
gerrimus: sicut sunt lapilli quidam abūdantes in ripis flu/
uiorum inuenti: qui tamen aliquando ex materia terrestri
generantur sicut inferius ostendemus. Sicut aūt diximus
de terra sic intelligendum est fieri de qualitatibus omniū
elementorum: ⁊ adijciendū ꝙ virtus elementi sit materia/
lis ⁊ virtus celestis instrumentalis ⁊ formalis sit virtus mo
toris: ⁊ qđ ex omnibus resultat est virtus isusa materie ⁊ lo/
co lapidum: sicut satis in antehabitis dictū est. ¶ De cau/
sis ergo ex quibus lapidum generatio in cōmuni cognosciẜ
satis hoc modo sit determinatum.

¶ Tractatus Secūdus primi Libri de Mineralibus: qui ē
de accidentibus lapidum.

Unc autē de his que

per se lapidibus accidūt est dicēdū. Ac/
cidētia aūt que primitus accidunt lapidi/
bus in cōi sunt multa: ꝑmū tn̄ inter ea est cō
mixtio materie. Dicamus ꝙ si mā est sic/
ca vehemēter tūc ipsa nō bn̄ erit cōmisci/
bilis: ⁊ tūc aut locus erit porosus non soli
dus aut solidus. Si nō est porosus sed solidus gñatur val/
de lapis vnus sabulosus quādo sic capiẜ ꝓferens minutias
sabulosas: qui diuersificaẜ sm quātitatē siccitatis ⁊ calor is
ipsum coagulātis. Quia aliquādo forte cōfricaẜ in sabulum
quando caliditas multa exiccauit: ⁊ si locus est valde poro/
sus per quē vbiq; egrediẜ calor coquens terrā vnctuosam:
tūc calor ille diuidit mām illam in parua ⁊ decoquit eam in
sabulum minutum. Et si fuerit mā viscosa valde tunc diui
sa redigiẜ in paruos lapillos diuersā℞ quātitatū qui durissi
mi sunt ⁊ diuerso℞ colo℞ ꝓpter materie diuersitatē. Lapi/
des aūt qui secanẜ optime plananẜ ⁊ puluis qui abradiẜ est
minutissimus: sunt ex mā optime cōmixta: in qua ꝑmo ope
tū est hūidū faciēs finere quālibet partē sicci ad quālibet ⁊
postea app̄hēsū hūidū ē exiccatū: ⁊ iō lapis talis bn̄ ē com/
mixt⁹. Est eni subtile ⁊ hūidū bn̄ cōmiscibile cū sit penetra/
tiuū peiū ⁊ ptis ptiū sic dcm̄ ē in scdo pigeneseos. Pre oib⁹
tn̄ ⁊ hi lapides bn̄ cōmixti sūt q vaporabilr miscenẜ ⁊ illi pre
oib⁹ poliunẜ bn̄ ⁊ splēdidi efficiunẜ: eo ꝙ sūba vaporis iam
vergit ad subtilitatē aeris ⁊ humiditatē: ⁊ hec duo sunt sub
tiliora ⁊ magis se inuicē penetrātia in forma aeris q̄ in for⁹
aque ⁊ terre. Ex eisdem aūt causis est cōpactio ⁊ ꝯtinuitas
bona ⁊ his opposita. Quorūcūq; enim mãe optime cōmixte
sūt nisi calidū decoquēs exiccet humidū: ho℞ est optima cō
tinuitas ⁊ cōpactio fortis. Hui⁹ aūt signū est in opib⁹ artis
que nām imitanẜ. Hi eni qui lateres faciūt ꝑmo qdē cū ter/
ra cōmiscent aliq̄ que cohérere faciūt ptes: sicut sūt sterc⁹ eq
⁊ aliqđ huiusmodi: ⁊ facta mā glutinosa studēt hec optime
cōmiscere: ⁊ quāto melius hec cōmixta sūt tanto planiores
⁊ cōpactiores fiūt lapides. Idē aūt faciūt figuli qui nō quā/
cūq; terrā sed tenacē que glis vocaẜ in mām sumūt cū de ea
to fingere volūt: cōmiscēt aūt optime antēq; fingant: ⁊ tūc resi
dere permittūt ad tps in ea hūidū: ⁊ supfluū hūidū ad solē
exhaurit: ⁊ deide coagulāt vasa ad ignē digestione que voca
tur opthesis. Opꝫ igiẜ ⁊ nām hūc habere modū in cōmixtio
ne lapidū. Terra ergo ꝑmo penetraẜ hūido: aut corporali:
aut spūali: ⁊ deide aūt ab ea separaẜ hūidū supfluū ⁊ postea
tēpore lōgo imiscaẜ in ea hūidū cōtinuās: ⁊ per calorē opthe
ticū extrahi nō pōt hec mā per talē digestionē cōuertiẜ in la
pidē. Et si inueniaẜ terra aliqñ non cōplete cōglutinosa talẜ
lapides illos: scimus qz talis mā satis est passa: ⁊ iō indige/
sta remāsit. Lapidū aūt genera que ex aq̄ fiūt: que passa ē a
terrestri sicco frigido optime cōpacta sūt ⁊ q̄si polita esse vi/
denẜ ꝓpter hoc ꝙ aqua est de numero polito℞ ⁊ eius quēli/
bet ps in quālibet fluit ⁊ in tali cōtinuitate coagulaẜ ⁊ cōge/
laẜ in lapidem. Hoc mō dictum sit de lapidū cōmixtione.

¶ Cap. ꝑm. De his que bene ⁊ male commixta sunt.

Odus aūt quo determiaẜ de colorib⁹ lapidū
sumendus est ex libro de sensu ⁊ sensato: cuius
nos sciā ista trademus tpe opportuno: ⁊ ideo
que hic supponim⁹ ibi erūt manifesta. Suppo
niẜ igiẜ hic ꝙ oē qđ est ꝑspicuū in quocūq; gñe
corpo℞ est cā ex multis ptib⁹ ꝑspicuo℞ corporū
que veniūt in cōpositionē corporis qđ est ꝑspicuū. Adhuc
aūt albū causaẜ ex multitu perspicuis in aliero re determina
tis. Nigrū aūt ex partib⁹ opaci corporis opprimentib⁹ ptes
perspicuas que sunt in eodē corpore. Medij aūt causanẜ ex
cōpōne ho℞ per tres vias: sic in scia de sensibilium gñatiōe
tradeẜ. Dicamus igiẜ ꝙ oēs lapides ꝑspicui cānẜ ex multa
mā aeris ⁊ aque que terrestri app̄hēdēte mā est cōgelata et
cōgregata: ⁊ si illa qdē ꝑspicuitas nō est coloris alicui⁹ sꝫ re/
manet ꝑspicuitas aeris vel aque: tūc signū hꝫ ꝙ sola frigidi
tas excellēs app̄hēdit mā: ⁊ hec est sic perspicuitas crystalli
⁊ berylli ⁊ adamātis ⁊ lapidis qui vocaẜ iris: sed dictum hūi

Diia iter materias crystalli z beryll. z.

¶ Diacodos auteȝ lapis pallidus dicit ē aliquātulū beryllo similis: dicit aūt incātū phātasmata excitare q magi marie hoc vtunt tñ applicat⁹ defuncto intātū vires amittit q mortem horrere phibeatur. Hoꝝ aūt ratio que pōt haberi ex libris magoꝛuȝ Hermetis ⁊ Ptolomei Thebith Benchetath habetur de quibus non est presens intentio.

¶ Dionysia lapis est niger vt ferrũ interniciis rubeis guttis et spirat vinũ: et odore ipsius vini fugat ebrietas qđ mirabile multis apparet. Cã aũt: qr vinũ nõ odore sed vapore oppilando iducit debilẽ ebrietatẽ: lapidis autem odor simplex aperitiuus est et expulsiuus vaporis vini.

¶ Draconides aũt lapis est a capite draconis extract⁹: et fert ab oriente vbi sunt dracones magni. Est autẽ virtus efficax eius sicut et boracis: qñ de viuo dracone adhuc palpitãte extrahit. Insidiat aũt draconib⁹ dormientib⁹ et subito scisso capite draconis adhuc palpitãte euellunt lapidẽ. Anime enim actus multa cõfert his etiã supfluitatib⁹ que gñant in aialibus: et mortis corruptio alterat ea qñ aiãli morte corruptis humoribus moriunt: vel qñ mortua et corrupta occisa iacent. ¶ Ego aũt in partib⁹ Alemanie in sueuia vidi lapidẽ sup quẽ cõuenerãt plusq̃ qngenti serpẽtes iter mõtes in quodã prato: et cũ trãsitũ faceret ibidẽ dñs terre sui milites eius ginatis gladijs sciderũt serpẽtes in multa frusta in fundo tñ qdã magnus serpẽs iacuit in multas partes scissus: et sub capite serpẽtis inuentus est lapis niger format⁹ vt Pyramis abscisa nõ pluridus in circuitu colore pallido: pulcherrimũ habẽs descriptũ serpẽtez. Et hũc lapidẽ mihi ab vxore illi⁹ nobilis pñsentatũ cũ capite serpẽtis eiusdẽ ego habui. Dicit aũt venenũ fugare precipue que sunt ex incessibus venenatorum aialium: victores etiam dicunt efficere.

¶ Cap. 5m. De incipientibus a littera. E.

Ethices gẽmarũ optima est colore punicei: et vocatur a qbusdaz aquile⁹: et ab alijs herodialis eo q aquile hũc aliqñ ad nidum suũ iuxta oua collocãtes eundẽ sicut grus iter duo oua que facit lapidẽ collocari. Iam enim experti sumus ad sensum in colonia: vbi grues fetus fecerant multis in annis i quodã horto. Inuenit aũt ethices fm plurimũ sui generis iuxta littora oceãi: vbi etiã optimũ genus est herodiorũ q sunt heroes auiũ: dicit autẽ in Persia aliqñ inueniri. Est aũt modus eius qđ in se ptinet aliũ lapidez q in ipso sonat qñ manu mouet et quassat. Fertur ãt q suspẽsus sinistro lacerto cõfert pgnãtib⁹ ipedit aborsum et piculuz parturitionis mitigat. Et aiunt qdã q caducorũ hominuz phibet frequẽtẽ casum. Et qđ his mirabili⁹ est tradũt chaldei q si de ministratiõe veneni cibus aliqs suspectus fuerit positus in cibo phibet ne possit glutiri cib⁹ ille: et si lapis subtrahit mox deglutit. Quare aũt aqle hũc lapidem nido suo imponat nõ satis scimus. Experti eni sumus grues nõ obseruare cui⁹ generis lapidẽ iter oua sua ponãt: sed ponũt modo vnũ et in alio anno vnũ aliũ. Dicũt aũt qdã q faciũt hoc ad mitigandũ calorẽ ouorũ vel corporis aqle ne oua nimis calefiant: et hoc pbabile. Quidã tñ dicunt aliqd pferre ad eorũ formationẽ et viuificationẽ. Qđ aũt qdaz dicunt q lapis ab his auib⁹ iterponit ouis ne frangant: oino falsum est: qr citius ad lapidẽ q̃ ab seipsa collisa frangerent. Aiunt etiã quidam q si aliquis suspectus habetur de ministratione veneni q si in cibo eius quocũqz lapis imittitur statim ad cibum strangulatur: et qñ subtrahitur glutit cibum si est reus: et si est innocens glutit cibum in quo lapis missus est.

¶ Eliotropia lapis est viridis fere smaragdo similis respersus sanguineis guttis: hũc eliotropiã dicũt eẽ vocatum necromãtici: ex gẽma babyloñẽsis: qr si vngat succo herbe eiusdẽ nois et in vas aqua plenũ remissus facit sanguineũ solem videri sicut si pateret eclipsim. Cuius cã ẽ qr totã aquã ebullire facit in nebulã que ispissando aerẽ ipedit solẽ videri nisi quasi in rubore et spissa nube rorãdo: postmodũ aũt descẽdit illa nebula rorãdo sicut p guttas pluuie. Opz aũt q quodaz carmine sacratus sit et qbusdã characterib⁹ mixt⁹: et sic tũc arte pestij psites sint diuinãdo q̃dã pdicũt pp qđ tẽplorũ põtifices isto lapide vtebant: et marie in festis idolorũ. Dicit aũt reddere hoiem bone fame et incolumẽ et lõge vite et q fluxũ sanguinis et venẽa valere. Dicit ẽt q vnctus herba sui nois vt prediximus visum fallit intantũ vt hoiem phibeat videri. Inuenit aũt plures in Ethiopia: Cypro: et India.

¶ Ematites lapis est inuẽtus in Africa: et in Ethiopia et Arabia: ferruginei coloris: hñs venas sanguineas immixtas. Virtus aũt ei⁹ est valde stiptica: pp qđ expertũ est q valet q fluxum vesice vẽtris et mẽstruorũ: qñ ptritus in aqua mixtus bibitur: sanat ẽt fluxũ saliue sanguinee; vino ẽt puluis⁹ pulu-

eius sanat vlcera et vulnera: et carnẽ etiã superfluaz in vulneribus natam corrodit. Et visus hebetes ex humida cã pfortat et sanat: et tẽperat asperitatem palpebrarum.

¶ Etindros lapis est crystallo i colore similis q ppetuis guttis distillat: que febricitãtib⁹ valere dicunt: et tñ lapis nõ minorat nec cõsũpit. Cã aũt hui⁹ est pfecto qr ex suba lapidis iste gutte nequaq̃ distillant sed pter nimiã frigiditatẽ aerem se tangentem cõtinue mutat in aquã: sicut faciunt duri lapides et politi post resolutionem frigore.

¶ Epistrites lapis est natus in mari rutilans et rubicundus: incãtationibus aũt et pdicis ligaturis dicit q ante cor gestatus tutũ hoiem seruat et cõpescit seditiones: et cõpescere etiã dicit locustas: et volucres et steriles nebulas: et grandinẽ et tẽpestates a fructib⁹ terre cõpescere fertur. Expertum ẽt est q oppositus oculo solis ignẽ et radios igneos emittit: dicit etiã q si hic lapis in aquã feruentẽ projiciatur cessat ebullitio ei⁹ et postmodũ frigescit. Causa aũt huius alia esse non põt nisi q pro certo frigidissimus est: et mot⁹ a calore bulliẽtis aque frigiditas sue cõplexionis agere incipit.

¶ Exacolitus aũt lapis esse dicit varius et dissolutiuus vt dicunt periti medicorũ pter qđ vino permixtus et potatus dicitur q colicam et iliacam valere passiones.

¶ Exacõtalitus aũt lapis est sexaginta coloribus distinctus parue quãtitatis valde qui frequentius in libya inuenitur: et apud trogogitas: et nocet neruis valde propter qđ etiã oculos hominis dicitur efficere tremulos.

¶ Cap. 6m. De incipientibus a sexta littera que est. F.

Falcones qđ alio noie arsenicũ vocat: et a vulgo auripigmẽtũ idez significat. Est aũt de genere lapidũ citrinũ et rubeũ quẽ lapidẽ vnũ de spiritibus vocãt Alchimici: hz aũt nãm sulfuris in calefaciẽdo et desiccãdo et cũ calcinat p ignez nigrũ efficit et statiz sublimatiõe efficit albissimũ. Et si iterũ calcinet iterũ efficit nigruz et iterata calcinatione efficit albissimũ: et cũ hoc ter vel quater iteratur in ipso tãtũ efficit adustiuũ: q eri cõpositũ statim facit foramina p ipsuz et exurit vehemẽter oia metalla preter aurũ solum: appositũ autez eri ipm in album colorem transmutat: propter qđ falsarij vtuntur ipso quãdo es volunt facere simile argento: qr magnum in hoc habet effectum.

¶ Filacterium vt ferunt gẽmarij gẽma est eadem cuz chrysolito et eiusdem virtutis.

¶ Cap. 7m. De incipientibus a littera. 7. que est. G.

Agates est cat abre: quẽ qdẽ lapidẽ de gñe gemmarũ ego reputo. Inuenit aũt i libya et britãnia iuxta littus maris et abundãter inuenit in mari qđ attigit aquilonarẽ partẽ theotonie. Etiã in anglia frequẽter inuenit et est duplicis coloris: nigri vz et crocei: sed croceũ est pluridũz fere sicut topazion. ¶ Inuenit ẽt glaucũ et declinãs ad pallidũ coniunctũ cũ citrino colore. Cõfricatũ aũt trahit paleas: et incensum ardet sicut thus: dicitur aũt q cõfert hydropicis: et fluidos firmat dẽtes vt aiunt: de expris aũt est q lotũ cũ aqua et p suffumigationẽ mulierib⁹ iferius suppositũ puocat menstrua. Fert ẽt q fugat serpẽtes: et valet etiã contra stomachi et ventris subuersionẽ: et cõtra pbẽtasmata melãcholica que quidam demones vocãt. Aiunt aũt de expertis esse q si colatura et eius lotura cum rasura detur virgini bibita q retinebit eam q non minget. Si autem non est virgo statim minget et sic debet probari an aliqua sit virgo: dicunt etiam valere contra laborem parturientis.

¶ Gagatronica est lapis diuersi coloris sicut pellis capriole: cuius virtutẽ Auicẽna dicit eẽ q victores reddat se gestantes. Expertum aũt dicunt eẽ in Alchide principe quodaz q quotiens hunc lapidẽ secũ habuit semp vicit in terra et mari: quotiens aũt caruit fertur hostibus succubuisse.

¶ Gelosia dicitur esse lapis habẽs figuram grandinis et colorẽ duritie adamantis similis. Et tante fertur hunc eẽ frigiditatis vt ab igne vix vel nũq̃ calefieri possit. Cuius causa est nimia pororũ constrictio non permittens inde ignẽ ingredi. Aiunt etiã hunc iram et luxuriam et ceteras huiõi calidas passiones et desideria mitigare.

¶ Galaricides quã quidã galarictidẽ vocãt lapis est similis cineri: et fm plurimũ inuenit in nilo et acoleo fluuijs: hic tritus

dat saporē lactis: ⁊ succus eius in ore clausus turbat mentē. Dicit̄ et in libro de ligaturis phicis q̄ alligatus collo replet vbera lacte: ⁊ alligat⁹ femori facit faciles partus. Aiunt etiā pastores egypti q̄ si vespere cōtritus cū sale mixta aq̄ ouile circūspergat̄: vbera ouium replent̄ lacte: ⁊ fugat̄ ab eis scabies: g̃naliter et dicitur contra scabiem valere.

¶ Gerachidem lapis est vt fert̄ nigri coloris: pbatur aūt veritas huius lapidis sic q̄ gestans lapidē totū corpus suū vnctum melle muscis ⁊ vespis exponit: ⁊ si intactus manet ab eis lapis est verus: ⁊ si deponat lapidē statim musce ⁊ vespe sup mel cadunt ⁊ fuggunt. Aiunt aūt q̄ in ore portatus facit bene iudicare opiniones ⁊ cogitatiōes. Fertur etiā q̄ gestātem se hoiem amabilem ⁊ gratiosum reddit.

¶ Gecolitus lapis est vt fert̄ orientis olīs oliue silis. Cui⁹ virtutem esse dicunt q̄ tritus ⁊ cum aqua haustus lapidem frangit ⁊ educit de vesica ⁊ renibus.

¶ Granatus sicut Cōstātinus Arist. refert dicere de gn̄e est carbūculi. Est aūt lapis rubens ⁊ plucidus: i colore silis balaustijs qui sunt flores malorūgranatorū. Est aūt rubeus aliquātulū obscurior q̄ carbūculus ⁊ cū substernit ei niger color in sigillis tunc magis rutilat: ⁊ inuenit̄ in hoc genere quidā modus q̄ iter ruborē aspsaz hz viole colorē pp qd̄ hoc genus violaceū dicit̄ ⁊ est p̄ciosior oīb⁹ alijs granatis: dicit̄ letificare cor ⁊ pellere tristitiam: ⁊ sm̄ Aristo. est calidus ⁊ siccus. Et q̄ qdā dicunt hūc eē de genere hyacinti est falsuz. Inuenitur aūt hic lapis sm̄ plurimū eius in Ethiopia ⁊ aliquotiens iuxta tyrum inter arenas mare.

¶ Cap. 8m. De incipientibus ab. I. littera.

Iaspis est lapis multorū colorū ⁊ hz spēs decem: melior tn̄ est viridis trāslucens rubeas habēs venas: ⁊ in argēto pprio locari hz ⁊ in partibus multis inuenit̄. Expertū enim est q̄ stringit fluxuz sanguinis ⁊ mēstruorū. Aiunt et q̄ negat cōceptū ⁊ iuuat partū: ⁊ q̄ gestantem se n luxuria phibet. In magicis et legitur q̄ si incātatus est reddit gratum ⁊ potentē ⁊ tutum: ⁊ fugat febres ⁊ hydropisim.

Expertū ꝯ fluxū sanguinis.

¶ Hyacintorū duo sunt gn̄a: aquaticus vz ⁊ saphirin⁹. Aquaticus est flauus albescēs ac si puluis aque de sublato pspicuo erumpat: ⁊ supare cōtendat ⁊ hic est vilior: ⁊ inuenit̄ in isto genere aquescēs rubeus in quo et supat puletas aque. Saphirinus et est flauus valde plucidus: q̄ nihil hn̄s aqueitatis: ⁊ hic est melior. Et idō tria noia hz: dr̄ eni aliqñ hyacint⁹ saphirinus: in Ethiopia aūt sm̄ plurimū inuenit̄. Et qdaz dicūt quartū eē qd̄ est aquaticū ceruleū sicut tapanon ⁊ hoc est durissimū vilissimū gn̄aliter q̄ in se sculpere vix pmittat: de expris aūt est q̄ ē frigidus sicut viridis: ⁊ ꝯfortat corpa sicut oē frigidū qd̄ ꝯstringit v̄tutes corporū. In ligaturis aūt phicis est vsus eius q̄ collo suspēsus vel digito gestatus tutum reddit peregrinū ⁊ gratū hospitib⁹: ⁊ est ꝯ pestiferas regiones. Et expertū est q̄ somnū pụocat ppter suā frigidaz cōplexionē. Saphirinus aūt hoc spālīter habere dicitur q̄ est virtus eius ꝯ toxicam. Aiunt etiā q̄ cōfert ad diuitias ⁊ naturale ingeniū bonum confert ⁊ letitiam.

Expertum ad sōnū puocādū

¶ Iena lapis est a bestia que vocatur iena: sic dicta eo q̄ ex oculis eius cum in lapidem vertantur tollitur. Aiunt tamē antiqui Euax ⁊ Aaron q̄ positus sub lingua cōfert diuinando predicere futura.

¶ Iris lapis est crystallo similis ⁊ est vt frequētius exagon⁹. dicit aūt Euax q̄ ab arabia venit: ⁊ in mari rubro nascit̄. Nos aūt inuenimus maximā copiā hoꝝ lapidū in montibus Germanie q̄ sunt iter rhenū fluuiū ⁊ treuerēsem ciuitatez ⁊ diuerse quātitatis oēs sunt exagoni. In alijs aūt lapidibus nati circūpositiōe lapidis cū naliter sunt rotūdi exagoni efficiunt̄: sicut foramina apum i medio posita exagona efficiuntur: tn̄ illa que sunt in extremis sūt rotūda. Est aūt lapis siccissimus qd̄ sua idicat siccabilitas maxima. Fit āt ex aqueo sicco qd̄ euadit de mā lapidis q̄ gn̄at̄ ex rubeo luto ⁊ q̄ hoc aqueū est vehemēter a sicco apprehensum siccus ⁊ durus est valde lapis. Cuz aūt sub tecto soli pars eius imittīt: ⁊ pars in vmbra tenet̄ pijcit reflectēdo pulcherrimos colores iridis sup oppositū parietē: vel sup aliqd̄ corpus pp qd̄ iris vocatur. Cuius cā est superius assignata. Aliud āt simile huic nascitur in gipso: qd̄ etiā perspicuū est in extremis ⁊ siccissimum valde: ⁊ vtuntur eo quidam pro vitro in vitreis.

¶ Iscustos vt refert Isidorus ⁊ Aaron similīr est lapis in vicinis hispanie: ex partibus frequētius inuentus iuxta gades Herculis in tertio vel secūdo climatibus vltra hispaniā illam: quā modo hispaniā vocamus. Est autē lapis filabilis ppter viscositatē in eo arefactā: ⁊ si de ipso vestis fiat nō cōburitur sed igne purgatur ⁊ nitet: ⁊ forte illud est qd̄ pēnam vocant salamādre: quare hec lanugo quedā est sicut lanugo lapidis humidi. Quare aūt nō crememt̄ in metheoris expeditum est: huius spēm quandā dicit esse quēdam lapidē quez quidā vocant carbunculū albū ⁊ quidā alij calculum albuz. Inuentur enim carbūculum in hoc q̄ phātasmatibus ⁊ prestigijs resistit: valet etiam contra dolorez oculoꝝ ex humida causa ⁊ redactus in puluerē sanat scabiem. Idem Isidorus dicit de lapide iudaico qui est albus ad modum glandis in quātitate scriptuꝛis quibusdā insertus quasi litteris quas greci grāmata appellant. Iudaicum autem dicit Auicenna hunc q̄ frequentius in iudea inuenitur.

¶ Cap. 9m. De incipientibus a. 9. littera que est. K.

Alcabrec est idem vt diximus qd̄ gagates: sed tn̄ quidam dicunt q̄ Kacabrec melius est cū tn̄ nec colore nec virtutibus discrepet ab ipso.

k

¶ Kacabres autē lapis est similis crystallo: de quo ferunt q̄ eloquentiam dat ⁊ honorem ⁊ gratiam: ⁊ q̄ valet contra hydropisim.

¶ Kacamā lapis est frequenter albus in toto vel in parte. Uarius enim est in colore frequentissime inuenitur imitans onychine. Uirtus eius autem fertur esse ex imaginibus ⁊ sculpturis que inueniuntur in ipso ⁊ ex sigillis de quibus in sequentibus habebitur tractatus.

¶ Cap. 10m. De incipientibus a littera. L.

Ligurius lapis est q̄ fit ex vrina lyncis ⁊ hec animalis dicit Plinius eē orientis: que tn̄ frequēter in theutonia ⁊ sclauonia inueniunt̄ abūdanter i siluis. Dicit et Plinius q̄ hoc genus aialis vrinā suam sub arenis abscondit quasi inuideat iuuamētū qd̄ est ex lapide. Beda dicit q̄ hic lapis nascitur in renib⁹ hoīs. Dicit aūt Plinius q̄ est rubeus scintillās vt carbūculus preter hoc q̄ nō lucet de nocte. Inuenitur autē frequentius croceus paruz tendens ad nigredinē. Et est expertum de ipso q̄ fricatus trahit paleas qd̄ fere cōuenit omni lapidi precioso. Dicitur etiam valere cōtra dolorē stomachi ⁊ ictericiā ⁊ fluxum ventris.

¶ Lippares dicitur esse lapis qui frequētius in libya inuenitur. Fertur aūt lapidis virtus esse mirabilis: ois eniz bestia n venatoribus ⁊ canibus infestata currit ad eum ⁊ ipm̄ intuetur quasi patronum. Et vt aiunt canes ⁊ venatores noscere nō possunt bestiam quādiu lapidē habēt presentē: qd̄ si verū est mirabile est valde ⁊ absq̄z dubio celesti virtute deputandum: quas Hermes mirabiles esse dicit in lapidibus ⁊ etiā in plantis: p quas et naliter fieri posset: quicqd̄ fit scientijs magicis si virtutes ille bene cognoscerentur.

¶ Cap. 11m. De incipientibus ab. M. littera que est. 11a.

Magnes siue magnetes lapis est ferruginei coloris q̄ sm̄ plurimū in mari indico inuenit̄: ⁊ intm̄ abundare dicit̄ q̄ periculosum est in eo nauigare nauib⁹ que superiores clauos hāt. Inuenit̄ etiā in troconitidis regionib⁹. Ego vidi inueniri in ptib⁹ Theutonie in ea puīntia que Francia orientalis vocat̄: vnū magne quātitatis ⁊ maxime efficacie: vt fuit valde niger: ac si eēt ferrū rubiginosū ⁊ cōbustuz cū pice. Uirtus aūt eius est mirabilis in attractiōe ferri: ita q̄ virtutē eius trāsmittat in ferrū vt illud et attrahat: ⁊ aliqñ multe acus hoc mō suspēse ad se inuicez vident̄. Unctus aūt lapis alleo nō trahit: ⁊ si supponit̄ ei adamas itez nō attrahit ita q̄ paruū adamas magnū ligat magnetē. Inuentus aūt est nostris tpibus magnes qui ab vno angulo traxit ferrū ⁊ ab alio fugauit: ⁊ hunc Aristo. ponit aliud genus esse magnetis. Narrauit mihi vnus ex nostris socijs curiosus experimentator q̄ vidit Fredericum Imperatorē habere magnetē qui nō traxit ferrum: sed ferrū viceuersa traxit lapidem. Arist. dicit q̄ est quoddā genus aliud magnetis qd̄ trahit carnes hoīs. In magicis autem traditur q̄ phantasias mirabiliter cōmouet principaliter seu precipue si consecratus obsecratiōe ⁊ charactere sit sicut docetur in magicis

Ferunt ẽt hoc cũ mulsa acceptũ curare hydropisiz. Aiunt ẽt hunc lapidẽ capite mulieris dormiẽtis suppositũ statim eã mouere ad amplexũ mariti sui si casta est. Si aũt est adultera p̃nimio timore phãtasmatũ dicitur cadere de lecto. Dicunt ẽt ꝙ fures in domũ intrãtes positis carbonibus in quatuor angulis domus lapidẽ hunc cõtritũ superspergũt: ⁊ tũc dormiẽtes in domo ita phãtasmatibus tenenꝰ ꝙ fugientes edes relinquunt: ⁊ tunc fures furanꝰ quid volunt.

Margarita lapis est in obscuris cõchilib⁹ inuentus meliores ab india veniũt: multi aũt a britãnico mari qđ nũc anglicũ dicitꝰ: ⁊ versus Flandriã ⁊ Theutoniã inueniunꝰ ita ꝙ ego habui in ore meo decẽ in vna mẽsa que in comedẽdo ostrea inueni. Inuenes eni ꝫ che hũt meliores: q̃dã aũt ex eis perforate sunt: ⁊ quedã integre: coloris sunt ac si parua lux penetret in multũ albũ: ⁊ ideo nitent cũ tñ sint albe. Fertur etiã ꝙ in tonitru quasi abortiẽdo eas ostree euomunt: ⁊ ideo in flumine inueniunꝰ: in musella ⁊ quibusdã gallie fluuijs iter arenas. Est aũt virtus eaꝝ experta ad confortationẽ spiritũz ⁊ cõtra cardiacam ⁊ syncopim: valet etiaz cõtra fluxum sanguinis ⁊ cõtra fluxũ liemtericũ ⁊ contra diariam.

Experimẽtũ de margaritis.

Medius lapis esse dicitꝰ qui a regione medorũ vbi plures inueniunꝰ sic vocaꝰ. Sũt aũt due spẽs huius: vnus niger: alter viridis. Uirtutẽ eius esse dicunt cõtra veterẽ podagraz ⁊ oculoꝝ cecitatẽ ⁊ nefreticã: refouere ẽt dicitꝰ fessos ⁊ lassos ⁊ debiles. Ferunt aũt ꝙ eius q niger est si fragmẽta in aqua calida resoluta fuerint: ⁊ se aliquis illa aqua lauerit incurrit mẽbroꝝ excoriationẽ: ⁊ si biberit ex eo peribit vomendo.

Melochites quẽ quidã meloniẽ vocãt: lapis est arabicus grosse viriditatis sed nõ translucidus sicut smaragdus: ⁊ est mollis. Fertur aũt ꝙ virtutẽ hꝫ custodiendi gestantem se a nociuis casibus: ⁊ similiter cunabula infantium.

Memphites lapis est a ciuitate Egypti que mẽphis vocatur dictus qui dicitꝰ vt ignis ⁊ alere virtute qdẽ qđ videtur actu hic tritus ⁊ aqua mixta in potu datus vrẽdis vel secandis: q² inducit isensibilitatẽ ne sentiatur cruciatus.

Magnesia quem quidam magnosiã vocãt: lapis est niger quo freqn̄ter vtuntur vitrearij: hic lapis distillat ⁊ fluit in magno ⁊ forti igne ⁊ non aliter: ⁊ tunc imixtus vitro ad puritatem vitri deducit substantiam.

Marchasita siue marchasida vt qdã dicũt ẽ lapis in subã ⁊ hꝫ multas spẽs quare colorẽ accipit cuiuslibet metalli: ⁊ sic dicitur marchasida argẽtea ⁊ aurea ⁊ sic de alijs. Metalliz tamẽ qđ colorat eũ nõ distillat ab ipso sed euaporat in ignẽ: ⁊ sic relinquitur cinis inutilis: ⁊ hic lapis notus est apud Alchimicos: ⁊ in multis locis inuenitur.

Cap. 12^m. De incipientibus a. 12. littera que est. N.

Nitrum ẽt accedit ad lapidis coagulationez: est aũt subpallidum ⁊ perspicuum: ⁊ huius virtus probata est ꝙ dissoluit ⁊ attrahit. Et valet contra icteritiam: ⁊ est de genere salis.

Nicomar idez est ꝙ alabastrũ qđ qdẽ est de gñe marmoꝝ: tñ q² virtus eius est mirabilis inter lapides p̃ciosos ponitꝰ. Et expertũ est de hoc ꝙ frigiditate sua cõseruat aromatica vnguenta. Et ideo pixides de hoc lapide fecerũt antiqui. Cõseruat ẽt frigiditate sua corpora mortuoꝝ a fetore excellenti: ⁊ ideo monumẽta ⁊ mausolea antiqua de hoc lapide inueniunꝰ: est aũt albus nitens. Aiunt ẽt ꝙ victoriã dat ⁊ amicitiam conseruat.

Nuse sunt qdã q dicunt ꝙ lapis sit ita vocatus ⁊ ꝙ sit de genere lapidũ buffonis ⁊ in multis inuenitꝰ buffonib⁹. Et sunt duo gñã vnus subalbidus sicut si lac itrauerit sanguinẽ ⁊ vicerit eũ: ⁊ iđ sanguinis obscuras venas dicũt i eo apparere: ⁊ alter est niger ⁊ aliqñ in eo depingitꝰ buffo sparsis pedibus ante ⁊ post. Dicũt ẽt ꝙ si ambo simul icludanꝰ p̃nte veneno eos adurere manũ tangentis. Probationẽ aũt huius lapidis esse dicunt ꝙ exhibitus buffoni viuo buffo eleuatur contra eũ ⁊ tangit eum si potest. Dicitꝰ etiaz ꝙ presente veneno varius efficitur qui subalbidus est.

Cap. 13^m. De incipientibus a. 13. littera que est. O.

Onyx gẽma esse phibeꝰ nigri colore inuenitꝰ: melius genus eius nigrũ albis venis variatũ. Uenit aũt de media ⁊ arabia. Inuenitꝰ autẽ qnque diuersitatũ pp varietatẽ venaꝝ ⁊ coloꝝ. Aiunt collo vel digito suspẽsus excitat tristitiã ⁊ timores ⁊ in somno phãtasias terribiles: ⁊ multiplicare fertur tristitias ⁊ lites. Dicũt aũt ꝙ auget salinã pueris. Si ãt sardinus sit p̃ns ligaꝰ onyx ⁊ suspẽditꝰ a nocumẽto: hec ãt oĩa si hꝫ pfecto hꝫ ideo q² virtutẽ hꝫ mouẽdi melãcholiã p̃cipue ĩ ea p̃te: ex motu eniz illius ⁊ vapore oĩa ista procedunt.

Onycha vo seu onycalus vt dicũt qdã idẽ est qđ onyx qđ verisimile est: vel ꝙ sit aliqua spẽs eius: sed colore nõ niger nisi aliqñ sed colorẽ hꝫ vt humanus vnguis sicut supra diximus. Sed onychinis noĩs inueniunꝰ multi colores albi ⁊ nigri ⁊ rubicũdi qui tñ oẽs in substãtia quadã fabricanꝰ: que similitudinẽ exprimit vnguis hoĩs. Aiunt etiaz ꝙ ex lachryma arbore que onycha dicitꝰ indurata in lapidez generaꝰ: ⁊ hãc esse causam ꝙ odoriferus est in igne. Hanc ẽt causaz inquunt eẽ ꝙ frequẽti⁹ alijs depict⁹ imaginib⁹ mirabili⁹ inenitꝰ: q² lachryma a principio mollis facile formabilis pingitur ⁊ picturam retinet quãdo in lapidem induratum coagulatur. Hunc lapidez dicunt insensibiliter intrare in oculum ⁊ hoc esse mirabile. Sed ego vidi saphirum intrare in oculuz ⁊ lapidem galli: ⁊ quẽdam alium cuius nomen ignoro: aui sine lesione oculi: politum enim tenue nõ ledit oculum nisi tangat aciem siue pupillam sensibilẽ cõtra foramen vuee.

Obtalmus lapis est ab obtalmia dict⁹: cui⁹ color nõ noiaꝰ forte ideo qꝛ multoꝝ est coloꝝ. Ualere aũt dicitꝰ gestanti ꝯ oẽs malos morbos oculoꝝ: visus aũt circũstantiũ dicitꝰ obcecare: ⁊ ideo ẽt patronus furũ vocatur: gestantes enim eũ quasi inuisibiles redduntur.

Orites hꝫ tres spẽs quaꝝ vna nigra ⁊ rotũda: alia viridis maculas albas hñs. Tertia cui⁹ altera pars est aspa altera plana: ⁊ est color ei⁹ q̃si ferri lamia: ⁊ talis ẽt est dispositio corporis ei⁹ de quo ferũt ꝙ vnctus oleo rosato ⁊ gestatus p̃seruat ab aduersis casibus ⁊ pestiferis morsibus reptilium. Dicitur etiã in physicis ligaturis ꝙ appẽsus mulieri prohibet ipsam impregnari: ⁊ si pregnãs est abortum facit.

Orphanus ẽ lapis q in corona Romãi Imperatoris ẽ: neqꝫ vnq̃ alibi visus est pp qđ ẽt orphanus vocaꝰ: est aũt colore q̃si vinosus subtilẽ hñs vinositatẽ: ⁊ hoc est sicut si cãdidũ niuis candẽs seu micans penetrauerit in rubeũ claꝝ vinosũz: ⁊ sit superatũ ab ipso. Est aũt lapis pluctidus: ⁊ traditꝰ ꝙ aliqñ fulsit in nocte: sed nunc tẽpore nostro non micat in tenebris. Fertur autem ꝙ honorem seruat regalem.

Cap. 14^m. De incipientibus a. 14. littera que est. P.

Panterus lapis est multos habẽs colores in vno corpore lapidis. Nigrũ vꝫ ⁊ viridẽ ⁊ rubeum: ⁊ alios multos. Inuenitꝰ aũt pallidus purpure⁹ ⁊ roseus. Ferũt aũt luscos efficere visus. Inuenitꝰ sm plurimũ in media: hꝫ aũt ge ñds ad ipm inspicere in mane oriente sole vt sit efficax ⁊ victoriosus: tot aũt virtutes dicitur habere quot colores habet.

Peranites lapis est generatus de micheton ⁊ est femineus sexus. Nam certo tpe dicitur cõcipere ⁊ parere cõsimilez lapidem naturalem: valere aũt dicitur pregnantibus.

Peritbe siue pidonius lapis est fului coloris: dicitꝰ ẽt valere ꝯ artheticã. Mirabile etiã referunt de isto lapide ꝙ si fortius cõstringaꝰ manu adurit manũ: vult ergo leuiter ⁊ pauli de tangi. Dicitur aũt de hoc genere esse alia spẽs q̃ est chrysolito similis nisi ꝙ est maioris viriditatis.

Prassius est lapis qui est matrix ⁊ palatium smaragdi frequẽtius est aũt viridis coloris habẽs viriditatẽ spissaz sicut prassium qđ est marrubiũ. Inuenitꝰ aũt aliqñ cũ rubeis guttis ⁊ aliqñ cũ albis. Expertũ aũt est ꝙ cõfortat visuz: ⁊ quasdã iaspidis ⁊ quasdã smaragdi hꝫ operationes. In epistola etiã Esculapij cuidaz p̃bi ad Octauianũ augustũ ferunt ꝙ aliqđ venenuz est tante frigiditatis ꝙ cor hoĩs interempti illo veneno cõseruat ab igne. Et si cor illud in igne ponatur tãdiu ꝙ in lapidẽ optbesi conuertitꝰ lapis iste vocaꝰ profilis ab igne: vocaꝰ humanus a mã: preconsus esse dicitꝰ eo qđ victores facit ⁊ a veneno p̃seruat. Narrat aũt iꝫ fabule sit similie ꝙ Alexander macedonius hoc lapide sub cingulo suo in prelio vtebatur: cũqꝫ reuerteretur ab india ⁊ vellet lauari in euphrate deposito subcingulo morsu serpẽs casu p̃cidit lapidem: ⁊ euomuit eũ in euphrate: ⁊ de hoc mentionẽ dicitur Aristo. fecisse in libro de natura serpentum qui liber ad nos non peruenit: colore autem ruber hic lapis candorẽ habens admixtum.

¶ Cap.15ᵐ. De incipientibus a.15.littera que est.Q.

Q Uiriciᵃ lapis est qui inuenit in nido vpupe aliquādo que tota est auis prestigiosa ⁊ multa augurans vt dicunt magi ⁊ augures. Est autē lapis hic proditor secretoꝝ ⁊ phātasias cōmouēs si ponatur super pectus dormientis.

¶ Quandros lapis est qui aliquādo īuenit in cerebro vulturis: cuius virtutem ferunt esse cōtra quoslibet nociuos casus ⁊ replet mamillas lacte.

¶ Cap.16ᵐ. De incipientibus a.16.littera que est.R.

R Amai qđ in medicinalibꝰ inuenit ⁊ alchimicis qđ idē est ꝙ bolus armenꝰ. Est aūt lapis subrubeus. Huius autem virtus pro certo expta est ꝙ ē ꝯstrictiua vētris ⁊ pcipue sanguinis dissinterie ⁊ menstruorum.

¶ Radaim lapidē ⁊ donatidē eundē aiunt: dicunt aūt ꝙ niger est lucens. Ferunt autē ꝙ quādo capita gallorum comedere dantur formicis ꝙ aliquādo post tempora multa in capite maris galli hic lapis inuenitur. Ferunt etiā hunc valere ad quodlibet impetrandum.

¶ Cap.17ᵐ. De incipientibus a.17.littera que est.S.

S Aphirus lapis est valde notus est scḋm plurimū eius venit ab oriēte ex idia. Inuenit ēt in hypodromo apud rhodanū puīcie regionē ⁊ ciuitatē: sed nō est adeo pciosus vt p oīa sic illis orientali. Est aūt in colore pspicuus flauus sicut celū serenatū: sed vincit in eo flauus color: ⁊ idō ē melior qui est nō satis plucidus. Optimus aūt q nubes hꝫ obscuras ad rubedinē declinātes inuenit ēt bōus q albidas hꝫ nubeculas: substātata sua sit sicut fusce nubes aliquātulum trāsparēs: huiꝰ aūt virtutē ego vidi ꝙ antraces duos fugauit. Aiunt ēt hūc lapidē hoīez castū reddere ⁊ iteriorē ardorē refrigerare: sudorē strigere: dolorē curare frōtis ⁊ lingue. vidi ego vnū in oculū itrare: ⁊ sordes ex oculis purgare: sed ante vult poni in aquā frigidā ⁊ post similr. Qđ aūt dicūt ꝙ amittit virtutē ⁊ colorē postꝗ̄ semel fugauit antracē: est falsum: qr vidi vnū qui successiue interiecto spatio fere annoꝝ quatuor fugauit antraces duos. Dicunt ēt ꝙ corpus integrat ⁊ paces cōciliat: pium ⁊ deuotū ad deum efficit: ⁊ animaz firmat i bonis: hic lapis alio noīe sirtites: vel vt alijs placuit sirrites vocatur: eo ꝙ in sirtibus inuenitur.

Nō de saphiri virtute ꝯ antraces.

¶ Sardonix quē qdaz sardonycē vocāt: ēt cōpositꝰ ē ex duobus lapidibꝰ: sardo vꝫ ⁊ onyce. Est ergo rubeus: ⁊ hic color supereminet in ipso ex sardio: est ēt albus ⁊ niger: ⁊ coloris vnguis pferēs ex onyce. Laudabilior aūt est q hos colores magis hꝫ distinctos ⁊ qui dēsioris est substātie. Inuenit aūt qnque modis ⁊ forte pluribus ꝑpter diuersaꝫ coloꝝ cōmixtionem: ⁊ substātie diuersam densitatē: ⁊ frequētius inuenit in india ⁊ arabia. Fertur autē luxuriā depellere: ⁊ hominē castum reddere ⁊ pudicū. Est autez maxima huius virtus in hoc ꝙ cum onychinus nociuus sit: hic nocere non potest sarnum sibi in substantia habens admixtum.

¶ Sardinus lapis est ab antiqssimo iter pciosos lapides cōnumeratꝰ. Est aūt ruborē spissuꝫ hñs cū subs obscure pulat sicut si puletas imaginaret in rubea terra: ⁊ scḋm hanc diuersitatē inuenit qnque modis: ita ꝙ aliqs in hoc hꝫ de puletate: ⁊ forte est ille matrix alioꝝ ⁊ domus in qua gñat. In sardis autē ciuitate prius esse repertus dicit: ideo sic vocatur. Aiunt autē hunc accendere aīam ad gaudiuꝫ ⁊ acuere ingenia per virtutes cōtrarias ligare a nocumēto onychinum.

¶ Sarda qđ alij dicūt sardo lapis ē q se hꝫ ad tabulas ligni sicut magnes ad ferruꝫ: ⁊ idō adheret ita fortiter tabulis nauium ꝙ euelli nō possit: nisi abscindat cuꝫ ipso ea pars tabule cui inheserit. Est autem in colore purissimus nitens.

¶ Silenites lapis est de quo varia referunt. Dicūt eniꝫ qdā hūc nasci in quodā gñe testudinis idico: ⁊ eē variū rubeo albo purpureo quoqꝫ colore pulcherrimū. Alij aūt dicūt hunc virētē ⁊ in pñdis pelibꝰ frequētiꝰ inueniri: dicūt aūt hūc crescere īpa crescēte: ⁊ luna decrescēte decrescere: gestatū aūt ferūt ꝯferre pscientiā quādā futuroꝝ: si sub lingua portat: precipue prima luna ⁊ decima existēte: dicūt enim ꝙ mane pma luna vna tm̄ hora hꝫ hāc virtutē: decima aūt existēte luna hꝫ virtutez in prima hora ⁊ sexta. Modus aūt diuinationis est ꝙ cum portat sub lingua cogitatur de aliquo negocio vtrū fieri debeat vel nō: ⁊ si fieri debet cordi tenaciter infigit: ita ꝙ euelli nō pōt: si autē non debet fieri statim cor resilit ab ipso. Fert etiā ꝙ curat ptisicos languentes ⁊ debiles.

¶ Smaragdus lapis preciosior multis alijs ⁊ nō rarus ⁊ est color eius viridissimus trāsluccens ita ꝙ vicinū aerē sua videtur tingere viriditate. Figura sua melior est planities superficiei: qr tūc vna pars nō obumbrat aliā. Melior autē est que nec lumine nec vmbra variat. Huius pp planitiei ⁊ coloris varietatē dicūt esse diuersitates duodecim: eo ꝙ aliqū qđdā fel nigruꝫ p modū virgularū permixtū hꝫ. Sunt autez a locis dicti scythici vel britānici ⁊ niliaci: ⁊ qui i venis eris nascunt: ⁊ maculosi qdā ⁊ qdam calcedonij eo ꝙ admixturā hñt cū illo lapide. Meliores oībꝰ sunt scythici. Fert autē ꝙ illi de nidis griphonū auferunt qui lapidē hūc cū crudelitate magna custodiunt: dixit enim vnus de Grecia veniēs veridicus ⁊ curiosus experimentator ꝙ ille lapis nascit in rupibus qui sunt sub aqua maris: ⁊ ꝙ ibi frequēter inuenitur. Rōnale etiā est ꝙ in venis eris in perspicuo qđ ad eris substātiā nō venit nascit: qr rubiginis eris hꝫ viriditatē. ¶ Expertū aūt est tpibus nostris ꝙ hic lapis si vere bonus ⁊ verus est nō sustinet coitū: pp qđ rex Ungarie q nostris tpibꝰ regnat: in coitu cū vxore sua lapidē hunc in digito habuit: ⁊ ꝑpter coitū in tres partes fractus fuit. Et ideo ꝓbabile est qđ dicūt ꝙ hic lapis gestātez se ad castitatē inclinat. Ferunt etiā ꝙ auget opes ⁊ in causis dat verba psuasoria: ⁊ ꝙ collo suspensus curat emitriteū ⁊ caducos morbos. Expertū autē ꝙ visum debilem cōfortat ⁊ oculos cōseruat: dicunt etiaꝫ ꝙ bonā facit memoriā ⁊ ꝙ tempestatē auertit: ⁊ valet diuinantibus: propter qđ a magicis queritur.

Nota de expimēto qđ ꝯᵐ gu tpe suo.

¶ Syrus ē lapis a syria dictꝰ vt dicit Isido. q īteger natat: ⁊ cōminutꝰ fluctuat. Profecto huiꝰ cā est qr in poris itegrum aerē cōtinet qui euanescit a puluere cōminuti lapidis.

¶ Sarcophagus lapis est deuoratiuus cadauerū mortuorū. Grece eniꝫ sarcos sonat arcā: phagos aūt comedere. Antiqui aūt qdā hoc lapide primo fecerunt areas mortuoꝝ: eo ꝙ in spatio.30.dieꝝ cadauer consumit. Ob hoc autē nostra monumenta lapidea sarcophagi sunt vocata.

¶ Sarminus lapis est a sarmia insula in qua inenitur dictus. Hoc autē lapide politur aurū. ¶ Fertur autem ꝙ potatus vertiginem sedat: ⁊ mentem solidat: habere autem hoc vitium dicitur ꝙ alligatus manu parturientis impedit partū ⁊ continet ipsum in matrice.

¶ Suetinus lapis est crocei coloris queꝫ greci elicā vocant. Inuenit enim aliqū trāslucens vt vitrum: vocabulum autē trahit a mā: qr succo vel gūmi arboris nascit que pinus vocatur: vulgariter aūt lubra vocatur. Cōfricatus autē trahit folia paleas ⁊ fila sicut magnes ferrū: dicūt autē ꝙ ꝯfert potantibus se castitatē. De expertis autē est ꝙ fugat serpētes incensus: pregnātibꝰ aūt valere dicitur ad facilē ptuitionē. Melior aūt est qui fit de succo q in estate calida profluit: obscurior autē qui fit de succo alterius corporis.

¶ Specularis lapis vocat eo ꝙ ad moduꝫ vitri pspicuus sit. Dicit aūt in Hispaniaꝝ vrbe segebis pmitꝰ iuenꝰ. Ego aūt vidi illum abundāter inueniri ita ꝙ currus inde onerant in diuersis partibꝰ theutonie: vidi ēt in Gallia inuenire cuꝫ gipso: qr gipsi extremitas qdā est: effossus aūt scindit in qꝫlibet tenues ptes ⁊ fiunt īde fenestre sicut de vitro: nisi ꝙ loco plūbi opꝫ ponere lignū leue abietnuꝫ. Sūt vt videt tres spēs eiusdē: vnū.s. lucidū vt vitrū: aliud nigrū penitꝰ q̄si atramētū: tertiū citrinū qđ vocāt auripigmētum vel arsenicuꝫ sicut supra diximus qđ carius est ⁊ nobilius.

¶ Cap.18ᵐ. De incipientibus a.18.littera que est.T.

T Opasion lapis ē sic vocatꝰ a loco sue prime inuētionis: q fert vocari topasis isula: ⁊ qr auri similitudinē pretēdit. Sūt aūt due spēs in hoc gñe lapidis: quaꝝ vna est oīno similis auro ⁊ hec ē pciosior. Alia ē crocea magis tenuis coloris ꝗ̄ auri sit color: ⁊ hec est vilior. Expertū aūt est in nro tpe ꝙ si in aquā bullientē imittat ita deferuere facit ꝙ statiꝫ manu imissa extrahit ⁊ hoc fecit parisius vnꝰ de nostris socijs. Dicūt ēt ꝙ valet ꝯ hemorroicā ⁊ lunaticā passionē. Hoc aūt certū est ꝙ speculū est lapis iste ⁊ idoluꝫ obiecti corporis sicut speculū cōcauū in ꝯuersū representat cuiꝰ cā eē nō pōt nisi ꝙ iterius p suprficies cōcauas ꝯcrescit ⁊ congulatur.

¶ Turchois lapis est coloris flaui & lucidi cãdẽtis ac si lac pe netraret in flauũ colorẽ & resultet p ipm ad supficiẽ. Dicunt aũt q visuz ɔseruat & a nociuis casib⁹ portantẽ se defendit.

¶ Cap. 19m. De incipientibus ab. V. littera.

Varach qdẽ dr̃ sanguis draconis sm Arist. lapis est. Quidã aũt medicoꝝ dicũt q ẽ succ⁹ cuiusdã herbe. Sz qð dicit oñdit in puluere cui⁹ supfi cies nitet & aspera ẽ sic cõminut⁹ lapis: est ãt ru bẽs valde: valet ãt ꝫ quẽlibet fluxũ & pcipue san guinis: & ex eo & argẽto viuo fit algala.

¶ Vernix est lapis qui dicitur armenicus: est autem coloris subpallidi valet certissime contra melãcholiã: & ꝫ vitiũ sple nis & epatis & contra cardiacam passionem.

¶ Viritea est gẽma quã supra piritẽ dixim⁹. Color aũt ei⁹ est fulgẽs vt ignis vt supra dixim⁹: leniter & reuerẽter vult tan gi: aut adurit tangẽtis manũ. Mimirũ q etiã noctiluca aial aliqñ adurit manũ: sicut egoipse expertus sepius.

¶ Cap. 20m. De incipientibus a littera. Z.

Zemech est lapis qui vocatur lazuri: huic inest tenuis color flauus cum corpusculis aureis. Fit aũt ide azuriũ. Certissime valet sumptus cõtra melãcholiã & quartanã & syncopim ex va poribus melãcholicis prouenientem.

Nõ expimẽtũ ꝫ melãcholiã & quartanam.

¶ Zigrites lapis ẽ coloris vitrei alio noie ẽt enarvocat̃. Et dr̃ q gest at⁹ collo stringit sãguinẽ: & depellit mẽtis alienationẽ.

¶ Hec de lapidib⁹ dicta in speciali sufficiãt. Qr̃ si in speciali de virtute cuiuslibet lapidis vellemus dicere modũ volumi nis excederem⁹. Sicut eniz a pricipio dixim⁹ si qs expimẽta ri voluerit vix lapillũ inueniet qui nõ habeat aliquã virtutẽ: sed p ea que dicta sunt iudicare de oibus est planum.

¶ Tractatus tertius secundi libri.

¶ Cap. pm. De lapidibus in quo est de sigillis lapidũ: & qua liter est dõm de sigillis: & quot sũt modi sigilloꝝ: & de expriis.

De imaginibus aũt la pidũ & sigillis post hec dicẽdũ est: lz eni pars ista sit pars necromãtie sm illam spẽm ne cromãtie que astronomie subalternatur: & que de imaginib⁹ & sigillis vocat̃: tñ pp bo nitatẽ doctrine & q illud capiãt a nobis sci re nostri socij aliqd de hoc hic dicem⁹: oĩno impfecta & falsa reputantes: quicqd de his a multis scriptũ inuenit̃. Antiquoꝝ eniz sapiẽtũ scripturã de sigillis lapiduz pauci sciunt nec sciri põt nisi simul & astronomia & magica & necromãtie scie sciant̃. Incipiẽtes igit̃ de imaginib⁹ lapidũ dicimus nos tres modos imaginũ in lapidib⁹ iueniri. Quo rũ vnus est q inuenit̃ in lapide imago nec exarata nec sup eũ eleuata: sed in eo depicta quasi coloribus & picturis variata sit. Alter est q inuenit̃ eleuata quasi ope excussorio sup lapi dẽ. Tertius modus est q figura incisionis est exarata in la pidũ qbusdã partib⁹ lapidis abrasis: & in qbusdã remanẽti bus. Adhuc aũt in imaginib⁹ que sunt picte aliqñ pingitur imago colore eiusdẽ lapidis & tunc nõ ostendit imaginẽ nisi modus terminationis lineaꝝ quarũdã que sũt in supficie la pidis: aliqñ imago hz colorẽ oĩno alium a colore lapidũ. Hi aũt duo modi sunt imaginib⁹ que eleuate sunt sup lapidũ su perficiẽ. ¶ Volo aũt pmo narrare que vidi: & expertus sum egoipse & postea ostẽdere cãm & modũ p quẽ a nã efficit̃ ima go: & tertio loq de imaginib⁹ factis p artẽ & ostendere virtu tes sigilloꝝ. ¶ Dico igit̃ q me essente Venetijs cũ essem iu uenis icidebant̃ marmora p serras ad parietes tẽpli ornan dos: ɔtingit aũt in vno marmore iam iciso tabulis icisis sibi applicatis apparere depictũ caput pulcherrimũ regis cũ co rona & lõga barba: neqz in aliquo peccare videbat̃ pictura: nisi in hoc solo q frontẽ videbat̃ in medio habere nimis al tam ascẽdentẽ versus verticẽ capitis. Sciuim⁹ aũt oẽs qui aderam⁹ hoc a nã fuisse pictũ in lapide. Et cũ a me quereret̃ cã inordinationis frõtis: dixi lapidẽ illũ ex vapore fuisse co agulatũ: & in medio p calorẽ fortiorẽ vaporẽ inordinate ascẽ disse vltra modũ. Fuit aũt pictura eiusdẽ coloris cũ lapide. ¶ Hmõi ãt simile est in nubib⁹ in qb⁹ oẽs appent figure qñ vẽtis nõ agitant̃: & ɔtinue pp calidũ eleuãs eas ẽt dissipant̃: que si apprehẽderent̃ loco & virtute lapidib⁹ multas effigia rent figuras: pp hoc pz ergo figurã picture simplicis aliqñ eẽ a nã. ¶ Post hoc aũt longo tpe cũ essem parisius de nume ro doctoꝝ & grege ɔtingit aduẽire ad studiũ filiũ regis castel le: cui⁹ coqui cũ pisces emerẽt pnominati nobilis famuli pi scem emerũt q latine peccet vulgariter pleis vocabat̃: & erat marie qntitatis in illo gñe piscis: cũ aũt exenteraret̃ piscis in vẽtre ei⁹ appuit cõcha ostrei marini quã ad me memorat⁹ nobilis fecit cã dilectionis adaptari: ɔcha ergo illa in cõca uo sui qð est planũ & politũ hẽbat figurã triũ serpẽtũ ore ele uato optime factoꝝ: ita q nec figura desuit oculoꝝ: cũ tamẽ eẽnt valde parui: exteri⁹ aũt in ɔuexo qð erat aspeꝝ hẽbat fi guras multoꝝ. 10. vz & amplius serpẽtũ silimodo p oĩa opere factoꝝ: nisi q oẽs exteriores nodo quodã in collo videbãtur colligati: capitib⁹ tñ & corporib⁹ sepatis: neqz fuit vlla istarũ imaginũ que nõ eẽt pforatã foramine ab ore serpẽtis icipien te & iferius ad caudã serpẽtis exeunte: & erat foramẽ ita puũ q videbat̃ filo factũ fuisse. Hãc aũt cõchã ego multo tpe ha bui: & multis ostendi: & postea eã misi pro munere in theoto niã cuidã. Cõstat igit̃ p illud experimẽtum ẽt figuras eleua tas sup lapides aliqñ fieri a nã. ¶ Narrauit aũt mihi qdam nobilis & potẽs q quodã tpe ab vno rusticoꝝ suoꝝ psentatũ fuit sibi ouum minoris quãtitatis q̃ȝ galline: in quo corpore exclusoꝝ simili in testa optime figuratus fuit serpẽs christa tus & alatus & habebat figuram pedis sicut pes galli: omnia autem hec indicãt tales formas aliquãdo a natura forma ri: & hoc puto ego & scio verum esse.

Quid sibi ɔti gerit dũ pari sius esset.

¶ Cap. 2m. De figuris lapidum a natura factis.

Videramus igitur qualiter a nã formant̃. Reuo cemus igit̃ ad memoriã ea que in scðo nostroꝝ phicoꝝ de mõstris loquẽtes determinauimus. Nõ igit̃ ignoramus q sunt qdaz loca in celo in qbus cũ luminaria ɔuenerint ipediunt ẽt ipro pria & efficaci mã figuram humanã gñari: & mã tunc cõcrescit in horribile mõstrũ. Aliqñ ẽt ecõuerso concur rũt luminaria & ceteri planete ad locũ in quo tanta virt⁹ est gñationis humãe: q in semine valde difformi ꝫ vim forma tiuã illi semini insitã iprimit formã humanã: pp hoc ɔtingit aliqñ porcellos in capite pferre figurã hois & fetus vaccarũ similr. Qð q ex pmixtione seminis hois cũ dictoꝝ aialium seminib⁹ esse nõ possit in physicis nostris satis est ostensum. ¶ Hec igit̃ est cã & nõ alia q ẽt in lapidib⁹ vaporabiliter in mã coagulatis iprimit̃ figura hois vel alia de figuris specie rũ quas pducit nã aut pingendo tñ: aut ẽt figurãdo totum eleuãdo in toto vel in parte marie cũ sit hui⁹ efficiẽs in ony chinis pp mãe maiorẽ mollitiẽ vt dixim⁹ supra. ¶ Est enim colonie in capsa triũ regũ magne quãtitatis onychinus ha bens latitudinẽ manus vnius hois & amplius: in quo super mãm lapidis onychini q ẽ sicut vnguis: picta duo sunt capi ta iuuenũ albissima: ita q est vnũ sub alio: sed eiucet ppõne nasi & oris: & in fronte capitũ est figurat⁹ nigerrimus serpẽs qui colligat capita illa. In mãdibula aũt vnius in capte vbi est angulus curuitatis mãdibule iter partẽ que descẽdit a ca pite: & eã que ad os inflectit̃ est caput ethiopis cũ longa bar ba nigerrimũ: & subtus in collo iteꝝ est lapis habẽs colorem vnguis & videt̃ esse vestimẽtũ decoratuz florib⁹ circa capita: pbaui aũt q nõ est vitrũ sed lapis pp qð psumpsi picturã il lam eẽ a nã & nõ ab arte: similes aũt multi inueniunt̃. ¶ Non latet tñ aliqñ p artẽ fieri tales imagines duob⁹ modis: vn⁹ quoꝝ est i quo operat̃ ars & nã: & illa qdẽ vel qualis ars effin git figuras & mãe colores & postea totũ ponit̃ in aqua in qua fortis est vis mineralis lapidificatiua & ex illa coagulatur in lapidẽ sicut diximus supra. ¶ Scðs aũt modus est decepto rius q effinguntur imagines in mã & diuersificant̃ colores fi gure p sigilla & postea ope alchimie p aquã vel aliuz liquorez coagulantẽ idurat̃ in similitudinẽ lapidis: & hoc marie fit p illud qð Alchimici vocãt lac virginis: fit aũt qñ litargirũ for tissime lauat̃ in aq̃ & sepius colet̃ p ipsaz quousqz fit sicut la chrima: & due aque pmisceant̃: est eni hec aq̃ certissime co agulãs: & videbit̃ lapis q p eã coagulat⁹ est. Multis ãt alijs modis fiũt coagulatiões materieꝝ ita q videbunt̃ lapides cũ nõ sint: si quis subtiliter & p lunã tẽtauerit. Aliqñ aũt fiũt hmõi colores in vitro simplici: & similr imagines: & hoc vul gus iperitũ putat eẽ lapides: his ergo de causis fiunt imagi nes picte & excusse siue eleuate. Ille autez que ex arte rasura

Quid ipse vi derit venetijs.

Qualr ima gines lapidib⁹ ipmi possint ab arte & a nã simul.

videnť: nõ itelligo qualiter fiant nisi ab arte nõ a nã per ali- quē modū: sȝ in gēmis durissimis dicunť fieri ꝑ ptes adamā tinas acutas ⁊ durissimas ab his q̄ scribūt de gēmis qđ ego nequaꝙ̄ credo verꝝ eē: ad tales eni excartiones opȝ hēe instru decēter aptata: qđ nõ pōt eē in partibꝰ adamātis: nisi molli- reť sanguine hircino: ⁊ tūc eēt dispēdiū ⁊ nimis sūptuosuȝ: eo ꝙ aliq̄n paꝝ valētē gēmā exaratā eē videmus. Que igiť

Nõ expressus de illis sculptoꝝ

expti sumꝰ ēt hic dicimꝰ: distillať eni ⁊ ꝓpurať chalibs sepꝰ donec fere hȝ albedinē argēti: ⁊ tūc ex eo formanť īstrumēta ferri ⁊ sculptoꝝ angulis ꝯueniētibꝰ ⁊ subtilibꝰ ⁊ tūc exprimiť succus raphani ⁊ ꝑmisceť cū succo raphani aq̄ que extrahiť de lūbricis terre cōcisis ⁊ expressis ꝑ pānū ita ꝙ tātū sit vniꝰ quātū alteriꝰ: ⁊ postea cādēs instrm̄ extinguiť in aq̄ illa bis vel ter vel pluries quotiēs opȝ ⁊ efficiť ita duꝝ ꝙ radit gem- mas ⁊ icidit aliud ferrū sicut plūbū. ℭ Hec igiť dicta sūt de cā imaginū q̄ apparēt in gēmis. Si aūt q̄s querat q̄re imagi nes in alijs lapidibꝰ nõ inueniunť nisi i gēmis: dicemꝰ ꝙ priꝰ nos exptā iduximus ꝙ aliq̄n apparēt in marmore: sȝ in alijs generibꝰ lapidū iaȝ nõ apparēt q̄z mā eoꝝ est grauis ⁊ grossa terrestris ⁊ v̇tutibꝰ mouētibꝰ inobediēs: ⁊ iō celū eā mouere ⁊ iꝑrimere nõ pōt. lapides āt p̄ciosi ⁊ q̄dā marmora vt supra diximus vaporales hn̄t mām facile mouētibꝰ obediētes: ⁊ iō in eis tales gn̄anť imagines. Exēplū huiꝰ est in vaporibꝰ se- minalibꝰ in q̄bꝰ de facili apparent imagines que tn̄ in suba cerebri vel capitis vel ossis nõ iꝑrimunť: oēs enim motus ce lestes pōt īpedire cōfusio: ⁊ ihabilitas māe sicut diximꝰ sepꝰ in p̄cedētibꝰ: ⁊ est hoc sicut si sigillū lapid̄ē tāgat vel durā ter- rā tunc nequaꝙ̄ iꝑrimiť: si aūt tangat aqua iꝑrimiť: ⁊ si aqua cōgeleť tūc figura ꝑseuerat in glacie: hec aūt nõ oīno phȳsica sunt: tn̄ ꝓp doctrine bonitatē hic sunt interposita.

ℭ Cap. 3m. De causa quare gēme p̄mitus sculpi p̄cipiebant: ⁊ qđ sit iuuamentum in ipsis sigillis.

Nunc aūt determinemꝰ cām q̄re gēme primitꝰ a sapiētibꝰ sculpi p̄cepte sūt: ⁊ qđ sit iuuamētū in ipsis sigillis eoꝝ: huiꝰ aūt cāȝ cognoscere ex scīa opȝ magoꝝ qui cōpleuerunt. Magot grecus ⁊ Germa babyloniꝰ ⁊ Hermes egyptiꝰ i p̄mis postea āt mirabiliter effulsit in ea Ptolomeus sapiens ⁊ Geber hispalēsis. Tebith aūt plene tradidit artē. Est aūt principiū in ipsa scīa oīa q̄cūqȝ fiūt a nā vel arte mo ueri a v̇tutibꝰ celestibꝰ p̄mo: ⁊ hic de nā nõ est dubiū. In arte ēt cōstat eo ꝙ aliq̄d mō ⁊ nõ ante icitat eoꝝ hoīs ad faciēduȝ ⁊ hoc eē nõ pōt nisi virtꝰ celestis vt dicūt sapiētes prenoīati.

Duplex p̄nm i homine.

Est enīȝ in hoīe duplex principiū opeꝝ: nā. s. ⁊ volūtas: ⁊ nā q̄dē regiť siderībꝰ: volūtas q̄dē libera est: sed nisi reniťať tra hiť a nā ⁊ idurať: ⁊ cū nā moueať motibꝰ siderū icipit volun tas tūc ad motꝰ siderū ⁊ figuras inclinari: ꝓbat hoc Plato ex operibꝰ pueroꝝ q̄ libertate volūtatis nõ adhuc renitūtur nāe ⁊ siderū iclinationi. Illi eni ex siderū virtute p̄ostendūt i

Nota d̄ instruc̄dis pueris.

se habilitates ad vnā artē vel aliā in qua si exercitenť ꝑfecti efficienť: ⁊ si reluctenť ⁊ alias exerceāt: nunꝙ̄ ꝓp nāe ad illaȝ artē ineptiā ꝑfectionē ꝯsequunť. Nõ aūt dubitamꝰ q̄n oē qđ est cā aliquo mō cause: est ēt aliquo modo cā causati. Si igiť vis ⁊ afflatus siderū influit quādā causalitatē artis in artifi ce: pro certo nisi īpediať influet oibꝰ operibꝰ artis aliq̄d sue virtutis. ℭ His habitis pro p̄ncipio sumimus a dictis phis qđ ēt alibi ꝓbādū est figuras celoꝝ p̄mas esse figuras: ⁊ ante oīum gn̄atoꝝ nā ⁊ arte figuras. Qđ aūt primū est gn̄e ⁊ ordi ne gn̄antiū absqȝ dubio causalitatē suā ꝑ modū cuiqȝ ꝯgruū

Considera hic q̄ũo figura esse pōt actiõis p̄n cipium.

oibus influit seq̄ntibꝰ. Nos eni nõ intēdimus hic de figu- ris mathematice sumptis: sed de figuris ꝓut iducūt diuersi tatē gn̄antiū ⁊ gn̄atoꝝ in ordine ⁊ speciebꝰ ⁊ nā forme ⁊ māe sue: hēbit igiť figura celestis causalitatē in omni figura gn̄a ta a nā eo ꝙ ars resoluiť in principiū nāe: q̄ȝ principiuȝ artis prout diximꝰ nā est sm̄ ꝙ exiuit a suo celesti principio: cuiꝰ principiū est itellectꝰ practicus sicut idē itellectus est p̄ncipiū artis sicut diximus sepius in celo ⁊ mūdo ⁊ physicis. ℭ Ex his āt de necessitate ꝯcludiť ꝙ si obseruare ad celestē figurā imprimať figura in mā ꝑ nām vel artē ꝙ celestis figure aliq̄ vis influiť operi nāe ⁊ artis: ⁊ inde est ꝙ obseruare ad ima- gines celi p̄cipiunť fieri opa ⁊ exitus ⁊ itroitꝰ ⁊ icisio vestiū ⁊ vestitura a Ptolomeo sapiēte. Hinc est ꝙ in scīa giomātie figure punctoꝝ ad imagines tales reduci p̄cipiunť q̄ȝ aliter nõ sunt vtiles: hac ergo idustria ꝯsiderata primi p̄ceptores ⁊ ꝓfessores physici gēmas ⁊ imagies metallicas ad imagies astroꝝ obseruatis tꝑibus q̄n vis celestis fortissima ad ima ginē eandē eē ꝓbať: vtputa celestibꝰ multis virtutibus ad- mixta sculpi precipiebāt: ⁊ mira ꝑ tales imagines opabanť.

ℭ Imagines aūt celi ex multis q̄dē adiuuanť: sūt tn̄ p̄cipue q̄nque obseruāda. s. imago circuli nõ stellati: q̄ȝ circulꝰ signo rū nõ stellatus est primꝰ habēs motū figure ⁊ vite. Scđo iu- uatur ex imaginibꝰ stellatis que etiaȝ obseruare opȝ debite. Tertio autem est ex situ planetaꝝ in signis ꝯfortātibꝰ signa. Quarto aūt ex quātitate eleuationis ⁊ elōgationis sm̄ lōgi- tudinē ⁊ latitudinē a linea eq̄noctiali ⁊ ascēdente. Et q̄nto ex respectu oium hoꝝ ad latitudinē climatis: hoc eniȝ mul- tū est obseruādū q̄ȝ ex hoc ⁊ q̄rto variať tota qualitas angu loꝝ quos describūt radij sup figurā rei gn̄ate vel facte ꝑ ar- tem ⁊ sm̄ quātitatē illā anguloꝝ īfundunť rebꝰ virtutes cele stes: hoc enim pauci obseruāt ⁊ pauciores obseruare sciunt ⁊ duȝ sine scīa nituntť ad opus artis imaginū ꝓp fallaciā sue opationis credūt fallere sciam ⁊ cōtēptibilē reddūt eandeȝ: sic igiť ad celestes imagines sculpi gēme ⁊ hac de cā p̄cipiun tur. ℭ Sed nõ lateat nos ꝙ sicut virtutes nāles ꝑdurant in quodā tꝑe ⁊ nõ vltra ita est ēt de virtutibꝰ imaginū: nõ eniȝ influiť aliqua virtꝰ de celo nisi in quodā tꝑe periodi sicut di- ximus i fine ꝑigeneseos: ⁊ postea cassa ⁊ inutilis remāet ima- go frigida ⁊ mortua: ⁊ hec est cā q̄re q̄dā imagines nõ opan tur hoc tꝑe qđ fecerūt tꝑe antiquo. Hinc est ꝙ distiguunť in astronomia diuersi anni imaginū celi ⁊ planetaꝝ ⁊ quarūdā stellaꝝ dicunť eē anni maiores ⁊ medij ⁊ minores in quibus explicant sua cāta fortiora vel minus fortia vel media.

ℭ Cap. 4m. Qualiter imago dicatur orientalis occidentalis meridionalis vel aquilonaris.

fuit subtilis: videbāt enī ꝙ nihil est qđ sit potētia oīa fieri: ⁊ nihil eoꝝ ſm actū in nā: nisi mā pma: ⁊ cū hāc ꝓprietatē in cognoscitiua potētia aīe inuenissent: ⁊ pcipue in itellectu potētiali arguebāt cognoscitiuā potētiā ⁊ itellectū potētialē esse aliqđ materie pme: sicut adhuc hodie multi errātes faciūt nostrū ⁊ mām idē arbitrātes. Cui' adhuc aliā iducūt rōnē fortiorē dicentes nihil restringere potentiā materie nisi formā: ꝓpter qđ videmus mām determinatā quātitate ⁊ ꝯtrarietate esse pauciorū formarū capacē: ꝙ si mā determinata quātitate nō. Sił aūt mā nō determiata quātitate ēēt amplioris capacitatis formaꝝ: ꝙ illa que quātitate determiata ē. Hoc aūt est: qa ex formis nō hꝫ nisi formā pmā: forma aūt pma est que ꝯstituit essentiā pmā in ordie reꝝ nālium: hoc aūt est intellectualitas: sicut ꝓbabit in pħia pma: hec igiť est potentia capiens oēs formas iferiores p amplitudinē potētie mālis que est ipsa. Amplit' aūt vna potestas nature erit in oib' i quib' est per pn^m vnū ⁊ idē. Sꝫ potētia recipe formas: ⁊ actu nō hīe quedā est potestas nāe: que est in mā ⁊ in aīa: inerit ergo rōne vnius ⁊ eiusdē pncipij hoc aūt pn^m nō ē nisi mā: ergo opꝫ ꝙ mā pma faciat hoc in aīa. Iste rōnes ⁊ silēs que adhuc detinēt multos iduxerūt pmos pħos ad hoc ꝙ dixerūt ꝙ aīa est ex pncipijs mālib' nāe. Adhuc ēt ipsi supposuerūt ꝙ cognitio nō existit aīe nisi per assilationē cognoscētis ⁊ cogniti: sicut ⁊ veꝝ est. Adhuc aūt ponebāt aliā ꝓpōnē veraꝫ ꝙ nihil cognoscit nisi a pncipijs suis sicut ēt ꝓbať i pncipio pħicoꝝ: ꝙ itelligere ⁊ scire circa oēs scias nō est nisi ex pncipijs causis ⁊ elītis reꝝ. Et posuerūt iteꝝ tertium veꝝ ꝙ aīa cognoscat oīa. Et sillogizabāt ꝙ cognoscēs oīa silē est in forma cū pncipijs oīuꝫ: nihil aūt est silē cū pncipijs oīuꝫ nisi qđ est ipsa pn^a pma vel ex ipsis pncipijs pmis: igiť aīa aut erit ipsa pn^a pma aut ex pncipijs pmis cōstās: hec igiť sūt que iduxerūt antiquos ad dicēdū aīaꝫ eē pncipia reꝝ vel ex ipsis. Et pp paucitatē exercitij in studio nō sciuerūt ꝙ alia est potētia cognitiōis ⁊ alia materie: qꝛ illa que ē itellect' possibiľ ⁊ cognoscitiue potētie ꝓportionať vli ⁊ particulari qb' pficitur ſm actū potētia aūt māe ꝓportionať formis sꝫ eē qbus ſm actū efficiť ⁊ pficiť: pp qđ in aīa nō est mā vel itelligētia: sed potētia in aliq̄ materie silis ⁊ in aliq̄ dissilis. Sił autē qꝛ antiq videbāt ꝙ cognitio nō existit in aīa nisi per assilationē cognoscētis ⁊ cogniti: si vidissent ꝙ hec assimilatio fit per itētiōes reꝝ: ⁊ nō per eēntias eaꝝ eo ꝙ itētio lapidis ē in aīa: ⁊ nō ipse lapis nō errassent. Sꝫ nesciuerāt illud ⁊ posuerūt assilationē nō posse fieri nisi ſm formā eē pficiētem ⁊ dātē: ⁊ ideo in errorē iducti sunt. Sꝫ de oib' his nobis iferi' erit ingrēdū. Sꝫ ea que hic dicta sūt ad excusationē antiq̄rū sunt dicta vt sciamus qꝛ subtiles rōnes fuerūt que eos induxerūt. Sic igiť Empe. dixit aīe assilationē fieri cū oib': qa ex pncipijs est oīuꝫ: ⁊ iđ terra cognoscit terrā: ⁊ ether quē aerē eē voluit cognoscit ethera: ⁊ aquaꝫ aq̄: ⁊ qꝛ spiritualior est ignis: iđ dixit hoc māifestū eē ꝙ aīa igne cognoscit ignē: ⁊ in efficiētib' pncipijs idē dixit: qꝛ ꝯcordia cognoscit ꝯcordiā: ⁊ discordia cognoscit discordiā. Hec igiť est opio Empe. de aīa. ¶ Eodē aūt mō hoc ē per eādē rōnē Plo in Timeo aīaꝫ dixit eē ex elītis nō qdē ex eisdē que dixit Empe. sꝫ ex alijs que Plato oīuꝫ posuit elīta: habuit eni idē iducēs qđ habuit Emp. quātū ad silitudinē itellectus dolis cū mā. Et quātū ad hoc qđ est cognitionē fieri per assilationē cognoscentis ⁊ cogniti ⁊ ꝙ nō sit cognitio reꝝ nisi per pn^a reꝝ: ⁊ iđ dixit cognosci silē silī: ⁊ res esse ex eisdē pncipijs ex qbus sūt cognite. Et veꝝ in hoc dixit Plato: sic p3 ex pdictis. Sicut aūt dixit in Timeo ita ēt determiauit i dictis suis de pħia pma vbi loquiť de pmis reꝝ pncipijs. Ibi eniꝫ dixit ꝙ ipm aīal qđ est forma sepata ⁊ est gen' ꝯtinēs i se spēs aīaliū exiñs aū hoc ꝯstituiť ex ipa idea vnitatis ⁊ pma lōgitudie ⁊ latitudie ⁊ altitudie. Et alia que sūt in alia coordiatiōe alterius gīis cōstituunť sili mō ⁊ nō fuit Platonis itellect' irrisorius quēadmodū multi crediderūt. In oib' eni vnitas est a forma ⁊ opꝫ ꝙ in q̄libet genere vno fuit vna forma pma ſm itētionē que est genus illud. Et illa forma reduplicata de potētia in actū ꝯstituit spēs diuersas ſm ꝙ reduplicať ad diuersos actus: hāc igiť formā qa separatā posuit Plato vocauit ideā qđ latine sonat forma: eo ꝙ oīa sequētia format. Separataꝫ aūt posuit eo ꝙ per eēntialia sibi nō depēdet ab aliquo posterioꝝ. Nullo eni aīali existēte in spē ⁊ idiuiduo ad hoc remanet substātiata sensibilis eo ꝙ nō trahit essentiam ab eis sic iā dcm est: qa aūt idea ē sube corporee: iđ pma principia corpoꝝ posuit cū idea pma esse pn^m aīalis: sicut aūt pūctus ex vnitate ⁊ linea ex binario: ⁊ superficies ex ternario ⁊ corpus ex q̄ternario. Qꝛ si ego accipiā pmum idiuisibile in hoc ꝯueniet ⁊ pūctus ⁊ vnitas: si aūt addidero dicēs pmum indiuisibile hñs pōnē in ꝯtinuo tūc genero pūctū: pūctum igiť addit supra vnitatis rōnē. Qcūq; autē sūt duo in gñe vno: quoꝝ vnū se hꝫ ex additiōe ad alteꝝ: illud qđ ex additiōe est pncipiať a simpliciori. Et hac rōne dixit Plato punctū pncipiari ex vnitate. Et hac rōne discreta quantitas est aū ꝯtinuā: linea aūt oriť a binario: qꝛ linea ꝯstituiť in eē ex fluxu pūcti in ꝯtinuū: fluxus aūt ois vni' ⁊ eiusdē idiuisibilis nectio est ab vno idiuisibili pūcto in aliud idiuisibile pūctū: ⁊ sic linea duo idiuisibilia pūcta hꝫ actu quoꝝ vtrūq; oriť ab vnitate: sic binari' est perfect' in duab' vnitatib': hec igitur eē q̄re linea orta dicať a binario: supficies aūt oriť a ternario qa tria pūcta poni ſm actū nō pñt in ꝯtinuo in linea vna pma simplici. Dico aūt lineā pmā simplicē eē rectā lineā: qꝛ curua cōpositionē hꝫ in partib' diuersis ⁊ circularis hꝫ compositiōē in formis duab' que sūt ꝯuexū ⁊ ꝯcauū sicut in phisicis ⁊ in de ce. ⁊ mun. dcm est. Tria ǵ pūcta posita a tribus vnitatib' orta: si ſm actū sūt pōnē hñtia nō ꝯtinuabit ea linea vna simplex quocūq; mō ꝓtrahať. Sꝫ pmuꝫ ꝯtinuās ea est supficies: igiť supficiei ꝯtinuitas pmā est in trib' pūctis ſm actū positis in cōtinuo. Si aūt puncta q̄tuor ponā: ita ꝙ quartū diuaꝫ ponat a trib' opꝫ ꝙ quartū sigā in ꝓfundū cōtinui qꝛ si ponā in latū nō faciet diuaꝫ ad tertiū: ⁊ si ponam in lōgū nō faciet differētiā ad z^m. Si aūt positis q̄tuor punctis nulla superficies vna ꝯtinuabit ea: opꝫ igiť ꝙ corp' ꝯtinuet hec q̄tuor pūcta discreta a q̄tuor vnitatib' exorta. Sicut autē dcm est ꝙ vna forma idealis est in omni vno gñe sicut dixit Plo. ⁊ verū dicebat ꝙ est resoluere oīa genera subalterna ad gñalissimuꝫ ⁊ illius forma reduplicata per diuas formas ⁊ ꝯstituit oīa alia iferiora ⁊ ꝯtingit gñalissima resoluere in ens ⁊ vnū que sunt oīum pncipia: vnū aūt nihil dixit addere supra ens ſm rē: ⁊ ideo vnitatē idealē pmaꝫ dixit eē oīum pncipiū formale: sed magnitudinē ab vnitate ⁊ dimensiōes fluētēs dixit esse pn^m māle: eo ꝙ phisica mā est illa que tres hꝫ indeterminatas dimensiones sicut nos ostendimus ꝫ in fine primi pħicoꝝ: hoc igitur mō dixit Plato. pncipium oīum ⁊ formale ⁊ materiale esse numeros: ⁊ supponebat reꝫ cognosci ex principijs suis: cognoscitur ergo ex talib' numeris qui sunt essentialia reruꝫ principia ⁊ cum aīa cognoscat omnia: opꝫ ꝙ aīa sit ex primis numeris qui sunt essentialia reꝝ pncipia. ¶ Adhuc aūt ꝓbabat hoc Plo ex ipsis habitibus perficiētib' vires aīe qa itellect' qui ꝯceptio principioꝝ est que sunt reꝝ simplices q̄dditates stat in vno nō flects ex vno in aliud. Scia aūt que ꝯclusionū est ⁊ effectus est demōstrationis: necessario est duo qꝛ erit ab habitudie extremorū ad mediū in cōceptiōe cōclusiōis: ⁊ sic de perfectione eius sunt duo quoꝝ vnū efficiť ab altero: ⁊ est sicut vnitas terminata vel sicut punctus fluens in cōtinuū per directū vel discretum: ⁊ ideo singulariter stat fluxus eius in vno non obliquatus ad aliquid qđ sit extra sitū eiusdem rectitudis. Opinio aūt est eius: sicut sit plani numerus qa numeri plani primi siue supficiei est ternari': opinio aūt cū sit acceptio duplicis erit qdeꝫ ex vno sed nō stat singulariter in vno sꝫ dilatať ad timorē ꝯdictorij cū certa rōne nō sit ꝓbata ꝯ. Sensus autē firmissime corporis est qꝛ acceptiuus est corporalis forme: neq; hoc facit sensus exterior tm̄: sed ēt sensus iteriores que particularitū formis iformanť que ab indiuiduātibus nō sunt separate. Cū igiť ois acceptio siue cōceptio aīe: aut sit vlalis aut particularis: ⁊ q̄dem vlis tunc aut simplex aut cōplexa: ⁊ si est cōplexa aut est certe stans in vno aut dilatata ad formidineꝫ oppositi ⁊ non possunt esse plures: opꝫ ꝙ oīa que fiunt in aīa fiūt per hec quatuor. Cum aūt ois cognitio fit per silitudinē cognoscētis ⁊ cogniti sicut diximus: opꝫ ꝙ ipsa aīa silitudinē habeat ad ista q̄tuor. Cū igiť vnitas forme: ⁊ binarius: ⁊ trinarius: ⁊ quaternarius sint ipse spēs ideales que sunt principia rerum ⁊ sunt de nūero eīātorꝫ primo res elementātiū opꝫ ꝙ aīa sit ex elemētalis istorū numerorum eo ꝙ oēs res indicanť ⁊ cognoscūtur aut intellectu: aut scia: aut opinione: aut sensu sicut dcm est. Ipi enī

numeri

Vide. 3. de aīa cō. 18. dr in ter receptiōes mãe ⁊ itell'a.

Tex. ⁊ cō. 26.

Nō quasi itellect' Plonis nō fuit irrisorius.

Tex. ⁊ cō. 17.

numeri sunt forme prime ⁊ species ⁊ ꝑ̄ncipia rex. Et Plo quidē in Timeo dicit aiam esse quasi nām mediā iter itelligētias ⁊ nām: ⁊ si sic sit media opꝫ ꝙ sit numerus idealis ab intelligētia qdē ꝟm ordinē nature ꝑ̄ductus ⁊ ante naturam existens. Hec igitᷓ dicta sint de Platonis opinionibus.

¶ Cap. 3ᵐ. De opinione: que ⁊ motiuo ⁊ cognoscitiuo aiam dicit eē diffiniēdā: in quo etiā est de opinionū collatione.

Tex. t cō. 28.

Habitis aūt his que mouerūt antiquos ad dicēdū ꝙ aia diffiniēda erat p motiuū. Itēqꝫ habitis eis ex qbꝰ alijs videbatᷓ ꝙ esset diffinienda p cognoscitiuū fuerunt qdā vtrūqꝫ istoꝝ cōplectētes ⁊ diffiniētes aias per vtrūqꝫ: dicētes animā eē numeꝝ seipm mouētē: dicebāt aūt ipsuꝫ esse numeꝝ ꝑpter Platonis rōnes: qꝛ numeꝝ ponebāt esse principiū oīum rex vt ex illo potētiā cognoscitiuā oīum haberet: ⁊ per seipm mouentē dicebat vt ex illo mouerentᷓ corpora p rōnē supius itroductā: ⁊ in hāc aie diffōnē plurimi cōsenserūt antiquoꝝ stoicoꝝ qꝛ ex ista videbatᷓ eis ꝙ aiam probarēt imortalē eē sicut iferius ostdemus: ꝫ aūt oēs cōueniāt in hoc ꝙ oia sunt ex ꝑ̄ncipijs primis: tñ differūt in duobus: quoꝝ vnum est que sint illa ꝑ̄ncipia prima: ⁊ ꝟm quot sint numero. Maxime aūt differūt in hoc ꝙ dicūt quidā ex eis ꝑ̄ncipia rex esse corporea qdā aūt dicunt ea eē icorporea ⁊ miscent ꝑ̄ncipia ex his: ⁊ ad hec vtraqꝫ referēda dicunt eē principia: ⁊ in multitudine principioꝝ differūt qꝛ qdā eoꝝ dicūt esse vnū ⁊ qdā plura his principijs que ponunt tradūt aiam esse corporeā vel icorporeā ⁊ vnū vel plura.

Tex. t cō. 29.

¶ Qui enim dicūt ꝙ nā principioꝝ est motiua nō est irrationabile sicut nos superius ostēdimus: ⁊ qꝛ qdā putabāt ꝙ primū motiuū oīum ⁊ icorporeū est ignis: ideo dixerūt ꝙ aia est ignis quidā: hoc enim est subtilissimū corpoꝝ specie ꝟm partes suas: ⁊ inter oia elemēta maxime est icorporeꝰ ⁊ spiritualis: ⁊ mouet alia sicut videtᷓ cū ipse sit maxime mobilis.

Tex. t cō. 30.

¶ Sed ꝫ Democritus falsuꝫ posuerit tñ dulcius ceteris dixit qꝛ ex positiōe sua cāusā qꝛ retulit ꝑpter qd est vnūqꝺqꝫ opuꝫ aie ꝑ̄ncipaliū dixit enim aiam qdē ⁊ itellectū idem esse sicut superius diximus: ⁊ cū itellectꝰ sit cētia prima que capacitate ambit oēs alias: dixit ꝙ hꝫ ex eo ꝙ athomi rotunde prima sunt principia rex ⁊ sunt motiua sicut aia eo ꝙ habēt figurā que oibus figuris mobilior est: ⁊ ꝑp partes subtilissimas: figura autem hec est forma rotunda: talē aūt dicit esse itellectū ⁊ aiam: eo ꝙ velociter trāsit ab vno in aliud: ⁊ ignē dicit esse eiusdē sp̄ciei rotūde: ⁊ ideo aiam eē ignē vel ex igne.

Tex. t cō. 31.

¶ Anaxago. aūt ꝫ melius posuerit ꝙ̄ Democritus: tñ non adeo dulciter ꝟm ꝑ̄batam dixit ꝙ minus certificauit: alicubi eniꝫ videtᷓ qdē alteꝝ dicere aiam ⁊ itellectū sicut supius diximus: alicubi aūt videtᷓ vtrūqꝫ vti sicut vna nā: ⁊ iō ⁊ itellectū posuit oīum esse principiū maxime ⁊ solū eundē dicit eē iter oia que sunt simplicē ⁊ imixtū ⁊ purū: ⁊ nos iam ostēdimꝰ q̄re dixit ipm eē principiū qꝛ. s. in eo est oīum capacitas sicut in principio primo mꝫli. Simplicē aūt dixit eē: eo ꝙ nō extenditᷓ corporeitate ⁊ ꝯtrietate: imixtū aūt eo ꝙ nō cōmixtus est organo alicuiꝰ corporis p suā opatiōnē sed remanet sepatus: purus aūt est eo ꝙ capit eētias puras rex ⁊ nō eē ipsaꝝ in mā: ⁊ mē appendicijs: ⁊ hec positio in paucis peccat: sed non certificat: qꝛ dicit ꝙ ab eodē hꝫ ⁊ cognoscere ⁊ mouere: ⁊ ꝙ dicit itellectum oia mouere: ⁊ hoc esse nō pōt: qꝛ ideꝫ eodē mō se hñs nō pōt esse mālē ⁊ efficiēs: est aūt mālis ⁊ passiua potētia cognoscitiua ⁊ motiua eoꝝ que sunt efficiēs.

Tex. t cō. 32.

¶ Ex antiquis aūt phis italicis: de qbꝰ extat pua reminiscētia fuit Melissus q opinatꝰ est aiam p motiuū eē diffiniēdaꝫ: qꝛ dixit magnetē hēre aiam p quā ferrū trahit: Diogenes aūt sicut ⁊ alteri qdā dixerunt aiam eē aerē quēdā eo ꝙ cognitiuo ⁊ motiuo dicebāt eā diffiniri: ⁊ aerē dixerūt ꝑ̄nᵐ oīum: ⁊ ita esse ꝑ̄nᵐ cognitionis in aia: ⁊ eundē dixerūt esse subtilissimū ⁊ ita eē in anima eundē aerē ꝑ̄nᵐ motꝰ quo mouet aia. Heraclitus aūt ciuis ephesius: oīum ꝑ̄nᵐ dixit eē vaporē: ⁊ ex ipso ꝯstitui oia alia ⁊ eundē dixit eē icorporalissimū ⁊ mobilissimū: eo ꝙ semper fluat: ⁊ dixit ꝙ nihil entiū ē qꝺ nō cōtinue moueatᷓ: ⁊ ideo cū cognitio sit p assimilationē eo ꝙ cognoscēs oia sit mobilissimū: ⁊ ideo ipse ⁊ multi alij fumū cordis ⁊ vaporē dixerūt eē aiam. Similē aūt his cāmi iducētē habuit Almeō q a qbusdā Thales q vnus de septē sapiētibꝰ fuisse creditᷓ: hic eniꝫ ꝫ nō diceret aiam esse vaporē vel fumū: tñ dixit ꝙ est qꝺdā diuinū qꝺ mouetᷓ semp mouēs seipm: ⁊ iō ēt imortaleꝫ dixit eē aiam: qꝛ sit ꝑ̄nᵐ mouēs primū. Si eni daretᷓ nō moueri: tunc ēt nō moueret sicut dixerūt. Si aūt primū nō mouet tunc nihil scꝺoꝝ mouet vel mouetᷓ sicut habitū est in. 8. phicoꝝ: ⁊ sic cessat motꝰ i tota nā qꝺ est icōueniēs: opꝫ igitᷓ ꝙ se semp moueat. Est igitᷓ imortalis. Hec aūt rō scripta est in phedrone Platonis: ⁊ iō dixit Thales aiam cōparari dijs celestibus imortalibꝰ: q sunt itelligētie mouētes qꝛ mouere inest aie sicut itelligētijs imortalibꝰ: qꝛ ex se mouentᷓ celestia sicut ⁊ aia illa. Moueri eniꝫ vidit oia diuina ꝯtinue ex seipsis sicut solē lunā ⁊ astra ⁊ celū totū. Almeō aūt talē dedit de aia phiaꝫ ꝑp hoc ꝙ vidit aiam mouere p itellectū: sicut ⁊ celū mouetur: ⁊ ideo aiam dixit esse ꝑ̄nᵐ motus primū: ⁊ nō posse nō moueri ⁊ nō mouere: sicut neqꝫ prima pars a motu cessare: diximꝰ aūt rōnē huiꝰ in phicoꝝ libro vltimo. Magis aūt grossi nō adeo efficaces rōnes habuerūt iducētes eos ad ponēdū. Hippus qdā vulgaris phs dixit aiam eē humorē aqueū: ⁊ videtᷓ sibi ꝙ hoc psuaserit a semine ꝑ̄nationis qꝛ semē oīum ꝑ̄natoruꝫ est humidū aqueū ꝙ cito recipiat mēbroꝝ effigies. fuit autē cā dicti qꝛ vidit virtutē formatiuā eē in humido retētā p viscositatē spermatis que format mēbra oia: ⁊ hāc putauit eē humidi nām in semine: ꝙ nullā cām ꝯsiderauit nisi mālez dixit ꝙ̄ ꝑmo humorē formare in seipso organū: ⁊ postea humorem seminalē radicaliter illis organis ibibitū eē aiaꝫ aialiū: ⁊ iō redarguit eos q sanguinē dixerūt esse aiam dicēs ꝙ humor spermatis nō est sanguis: sperma aūt ꝑ̄nationis primū dicit eē aiam: que format oia mēbra ⁊ ifundit sicut prius dictū est. Adhuc aūt alij grossiores sanguinē esse aiaꝫ dixerūt. Illa rōne inducti dixerūt sentire magis eē ꝑpriū aie ⁊ per illud dixerūt aiam esse diffiniēdā quēadmodū dixit Critias: ⁊ cū videretᷓ corpus ex angue ꝑp frigiditatē obstupescere in sensu ⁊ ad reditū sanguis redire sensum putabāt vim sensitiuam sedem hēre in sanguine: ⁊ eē sanguinē: ⁊ qꝛ sensuꝫ ⁊ animā dixerūt idē esse: ideo dixerūt aiaꝫ eē sanguinē. Et vt breuiter dicatᷓ oia elemēta indicata sunt eē aia ab aliquo antiquoꝝ ꝑ̄ter terrā: hāc enim nulli retulerūt solā eē elemētū vel aiam nisi forte aliqs diceret eaꝫ esse ex oibꝰ elemētis aut oia elemēta quēadmodū Empe. huiꝰ aūt cā fuit: qꝛ cū duo sint in qbꝰ ꝯualescit vita calor. s. ⁊ humor neutrū est in terra: ⁊ iō ēt a paucis elemētū eē terra ponebatᷓ sed dicebatᷓ esse fex distillans ab oibꝰ alijs elemētis ⁊ sic ex alijs esse cōposita.

Nō cāꝫ quare nullus nāsr loquēciū posuit solū terrā in 3 le principium.

Vnde etiā illi q sanguinē aiaꝫ eē dicebāt primas opationes aie vegetabilis ⁊ sensibilis in sanguine vel humore eē queꝫ loco sanguinis eē dicebāt vel videbāt. Est eni vltimū nutrimētū sanguis itra venas ex quo est cibꝰ ⁊ augmētum ⁊ ꝑ̄natio ⁊ in oia sensibili sensus: qꝛ etiā spiritus aialis in quo deferūtur forme ad vires aie apprehēsiuas resoluitᷓ a sanguinis humore: ⁊ iō sanguinē priorē esse dicebāt illo: ⁊ qꝛ tam sanguis ꝙ̄ sperma opationes quas hāt in humido habent: qꝺ formatᷓ ad mēbra corporis: siue in ꝑ̄natione siue post ⁊ causas formales ⁊ efficiētes videre nō poterāt ideo aiam primū humidū ⁊ oīum humidoꝝ principiū esse dicebāt. Animā enim ꝑpter potētiā que est in ea ad omnia quodāmodo materiale ⁊ primū principiū esse credebāt: sicut superius dictum est.

¶ Cap. 4ᵐ. De tribꝰ in sūma p que aia ab antiqs diffiniebatur: que sunt motiuū: cognoscitiuū: ⁊ incorporeum.

Tex. t cō. 33.

Vt aūt ad sūmā reducamus oia ex qbꝰ antiqui aiam dixerūt esse ⁊ diffiniri: dicimus ꝙ tria sūt que dixerūt ei inesse substātialiter: hoc est motū. sensum: ⁊ incorporeū. Et nos qdē iam ante ostēdimus rōnes bonas ⁊ subtiles: que induxerunt eos ad hoc ꝙ dixerūt ei inesse motuꝫ: quo seipsam mouet ⁊ sensum qꝛ sensum in ea idem reputabāt cū itellectu oēm virtutē apprehēsiuā siue cognitiuā sensum vocātes. Sed icorporeū inesse eidē dicebant hac rōne qꝛ videbant ꝙ ois forma que determinat ⁊ pficit mām post corporeitatē ꝟm nām sibi aduenīēs diuisibilis ⁊ corruptibilis est. Animā aūt videbāt indiuisibilē ⁊ icorruptibilē ⁊ iō incorporeū dixerūt ei inesse p nām. Amplius aūt nullū corporū mouet seipm sicut ꝑbatū est tam in physicis ꝙ̄ in celo ⁊ mūdo: aiam autē dixerūt mouere seipsaꝫ: ⁊ ideo dixerūt icorporeā. Amplius nulla potētia determinata corporeitate est potētia oia fieri: igitᷓ necessario est incorporea. Adhuc quicqd ꝟm eē in corpore est quātitatē hꝫ per se vel per accidēs: forme autē

que sunt in aīa cognoscēte simplices sunt nullius oīno quātitatis existētes: igit̄ anima nō pōt esse corporea. His igit̄ rōnibus ⁊ silibus inducti dixerūt anime inesse p̄ subam icorporeū: ⁊ per ipm aiam diffiniri nihil incōueniēs in hoc dicētes. Sed in supposito icorporei multū errabāt ꝑpter nouitatem eoꝝ in pħia qm̄ icorporeū esse dicebāt raꝝ: qđ tactui ⁊ visui nō manifestat̄: ⁊ sic īciderūt in errores diuersos aerē vel vaporē dicētes esse aiam: hoꝝ aūt triuꝫ que dicta sunt qđlibet reduxerūt ad aliqđ nature principiū eo q̄ aiam videbāt habere ꝓprietatē primi principij alicuius in mouēdo ⁊ gescendo vel cognoscēdo sicut supra manifestatū est: ⁊ iō illi q̄ aiaꝫ in cognoscēdo dixerūt esse diffinīēdā ponebāt aiam eē aliqđ mãe prime: etiā id qđ ipsi supponebāt esse mām primā dicebant esse aiam ⁊ iō dixerūt eā esse aut elemētū primū aut id qđ ꝓpria cōpositione cōponit̄ ex primis elementis: qm̄ sicut dixi primū determinās potētiā mãe prime est itellectualis: ⁊ cognoscitiua nāꝫ: ⁊ in hoc silr̄ oēs pter vnū dixerūt quo ad cām dicti: ſꝫ valde eēnt dissimiles in determinādo suppositū elemēti qđ aiaꝫ eē dixerūt. Cā aūt dicti fuit q̄ sile sili cognoscitur: eo q̄ oīs cognitio ē p̄ assimilationē ⁊ q: aīa cognoscit oīa: ⁊ cognitio reꝝ est p̄ principia reꝝ: iō dixerūt eā ꝯstitui ex primis principijs reꝝ. ¶ Et gcūqꝫ iter eos dixerūt tm̄ vnaꝫ esse cām que materialis est entiū sunt elemētū aliqđ dicētes esse principiū vnū. Illi etiā aiam vnū illud eē dixerūt vt ignē vel aerem vel aliqđ aliorum elemētoꝝ: plura v̄o dicētes causas ⁊ principia mālia dicūt aiam esse plura vel ꝓpria cōpositione cōponi ex pluribꝰ: sicut ex supius habitis facile pōt patere. Anaxa. aūt solus cōsiderās altius ipassibilē ⁊ imaterialem dicit itellectū ⁊ nihil habere cōe in esse cū alijs elemētis corporalibꝰ: voluit eni Anaxagoras duo esse principia ⁊ causas quoꝝ vnū eēt efficiens: reliquū mãle: ⁊ vnū qdē dicebat esse itellectū oīa agentē fm̄ formas quas hꝫ apud se ⁊ distinguentē. Reliquū aūt dicit esse chaos primū ex quo itellectus format ⁊ distingit res: ⁊ licē substātiatā ⁊ substantē huius intellectꝰ dixit esse aiam: ⁊ iō nō habere cōem mām cū alijs: ⁊ ideo esse impassibilē oīno inesse: sed agere dicit cū formas suaꝝ passionū vel apprehēsionū in his que itelligit sicut primus intellectus agit formas in rebꝰ ⁊ iste subtiliter dixit: pp qđ laudat Aristo. eū in multis locis qm̄ absqꝫ dubio veritatem dixit de itellectu agente: sed m̄ qi nō perficit̄ itelligere ⁊ cognoscere in aīalis nisi ex itellectu possibili ⁊ cognitiōe sensibili ideo nō sufficienter dicit: ⁊ cum intellectus imaterialis sit: ⁊ nulli habeat aliquid cōmune: qualiter cognoscat res: ⁊ ꝓpter quā cām determinata ⁊ distincta cognitio fit in eo: cū ipse nō sit nisi inr cōmunis itelligibiliū. Anaxag. nō dixit nec perspicuū est ex his que dicta sunt ab eo vel ab alijs. ¶ Quicūqꝫ aūt in principijs posuūt eē ꝯtrietates: eo q̄ nō solā materiam dixerūt esse principiū: sed etiā ꝯtraria agentia dicebāt illi ꝓpter eandē cām quā diximus cōstitui dicūt aiam ex cōtrarijs. Quicūqꝫ aūt nō dicunt duo cōtraria agentia ſꝫ vnū primū eē agens: siue illud dicāt calorē siue frigus: siue aliqđ huiusmodi de cōtrarijs primis: cōsequēter etiā dicunt aiaꝫ esse illud vnū qđ ponunt esse principiū cōtrariū: ⁊ videtur q̄ cōsequantē hanc rationē ex ipsis noībus anime ⁊ operationū eius. Quidā enim dicunt ipsam esse calorē: q: ꝓpter caloreꝫ naturalē viuere est in viuentibꝰ cū aīa sit fm̄ suā subam principium vite: sicut in scđo huiꝰ scientie ostēdemus. Alij aūteꝫ dicunt eā esse frigus: eo q̄ vident in respiratione attrahi frigus vt tēperet̄ calor cordis in quo est sedes vite. ¶ Et scias q̄ subtiliores oībus fuerūt qui diffiniuerūt eaꝫ icorporeaꝫ ⁊ mouentē seipsam: ⁊ dicebāt eā esse cognoscitiuā: hec nō diuisim: ſꝫ simul aīe attribuētes: ⁊ de icorporeo qdē ⁊ cognoscitiuo satis ad presens pꝫ p̄ antedicta. Mouēs aūt seipm qualiter dixerūt iam prius diximus. ¶ Sed adiungēdum q̄ hec tria phi dixerūt ex tribꝰ que sunt in aīa. Est eni in aīa qđ est similitudo lucis prime cause: ⁊ imago eius: ⁊ est in ea qđ est sub ipsa in ordine tertio: q: fm̄ ordinē nãe inter aiam ⁊ p̄mā cām est itelligētia: ⁊ quo ad hoc est aīai potētia aliqua. Est item in ea q̄ ipsa est forma ante corporeitatē ſꝫ nām existēs: ⁊ hoc voluerūt dicere sūmi phi: qm̄ dixerūt eā esse ante mām ⁊ post intelligētiā in orizonte eternitatis ⁊ tpis: qm̄ tempus accedit ad mutabilitateꝫ subiecti ⁊ mãe nūllis que determinata est quātitate. Eternitas aūt est in ipsa cā prima ⁊ itelligentijs quātū ad statū imutabilitatis ꝫ īceperint p̄ creationem itelligentie in momēto tpis. Dixerunt ergo q̄ cū p̄ma cā sit primū mouēs: q̄ imobile quidē est per subam sed mouet se in omne qđ est per largitionē esse ⁊ bonitatū suarū: eo q̄ ipm ꝓcedit in omne qđ est sicut cā imobilis dicit̄ i effectū ꝓcedere qñ largit̄ ei esse simile cause: quātū pōt recipere fm̄ analogiā cuiuslibet effectus: ita itelligētia fluens ab ipso largitur ⁊ ꝓcedit vniuersalius ⁊ minus vnīter fm̄ q̄ est itelligētia altior ⁊ iferior. Et tertio aīa sic mouet se i suū vniuersuꝫ: qđ est corpus vnicuiqꝫ organo dādo de vita ⁊ bonitatibꝰ eiꝰ quātū pōt recipere: ⁊ hoc dicebāt motū aīe quo mouet̄: ⁊ nō dicebāt sibi ꝯuenire motꝰ physicos. Inquātū aūt distat in tertio ordine existēs est ipsa potētia quicqđ est: ⁊ sic fit in ea potentia cognitionis oīum ad modū mãe prime. Sed ex ordine ad tēpus ⁊ ad physicā mām corporis cuꝰ est ipsa pfectio est incorporea: ⁊ hoc p̄cipue cōuenit aīe rōnali cuius aīe cetere sunt vmbre quedā: sicut in sequētibꝰ patebit: hec aūt sīnia perfecte colligit aīe diffōneꝫ: fm̄ q̄ ipsa est exiens a cā prima ad similitudinē accedēs mãe ⁊ recipiēs corpus q̄ dicat̄ esse motiuū suiipsius ⁊ cognoscitiuū ⁊ icorporeū. Hec qdē igitur tradita sunt ab antiquis de aīa: ⁊ ꝓpter quas sic dicant causas: dictū est sufficienter fm̄ presentē intentionem.

Nō quo mō antiq̄ dixerūt moueri aiam.

¶ Cap. 5m. De cōtradictione opinionū in cōmuni: que diffiniebant animam per motiuum suiipsius.

Tex. c. cō. 56.

In cōtradicēdo aūt istis opinionibꝰ quoniaꝫ in veritate in multis errabāt primū cōsiderandaꝫ est de motu quo dicunt aiam esse diffiniendam ⁊ nō obijciamus cōtra hoc q̄ ipsa dicit̄ esse motiua: sed cōtra hoc q̄ ipsa dicit̄ moueri a seipsa: ⁊ hoc esse ei substātiale ⁊ intrās diffinitionē eiꝰ: hoc aūt cōsiderādum ideo est: q: magis aīe videt̄ repugnare q̄ alia duo: qm̄ nō tm̄ fortassis falsum est moueri inesse sibi: sicut substātiale inest ei de cuiꝰ est suba: sed vnū etiā ipossibilā est q̄ ipsa p̄ se moueat̄: sicut mobile de cuiꝰ essentia nō est motus. Si enim de eēntia sua esset motus ipsa inesse nō saluaret̄ neqꝫ cōstitueret̄ nisi per motū sicut ventus fm̄ diffinitionē qua diffinit̄ q̄ vētus est aer motꝰ a quo si auferat̄ intellectus motus iam nō eēt vētus: ⁊ sicut ꝓcella diffinitur: q̄ ꝓcella est aqua mota: tūc enim si intelligat̄ auferri ab aqua motus iam nō erit ꝓcella. Similiter igit̄ si aīa diffinit̄ p̄ motū itellecto q̄ motus auferat̄ ab aīa nō erit iam aīa: sed hoc est irrisoriū: igit̄ impossibile est aiam diffiniri p̄ motū. Amp. motus est actus impfectꝰ ⁊ impfecti sicut in phicis ꝓbatum est: erit igit̄ hoc maxime impfectū in quo motus iam non est solū vt in subto: sed etiā itrat in essentiā ipsius sicut diffinitēs intrat in essentiā diffiniti: esset igitur aīa imperfectissima inter oēs res: si motus esset diffinitiuū eius: his igitur rōnibꝰ ꝓbat̄ aiam nō debere diffiniri per motū. Qđ aūt dicunt necessariū eē omne mouēs p̄ se moueri: nos in. 8. phicoꝝ ostendimus nō esse necessariū: q: in quolibet ordine reꝝ primum mouēs nō mouet̄: ⁊ ita etiā in motibꝰ aīaliuꝫ in qbꝰ inuenit̄ mouēs motū: ⁊ inuenit̄ motū tm̄: ac perinde necessarium est in ordine inueniri id qđ est mouēs tm̄. Motū enim mouēs est cor. ⁊ motū tm̄ forte manus aut pes. Nullū aūt corporum aut pars corporis pōt esse mouēs tm̄ vt in phicis ꝓbatū est: ergo nō corporeū est id qđ est mouēs tm̄: ⁊ hec est aīa. Non igit̄ inest ei motꝰ sicut subto qm̄ id cui inest motꝰ sicut subto id mouet̄. ¶ Volumus aūt ostēdere q̄ impoſe est aiam moueri: omne eniꝫ qđ mouet̄ altero duoꝝ modoꝝ motus mouetur vel vtroqꝫ: aut enim mouet̄ fm̄ seipsum ⁊ p̄ se: aut fm̄ alterū: fm̄ aūt alteꝝ dicimus moueri adhuc dupliciter. Aliquid enim dicit̄ moueri alterius motu eo q̄ inest illi qđ mouetur: sicut cōtentū in cōtinēte sicut nauta nauis motu mouetur: aut inest ei sicut pars est in toto: sicut manus mouet̄ motu totius corporis: ⁊ vtrūqꝫ istoꝝ separatū ab eo cui iest pōt moueri p̄ se. Qđ aūt nauta in naui non moueat̄ ꝓprio motu ⁊ p̄ se manifestū est: q: nauta cū sit homo nō hꝫ motū conuenientē sibi p̄ se nisi motū pedum qui est ambulatio. Hoc autē qm̄ est in naui ⁊ mouet̄ motu nauis nō vtitur: sed potiꝰ nauigatione. Nō ergo tūc mouet̄ p̄ se. Scđm aūt alteꝝ etiā dicit̄ moueri qđ mouet̄ motu alteriꝰ: ⁊ cū separ̄ ab eo nullo modo pōt moueri: sicut mouet̄ albedo ⁊ scia sor. motu sor. ſꝫ fm̄ se nunq̄ moueri possit. ¶ Cum aūt sic dupliciter dicat̄ aliquid moueri per se ⁊ p̄ accidens: nunc nō intēdimus inquirere si anima mouet̄ p̄ accidens: sed potius si mouet̄ p̄ seipsam ⁊ si

Tex. c. cō. 54.

Nota Arist. laudat Anaxagoram in multis locis.

Tex. c. cō. 55.

Documētum primum.

Documētum scđm.

Nota quaꝛ i aīa sūt tria cōsideranda.

Tex. c. cō. 57.

Tex. c. cō. 58.

participat motũ: sicut itrantẽ diffõnẽ suã: ⁊ iam pbauimus aiam nõ pticipare motũ sicut diffinitũ pticipat sua diffinientia. Restat ergo vt pbem⁹ aiam nõ p se moueri. Cũ aũt quattuor sint motus spẽs: si fm gñales terminos numerent̃ lʒ tres tñ sint fm gña: sicut ostẽdim⁹ in. 5. phicoꝝ: hoc est loci mutatio: ⁊ alteratio: ⁊ aug^m: ⁊ diminutio: opʒ ↄcedere q si aia mouet̃: q ipsa aut fm vnã istaꝝ spẽꝝ motus mouet̃: aut fm plures eoꝝ: aut fm oẽs. Si igit̃ nõ mouet̃ aia fm accidẽs: tunc opʒ q nãliter sit mobilis: ⁊ vt nãliter insit ei mot⁹: ergo ⁊ loc⁹ cõuenit ei p se: qꝛ oẽs isti motus sunt in loco fm aliquẽ modũ: ⁊ hoc planũ est de loci mutatiõe recta: qꝛ illa de loco ad locũ est. Similiter aũt planũ ẽ de augmẽto ⁊ decremẽto: qꝛ ibi incremẽtũ fit in locũ maiorẽ ⁊ decremẽtũ in locũ minorẽ: de alteratiõe etiã phica palã est: qm̃ illa nõ fit nisi q̃litatib⁹ actiuis ⁊ passiuis trãsmutantib⁹ corpora phica. Qualitates actiue ⁊ passiue dissoluũt vel cõstringũt partes mãe quas mouent: ⁊ hec dissolutio ⁊ ↄstrictio nõ fit sine motu locali partiũ q̃ ad inuicẽ accedunt in locũ minorẽ: qm̃ ↄstringunt̃ ⁊ recedunt ab inuicẽ in locũ maiorẽ qm̃ dissoluunt̃. Aia igit̃ erit i loco circũscripta: ita q pn^m mediũ ⁊ finẽ est ei assignare in loco: ergo ipsa erit corp⁹ ⁊ ex hoc sequit̃ q nõ sit primũ mouẽs: qm̃ oẽ corp⁹ est motũ ab alio distincto ab eo p eẽntiã tñ: vel distincto ab eo p eẽntiã ⁊ locũ vt pbatũ est in. 8. phicoꝝ ⁊ in. 7. Sequit̃ et etiã q ipsa nõ sit cognoscitiua oium: qm̃ iam pbauim⁹ superius q po^a determinata corporeitate nõ põt fieri oia: sequit̃ etiã q ipsa nõ sit icorporeũ sicut p se pʒ: ⁊ sic ex illa sola positione oia que aiam diffiniũt sunt destructa. Quare aũt quilibet istoꝝ motuũ sit p se ⁊ p accñs in. 5. phicoꝝ a nobis ẽ ostensuʒ.

Tex. ⁊ cõ. 39.

¶ Si aũt sicut dicũt mouere seipsam est suba aie: sicut diffinies est suba diffiniti: tũc opʒ q nõ insit fm accidens vt diximus albũ vel tricubitũ moueri: hec enim mouent̃ fm accñs vt dixim⁹ ex eo q isunt ei qd p se mouet̃ qd est corpus. Et idõ nõ sequit̃ q albedo vel mensura tricubiti p se sit in loco: sed hoc sequit̃ de aia que fm nãm ⁊ subam ponit̃ pticipare motũ: nõ enĩ põt dici q circulariter mouet̃ qm̃ hoc mõ animalis nõ mouet corp⁹ neqʒ talis motus manifestat̃ in ipsa.

Tex. ⁊ cõ. 40.

¶ Amplius omne qd mouet̃ aliquo motu qdcunqʒ sit illud: moueri et põt motu fm locũ. Queramus ergo de aia qm̃ si ipsa mouet̃ nãliter tunc et mouet̃ violẽter ⁊ ecõuerso si moueatur violẽter tũc et mouet̃ nãliter. Eodẽ aũt modo se hʒ de qete. In quẽcũqʒ enĩ locũ mouet̃ nãliter in eodẽ quiescit nãliter. Et ad quẽcũqʒ locũ mouet̃ violenter in eodẽ quiescit violẽter: sicut mõstratũ est in. 5. phicoꝝ: ⁊ primo ce. ⁊ mun. In qb⁹ aũt locis aia habeat mot⁹ nãles ⁊ nãles quietes: ⁊ in quib⁹ habeat mot⁹ violẽtos ⁊ quietes violentas nõ erit facile assignare etiã si licentiã habeãt fingẽdi: qꝛ neqʒ simile aliqd poterit inuenire. Amplius ex quo locales hʒ motus oẽ qd phice quocũqʒ motu p se mouet̃ ⁊ ea sunt eiusdẽ nãe quoꝝ motus est ad locũ vnũ eundem. Si dez aia sursum moueri ipsa erit ignis vel ignee nãe. Si võ dez deorsum moueri: ipsa erit terra vel terre nãe: qm̃ isti motus sunt istoꝝ corpoꝝ. Eodẽ aũt modo sequit̃ q aliqd sit de nã medioꝝ elemẽtoꝝ si dicat̃ ad loca medioꝝ elemẽtoꝝ moueri p nãm. Qm̃ aũt omne qd est primũ mouẽs seipm mouet se fm motũ localem vt in phicis determinauimus: ⁊ aia est primũ mouẽs seipm in suo ordine opʒ q aia moueat seipsam loci mutatiõe. ¶ Qm̃ aũt etiã dicit̃ mouere corpus rõnale est q moueat ipm corpus spẽb⁹ motuũ qb⁹ ⁊ ipsa mouet̃ qm̃ mouet seipsam. Si aũt hoc ↄcedat̃ tũc ecõuerso verũ est dicere q aia mouet̃ motib⁹ qb⁹ mouetur corp⁹: ⁊ ex hoc sequit̃ q aia mouet̃ in corp⁹ sicut in locũ ⁊ nõ sicut in id cui⁹ est ipsa pfectio. Cũ igit̃ corp⁹ moueat̃ de loco ad locũ: opʒ q aie trãsitus ⁊ mot⁹ sit de corpe ad corpus sicut de loco ad locũ quo ad vegetabile ⁊ sensitiuũ ⁊ rõnale aut ad minus fm partes illas trãsferat̃ que dicunt̃ mouere seipsas. Si ergo sit trãsitus de loco ad locum et põt redire qm̃ vult ad locũ vnde exiuit primo: ergo põt iterũ igredi corpus qd mortuũ fuit ex hoc q exiuit ab eo aia: ⁊ sequit̃ ex hoc q eadẽ corpora sepe resurgũt ⁊ sepe moriunt̃ qd est absurduʒ.

Tex. ⁊ cõ. 42.

¶ Si aũt dicãt q fm accidẽs mouet̃ de corpore in corpus sicut dixit Plo qm̃ dixit a cõparib⁹ stellis deprimi aias in hec corpora: qm̃ aũt de corpe ad corp⁹ veniũt in scda ⁊ tertia: ⁊ sic deinceps trãscorporatiõe tũc depellunt̃ violẽtia mali meriti qd gessertũt in corpore: sicut aliqñ depellit̃ aial motu ipulsionis violenter: tũc sequit̃ q nõ nãliter insit ei motus: ⁊ sic per motũ diffiniri nõ debuit. Cui enĩ nãliter inest motus sicut diffiniẽs ipm: opʒ fm hũc motũ nõ ab alio aut fm accidens moueri: sed p seipm: sicut neqʒ dicimus q id qd est p se bonũ ⁊ ppter se appetibile fm eandẽ bonitatẽ ⁊ appetitũ: sit pp aliud bonum aut ex alia cã appetibile: que sit sibi extrinseca.

Tex. ⁊ cõ. 43.

¶ Si aũt cõcedat̃ aia ab extrinseco moueri aliquo hoc non erit sicut motus ipulsionis violẽtus: sed sicut dicimus eã moueri a sensibilib⁹ fm q obiecta sunt mouẽtia ⁊ sensus patientes: qꝛ sentiũt intus suscipiẽdo spẽm sensibilẽ: de hoc aũt motu nos in scdo hui⁹ scie libro determiabim⁹. Amp. aũt si mouet aia seipsam nãliter ⁊ subaliter: tũc vtiqʒ mouet̃ a seipsa: ois aũt motus facit distare mobile ab aliqua nã alicui⁹ gñis in quo est mot⁹ fm q ↄuenit fm generis diuersitatẽ: aut enĩ facit distare ab vbi aut a forma aut a q̃titate. Si igit̃ anime mot⁹ est in suba eius vt dicit aduersari⁹ aia p motũ illũ distabit a suba ipsius in qua est ⁊ p quã inest ei mot⁹ fm ipsaʒ aiam: hoc enĩ absqʒ dubio sequit̃ nisi dicat̃ ei mot⁹ fm accidens inesse: hoc aũt nõ ponit̃ sed poti⁹ q mot⁹ sit fm subam ipsius. Motus aũt eẽntialr̃ est distãtia ei⁹ qd mouet̃: qꝛ cuʒ motus sit endelechia existis in potentia fm q est in po^a: opʒ q omne qd mouet̃ distet ab eo in qd mouet̃: ergo si motus inest sic: vt suba ipsi⁹: opʒ q aia subaliter distet ab aliquo subali suo: ⁊ hoc nõ est verũ cũ ipsa sit actus corporis: hec aũt oia sequunt̃ nisi dicat̃ aiam mouere seipsaʒ fm accidẽs: cũ ⁊ si hoc ↄcedat̃ adhuc nõ sequit̃ q ipsa p accñs sit in loco sicut alia p accidẽs sunt in loco: qꝛ ipsa nõ est pars alicui⁹ qd p se est in loco: p quã partẽ ⁊ partes ei⁹ illud referat̃ ad locũ aĩ totum. Est enim pars aia vel aiati eẽntialis ⁊ nõ q̃titatiua cũ dicit̃ q pars p accñs est in loco itelligit̃ de illa pte que p se põt esse in loco. Cũ aũt dicit̃ q albedo p accñs est in loco: qꝛ album corp⁹ p se est in loco est albedo forma situalis in albo ⁊ q̃titatiua quoꝝ est locus p accñs. Aia aũt nõ determinat̃ q̃titate p accñs: idõ etiã neqʒ hoc modo est i loco: sed est in loco: qꝛ extra locũ corporis sui nõ inenit̃: ⁊ hec aũt vocat̃ a qbusdam diffiniri in loco ⁊ hoc modo p accidens põt dici in loco. Hec igit̃ sunt que pbãt aiam nõ moueri localiter: vel alio motu fm se. Sed dicet forte aliqs q si nõ est in loco p se neqʒ p accidẽs pprie loquẽdo: tũc forte videt̃ et nõ debere moueri p accidẽs fm locũ pcipue cũ ea que mouẽt imobilia existentia nõ moueant̃ p se neqʒ p accñs vt pbatuʒ est in. 8. phi. ⁊ in ce. ⁊ mũdo. Sed sciẽdũ q ipa mouet̃ p accidẽs motu corporis: qꝛ mouẽtibus nobis mouent̃ ⁊ oia que in nobis sunt: ⁊ ideo corpore trãslato: nec necessariũ est eaʒ trãsferri: neqʒ est simile de motoribus speraꝝ ⁊ aiabus aialiuʒ: qꝛ spera manet sup idem cẽtrũ: ⁊ motor q nõ est actus alicuius partis spere: nõ mouet̃ fm locũ neqʒ est in loco: sʒ corpora aialiũ trãseũt de loco ad locũ: ⁊ idõ aie diffinitiue in loco corpoꝝ existẽtes: motu corpoꝝ mouentur per accidens de loco ad locum.

¶ Cap. 6^m. Et est digressio declarãs difficultates: que oriuntur ex predictis de motu anime.

Sunt aũt qui ea q̃ dicta sũt calũniant̃ dicẽtes q nõ est necessariũ q si aliqd mouet motũ q moueat eo motu quo ipm mouet̃. Illud enĩ qd mouet̃ localr̃ põt mouere alterãdo: sicut sol accedẽs ⁊ recedẽs: ⁊ id qd mouet̃ fm alterationẽ potest mouere motu locali: sicut phãtasia ↄcupiscentia alteratiõe delectabili vel tristabili mouẽte aĩ motu processiuo: ⁊ illud est in alijs multis. Silr̃ aũt dicũt qdã q non sunt tñ q̃tuor gña motus fm que aliqd mouet̃ sʒ multo plura: ⁊ idõ dicũt nos forte nõ sufficiẽter pbasse q nõ mouet̃ aia cũ moueat. Sed ad oia hec soluẽda sufficiẽs habet̃ doctrina ex libro phicoꝝ vltimo: qm̃ in ordine illo in quo distinguunt̃ mouẽs tñ ⁊ mouẽs ⁊ motũ ⁊ motũ tñ necessariuʒ est q illud qd est mouẽs motũ moueat eo motu quo ipm mouet̃: ⁊ hec fuit positio eoꝝ q dixerũt aiam mouere motã: ⁊ hoc apparet ex rõnibus eoꝝ: in phedrone enim ponunt̃ rõnes iste: q mouens p se nõ mouet nisi fm subam suã. Est aũt aia mouẽs p se: mouet igit̃ fm subaʒ suã: sʒ de cui⁹ suba est mot⁹ illud mouet̃: ergo mouẽs p se mouet̃. Nõ et mouet̃ ab alio cũ sit mouẽs p se: opʒ igit̃ q moueat seipʒ. Adhuc nihil dat alij qd nõ hʒ: sed dat qd hʒ: dat aũt mouẽs motũ ei qd mouet̃: ergo hʒ motuʒ in seipso ⁊ cui inest mot⁹ illud mouet̃: mouet̃ ergo oẽ mouens p seipm. Adhuc ois forma q̃ ẽ in alio ab alio prius est in alio p se qd est cã quare forma illa existat in alio sicut calidũ qd est

Rõnes Platõis i phedrõe

in frigido ab alio opʒ ꝙ prius sit in igne q est cā caloris in frigido. Siłr mot⁹ est in corpe: sicut in recipiēte formā mot⁹ ab alio: opʒ igit̃ ꝙ sit ĩ alio prius sicut in cā. hec aūt est aīa: ergo aīe inest mot⁹. Cui aūt inest mot⁹ illud mouet̃: ḡ aīa mouet̃ in eo qđ mouet ⁊ motu quo mouet. Adhuc oīs cā mot⁹ q̃ est inter p̄ᵐ mouēs ⁊ vltimū motū: mouet mota: aīa est talis cā mot⁹: ḡ mouet mota. Adhuc motus est act⁹ mouētis ⁊ actus mobilis: ḡ sicut motū est subm ei⁹ ⁊ mouet̃: ita ⁊ mouens est subm eius ⁊ mouet̃. Adhuc autē qcqd ex armonicis mouet numeris cōponit̃ ex motore ⁊ mobili: aīa āt mouet ex armonicis numeris: ḡ cōponit̃ ex motore ⁊ mobili: sʒ qđ cōponit̃ ex motore ⁊ mobili mouet motū: aīa igit̃ mouet mota: cōponit̃ aūt aīa ex armonicis numeris quē admodū supra ostensum est: hec ⁊ his silia in Phedrone colligunt̃ vbi Plo hoc dicit ipsim nō p v̄ba: sed p sensum quoꝝ q̄daʒ Macrobius ponit sup somniū Scipionis ⁊ q̄dā dimittit. Et sunt ad soluēdū facillima si qs bene in memoria h̄eat q̄ dixim⁹ in libro p̄hicoꝝ. Ibi enim dixim⁹ ꝙ qcqd mouet motū p se est corp⁹: ⁊ ꝙ mouēs primū in ordine mot⁹ est imobile ⁊ ab ipso ē motus ⁊ nō in ipso: ⁊ hoc iđ ꝙ ip̄m p eētiā suaʒ que nō est mot⁹ mouet efficiēter ⁊ nō formaliter: ⁊ hoc ignorabat Plo. vnde lʒ aīa sit iter primā cām mouētē ⁊ vltimū motū quo ad pductionē in eē: cū ipsa in ordine motus corporis est p̄ᵐ mouēs ⁊ nō ordinat̃ ad illud qđ vltimo mouet̃ i corpore aīato. Et cū Plo dicit ꝙ ignis est cā calidi nō sumit ipse nisi cām cōpositā: sʒ calor est prima cā caloris p subam suā formalē: ⁊ siłr aīa est cā mot⁹: nō qdē formalis sed efficiēs: ⁊ iđ haud q̄q̄ mouet̃ ex hoc ꝙ mouet. Et si obijciat Macrobi⁹ si corpus mouet̃ pp aīam: ḡ aīa magis mouet̃ qm̄ pp vnūqđq̄ tale est illud est magis tale: est irrisoriū qm̄ illud nō est in efficiētib⁹ ⁊ effectiuis sʒ in participātib⁹ s̄m eādē formā. Sed hoc solum qđ dicit de armonicis numeris mouet plus sʒ Pla. q̄ aliqd alioꝝ: qꝛ ꝯstat ꝙ s̄m armoniā aptat̃ corpori ⁊ sʒ armoniā est ipsa mouēs ⁊ cognoscēs ea que cognoscit. Qm̄ nō nisi sibi proportionatū mouet: ⁊ nō nisi sibi pportionatū cognoscit: pportio aūt primū in nūeris est: ⁊ ita videt̃ eē s̄m armonicos numeros istituta aīa: ⁊ s̄m illos hʒ in se plura: quoꝝ vnū ē mouens ⁊ alteꝝ motū: ⁊ sic videt̃ eē mouēs mota: plura enim vt mouētia tm̄: ad idem ꝯstituēdū nō ꝯueniūt: neqʒ ēt plura vt mota tm̄. Si ḡ plura ꝯueniūt ad eiusdē rei ꝯstōnē opʒ ꝙ qđdā istoꝝ sit mouēs: ⁊ qđdā motū. Sed dicēdū ex armonicis numeris formalib⁹ nō ꝯstitui aīam: sed ex armonicis numeratis: siue numeris mālib⁹: hec aūt h̄nt pportionē sicut est pportio prātis scḋe ad partes ⁊ subiecta ⁊ ad prātē p̄cedētē in ordine nāe: sic enim pportionat̃ aīa itelligētie vt recipiēs illuminatiōes ei⁹: ⁊ pportionat̃ virib⁹ suis vt partib⁹ suis potestatiuis: vel sic prātiuis: ⁊ pportionat̃ corpori ⁊ orgāis corporis sicut subiis prāti sue. In tali aūt pportione mouet̃ qdē aīa ab itelligētia ⁊ cā prima: sʒ isto motu nō mouet corpus: ⁊ mouet vna prās aliā qm̄ superior mouet iferiorē: sʒ hoc est per impiū ⁊ nō sicut aīa mouet corp⁹: sed cōparādo eā ad corpus oēs ptes ei⁹ mouēt corp⁹ organicū ⁊ partes ei⁹ ad psequēda desiderata ⁊ fugiēda ea que ꝯstant: ⁊ hoc mō nō mouet̃: seruat̃ tm̄ in oib⁹ illis pportio sicut in sequētib⁹ istius libri manifestabit̃. Sed hec pportio nō est i armonicis numeris: sʒ poti⁹ in his que armonice sūt cōposita ⁊ numerata. Et si dicat aliqs pportionata in numero nūerato eē ordinata a pportione q est in nūero numerāte: ⁊ sic opʒ adhuc iuxta sniaʒ Platonis p̄ncipia aīe ⁊ alioꝝ p̄ncipia eē numeros formales ⁊ pportionē que est in istis: dicem⁹ ꝙ nō sunt p̄ncipia reꝝ: sʒ ꝙ numerata sunt ⁊ sub pportiōe numeri existūt: sed potius s̄m ꝙ cōnālia sunt vnicuiqʒ generi qđ ꝯstituit: ⁊ iđ mā ⁊ for⁹ nō ꝯstituūt subam s̄m ꝙ numerata sunt aut in pportiōe numeri existūt: sed poti⁹ s̄m ꝙ sunt p̄ma p̄ncipia ꝯnālia sube: ⁊ siłr est de ꝯstituētib⁹ q̄titatē ⁊ qđlibet gen⁹. Et his accidit numerari: ⁊ in pportiōe numeri esse. Et hoc Platonē decepit: qꝛ ēt sapiētes decipiunt̃ s̄m accñs: ꝙ ineuitabiliter seq̄t̃ numeros eē p̄ma p̄ncipia reꝝ si posset h̄eri ꝙ p̄ncipia reꝝ cōstituerēt eas: s̄m ꝙ in pportiōe numerali existūt: ⁊ hoc qdeʒ modo dictū multū valet ad itellectū oīuʒ sequētiū vbi aget̃ de opiōib⁹ Platonis. Si autē aliqs nobis obijciat ꝙ nos ipsi supius ꝯcessisse videmur aīaʒ mouere se: qm̄ agit se i vniuersum corp⁹: dicem⁹ nō eē illud pprie mouere seipsaʒ: ⁊ iđ re vera sic mouit se aīa ⁊ alij motores p effect⁹ rōne effectuū

Solo ad rationes Platōis.

Vide pro hoc cōᵐ. 7. octaui metaphysice qūo itelligitur pp qđ vnumqđq̄ tale ⁊c.

Nō qūo ex armōicis numeris aīa cōponatur ⁊ qūo nō ⁊ i quo peccauerit plato. ꝫ.

qui ab ipsis sunt: ⁊ tm̄ simpl̄r manēt imobiles. Et hoc ēt modo prim⁹ motor in quolibet ordine iducit motū i mobile: qꝛ mot⁹ est act⁹ mouētis vt a quo est mot⁹: ⁊ nō vt in quo est sicut in subo: ⁊ est act mobilis sicut in quo est sicut in subo. Et iđ motor nō mouet̃: sed mobile qm̄ inest ei mot⁹ tūc mouet̃: lʒ igit̃ multi sint modi qb⁹ aliqđ mouet̃ p accñs in quolibet gn̄e p̄dicamēti: tm̄ mot⁹ p se non est nisi in trib⁹ gn̄ib⁹: ⁊ qꝛ in quātitate nō est ꝯtietas nisi s̄m ꝙ q̄titas est termin⁹ p̄hicoꝝ corpoꝝ in quo ꝯuenit ei pfectū ⁊ imperfectū eē: iđ duos opʒ eē mot⁹ in quātitate ⁊ in vtroqʒ alioꝝ generꝝ tm̄ vnū s̄m gen⁹: ⁊ ita sunt q̄tuor gn̄ales mot⁹: ⁊ oēs illos ab aīa: p rōnes necessarias secludimus: sicut pʒ ex p̄dictis. Est igit̃ necio cōcedēdū aīam p̄hico motu p se vel p accñs pprie nequaq̄ moueri: ⁊ sic manifesta est solo oīum eoꝝ q̄ iducta sunt ex Platonis opiōib⁹. Sed iđ qđ oīo destruere disputatiōē istaʒ videt̃ est ꝙ ab antiquo Termegisto ⁊ a Socrate: ⁊ nūc a diuinis ⁊ incātatorib⁹ ꝯueniēter asserit̃ ꝙ .s. in corpore existes quos āgelos vel demōes vocāt ⁊ aīe exute a corpib⁹ mouēntur de loco ad locū: cui⁹ ēt v̄itatē nos ipsi sumus experti in magicis. Sed de his nos disputabim⁹ in scia de nā deoꝝ q̄ p̄hie p̄me pars q̄dā ē ⁊ ab Aristotele edita. Qꝛ si tales sube mouētur mot⁹ erit oīo equoc⁹ ad motū p̄hicū: tales enī sube nō sunt pportionales spatio p qđ est mot⁹ p aliquā q̄titatē vel idiuisibile q̄titatis qđ sit i eis. Et iđ neqʒ mēsura mot⁹ ipsarū: neqʒ mot⁹ ipse ex p̄ncipijs p̄hicis causari pōt: hic autē de p̄hicis loquiur tm̄ ostendētes p̄hice imobilē eē aīam ꝯ eos q ex principijs que ipsi p̄hica esse dicebant: causare voluerunt motum anime: ⁊ dixerūt animā mouere seipsam.

Nō qūo i magicis expertus est doctor sias exutas a corporib⁹ ⁊ demōes de loco ad locū moueri. ꝫ.

Cap. 7ᵐ. De disputatiōe ꝯ opiones Democriti ⁊ Platonis de motib⁹ aīe: qb⁹ mouet̃ in corpe ⁊ mouet corpus.

Quidā aūt eoꝝ q diffiniūt aīaʒ p motū eē: dicūt eā mouere corp⁹ in quo est localr̃ in eo ꝙ ipsa localr̃ mouet̃: vt Democrit⁹ q dicit siłem cām eē mot⁹ aīati corpis q̄lē dixit Philipp⁹ qdā Didascalus siue doctor comediarū: dicebat enim chomicos ꝯuocare in villis hoīes ad carmina audiēda: p hoc ꝙ fierēt imagines deoꝝ mobiles pp q̄s spectaculū hoīes ꝯfluerēt: referēs Dedalū ātiq⁹ fecisse ligneā imaginē Minerue: mobilē in oib⁹ mēbris ita ꝙ videbat̃ cātare p motū lingue ⁊ tripudiare. Cā aūt mot⁹ fuit qꝛ in ꝯcauo imaginis fuerūt ifra organa in argēto viuo ⁊ ad motū illius moueri videbāt sicut adhuc i sellis ⁊ imaginib⁹: pedes ēt stabāt sup rotulas puulas: in qb⁹ arcus ꝯcaui fuerūt ⁊ distincti p cellulas: ⁊ cū argētū viuū descēdebat i aīriori arcu p cellulas: tunc posterior arcus eleuabat̃ ⁊ ꝯuertebat̃ tota: ⁊ tūc imago mouebat̃ de loco ad locum: qꝛ necesse habuit ꝙ ad eādē ptē moueret̃ ad quā mouebat̃ fastle siue argētū viuum. Et siłeʒ cām mot⁹ aīaliū ponit Democritus: dicit enī ꝙ idiuisibiles spe in se mouent̃: eo ꝙ apte nate sūt nō manere siue qescere pp cām supius iductā: ⁊ cū sic mouent̃ spe ille tūc trahūt secū ⁊ mouēt totū corpus in eādē pteʒ ad quā ipse mouent̃: ⁊ hoc leue est destruere: p̄mo enī q̄remus a Democrito q̄ sit cā ꝙ qescūt aīalia qm̄ volunt: hui⁹ enim cā nō ē spa indiuisibilis q̄ nunq̄ qescere pōt. Cōstat aūt ꝙ idē est cā pcessiui mot⁹ ⁊ qetis in aīalib⁹. Qualr̃ enim indiuisibilis spa faciat qetē vel difficile vel impoīe ē dicere Democrito: difficile qdē si fingat ꝯstrictionē athomoꝝ facere qetē qm̄ sūt in pleno: impoīe aūt si nunc velit adoptare cām: Democritus enī in pleno dixit has spas qescere: ⁊ in vacuo moueri. Vlr aūt loquēdo ex his q̄ apparēt ad sensum: nō ex tali cā causatur aīaliū mot⁹ pcessiu⁹ q̄si sit ex necessitate alicui⁹ qđ qescere nō pōt: sed poti⁹ ex volūtate libera ⁊ itellectu causat̃ q̄ nō necessario mouēt sed qm̄ volunt. Eodē aūt mō ⁊ Time⁹ phylosogizat: volens reddere cām nāleʒ q̄re aīa mouet corp⁹: ⁊ ostēdit cām ex necessitate mouētē ⁊ nō ex volūtate: dicit enīʒ ꝙ in eo mouet corpus in quo ipsa in seipsa mouet̃. Ipsaʒ āt in seipsa dicit necio moueri. Mouet aūt corp⁹ qꝛ cōplexa ad ip̄m sicut forma icorporata corpori ⁊ cōnexa eidē s̄m oēs vires suas: dicit enīʒ Pla. ꝙ aīa ꝯstituit̃ ex armonicis numeris: ⁊ dispartit̃ p numeros in ptes corporis: quos numeros vocat Plato elemēta: ⁊ iđ dicit eā cōponi ex elemētis siue cōstitui: hoc est ex primis numeris elemētaliū. Cōstituit̃ āt sic ex elemētis: quaten⁹ habeat sensum ⁊ potētiā cognoscitiuaʒ omniū ex numeris armonialiter cōponētib⁹ eā: qꝛ sicut dixi-

Tex. ⁊ cō. 44.

Nō cām motus imaginis lignee a dedalo fabricate ⁊ q̄ ingenio fuerit cōstructa.

Tex. ⁊ cō. 45.

TRib⁹ aūt traditis s̄m que cōiter diffiniūt aiaz antiq. Alij eni marie ꝯtulerūt in diffōne aie ꝙ est mouens seipsaz: alij aūt corp⁹ subtilissimuz aut icorporalissimū inter alia. Qui aūt diffinierūt p mouens seip̄z tā isti q̄₃ illi fuerūt. S₃ corpus subtile ⁊ icorporale ponentes aiaz pp tria diuersificati sūt: qdā eni nō dixerūt eā eē corp⁹: s₃ tn̄ eā eē corpus sequebat̄ ex dictis eoꝝ: sicē fuerūt illi q̄ dixerūt eā esse numez vel vnitates motas: q₂ vnitates mote necīo hūt sitū: ⁊ iō ipsas sequit̄ eē corpora vel aliqd corporis. Scdi aūt fuerūt dicētes eā esse speras īdiuisibiles. Tertij aūt fuerūt dicētes eā esse armoniā corporis: ⁊ hi tn̄ nō directe dicūt eā esse corp⁹: s₃ corporeā formā. Hec aūt oia q̄s habeant ꝯ se obiectiōes dubitationū: ⁊ q̄s habeant subcontrarietates iā fere p̄terihimus sic erecati sum⁹: subcōtrarietates aūt voco q̄s absq₃ dubio rōnes iducentes p se habuerunt veras: s₃ positio eoꝝ erronea fuerit: ⁊ iō etiā p̄tereūdo ⁊ abijciēdo tetigimus que dicta sūt ab eis fere nisi forte colligam⁹ ea qb⁹ diffiniunt aiaz nō oia ponētes que ipsi dixerūt. Scim⁹ eni aiam eē motiuā: s₃ nō est motiua ita ꝙ sit mota: ⁊ scim⁹ ꝙ est icorporea: nō tn̄ ita est incorporea ꝙ sit corp⁹ subtile: s₃ poti⁹ nō ē corp⁹ neq₃ formā corporalis: est ēt cognitiua: s₃ non ex illa cā ꝙ ipsa sit cōposita ex principijs entiū. Relinquit aūt vt mō cōsideremus q̄ñ aia d̄r eē ex eīntis. Quidā aūt antiquorum dixerūt ꝙ aia iō dicit̄ esse ex eīntis oīuz q̄tenus sentiat oia ⁊ cognoscat vnūquodq₃ entiū p hoc ꝙ est silis illi sicē diximus superi⁹. ⸿ Rectiu₃ aūt est ꝙ ad hāc positionē multa sequantur ipossia: ponūt eni isti ꝙ aia cognoscit silē sibi tanq̄₃ ponentes in aia res siles exteriorib⁹ reb⁹ q̄s cognoscit. Scim⁹ aūt ꝙ nō sola sūt i reꝝ nā que vocamus eīnta vel p̄ncipia reꝝ: s₃ sunt multa altera ab his. Magis aūt fortasse sūt ifinita ad min⁹ in potētia ⁊ successiōe que fiūt ex eīntis quoꝝ vnūq̄dq₃ aia cognoscit ⁊ ppriā cognitionē hūs de eoꝝ q̄libet. ⸿ Et si igit̄ aia cognoscat ⁊ sentiat eīnta ex qb⁹ est vnūquodq₃ eoꝝ que fiūt ex eis. Q̄ñ tn̄ cognoscet ⁊ sentiet pp hoc cōpositum ex illis: vt q̄s de⁹ Juppiter vel Sol: aut qd est hō aut qd caro aut qd os. Silr aūt q̄libet alioꝝ cōpositoꝝ. Nō eni sufficit cognoscere ex qb⁹ est cōpositum vt cognoscat̄ cōpositū: s₃ op₃ scire ⁊ ex q̄bus ⁊ q̄libus est: hoc est in qua pportiōe componant̄: ⁊ que sit rō cōpōnis eoꝝ in hoc ⁊ in illo. Nō eni q̄libet mō se hñtia eīnta cōponūt hoꝝ cōpositoꝝ vnumq̄dq₃: s₃ determiata rōne pportiōis: ⁊ determiata cōpōne que diuersificant̄ s̄m vnūq̄dq₃: sicē ⁊ Empe. dixit: ꝙ os cōponit̄ ex q̄tuor eīntis: ita ꝙ etiam ipsu₃ humus siue terra coaptata alijs eīntis in amplis poris q̄s vocat diffusiōes ipsi⁹. Amplos aūt dicit poros siue vasa: q₂ terra grossa est ⁊ non nisi in amplis poris capi pōt ⁊ amplioribus poris indiget q̄bus coaptet̄ q̄₃ cetera eīnta: talis autē est s̄m Emp. pportio cōpōnis ei⁹ ꝙ duas ex octo partib⁹ h₃ terre cuius ppria est nigredo: ⁊ q̄tuor ex octo dedit Vulcano siue igni: qui ē res sicca calida: vt dixit Empe. ⁊ iō vicentib⁹ pprietatibus ignis sup pprietates terre ossa sunt facta sicca ⁊ dura: vna₃ aūt pprietatem ex octo dedit aque ⁊ vnaz aeri. Si igit̄ vnumq̄dq₃ alioꝝ silr h₃ determinatā pportionē ⁊ cōpōnem ex qua op₃ ip̄m cognosci si per suū silē cognosci debeat: tūc nihil pfecto est dicere elementa esse in aia nisi rōnes pportionu₃ q̄bus cōponunt̄ res inesē dicant̄: ⁊ nisi etiaz realr in aia esse ponat̄ ipsa reꝝ cōpositio: ⁊ hoc op₃ iō q₂ dicunt ꝙ aia cognoscit vnūquodq₃ qd ē sibi silē s̄m rez ⁊ nām. Os igit̄ ⁊ hoiem non cognoscet nisi et hec inesse dicant̄. Qd aūt ipoſe est oia entia simplicia ⁊ composita esse in aia non op₃ nos hic dicere per rōnez ⁊ syll'm₃ cū hoc per se manifestū sit cuilibet. Quis eni vel idiota vel isanus dubitabit vnq̄₃ si est in aia aut lapis aut hō s̄m eīntiaz lapidis aut hois. Silr autez est de bono ⁊ non bono: ⁊ de viuo ⁊ nō viuo ⁊ vnoquoq₃ alioꝝ. ⸿ Amplius aūt cū ens dicat̄ multiplr. Significat aliud q̄dez subaz siue hoc aliqd s̄m diuersitatē p̄dicamentoꝝ. Queramus igit̄ verum ex oīb⁹ illis erit aia aut nō. Qd aūt non sit ex oibus videt̄ ex hoc ꝙ aia ponit̄ esse ex eīntis: ⁊ nō sunt aliq̄ eīnta que sint cōiter oīum predicamentoꝝ. Queramus igit̄ veru₃ ex his solis est que cunq₃ sunt eīnta subaꝝ: ⁊ si hoc dt̄ tunc queramus q̄ñ cognoscit q̄ditatez alioꝝ geneꝝ ⁊ vniuscuiusq₃ qd est in gn̄ibus illis: cū dicāt ꝙ nō cognoscet̄ nisi silē sibi sili: tunc eni nihil in se h₃ qd sit silē his que sunt in alijs gn̄ibus: op₃ igit̄ ꝙ aut dicant aiaz nō cognoscere res alioꝝ geneꝝ: aut ꝙ dicāt ꝙ sunt diuersa p̄n^a ⁊ eīnta vniuscuiusq₃ gn̄is: ⁊ ꝙ aia cōstat ⁊ cōponit̄ ex oibus illis: erit igit̄ aia s̄m hoc in parte q̄litas ⁊ in pte quātitas ⁊ in parte suba: ⁊ sic de alijs p̄dicamentis: ⁊ erit essentialr q̄libet p̄dicamentu₃ ⁊ nō accītalr ꝙ nō est p̄dicatio accītalis quādo quātitas vel q̄litas p̄dicat̄ de aliquo qd ꝯstitutū est ex p̄ncipijs quātitatis vel q̄litatis: sic q̄ñ dicit̄ de linea ꝙ est quātitas vel de colore ꝙ est q̄litas. Sed ipoſe est aiam quātitatē vel q̄litatez esse: q₂ ab oibus supponit̄ fere ꝙ aia est suba: ⁊ ipoſe est ꝙ id qd est suba cōstituat̄ ab eīntis q̄litatis vel quātitatis quin potius quātitas ꝯstituit̄ ab eīntis quātitatis ⁊ q̄litas ab eīntis q̄litatis: neq₃ aliquid fit vnu₃ essentialr ab eīntis sube ⁊ q̄: ⁊ ex eīntis alioꝝ p̄dicamentoꝝ. Accīns eni est in suba nō sicut quedā ps q̄ditatis eius: sed sicut quedā dispō que pōt inesse ⁊ non inesse: hec ergo ⁊ huiusmodi altera incōuenientia sunt que contingūt his qui dicunt aiam esse ex omnibus entibus.

Tex. ⁊ cō. 76.

Tex. ⁊ cō. 77

Tex. ⁊ cō. 78.

⸿ Cap. xii^m. Utrū cognoscat̄ silē sili sicē dixit Empedocles.

Tex. ⁊ cō. 79.

ISti autē duo ꝯcesserunt que sunt incōpossia: dixerunt eni ꝙ ipoſe est silē a sili pati in vnū: s₃ potius ꝯtrariu₃ patit̄ a ꝯtrario semp: ⁊ cū hoc dicunt ꝙ nō cognoscit aia nisi sibi silē: cū tn̄ ipsi ponāt sicē ⁊ rei vitas se h₃ ꝙ sentire est pati aliqd ⁊ etiā moueri: oē eni sentire est recipe spēz sensibilez: ⁊ passio dicit̄ a patin grece qd est recipere. Si enim sentire q̄dā pati est: ⁊ sentire est silē sili: patit̄ ḡ q̄dā a suo sili: nō igit̄ impossibile est pati a suo sili: sed a ꝯtrio semp. Cū autez multas habeat dubitatiōes ⁊ difficultates ita dicere sicē est dcm̄ Empe. ꝙ si oia que cognoscunt̄ per corporea eīnta cognoscant̄ que sunt p̄n^a oīum: ⁊ ad silē cognoscit̄ oē qd cognoscit vnum qd nunc dcm̄ est: testat̄ ꝙ si ꝯtria sibiipsis dicūt: testat̄ eni₃ ꝙ hoc ambigue ⁊ nō s̄m expssam vitatem dcm̄ est. Quecunq₃ autez membra sunt simpla terrea in aialiu₃ corporibus fere nihil sentiant sicē ossa fere nihil sentiūt q̄ñ nullu₃ eoꝝ sentit nisi dentes qui quādā hūt medietatem in tactu: nerui autē l₃ sentiāt: tn̄ magni nerui qui sunt ligamenta

Nō q̄dā neruos nō eē sensitiuos.

ossium

ossiuz adinuicez nihil sentiunt qui sunt magis terrestres: pili aūt vnuiusr nihil sentiunt: ⁊ silr vnguea: ⁊ tñ talia ꝯueniret sentire si vera diceret Empe. q terraz sentim⁹ terra. ¶ Amplius cuz omne pn̄ᵐ quanto fuerit vniuslius ⁊ prius tāto plura debeāt sciri per ipz: sequtur fm Empe. totum ꝯriū si elēta sunt pn̄ᵃ sciendi: qa sequit q ex vno elēto in aīa non scit nisi vnum cui ipm est silē. Ad oīa aūt alia magis est cā ignorātie pp dissilitudinez: g vnumqdqz pncipior fm Empe. magis erit cā ignorantie q̄z scie: g elēta nō sunt pma pn̄ᵃ ad sciēdū. Sequit autē adhuc fm Empe. q celū qd ipse dixit esse deū sit insipientissimū: qa ipse dixit q celū nō cōponit nisi ex qnque: hoc est ex igne aere aq̄ terra ⁊ ꝯcordia: ⁊ iō qa ex discordia nō cōponit ideo silitudinē ad discordiaz non hz: ⁊ ignorat discordiā. Mortalia autē oīa cognoscunt ex eo q ex sex pncipijs que sunt elēta oīa cōponunt. Ex qnque nāqz supra dictis ⁊ discordia cōposita sunt oīa mortalia vt asserit Empedo. ¶ Silr autē querendum est ab Empe. q̄re nō oīa hñt aīam tā simplicia q̄z cōposita. Si enī elētuz est cā cognitionis in alio qd cōpositū est: tunc multo magis erit cognoscitiuuz in seipso. Cū igit oīa corpora fm Empe. aut sint elētuz aut ex elēto: ⁊ si ex elēto sunt: aut sunt ex vno aut ex plurib⁹ aut ex oīb⁹ videt q oīa corpora sint cognoscitiua aut vnius aut q̄rūdam aut oīum corpor: oīa igit hīc vident animas.

¶ Dubitabit autē aliqs adhuc fm Empe. qd est qd vnit et in vnitate tenet elēta in eo corpore qd dicimus aīatuz: ipsa enī elēta mixta vel simplicia cōparant materie: nō autē cōuenit vnire mām sz poti⁹ forme. Quecūqz g est forma aiatorū illa vnit corpora aīata ⁊ illa forma est nobili⁹ ⁊ meli⁹ qd desideraf a mā: sz oēs qui ponūt aīaz eē dicunt q nihil ē nobilius ⁊ antiqus q̄z aīa. Nobili⁹ qdez ex eo q ipsa est diuinū qddā ⁊ optimuz qd desideraf a mā. Antiqua āt qm ipsa pōr est diffōne ⁊ intēriōe efficientis: ⁊ hec pcipue ꝯueniunt itellectuali aīe que est suba diuina ens an oēm corporeitatē ⁊ ꝯrietatē fm ordinē nāe sicut supra pbatuz est. Et hui⁹ cā est: qa aīa hz eē ⁊ nobilissimuz ⁊ rōnabilissimuz fz nāz. Rōnabilissimuz qdē eo q in se ꝯtinet rōnes rex ex qb⁹ cognoscit ea que sunt ⁊ dat rōnē ⁊ eē corpori. Nobilissimū autē eo q ipsa est forma vltima fm ordinez nāe ad quā sunt elēta ⁊ oēs elementor mixtiōes ⁊ cōplexiōes ⁊ cōpōnes: pprius autē ē eo q incorporeuz: ⁊ nō est vis in corpore aīa itellectiua sz separata in pp̄o eē ꝯsistens. Cuz g sit talis aīa ⁊ pprie sue pcipue intellectualis: ⁊ elēta dicant esse an̄ ea que sunt ex ipsis: ⁊ illa nō possint eē rōnabilia vel nobilia vel in pp̄o eē ꝯstituta: sz potius ab aīa sunt accipiētia rōnē ⁊ nobilitatē: ⁊ ppri esse dictō nō pōt esse aīa ⁊ pcipue intellectualis ex elētis.

Nō qđo aīa hz eē nobile ⁊ antiquū ⁊ proprū ⁊ pcertiꝫ intellectuus.

¶ Repbendunt autē oēs isti q dicunt ex elētis esse aīaz ex eo q cognoscat ⁊ sentiat ea que sūt entia in nā. Et silr illi qui dicūt eā diffiniri magis per motiuuz esse de eo qd insufficiēter locuti sunt de aīa: nō enī omnia sensitiua mouent fm locū ꝓcedēdo de vno loco ad aliuz: sz forte moueant motu dilatatiōis ⁊ ꝯstrictiōis oīa que hñt aīam sensibilē: hoc enī motu nulluz illor caret que sensuz tact⁹ hñt: ⁊ ille solus est qui sufficit ad ꝯstōnez aīalis sensibilez aīam hñtis. Silr autez non oīa motiua sui ipsor fm locū sunt scia: qa scire est hñtiū intellectuz. Multa autez mouent fm locū que sciaz ⁊ itellectū non hñt: aīator autez oē esse motiuuz fm locum est ⁊ qm aīa diffinit per motiuū in loco: tunc de motu locali ꝓcessiuo itelligit: qa hoc solo motu videt aīa mouere corpus: alteratione enī mouet a q̄litatib⁹ pmis: augmenti autez ⁊ decrementi cā est cib⁹ qui igredit ⁊ nō aīa sola. Silr aūt et quicūqz dicunt intellectuz ⁊ sensuz esse ex elētis: nō de omni dicūt aīa: ⁊ hoc pz qa plāte videnf viuere ⁊ nō participare loci mutationē neqz sensuz pcipue fm q sensus est cognitio sensibilium: q̄uis enī dicat Isaac in libro de elētis plantas hīc sensuz: ipse tñ dicit q ille sensus nō est nisi nālis tact⁹: ⁊ tact⁹ elemēti est sine cognitiōe. Et nō vex forte dicit Isaac: qm nō ē tñ gust⁹ tact⁹ ⁊ tact⁹ alimēti: sz est nutritiua separata a sensibili tangit nutrimentuz per hoc q vltimū radicis est infixū in nutrimento: ⁊ trahit ipm ex vi nutritiue caloris qz que sūt in radice: hoc tñ qa sine appetitu nāli nō fit; ⁊ quia radices sunt ori siles in trahendo nutrimentū: mouet Isaac ad hoc qd dicit plātas hīc duos sensus nāles qui sūt gustus ⁊ tact⁹. Adhuc autez illi etiā qui sensum ⁊ intellectuz dicunt causari ex eisdez elementis: diminute dicunt de aīa: qa videmus q multa sunt aīaliū sensuz qdez hñtia ⁊ nō intelligētiā. ¶ Si autez aliqs intellectuz ⁊ sensuz segregauerit: ita q sint diuerse partes aīe eiusdē ⁊ ꝯcesserit q ista anima intelligēs ⁊ sentiens hz suū intelligere ⁊ suū sentire ex elētis ex qbus est: nō est adhuc sermo pfect⁹: iste enī sermo non est de omni aīa: qa non est de vegetatiua neqz est de tota aīa: quia nō est de mobilib⁹ fm locū qd est oīa anime hñtia intelligentiā ⁊ sensuz: neqz est de vna aīa quecūqz sit illa: qa nulla talis est anima que tm intelligat ⁊ sentiat: ⁊ nihil aliud operet. Hāc autez eādez repbensionez sustinet opinio que tāgit in carminibus que facit Orpheus: is enī dixit q totuz id qd nos cōtinet hoc est aer qd est plenū dijs quos vocauit aīas que igrediunt ⁊ afferunt ad nos respirātib⁹ ventis per anhelitū. dulciorez tñ esse aīam Zephyri q̄z alior ventor eo q nubes tollat ⁊ molliat aurā: is enī nō de omni aīa dixit sicut neqz alij qa nō est possibile hoc accidere plātis q afferāt sic aīaz: neqz etiā multis aīalib⁹ que nō respirāt: quia nō respirat nisi animal ambulās multū hñs sanguinē.

¶ Hoc aūt latuit sic opināntes. Silr aūt ab alia parte repbendunt de supfluitate: sic enī diminuti sūt in doctrina anime: sic in causis q̄s ponebāt sunt supflui: dixerūt enī cām cognitiōis oīuz esse: qa aīa est ex elētis oīb⁹ hñs in se oīum q̄litates elētor ⁊ hoc est superfluū: qa etiā si ꝯcedat q opz dicere aīaz esse ex elētis: nō opz tñ q ꝯstitui ex oīb⁹ dicat elētis: qa cuz ꝯria reducant in priuatiōez ⁊ habitū fm cāz vt nos diximus in libro phicor: sufficiens est altera ps ꝯrietatis que. s. est per modū habit⁹ ad diiudicādū ⁊ cognoscendū seipsaz: ⁊ oppositū qd est p modū priuatiōis. Et hoc in silī nos vidē possumus: qa nos i geometricis per recti diffōnez scimus ⁊ ipm: qd est rectū ⁊ quidē obliquū. Canon enī qd regulā sonat est id per qd hī iudicium de vtroqz: obliquuz aūt cū sit pratio recti neqz est pn̄ᵐ sine iudex suscept⁹ cognitiōis: neqz alterius qd sibi opponit p modū habit⁹. Et silr est in q̄litatib⁹ elētor: sicut in anībabitis libris determinatuz est.

¶ Sunt autez qdā pbor qui dicunt aīam misceri in toto vniuerso tā in elētis eā esse ponentes q̄z in elētatis. Ex qua positiōe et pbs Italus qui de Italia fuit Empe. noīe cām sumpsit sue opinionis dicēs oīa eē plena dijs eo q idez dicebat esse deū ⁊ nouᵐ ⁊ vniuersoruz mām: hi aūt hñt q̄sdā spāles ꝯtra se dubitatiōes: quar pma ē q queramus ab eis quā ob cām anima cū sit in elēto simplici qd est ignis vel aer nō facit ipz aīal cognoscens ⁊ sentiēs: hoc enim mix videt cū videat simplicioris corporis qd est cā alior corpor eē debere nobilior ⁊ melior anima. ¶ Queret enī aliqs rōnabilr ab his qa illi dicunt aīaz esse pn̄ᵐ motus q̄re anima que est in elētis fm eos est melior ⁊ imortalior cuz nō ꝯstituat aīal q̄z ea que est in animalib⁹ que aīal cōprehendēs ⁊ sentiens ꝯstituit. ¶ Accidit aūt vtrobiqz incōueniens ⁊ irrōnabile in repbensiōe istar qōnū: ⁊ nāqz dicere q animal sit ignis vel aer est maxime irrōnabilium hominuz: qa dictū istor est simile fatuor dicto: ⁊ dicere q nō sint animalia cū insint eis anime inconueniens est oīno: qa fm hoc nulla erit differentia inter esse animaz in aliquo corpore ⁊ non esse animam in ipso in cōstitutione animalis.

¶ Cap. 13ᵐ. De cā illius opiniōis: que dixit aīaz eē ex elētis: ⁊ specialiter ex aere: ⁊ est digressio in eo declarans diuersas causas: ⁊ tres opiniones circa hoc.

Causa aūt hui⁹ opiniōis partiz tacta est ab Aristotele: ⁊ partiz tāget a nobis: dicit enī Aristoteles q cā q̄re opinabanf aīaz eē in elētis nobiliorē ⁊ imortaliorē q̄z sit in his que ꝯstituunt ex elētis: fuit hec q viderūt totū ⁊ partē in simplici corpore eē silis spēi ⁊ forme: ⁊ tā ex hoc sequit q necēz sit q etiā ipsi dicāt q aīa totalis est silis spēi ⁊ partis cuz aīa partis. Est aūt opinio eor de parte qd opināntur q aīata sint mixta corpora pp hoc q aliqd ꝯtinētis ⁊ circūdantis aeris p anhelitū recipit intra corpora eor: ⁊ cū ps intus recepta sit eiusdē spēi cū ea que remanet extra de aere ꝯcedunt q intus recepta est aīata ⁊ animatū corp⁹ dicunt ꝯñs esse q tot⁹ aer extra manēs sit aīatus. Et ꝯ hoc dic Aristoteles q si aer district⁹ vel discerptus cui⁹ quedā ps est intra ⁊ aliud totū est ex: est silis spēi: tūc ꝯñs est vt etiā aīa totius aeris extra ⁊ partis int⁹ sit silis spēi. Si g exterioris aeris aīa est imortalis vtpote que semp viuificabit ⁊ viuificat viua: ꝯñs est aīaz que est in aere q int⁹ est recept⁹ eē imorta-

Tex. ⁊ cō. 80. Tex. ⁊ cō. 81. Tex. ⁊ cō. 82. Tex. ⁊ cō. 83. Tex. ⁊ cō. 84. Tex. ⁊ cō. 85. Tex. ⁊ cō. 86. Tex. ⁊ cō. 87. Tex. ⁊ cō. 88.

lem: z hoc ipsi nō dixerunt: sicut enī se h3 suscipiēs aia ad suscipiens: ita aia ad aiam z ecōuerso. Si aūt aer dicat eē spe ciei silis sic dximus: z aia dicat esse dissilis tunc sequit ne cessario q̃ nō ambe ptes aeris susceptibiles erūt aie: s3 vna pars pōt eē aie susceptibilis: z alia ps nō erit eo q̃ suscipiēs pportiū nō h3. Seqtur igit alter3 de duob' q̃ aut .s. aer sit silis partis: z aia silr: aut si ipsa est dissilis z aer silis partiū tūc seqtur q̃ aia nō sit in qlibet parte toti' aeris. Hec aūt incō uenientia sunt fm ipsos. Manifestū est igit ex his que dicta sūt q̃ neq3 cognoscē inest aie pp hoc q̃ ex elmtis sit: neq3 mouere ponit bñ vel vere ex causis quas assignauerūt phi.

Digressio.

Scias aūt circa mām istā eē tres opiniōes q̃rū vna antiquissima est quā psecuti sum': q̃ .s. aia sit in omnib' elmtis pcipue corporeis .s. igne z aere eo q̃ illa sunt que vident aiare corpora per calorē nālē z respirationē z spūm sic dximus superius. Et dicebāt ista elmta nō aiare corpora cōposita nisi pp hoc q̃ ipsa in se aiata sūt ponētes mām substā eis esse diuinā eo q̃ videbāt esse ingñabilez z incorruptibilē: z p hoc diuinū dicebāt qd aiabat corpora. vnū qdē pforādo z faciēdo vias p corpus qd est calor: alter3 aūt qd discurrit in foraminib' corpor3 aiator3 qd est spūs aeris vel aereus: z id aerem pncipaliorē dicebāt in animādo: z hec fuit rō Orphei z aliorū: videbāt etiā spūm esse vehiculu3 vtutis in corpore p modu3 illū quo radi' z lumē est virtutu3 celestiū vehiculum in mūdo: z qa sic discurrit per corp' z vehit vtutē z opat nāles opatiōes z vitales z aiales: nāles qdem in epate p attractiuā digestiuā nutritiuā z expulsiua3: vitales aūt in corde per arterias pulsas in arterijs viuor3: z aiales in cerebro p sensu3 z imaginatiōe3: z ceteras opatiōes aiales dicebāt spūm esse aia3. Est aūt adhuc qd induxit eos q̃ spūs inclusus in viscositate seminis aiator3 opari videt organa corpor3 z figurare corpora: z id qa viderūt opari spūm vt aia3 dixerant spūm esse animā. Nō aūt sit aia aer pp hoc q̃ est intus cu3 nō accipiat aliqd a corpore: sed potius det refrigeriu3 qd secu3 attrahit: z id oportuit eu3 pus fuisse animā aut animatum: z cū sit eiusdē rōnis in spe cu3 toto aere dixerunt totu3 aerem esse aiatu3: z hec fuit vera rō que induxit istos. Et 3 hoc fecit Cōstabeniluce libru3 ad istu3 errorē elidēdu3 qm̃ sine dubio spirit' ille corp' est: aia autē nō est corpus. Silr aūt spūs instrm anime est quo mouet totu3 corpus z aia nō est instrm anime. Spūs enī3 est corp' aereu3 luciduz a vapore cibi: vel per anhelitu3 inductu3: mediāte quo aia mouet corp': z q̃ ē vehiculu3 virtutu3 q̃s aia influit corpori: qd qdē aie opa pficit: sicut instrm artificis inducit formā quā h3 in mēte artifex: nō qdē vt est ferru3 vel lignu3: s3 put est ab aia directum z motu3. Silr spirit' ille qñ digestus z purificat' est ab aia: z direct' ab ipsa: cu3 oēs aie pficere pōt opatiōes q̃s aia h3 in corpore. Hic autē spirit' abundātior ē in corde z in pulmōe: z in arterijs: s3 paucior est in alijs: est tñ in oib': qd ostendit ipsa alior3 spumositas que est in sanguine z semine z cibo: z alijs hūiditatib' que pfecto spumositas nō est nisi ex spiritu incluso in eis. Hic ēt portat formas per cellulas capitis que sunt tres: anterior z media z vltima distīcte: sicut dici h3 in libro de aialib'.

Scďa opio q̃ est Alexadri aphrodisei p qua vide Cōmentatorē. 3. de aia cō. 5.

Scďa autē opinio est dicētiu3 q̃ elmta q̃dem nō sunt aiata extra cōpōnem: s3 tñ cōpositio z cōmixtio elmtor3 in se h3 pmā anime pfectionē z essentiā: z vocant primā anime pfectionē z essentiā incohoationē aie eo mō q̃ incohoat aliq̃ alia forma in sua ppria mā qm̃ est in potētia habitualī ad illam formā prima in illa: dicūt enī illi q̃ aia est pfectio corporis cōmixti phici: pfectio autē oīs corporis phisici in ipso est fm potentiam formalem anteq̃ sit in actu in corpore phicū autē corpus est cōmixtum ex elmtis: anima igit h3 sm̃ primā incohoatiōe3 pcipue: fm vegetari z sentire est in elmt3 cōmixtis. Adhuc autē vegetatiuum z sensitiuu3 nunq̃ operant nisi per corpus expleāt suas opatiōes: sic aūt se h3 opatio ad organum: ita se h3 subā cui' est illa opatio ad subā3: sic suba est vita in corpore sicut z opatio expletur per corp': suba aūt que dat eē corpori: z est suba ipsius vel pfectio primo formali potentia est in semine corporis: z videt q̃ sit in cōmixtione elmtor3 anima: s3 ante cōmixtionem elmta haud animata sint Et hoc qdē dixit Alexāder grecus peripatheticus. Sed hoc nō esse ver3 p3 ex hoc q̃ aia nō est armonia sicut supra pbatū est. Et vlterius ēt hoc addimus q̃ ēt non est aliqd sequēs armoniā: qa cū armonia sit corporalis cō-
tēperantia elmtor3 nō pōt aliqd sequi armoniā: vt essentialr causatū ab armonia nisi forma corporalis. Aia autem nullo modo est forma corporalis: g̃ aia nō est z sic in cōmixtiōe elemētor3. Adhuc aūt si aia fm sui incohoationē z potētiam formalē esset in elmtis: vel ex elmtis: oporteret ēt q̃ anima pfecta vltima pfectiōe esset ex elmtis: qa sicut dxim' in fine primi phicor3. talis potentia eadē est in essentia cū actu: s3 fz eē sit differens: hoc enī esse noīat potentiā z actū. Si autez hoc esset ver3 non hēt anima operatione3 nisi forme corporalis que sequit mixtionē: oīs autem talis forma h3 vnicā operationem: z sic anima nō hēt nisi vnicam operationem: z hoc falsu3 est cum vegetabilis z sensibilis z intellectualis anima multas habeat operatiōes: z ideo ista opinio sane falsa intelligit aut cōuincit: vñ l3 anima potētia sit in semie cōmixto: non tñ est in semine causata a cōmixtis ipsis vel a cōmixtione sed potius est causata ab anima decidente semē: sicut infra dicemus: vel ēt ab intelligentia mouēte stellas: sicut in his que ex putrefactiōe gñantur. Qd autez quādo perfecta sunt vegetatiua z sensitiua non operent nisi in corpore: hoc nō ideo est: q̃ sint causate a cōmixtione: sed potius ideo qa sūt virtutes in corpore: nō a corpore causate: nec a cōmixtione corporali cōnis causant in ipso qd corporalr cōmixtū est. Huius autē expssa ratio inferius ostendet.

Tertia opio q̃ fuit sociorum Alberti.

Tertia vero opinio est quorūdā nostror3 socior3 dicentiū aias vegetabiliū z brutor3 animalium esse ex traductiōe. Dicūt enī3 illi q̃ quādo semen decidit a corpore aut parte corporis: decidit etiā pars anime ab aia: z ex illo qd ab anima decidit fit z generat anima gñati. Huius autē signū eē dicunt q̃ cōpertu3 est embrionē per cotilidones adherere matricib' z hic cutaniā cōtra arteriā matricis z venā cōtra venā z sic de alijs: vt z sic spiritū z sanguinē trahat a matrice: qd nō eēt vt dicūt: nisi traduceret anima embriōis ab anima matris. Adhuc aūt dicunt nō esse cōpletā alr ppinquitatē inter parentem z prolem: nisi aliqd anime traheret a parente in plē vt dicūt. Sed hoc mir3 esse videt q̃liter anima pōt decidi ab aia cu3 anima sit indiuisibilis: z nihil ab ipsa decidi possit. Adhuc aūt non fit gñatio ex eo qd est actu pars sed potius ex eo qd est potētia pars corporis qd est supfluitas digestiōis: z hoc nō est adhuc aiatu3 anima parentū fz actū: z ideo nihil aie decidit ipso deciso: hec autē magis pertinent ad tractādu3 in libro de aialibus vbi aget de animaliū gñone. S3 qd hic sufficit est q̃ dicimus semē esse ex quo est generatio: vel id qd est sicut semen gñis mām: vt patet in his que ex putrefactione generant vel ex alia quacunq3 elmtor3 cōmixtiōe per virtutes stellar3 in species plantar3 vel animaliū pducta. In oibus enim talib' pter cōmixta elmta est resultatio vtut3 aie vel intelligentie: que resultatio est forma incohoans aia3 vel essentiam anime. Sicut enim videmus in opib' artis q̃ dolabrū de virtute anguli h3 scindere ligna vel lapides: s3 ad formā domus nō deducit ea que scindit nisi per operatiōe3 z formā artis que est in intellectu practico artificis: z sic dicimus artez facere artē: qa forma artis in anima artificis existens educit illā que est in lignis z in lapidibus: z hoc nō est potentia in lapidibus z lignis fm q̃ lapides sunt aut ligna: sed potius fm q̃ subijciuntur istris artis z ipsi forme artis que est in artificis mente. Sic etiā dicimus q̃ omne semen ex quo fit generatio: siue sit in matrice alicui' aialis: siue nō sit h3 in se virtutem formatiua3 que absq3 dubio virtus est in semine nō ex elmtis: sed sicut artificis forma est operās super ligna vt fiat artificiatū. Sed tñ est dñia in hoc q̃ virtus formatiua est in semine: forma aūt artis in arte operans est in anima. Hec autē virtus formatiua dat ab anima vel ab eo qd est simile anime. Ab anima qdē quādo semen maturat in corpore aiato z potentia educit ab ipso. Ab eo aūt qd est loco anime: quādo semen maturat extra corpus animatum a lumine z virtutib'. In corpore autez animato fit duobus modis. In vegetabilibus fit per maturationez que ē in fructu: qa vegetabilia vbiq3 in se virtutem hñt generatiua3 dispersam: z ideo vbiq3 adherentia sibi semina maturātur z virtutem recipiūt formatiuam: in aialibus autē fit per membrum determinatū ad gñationē: semē enī3 in nulla parte corporis efficit vere semen: hoc est potens pducere sile in specie ei cuius est semē nisi maturatū in membro ad gñatione3 ordinato hoc est in testiculis vel in eo membro qd est testiculor3

Forme artificiales nō sūt i po(tentia) i lapidib' z lignis fm q̃ sunt ligna aut lapides s3 fm q̃ subijciunt i(n)strīs arti z forme artis q̃ ē i aia artificis sic ꝯsiderātur ... forme ꝯferunt totalr ab extrinseco.

Nō vbiq3 hēr vtutes formatiuas q̃ sūt i seminib' plātarū z aialium.

culoꝝ loco: in quibus virtus anime generatiua h3 effectum. Sine autem fiat in corpore animato: siue extra oportet obseruare qualiter fiat: et hoc bene consideratum soluit totam antiquorum contradictionem istam. ¶ Sciendum igitur quod omne agens incorporeum quod imprimit speciem suam in rem corpoream: et per corporeum instrumentum oportet quod agat aliquando sic quod species quam imprimit sequitur magis substantiam cui imprimitur et aliquando magis assimilatur speciei agentis: et aliquando assimilatur secundum quid vtrique: et hoc fit propter diuersitatem eius quod suscipit suam impressionem siue formam in quam inducitur. Est autem motor primus omnino incorporeum agens: quod tamen agit in materiam que est ex contrariis et commixta ex elementis et qualitatibus elementorum: et agit per instrumentum corporeum quadrupliciter: quorum vnum est virtus que est in corporibus celestibus: aliud autem virtus que est in lumine celesti descendente: et tertium motus celestis: et quartum est qualitates prime que sunt in elementis: et ideo in quibusdam que tamen commixta sunt materialiter non inducit nisi formam corpoream: sicut in lapidibus et metallis: et hoc est differens corporaliter secundum omnem diuersitatem lapidum et metallorum. In quibusdam autem que equalitati celi magis appropinquant et ab excellentia contrariorum elementalium multum elongantur: multum resultat de lumine suo sicut in intellectuali anima que tota est extra corporeitatem et materiam contrarietatis: sicut superius diximus et est similitudo quedam agentis primi propter quod dixerunt philosophi quidam mediante intelligentia animam causari: quia similitudo est solius intellectualis nature prime cause que similitudinem suam in tali et non ex tali materia producit propter quod et intellectualis anima non ex materia dicitur produci: sed potius ab extrinseco ingredi eo quod nullum elementorum diuisum: neque etiam elementorum commixtio potentiam h3 coniuncti que sit radix elementalis talis anime: sed tamen lumen intelligentie agentis est radix eius ita quod aliquando a philosophis vocatur resultatio intellectus diuini in corpore physico potentiam vitam habente: et aliquando vocatur vmbra intellectus diuini eo quod lux illa que causatur ab intellectu agente in naturis aliquantulum obumbratur ex inclinatione ad materiam corporis physici cui suo signum est quod anima intellectiua inquisitiua est et accipit cum continuo et tempore cum intellectus qui separatus est omnino sit sine inquisitione apud quem sunt simplices forme et quidditates rerum. Quod autem sic causetur pars et anima intellectualis: et non ex materia educatur neque in materia sit radix eius: ex hoc probatur quod supra dictum est intellectum esse ante corporeitatem et contrarietatem secundum naturam et quod habitum est intellectum esse antiquiorem materia corporali secundum naturam: habetur autem etiam ex hoc quod si radicaretur in aliqua materia vel virtute corporali: indigeret in operatione sua materia illa et virtute corporali et non esset separata anima intellectualis. Nos in tertio huius doctrine libro ostendemus eam esse separatam in substantia et operatione. Nullus igitur alius modus productionis inueniri potest etiam intellectualis anime nisi qui dictus est: et nullo modo reducatur in elementis neque ex elementis educitur: propter quod eleganter dicit Aristo. in .16. animalium solum intellectum ab extrinseco non ex elementis ingredi in esse et produci. Anima autem vegetabilis et sensibilis producuntur ex materia: et radicem habent in materia: sed virtute agentis incorporei: siue hoc sit intellectus mouens stellas: siue sit virtus formatiua in semine animatorum corporum: sed tamen radix istarum animarum non est forma elementalis: neque aliquid sequens commixtionem elementorum: sed potius forma impressa ab anima decidente semen vel impressa a motore orbium: sed educta instrumentis corporalibus que sunt lumen et virtus et motus celorum et stellarum et qualitates elementales in se habentes celi et anime virtutes: et ideo tales anime sunt quidem virtutes in corpore existentes: et sine eo non explentes operationes suas: sed tamen radix earum et inchoatio est forma impressa semini a virtute incorporea vt dictum est: de his autem que generantur ex putrefactione in 4° metheororum fecimus mentionem et assignauimus causam. Hec autem omnia que hic diximus apertius in libro animalium dicentur vbi de operatione spermatis proprium nos oportet facere tractatum. Sed ea que hic dicta sunt breuiter ad intellectum opinionum indoctarum sunt inducta.

Primus motor agit per instrumentum corporeum 4r.

Anima intellectiua non ex materia produci dicitur sed ab extrinseco ingredi.

In translatione noua est ista auctoritas l. 2. de generatione animalium cap. 3.

¶ Cap. 14m. Et est digressio declarans causam dicti antiquorum quo dixerunt simile simili cognosci.

Est autem adhuc ingrendum verum simile simili cognoscatur: et quia hoc dixerunt illi qui animam cognitiuam omnium diffinitiuam esse censuerunt. Videbatur enim hoc omnibus fere antiquis: quoniam vt inquiunt aut anima aliquid simile apud se h3: vnde rem cognoscat aut non h3. Si autem h3 aliquid simile apud se: tunc habetur propositum quod simili quod h3 apud se cognoscit quicquid cognoscit. Si autem apud se simile rei cognite non h3 cognitiua: tunc rem se cognoscere nescit: quia non h3 aliquid ad quod cognitionem referat et terminet. Cum enim querit rem et inuenit scit se inuenisse. Aliquid autem est primum apud se quod regit eam in inquirendo: quia aliter per incerta quereret: et hoc non est verum: oportet igitur quod principio aliquo formali regatur in inquirendo: et hec est aliqua rei similitudo: oportet igitur quod similitudo sit apud animam ex qua cognoscat anima: adhuc autem cum inuenit rem et scit quod hec est res quam inuenit post inquisitionem aliquid iterum h3 quod certificat eam esse rem quam inuenit: quia aliter quereret in infinitum. Constat autem quod hoc iterum est aliqua rerum similitudo: et ideo oportet in anima esse similitudines rerum: et ita cognoscit simile simili: adhuc autem nihil appetit et querit nisi quod est sibi simile: et nihil mouetur ad aliquid vt dicit Boetius: nisi per hoc quod est simile illi. Nec enim vnquam materia vel potentia materialis mouetur ad aliquam formam cuius apud se non habet aliquam similitudinem. Est autem cognitiua potentia naturalis et mota ad rerum species quodammodo: oportet igitur ipsam cum eis habere similitudinem. ¶ Adhuc autem agens semper est nobilius patiente et perficiens perfecto. Nihil autem exteriorum rerum nobilius anima: videtur igitur quod nulla rerum exteriorum ei imprimat suam speciem nec ad cognoscere perficit ipsam: cum autem cognoscat oportet quod per assimilationem cognoscat: oportet igitur vt apud se rerum habeat similitudines et non acquirat ab extra. Omnes autem dicte rationes Platonis sunt et Augu. et Boetii Platonicorum qui dixerunt Platonis musam in hoc verum personare quod dicebat quod quisque discit immemor recordatur: et quod omnium scientia et cognitio est naturaliter apud animam: sed occupata sensibus et grauata carne habere non potest moram redire ad se vt statuat oculum considerationis in se ipsa et videat ea que h3 apud seipsam: per studium autem eleuatur supra molem carnis et per speciem rei extra vel per auditum excitatur ad videndum hoc quod in se h3: et per hoc venit in reminiscentiam eorum que h3 apud se. Et huius dicunt esse simile in eo qui longo tempore est oblitus rei alicuius et subito occurrit ei simile simili: tunc enim ad visum illius venit in memoriam prius obliti: et ita dicunt fieri de omni rerum scientia. ¶ Huius autem signum est quod dicunt in pueris qui primo res non distinguunt omnem virum vocantes patrem: et omnem feminam matrem: postea autem excitati per visum et auditum frequenter discernunt ex seipsis vnum ab alio quoniam ad se redire possunt. Menon autem Pithagoricus et vir omnes Platonici: et multi stoicorum istam opinionem semper defenderunt. Hec igitur fuit ratio qua antiqui inducti sunt ad hoc quod dixerunt simile simili cognosci et in hoc omnes conuenerunt. Causas autem huius volentes assignare diuersas in vias diuerterunt: et alii quidem causam huius assignantes animam ex elementis esse dixerunt: eo quod putabant species omnium esse species elementorum: sic vel aliter commixtorum et mixtum nullam omnino habere speciem preter eam que est elementalium specierum congregatio quedam. Alii autem dixerunt animam esse imaginem separatarum intelligentiarum et esse plenam formis et rationibus rerum et sub illis formis habere rerum scientiam neque exigebatur secundum eos ad scientiam: nisi quod habite forme in anima ad res determinarentur: et alii dixerunt quod anima est materia prima in qua sunt omnes forme per aliquem modum latentes tamen: sed cum additur super potentiam anime lux intelligentie agentis: tunc videt eas in se. Materie autem corporali eo quod non additur talis resplendentia lucis supra eam non potest eas in se videre: et iste fuit Anaxagoras et quidam alii. ¶ Sed hec omnia melius infra determinabuntur quando de intellectu possibili et agente habebitur tractatus: sed quantum hic sufficit sciendum est quod in materia sunt omnes forme per inchoationem et non per coadunatum habitum quarum illa potentia susceptibilis est: et ideo potestate illa habituali imperfecta omnes habere et actu distincto et determinato nullam h3 omnino et hec est causa quod querit perfici: quia imperfectum aliquid tamen h3 vnde ordinetur ad perfectionem querit. Sed id quod nullum habet in se habitualiter ordinans ad perfectionem nullam omnino querit perfectionem quia non habet vnde percipiat eam: potentia enim nata fieri aliquid non fit illud nisi per priuationem: quia subiicitur motui ad illud: et quia iam inchoatum est in ipsa potentia que perficitur: ideo scit se inuenisse quod querit: quando videt illud in se reduci ad actum determinatum et distinctum et agens in illa reductione est species cognita a rebus extra accepta per illud etiam habet similitudinem incompletam ad illud ad quod mouetur quando querit. Si enim haberet similitudinem completam iam non quereret vlterius: sed quiesceret in similitudine illa: et sic intelligitur id quod philosophi dixerunt quod non mouetur aliquid ad aliquid:

Opinio Anaxagore.

nisi per hoc qđ est simile illi. Quid autem sit faciēs pueros distinctam rez habere cognitionē determinauimus in principio phicoꝝ nostrorum: per dicta ergo satis patet qualiter falsum est sciam reꝝ esse apud nos ⁊ rerum oīum similitudines ⁊ ostensa est erroris causa antiquoꝝ. Relinquit͛ autem determinare vtrum possibilitas materie eadem sit cū possibilitate cognoscentis anime eo ꝙ vtraq3 est potētia omnia ⁊ actu nihil: sed non potest determinari nisi prius sciat͛ possibilis intellectus: ⁊ ideo vsq3 illuc differatur.

Vide p opione rͣ hꝫ l. 3. de aīa super text. 3.

¶ Cap. 15ᵐ. Utrum anima diuersa agat per vnam subām ⁊ diuersas potētias: vel per plures subās ⁊ plures potentias in quo etiaz habetur: vtrum vegetabilis ⁊ sensibilis ⁊ rationalis vna sit substantia in homine.

Tex. ⁊ cō. 89.

His autem habitis satis ſm antiquos patet aliqualiter de subā anime determinauerunt: diximus autē in principio pꝛhemij ꝙ nō solum querenda est anime subā: sed etiaz de partib⁹ anime opꝫ habere questionez: ⁊ ideo dubitatiōes antiquoꝝ de partibus hic subinferimus dicētes ꝙ ea que sunt in anima tanꝗ partes antiqui ad quatuor reduxerūt: viderūt enim ꝙcquid est vnius generis ab aliqua nā vna principium sumere. Et omne qđ cognitū est in anima ad vnū primū principium cognitionis reduxerunt: ⁊ illi primo pͥncipio dederunt cognoscere per intellectū ⁊ sentire ⁊ opinari eo ꝙ qđlibet illoꝝ sicut diximus cōicat ⁊ participat cognitiuum aliqđ per nām ⁊ habet potentiā passiuam ad ea que cognoscit. Adhuc autē in aīa viderūt eē ꝯcupiscere per sensuz rei ꝯuenientis vel discōuenientis ⁊ deliberare p rōnē regentē volūtatē: ⁊ oīno ⁊ vīr appetitū qui cōis est ⁊ vegetabili ⁊ sensibili ⁊ rōnali aīe: ⁊ cū cōcesserint ista eē ſꝫ motū factū ab aīa: ⁊ sic ineē ſm potētiā actiuā vel formalez: ⁊ iđ ad pͥnͫ cognitionis non posse reduci: ⁊ ideo ista ineē aīe ſm diuersas naturas ⁊ pͥncipia videbant͛. Adhuc etiā viderunt ꝙ mot⁹ ſm locū est ab aīa in aīalibus ⁊ cōlecerunt inter oīa mouētia perfectius eē id qđ mouet ſm locū. Appetitū autē esse imperfectū inquātuz appetit: ⁊ ideo existimauerūt motiuuz ſm locū ſm eandē nām ꝯuenire aīe per quā cōuenit ei eē cognitiuuz vel appetitiuum: ⁊ ideo hec tria ſm tres naturas aīe dixerūt inesse. Ulterius autē ꝓcedentes inuenerūt in aīa augmentatiuū ⁊ iuuētutē ⁊ senectutē ⁊ decrementū: ⁊ hoc semp agere per calorē nālem qui est ṽtus corporea: ⁊ in hoc differre a phicis: ⁊ ideo iteruz hoc existimauerūt causari ab aliquo spāli pͥncipio. Et ideo querēdū vtrū oīa aīe insit ſm vnā ⁊ eādē nām ⁊ essentiā vnūquodq3 istoꝝ ita ꝙ eodē aliquo oīa hec predicta facimus ⁊ oīb⁹ ꝑdictis sī vna nā ⁊ eēntia sunt: ⁊ itelligimus ⁊ sentimus ⁊ facimus ⁊ patimur alioꝝ vnūquodq3 ita ꝙ possumus dicere ꝙ vegetatiuo itelligimus: ⁊ mouemur ſm locū ⁊ alia facimus: ⁊ intellectu augemur ⁊ mouemur ſm locū ⁊ sentimus ⁊ reliqua facim⁹ eo ꝙ oīa hec vnū ⁊ idē sunt: ⁊ hoc est querere vtrū diuersis essentijs ⁊ diuersis potētijs facimus illa diuersa que dicta sūt sicut dixit Plato. Est autē itellectuū inter duo ꝙ vna eēntia ⁊ diuersis potētijs hec fiūt vel vna potētia ⁊ diuersis essentijs: sꝫ nō pōt eē hoc vltimū mēbrū qꝛ nunꝗ est vna potētia diuersaꝝ essentiaꝝ. Remanet igit͛ vnū solū mediū qđ est vna eēntia facere hec oīa p diuersas potētias nāles que sunt vnita in illa eēntia. Primū aūt hoꝝ mēbroꝝ ēt abijcimus eo ꝙ impossibile est vna eēntia ⁊ eadē potētia plura facere: qꝛ scimus ꝙ idē eodē mō se hñs nō facit per se diuersa. Scimus aūt ꝙ anima oīa que superius enumerata sunt per se facit ⁊ nō per accñs. Queramus igit͛ de duob⁹ relictis mēbris solis: vtrū. s. faciat ea que dicta sunt multis naturis ⁊ potētijs vel vna nā ⁊ multis potētijs. Si aūt plurib⁹ facit essentijs ea que dicta sunt: tūc queramus vtrū iste act⁹ qui est viuere ꝯueniat aīe ſm aliqđ vnū ꝓbabitoꝝ: aut ſm plura ex eis: aut ſm oīa ꝗtuor enumerata: aut ēt ꝯueniat eis ex aliq̃ alia cā quecūq3 sit illa.

Tex. ⁊ cō. 90.

¶ Dicūt aūt qdā ⁊ partibilem ⁊ partitā eē aīaz per eēntiā ⁊ locū ⁊ ꝯcedūt ꝙ alio ꝗdam itelligit ⁊ alio ꝯcupiscit cognitiuā partē ſm suas dñas ponētes in cerebro: ꝯcupiscibilē ṽo ponētes in epate: vegetabilē aūt precipue ponētes in vasis ⁊ mēbris genitalib⁹ ⁊ motiuā ſm locuz attribuētes posteriori parti cerebri ⁊ nuche: que descendit p dorsi spōdiles a q̄bus oriunt͛ nerui motiui. Uiuere aūt qdā attribuūt ſm vnā istaꝝ partiū que est vegetabilis sīc Dionisius phs diffiniens vitaz dixit ꝙ est mot⁹ generis nutribilis nām assequēs. Alij aūt vt Plato dixit viuere eē ſm aliā eēm que sita est in corde ⁊ īfluit vitā corpori per arterias super spiritū qui vehit vitā. Alij aūt cōiter dixerūt vitā inesse ſm quālibet supradictaꝝ potētiaꝝ. Illi aūt qui dixerūt aīaz in eodem corpore eē partitaz per diuersas eēntias rōnes habeāt vel habebāt: qꝛ quecunq3 separata inueniunt͛ loco ⁊ subiecto aliquādo ſm nām ⁊ eēntiā diuersa sunt ēt qñ in eodez ꝯtinēte ea inueniunt͛. Inuenimus aūt vegetatiuū sine sensitiuo ⁊ motiuū ſm locū ⁊ sine cōcupiscentia sicut in plātis: in quibusdā aūt inuenimus sensitiuuz sine motiuo ſm locum vt in spōgia ⁊ ostreis ⁊ cōchilib⁹ quibusdam. Aliter aūt inuenimus motiuū ſm locū absq3 sensu sicut in intelligētijs in qb⁹ etiaz nō est ꝯcupiscētia ⁊ deliberatio ⁊ appetit⁹ eo ꝙ nullius egēt ſm nām. Cū igit͛ ista sint separata per locū ⁊ subiectū cōstare videt͛ qđ supra dcm̄ est: ꝙ sunt diuerse essentie ⁊ nature.

Rōnes Pithagoricoꝝ ponētiū plures animas i eodem supposito.

Amplius aūt qñ que in corpore sunt ſm diuersas differentias tēporis sunt diuersa in essentia ⁊ nā. Est aūt pͥmo ſꝫ tēpus vegetari ⁊ alimento vti ꝗ cōcupiscere ⁊ sentire ⁊ mouere ſm locū: ⁊ prius est cōcupiscere ꝗ mouere ſm locuz motu ꝓcedente de loco ad locū ⁊ prius est ista ꝗ intelligere: ergo ista oīa differentiā videntur habere in eē ⁊ nā. Amplius quecūq3 in diuersis ⁊ diuersaꝝ cōmixtionū corporib⁹ subiecta sua querūt: diuersa sunt in eē ⁊ nā: qñ sicut se hꝫ susceptibile ad susceptibilez: ita se hꝫ pfectio suscepta vnius ad pfectionē susceptam ab altero. Sic aūt se hñt superius īducte anime: eo ꝙ vna in cerebro altera in epate: ⁊ tertia in alterius modi eē mixtionis ⁊ cōpositiōis mēbro hꝫ suscipi: igit͛ ipse sunt diuerse in eē ⁊ substātia ⁊ nā. Hec aūt que dicta sūt induxit pͥmuz Pithagoras: ⁊ intantū prebuit eis assensum ꝙ diuersa aīalia dixit esse congregata in vno aīali: ita ꝙ dixit epar esse aīal ⁊ matricez aliud animal: ⁊ coꝛ aliud aīal pͥncipale iter illa: ⁊ cerebrū obtinere locū sublimis celestis animalis. Et postea veniēs Plato correxit errorem in parte ⁊ ⁊ non in toto: dixit eñ hec oīa diuersas esse subās ſm situm ⁊ esse: sed tñ vnā aīam: ⁊ ideo cōstituere vnū aīal: eo ꝙ conueniāt oīa in animando. Aīataz enim anima perfecta dicit͛ habere ⁊ cognitionē ⁊ appetitū ⁊ motum ⁊ vegetationem ꝓpter qđ dixit Plato ꝙ nisi hec diuidant͛ ſꝫ sint substantie diuerse: tamē nō sunt nisi pars aīe: qꝛ nō aīant rem ſm perfectum modū animationis qui est vt ipse dixit ex hoc ꝙ alicui cōueniant omnia illa quibus aīatū differt ab animato.

Nō opionem Platonis de aīaꝝ ꝑalitate ſm rōnē subē ⁊ eē nō ſm rōnē aīandi i eodē supposito.

Ex hunc errorem hucusq3 in diem sequunt͛ quidā latinoꝝ phorum: ꝑcipue in sensibili vegetabili ⁊ rōnabili qui dicūt eē diuersas substantias ⁊ vnaz aīam in corpore hoīs: adducētes qđ Aristo. videt͛ dicere in sextodecimo libroꝝ suoꝝ de aīalibus: vbi dicit ꝙ non est viuum ⁊ aīal simul: neq3 est viuuz et homo simul: ⁊ ꝙ cibatiua aīa pͥus inest ꝗ sensitiua ⁊ alia huiusmodi. Adducūt aūt simile per qđ suadere volunt diuersas substātias habere vnā rōnez aīe in animando. Dicunt enim diuerse nature esse luminaria celi: ⁊ in diuersis locis ⁊ tamē radios ⁊ lumina eoꝝ vniri ad vnaz mūdi illuminationem: que vniuersa mā gñabilium ⁊ corruptibilium mouet͛. Idē autē asserunt in luminib⁹ diuersaꝝ candelaꝝ in luminatiōe domus. Silr aūt alia quedam īducunt ꝓbabilitatē habentia in superficie apud imperitū ⁊ isanū vulgus: sed fortiora que hic efficere vident͛ sunt que nos hic induximus. Faciamus aūt questionē contra oēs istos doctores. Cōstat eñ ꝙ homo vnū est in nā: ⁊ vna substātia cōposita: in quo tñ omnia sunt que supius īduximus: hic aūt intellectus ⁊ sensus ⁊ appetitus ⁊ motiuū ſm locū est ⁊ augmētatiuum. Sic aūt ⁊ asinus est vnū: ⁊ hoc aliqđ in natura in quo sūt oīa predicta ꝑter itellectū: vnum autē qđ est hoc aliqđ nā sit vnuz a pluribus vt plura sunt: opꝫ ergo ꝙ illa sint vnita. Queramus ergo ab istis quis cōtinet ⁊ vnit aīaz: sī ipsa de nā sua apta nata est eē partibilis ⁊ partita vt vnū faciat: ⁊ nō pōt dici ꝙ vniens illa sit corpus: qꝛ corpus non ꝯtinet ⁊ vnit aīam: sed ecōuerso aīa est que vnit ⁊ hec cōtinet corpus: cuius signum est: qꝛ aīa egrediente per mortez de corpore: corpus stati incipit deperdere vnionē ⁊ continuitatem suaz: tunc eñ pͥmo expirat ex ipsa calidū qđ secum ad superficiem educit cōtinuans humidū sic marcescit ⁊ dissoluitur corpus sicut diximus in quarto metheuroꝝ: igit͛ non vnitur vt faciant vnuz ex hoc ꝙ cōtinent͛ in corpore duo: sed potius vnū aliqđ erit

qđ continet

q̃d continet corpus: vniuntur igit̃ in aliquo icorporeo. Que remus vtrũ illud sit accidens: aut subã: ⁊ si ipsum est accñs: sicut forma accñtalis tunc accidẽs vnit subam: ⁊ hoc est maximũ inconueniens: qa nulla multitudo subarum refert̃ ad accñs: sed omnis accidentiũ multitudo refertur ad subam: sicut ad vniẽs. Adhuc aũt illud accidẽs aut erit cõmuniter accidẽs: aut erit accñs inseparabile: ⁊ siqdẽ cõiter accidens tũc poterũt esse sine illo: ponamus igit̃ q̃ sint sine illo: ⁊ nihil accidit incõueniens: qñ aũt sunt sine illo: tunc sunt plura vt plura: igit̃ plura vt plura cõstituunt vnũ in nã: ⁊ hoc non est intelligibile. Si aũt accidens inseparabile ab eis: tũc nunq̃ continget ea separari q̃d ad sensuz est falsum: qa sepe ista in diuersis inueniunt̃ subiectis. Adhuc si vnum sint in accidente tũc causa faciẽs vnũ aliqd q̃d ẽ hõ vel leo ẽ accñs: hõ igitur ⁊ leo ⁊ cetera aialia nõ sunt vnũ substãtialiter: sed accñtaliter q̃d ridiculo dignũ est.

Tex. ⁊ cõ. 91.

¶ Si aũt detur vt Aristo. placet: q̃ vniẽs ea que sunt in vno corpore sit forma subalis que sit altera a suba ipsoꝝ: tunc seq̃tur illud vniens magis eẽ aiam q̃ ista: qa in hoc solo differt anima ab alia forma nãli q̃ ipsa vna in se exñs per diuersas potẽtias agit diuersa in eo cui᷒ ipsa est perfectio. Itaq̃ illoꝝ q̃dlibet agit per se. Cetere aũt forme naturales essentialr̃ ⁊ per se nõ faciũt nisi vnum: sicut calor calefacit ⁊ frigus frigefacit. De illo aũt vniẽte ea que supra cõmemorata sunt queremus iteꝝ vtrũ sit multaꝝ partium nõ vnitaꝝ aut simplr̃ suba vna ⁊ eadem est diuersarũ partium oportebit ⁊ ipm hẽre vniens aliq̃d: ⁊ de illo iteꝝ queremus vt prius ⁊ pcedet hoc in infinitũ nisi stet̃ in aliq̃ vno q̃d non est diuersaꝝ ptiũ. Si aũt stat̃ in aliquo vno tali: tũc necesse est dicere q̃ mor sine altero aliquo vniẽte vna ẽ suba que est aia que vnit in se diuersas potentias que sunt supra cõmemorate: qa melius est mox fieri per vnũ q̃ per aliũ: ꝓterea suba magis vnit ꝓprietates q̃ aliqd aliud posterius suba sumptum. Adhuc aũt qa tales potẽtie que sunt q̃si ꝓprietates aie q̃bus ꝑparatur ad agendũ ⁊ patiẽdũ fiunt immediate de ipsis essentialibus: ⁊ ideo istis trib᷒ de causis oportet dicere q̃ mox ipsa suba vniuntur: ⁊ nõ aliquo alio. Illud aũtẽ vniens cũ nõ possit eẽ multipartiũ vt habitũ est opz eẽ vnũ fm subam: vna igitur est suba in qua vniunt̃ oia hec sicut ꝓprietates nãles que potentie nãles vocant̃. Et fm hoc facile rñdet̃ his que ꝓ se induxerunt Pithagorici. Qm̃ aia tripl̃r põt cõsiderari: vno qdẽ mõ vt genus: alio vt aia: ⁊ tertio vt nãlis potẽtia aie. Si eni anima accipiat̃ vt genus pdicabilis est de aiabus particularib᷒ que sunt vegetatiua plãtarum sensitiua brutoꝝ ⁊ rationalis aia hoim. Si aũt accipiat̃ vt aia tunc perfectio erit aiati corporis ⁊ tunc fm dĩaꝫ in specie vel in genere vel indiuiduo ipoꝝ aiatoꝝ differt ab aia specie vel genere vel indiuiduo: ⁊ ideo tota hois aia specie differt ab aia bruti: ⁊ nulla potẽtia est vnius que nõ specie differat a potẽtia alterius: visus enim hois ⁊ visus asini specie differũt: nõ quidẽ specie ipsius visibilis: qa hoc idem eẽ põt: sed specie pupille ⁊ virtutis visiue perficiẽtis visum: ⁊ sic est de alijs viribus. Et hoc ꝓbat̃ nẽcio ex hoc: qa sicut est in tota aia ad totũ corpus ita est in partib᷒ aie cõparate ad partes corporis: tota aũt aia est spẽs ⁊ forma diuersaꝫ eẽ specie ⁊ rõne dans homini ab aia bruti: sic igit̃ erit in oibus partib᷒ eius. Ampli᷒ a differẽtib᷒ specie subalib᷒ ĩpossibile ẽ potẽtias nãles eiusdẽ speciei causari. Sũt aũt dĩa spe substãtialia in hoie ⁊ bruto ꝓprietates igit̃ fluentes ab ipsis specie erũt diuerse: ⁊ hoc qdẽ est nẽciuꝫ. Sed multi circa hoc errant ⁊ eoꝝ occasio q̃ vidẽt obiecta esse eadẽ: ⁊ hꝫ īferre passiones potẽtijs diuersoꝝ aialiũ spe. Que aũt nata sunt inferre passiões cũ sint eadẽ: sunt sua passiua eadẽ spe: sꝫ sua passiua sunt oculi: vel aures aialiuꝫ spe differentiuꝫ: videnť ergo potẽtie diuersoꝝ aialium specie esse eadẽ spe. Isti aũt tales nõ sufficiẽter psuasi sunt signo. Qm̃ nos videmus q̃ idẽ nũero calidũ ignis infert passiones diuersas gñe ⁊ specie sicut lapidi ligno ⁊ aiali: ⁊ tñ non ꝑp hoc illa sunt eadẽ genẽ ⁊ specie. Tales eni passiões inferũt nõ fm cõuenientiã vel dĩam in spe ⁊ gñe que dĩe sunt fm formã: sed potius fm cõicationẽ in mã q̃ ea que cõicationẽ hñt in mã trãsmutabili adinuicẽ agũt ⁊ patiunt̃ adinuicem: ⁊ ab eisdẽ actiuis: hec aũt cõicatio nihil oĩno facit ad ↄuenientiã vel dĩaꝫ in gñe vel spe vel nũero vel fm formã sꝫ poti᷒ hꝫ mãꝫ: ⁊ iõ qa bos idẽ visibile suscipit q̃d suscipit hõ: hoc iõ est: qa oculus bouis cõponit ex aq̃ lucida pura tenẽre formas sicut oculus hois: ⁊ non opz ꝑp hoc q̃ idẽ sit mediũ cõmixtiõis oculi vel eiusdẽ spẽi virtus visus. Sic g̃ cõsiderat̃ aia vt aia.

Solo ad rõnes pithagoricorum.

Nõ q̃liter visus hois et visus asini spe differunt.

¶ Rõnes autẽ quas inducũt nõ difficile est soluere: dicimus enim ꝙ ignis nõ ꝓprie nutrit neqꝫ auget. Id enĩ qđ cõuertit in ignẽ: nõ ingredit in ignẽ: neqꝫ ingredit in ipm vt cuilibet parti addat ⁊ vniat sz diffundit ignis per gñatiõnẽ forme ignis in materia aliena. Et qđ dicũt ꝙ attrahit subtile humidũ ex cremabilibus ⁊ ꝙ illo cibat: dicendũ ꝙ nõ ad hoc attrahit vt illo cibet: sed potius vt in illo generet tanꝗ̃ in ꝑma mã. Nõ enĩ attrahit nisi qꝛ calefacit ⁊ subtiliʒat: ⁊ tunc calor facit ipsum ebullire ad superficiẽ corporis: cui⁹ illud fuerat humidum: ⁊ ibi fumat ⁊ fit flãma: deberet autẽ attrahi in oẽs ptes ignis anteꝗ̃ inflãmaret si eẽt nutrimentũ ignis: pꝫ igit ꝙ illud est ꝓprie gñatio ignis ⁊ nõ nutrimẽtũ. Qđ aũt dicũt in igne fieri deꝑditionẽ ſm mãm: dicẽdũ ꝙ accidit igni inquãtũ est in loco alieno: per hoc enĩ materie partes plus igni similes euolant intendẽtes ire ad locũ ꝓpriũ: sed extinguunt ab aere circũstante: ⁊ sic fit cõtinua ignis deperditio: neqꝫ itẽdit per hoc suã corruptionẽ: sed potius melius saluari ⁊ cõualescere in loco ꝓprio: ⁊ sic fieret si nõ impediret: ⁊ ideo nõ intẽdit ignis ſm nãm restaurare illud deperditũ: sed potius per inflãmationẽ multiplicare suã spẽm in materia aliena sicut diximus. Qđ aũt obijciũt de poris ⁊ vacuo ostendimus nihil esse in ꝑmo de gñõne ⁊ corruptiõe. Exclusis aũt sic falsis opinionib⁹ ⁊ errorib⁹ antiquoꝝ: loquemur de ꝗ̃libet potẽtia vegetabilis aĩe: ostẽdentes que sit quelibet ipsaꝝ: ⁊ quã habẽt adinuicem: ⁊ ad animam vegetabilem comparationem.

¶ Cap. 5m. De alimento quod est obiectum nutritiue ⁊ vegetatiue.

Tex. ⁊ cõ. 42.

Uoniã aũt hec potentia aĩe quã vocamus nutritiuã est vegetatiua indiuidui generatiua per multiplicationẽ indiuiduoꝝ in specie: opꝫ nos ſm predictã doctrinã prius loqui de nutrimento. Opere enĩ qđ est alimenti opus determinatio fit circa alias potẽtias aĩe vegetabilis: eo ꝙ augmẽtatiua ⁊ generatiua operationẽ quãdã alimenti recipiũt. Est igit alimẽtũ ꝗ̃si obiectũ vnũ trib⁹ potẽtijs aĩe vegetabilis ꝑdictis.

Tex. ⁊ cõ. 43.

¶ Primũ aũt qđ de alimẽto querendũ occurrit est: verũ alatur ꝯriũ ꝯrio: vel sile sili. Videt enĩ quibusdã ꝙ ꝯriũ alatur ꝯrio: sz nõ oẽ ꝯriũ alit a quocũqꝫ ꝯrio: sz solũ illo ꝯrio alitur aliqd ꝯriũ: qn ꝯria non solũ gñari possibile ẽ ex alterutris: sed ẽt augmentari vnũ ex alio. Multa enĩ generant ꝯrioꝝ ex alterutris: nõ tñ oĩa ꝯria fiũt ex oĩb⁹ sicut diximus in ꝑmo libro phicoꝝ: ⁊ eoꝝ que generant ex inuicem nõ oĩa augent se inuicẽ: sicut quãdo sanũ generat ex laborante: nõ auget neqꝫ alit vnũ ex alio: ⁊ vt vniulr dicat cũ contraria sint que sũt potẽtia ⁊ act⁹ adinuicẽ in generibus oĩb⁹: ea que sũt vnius gñis ꝯria gñant adinuicẽ: sed non auget neqꝫ alitur vnũ ex alio nisi sint ꝯria in genere substantie tñ accepta. In illis enĩ vnũ subalr põt cõuerti in subam alterius: et ideo vnũ põt alere ⁊ augere alteꝝ. Sed adhuc obseruãdũ est: ꝙ neqꝫ illa eodẽ modo se hñt adinuicem ꝙ. s. vtrũqꝫ alat reliquũ ⁊ ecõuerso: ⁊ hoc scimus ex dictis antiquoꝝ: qui dixerũt de simplicib⁹ corporib⁹ ꝙ aqua alit ignẽ: ⁊ nõ ecõuerso ignis alit aquã: ⁊ lz falsa sit eoꝝ suppositio: tñ verissime rõne fuerũt inducti. Viderũt enĩ ꝙ nihil aliud alit: nisi qđ recipit spẽm ⁊ formã eius qđ alit ab ipso. Humidũ aũt inter oĩa prima solũ videbãt facile recipere formas ⁊ spẽs aliorũ corpoꝝ que ei imprimunt: ⁊ ideo dixerũt hoc solũ eẽ alimentũ. Et hec rõ cogit ꝙ oẽ alimẽtũ opꝫ humidũ eẽ ſm actũ: lz forte potentia sit alterius ꝗ̃litatis. Viderũt ẽt ꝙ oẽ qđ alit: spẽm ⁊ formã suã imprimit ei qđ alit ipꝫ. Nihil aũt adeo potest eẽ sigillatiuũ forme sue: sicut calidũ ⁊ siccũ: qꝛ calidũ penetrat: ⁊ siccũ retinet acumẽ qđ dat ei calidũ: ⁊ ideo solum ignẽ nutriri dixerũt: pꝫ igit ꝙ lz nõ veꝝ dixerint in hoc ꝙ aq̃ alat ignẽ: tñ causa ꝓpter quã illud dixerũt est verissima: ⁊ ex veritate que est in dicto eoꝝ isto: accipit ꝙ nõ equalr se hñt cõtraria adinuicẽ: quoꝝ vnũ alit: ⁊ alteꝝ alit: ꝙ vtrũqꝫ. s. ab altero ⁊ ali possit ⁊ alere reliquũ. Alẽs enĩ i eo ꝙ est alẽs opꝫ ꝙ sit in actu humidũ susceptibile forme ⁊ spẽi ei⁹ qđ alitur. Id aũt qđ alitur est hñs virtutẽ que formã corporis qđ alit ⁊ mẽbroꝝ eius sigillat in ipso: ⁊ ideo idiget instrõ qđ est calor nãlis: ⁊ alijs virtutib⁹ sibi subseruiẽtib⁹: de qbus infra dicemus. Distictio aũt que est iter alẽs ⁊ id qđ alit inter corpora aĩata: in solis simplicib⁹ deprehẽdit: sic diximus ꝙ ignis alit ⁊ aqua alit: ⁊ nõ ita videt in cõpositis: ꝓpter qđ cõposita ab excellẽtijs primaꝝ qualitatũ sũt remota: ⁊ ita nõ videntur eẽ in actu humida: neqꝫ in actu adeo sicca ꝙ possint ita euidẽter hie ꝓprietates alẽtis ⁊ aliti: quẽadmodum simplicia.

Nõ ꝙ rõ que moui fuerunt antiq̃ fuit vera: etsi opinio sua sit erronea.

Tex. ⁊ cõ. 44

¶ Hec aũt que diximus hñt dubitationẽ eo ꝙ qdã videntes alimentũ vniri ei qđ alit: nihil aũt vniri alij: nisi qđ similitudinẽ hꝫ in forma ad ipm: dicũt nõ augeri vel ali ꝯrium cõtrario: sz potius sile sili. Alijs aũt de qb⁹ ꝑdiximus videbat ali ꝯriũ ꝯrio: tãꝗ̃ ipossibile sit ali sile sili. Et ꝓ se idurũt rõnẽ: ꝙ omne alimẽtũ mutat ⁊ decoquit decoctiõe calidi ⁊ humidi: sic alimẽtũ omne mutat. Mutatio aũt oĩs: aut est de ꝯrio in ꝯriũ: aut de ꝯrio in mediũ: qđ cõparatũ ꝯrio ẽ ꝯriũ: ꝗ̃ nõ alitur nisi ꝯriũ ꝯrio.

Tex. ⁊ cõ. 45.

¶ Adhuc aũt omne alimẽtum patit ab eo qđ alit: ⁊ nõ ecõuerso: ꝯria aũt sunt que paciunt abinuicẽ: patit enim decoctionẽ ⁊ assĩlationẽ: cũ oĩs decoctio sit cõplexio a nãli ⁊ ꝓprio calore ex ꝯiacentib⁹ ꝗ̃litatibus

aut

aut passionibus sicut habitū est in 4° methaurorꝝ. Nō tñ patitur id qḋ alit ab alimēto: sicut neq̄ instrꝰ domus aliqḋ patit a mā ex qua fit domus: sȝ potius mā patit ⁊ trāsmutatur ab ipso in domus formā. Ita ⁊ alimētū trāsmutat in formā eius qḋ alitur ⁊ nō ecōuerso. Instructor aūt domus non hȝ mutationē nisi illam que est ex ocio ad agere sine actꝰ primi ad secūdū: sicut sciētē dicimus mutari quando actu sit cōsiderās: ita ēt aīe vtus que nutritiua vocat mutat quando de nutriente fm potentiā efficit nutriens in effectu: ⁊ forte hoc añq̄ est: qa in talibꝰ vtutibꝰ superius diximus aīam magis fore actū scḋm q̄ pmū: ⁊ potius assimulari vigilie q̄ somno: forte eni semp nutrit: ⁊ si nō semp nutrimentū ab extrinseco querat: qa semper aliqḋ agit circa nutrimētū: aut dissoluēdo: aut alterādo: aut attrahēdo: aut vnlendo membris. In determinādo aūt istā questionē magnā hȝ differentiā: verū nutrimentū sit qḋ vltimo est qñ vnit membris aut qḋ pmo querit vt nutriat añq̄ alteret ⁊ assilet: aut vtrūq̄: qm si cōsideremus nutrimētū fm actū: hoc est q̄ pōt pficere nutrimēti operationē per hoc q̄ mouet ad mēbra ⁊ vnitur mēbris: sine dubio tūc id qḋ assimilatū est mēbris est nutrimentū. Si aūt nutrimentū accipiat fm potētiam: q̄.s. pōt p suā subam fieri nutrimētū: tūc nutrit ɔ̄riū ɔ̄trario: ⁊ ideo nō coctū adhuc est cōtrarium: coctū aūt simile: ⁊ ita vtrunq̄ predictorꝝ cōtingit dicere: ⁊ q̄ cōtrariū ɔ̄rio: ⁊ q̄ simile simili alitur: ⁊ ideo manifestū est q̄ vtrūq̄ quodāmō recte ⁊ non recte dicit. ¶ Qm autē sicut supra ostēdimus: nihil aliud ꝓprie qḋ non hȝ aīam: opȝ aīatum esse corpus qḋ alitur: ⁊ aīe potentia in alimentū agere: ⁊ nō virtute elemētali simplici. Alimentū igit aīati corporis per se est ⁊ nō fm accñs: virtutibus aūt elementalibus nō attribuit nisi per accñs: hoc est inquātū sunt instrumēta aīe: ⁊ sic qualitates elemētales sūt cōcause ⁊ non cause alimenti: sicut supra ostendimus.

Tex. ⁊ cō. 46

¶ Cap. 6m. De officijs nutritiue ⁊ augmentatiue.

Quid est poª nutritiua. Quid augmētatiua.

His aūt habitis de alimēto: ⁊ de ipsis potentijs est determinādum. Est aūt potētia nutritiua que de nutrimento restaurat deperditū in corpore aīato vt saluet in eē diuino. Augmentatiua aūt est illa que de nutrimēto addit quantitati mēbrorꝝ vt ad debitā lōgitudinem ⁊ quantitatem deducant. ¶ Et ex hoc accipit q̄ lȝ idē subm sit alimento ⁊ augmētatiuo: hoc est ei qḋ auget: tñ esse eorꝝ fm rōnem diffinitiuā est alterꝝ ⁊ alterꝝ. Aiatū eni fm q̄ quātū ē alimentū augmētatiuū querit: sed nō nutrit nisi fm q̄ est hoc aliqḋ: ⁊ suba potens recipere formā mēbrorꝝ ⁊ subam. Nutrimētū eni non saluat nisi subam: ⁊ ideo q̄diu pōt nutriri: tādiu saluat in indiuiduo. Sȝ augmētatiua nō agit per totā vitā: ⁊ ideo ipsa non est saluatiua sube: sed potius pfectiua quātitatis. Et sunt q̄tuor differentie iter nutritiuam et augmētatiuā: quarꝝ vna est ⁊ pncipalis: q̄ nutritiua nō accipit alimētū nisi inquātū est potētia suba mēbrorꝝ: ⁊ nō curat de quātitate. Augmētatiua aūt accipit ipm inquātū potētia addit quātitati mēbrorꝝ: inquātū mēbrorꝝ quātitas extēdit ipso addito mēbris. Secūda aūt est: qa nutritiua addit substātiā cibi sube mēbrorꝝ equalr fȝ tres corporis diametros: lōgitudinis ⁊ latitudinis ⁊ ꝓfunditatis: in oibꝰ his equalr perditū restaurās: augmētatiua aūt pcipue addit lōgitudini: ⁊ ideo idiget q̄ calor suus sit fortior ⁊ mēbra in qbus est sint mollia que extēdi possint: hoc aūt sic ꝓbat: lōgitudo eni nō fit maior nisi ossibꝰ extēsis: ⁊ hec dura sunt ⁊ non nisi forti calore faciēte discurrere nutrimētum per ipsa fieri pōt. Siccū aūt nō fit extēsio sicci indurati: sed potius eius qḋ est humidū flexibile: ⁊ ideo nō fit augmentū nisi in iuuentute anteq̄ adueniat siccitas nimia que ꝓhibet extensionē: ⁊ hec est cāsarum vna quare nō semper augent corpora: sed semp nutriūtur. Nutritiua eni lȝ fm oēm dimēsionem vt diximus nutriat: tamen fm latitudinē maxime nutrit: qa ad illius incrementū nō exigitur nisi assimilatio nutrimēti ⁊ additio: ⁊ nō extensio in ampliorē quātitatē nisi quantū extendit in addito: ⁊ hoc frequēter fit in solis mēbris mollibꝰ que sunt caro ⁊ huiusmodi: pter hoc q̄ ossa extendant: ⁊ hoc fit calore debili magis q̄ forti. Tertia differētia ē: q̄ nutritiua hebetiori vt dictū est instrumento operat: augmētatiua aūt acutiori. Cū eniȝ calor nālis vtriusq̄ sit istrm: hebes calor est qui solū conuertit nutrimentū ⁊ assimilat. Acutus aūt qui facit ipm discurrere per mēbra dura que mollificat infundendo ea acuto humore nutrimētali: ⁊ tunc extendit ea: ⁊ cā huius est qa cum quelibet virtus plus possit in mā ꝓpria q̄ aliena hebetat calor: quāto plus de aliena materia igeritur. Qḋ vt melius intelligat opȝ scire q̄ duplici humido indiget omne qḋ nutritur: vnū quidē est seminale: qḋ est aliquid substantie seminis: ⁊ illud est ꝓprium subiectū caloris nālis. Aliud autem est nutrimētale qḋ accipitur de nutrimento qḋ semper retinet aliqḋ de natura cibi: ⁊ ideo semper aliqḋ habet de extraneo: ꝓpter qḋ non adeo efficax est in eo calor naturalis: sicut in pmo humido ⁊ quāto plus igeritur de nutrimentali humido qḋ addit radicali siue seminali: ex quo formantur mēbra radicalia ⁊ qḋ est infusum eis: tanto plus inspissantur ⁊ indurant: ⁊ calor plus in eo debilitat: ⁊ ideo calor qui pmo fecit duas operationes alimenti.s. ⁊ extensiōis: tandē ꝓpter sui debilitatem ⁊ membrorꝝ duritiā nō pōt perficere nisi vnam que est nutrire: ⁊ ideo tūc stat augmentum.

Nō de duplici hūido seminali ⁊ nutrimētali.

¶ Est aūt circa hoc adhuc notandū q̄ tempus incrementi etiā fm Galenū ⁊ Auicennā est tps etatis puerilis qui sunt calidi ⁊ humidi ꝓpter vicinitatē quā hñt ad suā originem que est ex calido ⁊ humido. Humidū aūt ⁊ calidū simul cōiuncta faciūt diffusionē ⁊ extensionem: ꝓcedente autē tempore exiccat paulatim humidū in tempore iuuentutis ⁊ indurant membra: ⁊ lȝ acutius in iuuenibꝰ sit calidū: tamē nō est maius in iuuenibꝰ q̄ in pueris. Et de hoc dat exemplū cōueniens Galenus: qa si aliq̄ caliditas determiate virtutis penetrat in aquā ⁊ eadem in essentia caliditas penetrat in māam siccam: acutior erit caliditas in sicco q̄ in humido: sed nō maior. Et sic est de calore puerorꝝ ⁊ iuuenū qui equalis est lȝ acutior sit in iuuenibꝰ q̄ in pueris: ⁊ ideo in pueris plus de cremento operat ꝓpter mollitiem membrorꝝ: ⁊ in iuuenibus minus ꝓpter eorūdē duritiē: lȝ calor sit equalis: ⁊ huius signū est q̄ pueri circa septimū annum vt in pluribus plusq̄ dimidiū perficiunt sue quantitatis. Hec igit est tertia dicta. ¶ Quarta autē est penes finē vtriusq̄ accepta: qa sicut ⁊ natura nō est infinite ⁊ indeterminate itentiōis: ⁊ ideo habita debita quātitate in qua exercere pōt suas operatiōes: nō auget vltra augmētatiua aīa: etiā si posset hñ vltra augere: qa nō abūdat superfluis nā: sicut etiam non deficit in necessarijs: finis autem nutritiue est saluare idiuiduū per deperditi restaurationem: ⁊ hoc necessarium est in toto tēpore: ⁊ ideo per totā periodū cōtinue operatur. Reliqua autem que de augmento ⁊ nutrimento dicenda sunt in primo de generatione ⁊ corruptione requirantur.

Uāo calor pueri ⁊ iuuēis sūt eq̄les in radice fm Gal.

Nō q̄tuor differētias inter nutritiuam et augmētatiuaȝ virtutem.

¶ Cap. 7m. De officijs virtutis generatiue.

Idem aūt nutrimentū per virtutem generatiuam est factiuum generationis: non tamē generat id qḋ alitur: sȝ potius generat id quod est: vt id quod alitur in specie: cuius probatio est: qa nihil generat seipsum: oporteret eniȝ q̄ idem esset ⁊ nō esset simul. Omne eniȝ generās actu est: id autē qḋ generatur actu non est ens: esset igitur idem ⁊ nō esset fm subam: ⁊ ideo sicut alimento ⁊ augmēto aliud ⁊ aliud est esse fm idem subm: ita alimento ⁊ generatiuo necessarium est aliud esse fm diffinitiuā rationē. Propter qḋ notandum est nutritiuam saluare indiuiduū per distributionem nutrimenti ad membra: ⁊ qḋ superfluit membris: hoc sequestrat ad membra genitalia que trahunt ipm sicut ventosa trahit sanguinem. Membra autē seminaria sunt organum virtutis generatiue: sicut cerebrū est organū virtutis animalis: ⁊ cor virtutis vitalis: ⁊ virtus generatiua sita in membris genitalibꝰ iprimit in alimento superfluo virtutem formatiuaȝ: que in seminis viscositate retenta: qñ fuerit in debito loco format semen in organicū corpus: sicut enim nutritiua cibo infūdit speciem mēbrorum per quā tendit ad mēbra ita genitalia influunt ei virtutem formatiuaȝ qua formatur semen in membra corporis organici: ⁊ hoc quidem semen a toto corpore decidit ⁊ maxie a cerebro: ⁊ per spongiositatem membrorꝝ attractiua virtute testiculorꝝ trahitur ad vasa seminaria: ⁊ ibi informatur predicta virtute. Et ideo virtus generatiua in veritate est duplex. Una quidem in generāte que descindit semē attrahendo: ⁊ hec operat tribus: calore.s. qui spumosum facit semē vt spumosū sit spiritu deferente formatiuā virtutē: ⁊ hic spiritus exten-

Mēbra seminaria sūt organū gñatiue virtutis.

Tria sūt instra virtutis gñatiue q̄ ē in gñante.3.

alr mẽbra genitalia: ⁊ eodem calore cõsumit superfluũ hu/midi seminis vt efficiat globosũ ⁊ quasi glãdulosũ ꝙ ma/gis retinere possit virtutes sibi impressas: ⁊ melius retineat fi/guras mẽbroꝝ in se effigiatas. Operatur autẽ seipsa virtus ge/neratiua influẽdo virtutẽ formatiuã que est in semine: sicut ars est in artificiati mãu: ⁊ operatur humido cibali: sicut mate/ria etiã operatur: ⁊ operatur ventositate sicut instrũo extendente mẽbra genitalia ad actũ coitus: ⁊ eijciendo semẽ a mascu/lo in feminã: ventositas enim ꝓpellit semẽ ad locum debitũ.

Insita vertus generatiue existẽs i semie sunt duo.

¶ Alia autẽ virtus generatiua est in semine: que est virtus for/matiua: duo hñs instrumenta: ⁊ duas materias: ⁊ duo ope/ra: vnũ quidem suoꝝ instrumentoꝝ est calor seminis qui tri/plici virtute est informatus: quaꝝ vnã hꝫ a substãtia inquã/tũ est calor: ⁊ ille est virtus solutiua aut dissolutiua ⁊ subtilia/tiua ⁊ alteratiua seminis. Scđa autẽ est virtus celestis: que virtute operatur ad vitam ex potentia motiõis celi: sicut dixi/mus in alijs locis. Tertia est virtus aĩe: cuius ipse calor est instrũm virtute qua inducit formas organoꝝ physici corpo/ris potẽtia exercentis opera vite. Habet et spiritũ ifra spu/mã seminis cõtentũ ꝓ instrũo per quẽ vehit in oẽs partes se/minis suas virtutes. Duo autẽ humida sunt materie in quibus hec operatur: vnũ quidẽ est qđ est in subã seminis: ⁊ hoc est prin/cipale. Aliud autẽ est attractũ vt addatur illi: hoc est humidũ sanguinis mẽstrui loco cuius fetus querit cibũ cũ a matrice se paratur: ⁊ hoc humidũ est supplemẽtũ qđ additur humido se/minali vt sufficiat formationi mẽbroꝝ. Duo autẽ opera sũt: vnũ quidẽ mẽbroꝝ formatio: alteꝝ autẽ est qđ attribuitur mẽ/bris: sicut nũerus mẽbroꝝ ⁊ ordo: ⁊ situs ⁊ asperitas ⁊ leni/tas: ⁊ cetera huiusmodi que mẽbris attribuũtur. Hec igitur sũt opa generatiue ⁊ hec quidẽ fit ex nutrimẽto. Fuerũt autẽ quidã cõtẽdẽtes: nõ ex nutrimẽto: sꝫ ex aliq̃ qđ actu est pars aiati: fieri gñatiõeꝫ dicẽtes eã fieri ex carne: nõ ex suprflo nu/trimẽti. Sed error eoꝝ cõuincitur q̃tuor rõnibus.

Opio quorũdaꝫ dicẽtiũ gñonẽ fieri ex aliquo qđ est actu pars animati.

Impugnatio. pulchra.

¶ Quarũ prima est: ꝙ caro vel aliud qđ est pars corporis aiati: nõ est potentia corpus aiatum: nisi prius a sua forma corrumpatur: semen autẽ est potentia totũ corpus. Scđa ratio est: ꝙ illud qđ est actu pars nõ decidit ab aiato: nisi cũ magno dolore: semẽ autẽ separatur cum delectatiõe. Tertia ratio est: quia actu pars nõ decidit a toto corpore: semẽ autẽ decidit a toto cor/pore. Quarta ratio est: quia videmus oculis nrĩs semina plã/taꝝ: neqꝫ lignũ esse: neqꝫ folia: neqꝫ radicẽ: sed semina ma/turata: ⁊ videmus semina aialium nõ esse carnẽ: neqꝫ os: sꝫ humorem albũ. falsũ igitur est qđ dicunt: ⁊ rõnibus inductis ⁊ multis alijs manifestatur error eoꝝ. Querũt autem isti qualr tũc fit gñatio vniuoca: vt ex planta plãta: ⁊ ex hoie hõ. Sed ad hoc nos dicimus ꝙ generatio dicitur equiuoca vel vniuo/ca quãtũ ad generãs primũ effectiue qđ decidit a se semen: hoc enim dat virtutẽ formatiuã semini. ⁊ sic fit ex plãta plãta: ⁊ ex hoie homo: ⁊ sic de alijs.

Tex. ⁊ cõ. 45.

¶ Ex oĩbus autẽ premissis cõstat ꝙ huiusmodi prĩm qđ vocamus aiam nutritiuã est eius qđ põt saluare seipsum: ⁊ suscipere tale principiũ sm ꝙ est in tali dispõne. Ad hoc enim habet eaꝫ vt saluetur in aliquibus suis dispositionibus: sꝫ in omnibus saluari non possit: quia in qui/busdam continue mutatur. Alia autẽ sunt que nõ indigẽt ta/li principio: eo ꝙ in oĩbus suis dispositionibus semper vno modo cõseruantur: sicut corpora celestia: ⁊ ideo illa hñt ali/as virtutes q̃ꝫ mortalia. Non enim indigẽt nutritiua ⁊ augmẽ/tatiua ⁊ generatiua: quemadmodum diximus in alijs.

¶ Cap. 8m. Et est digressio declarans quatuor virtutes ma/teriales dictis tribus virtutibus deseruientes.

Oportet autẽ scire ꝙ cum vnũ ⁊ idem sit subiectum circa qđ dicte virtutes tres operãtur. Hñt tñ in hoc ipso virtutes multas subseruiẽtes sibi: quaꝝ tñ multitudo ad q̃tuor est reducta: que sunt attractiua: digestiua: expulsiua: ⁊ an hãs tres appetitiua. Appetitiua enim appetit cibum appetitu nãli: put est aĩe vegetabilis virtus. Appetit autẽ ex vacuitate replentis nutrimẽti: ⁊ ex defectu qui ꝓuenit ex dissolutione deperditi a subã vegetabilis: hic tñ appetitus cũ sensu est in his que hñt aiam sensibilẽ ⁊ vegetabilẽ: ⁊ vo/catur fames ⁊ sitis: ⁊ ꝓuenit ex sensu euacuatiõis. Attracti/ua autẽ in plãtis quidem est ex calido qđ est in radice ⁊ ceteris partibus plante: cuius virtute est suctio humidi nutriẽtis qđ tangit radices plantaꝝ. In animalibus autem est per mo/tum villorum: qui sunt sm longitudinem in stomacho ⁊ in/testinis aialium. Sed digestio est ex ꝓprio ⁊ naturali calore digerente: ⁊ separante purũ ab impuro: ⁊ terminante ipsum ad spẽm eius qđ nutritur inquantũ est instrumentũ anime. Scias tamẽ tribus precipue iuuari attractionem. s. similitu/dine: vacuitate ⁊ calore: similitudine quidem sicut magnes attrahit ferrum: ⁊ hoc fit in anima vegetabili quando cibus accipit membri similitudinem: ⁊ per illam mouetur ad ipm: si/cut superius diximus. Uacuitate autẽ quando membra va/cua sunt ⁊ pori mẽbrorum ꝓpter multam factam in eis deper/ditionem ⁊ cõsumptionem. Calore autem trahente: quia calor nãlis sugit cibum: sicut ignis sugit oleũ in lãpade: ⁊ hi tres modi perficiunt attractionem in omni habẽte nutritiuã vir/tutem aut potentiã. In animalibus autẽ insuper sunt villi per longitudinem stomachi: ⁊ quorũdam intestinoꝝ ordinati: qui motu suo ingerũt ⁊ attrahunt cibũ in locũ digestiõis vt ibi digeratur. Retẽtiua autẽ operatur adhuc: vt cibus ita diu stet in loco vno donec debitã accipiat alterationẽ. Et hoc quidem gñalr iuuatur tribus: ⁊ quartũ specialiter hꝫ in aialibus perfectis.

Quomodo attractio tribus maxime iuuatur.

¶ Primũ autem trium est dissimilitudo quã ha/bet ad membra: ⁊ partes diuersas eius qđ nutritur: per illã enim impeditur nutritio ad partes nutriri. Scđm autẽ iu/uans est siccitas retinentis: cuius actus in tenendo cõforta/tur ipsa siccitate. Et tertiũ est frigiditas: sꝫ frigiditas ad il/lud operetur per accidens ⁊ nõ per se: per accidẽs autẽ dico frigiditatem operari: quia frigiditas tenet id qđ est nutriens in essentia sua ⁊ figura: ne calore dissoluatur ⁊ euanescat virtus eius eo mõ quo etiã conseruat aliquando a putredine: per se autẽ nõ operatur frigiditas ad aliqua opera vite: sed po/tius impedit eo ꝙ est qualitas mortificatiua. Id autẽ qđ spe/cialiter habet in aialibus perfectioribus sunt villi ex transuer/so in intestinis ⁊ stomacho positi: qui cõprimẽdo retinẽt ci/bum ne de loco moueatur.

Quomodo retẽtiua gñalr tribus iuuatur ⁊ i perfectis animalibus quatuor.

Digestiua autem vt diximus in oĩbus iuuatur calido ⁊ humido: eo ꝙ calidũ alterat ⁊ termi/nat. Humidũ autem facile influit membris: ⁊ recipit eoꝝ for/mas ⁊ figuras. Habet tamẽ tres operationes: hoc est alte/rationem cibi ex qualitatibus cõtraiacentibus vt diximus in quarto metheuroꝝ: ⁊ maturationem que est per eductio/nem humidi superflui: ⁊ hec quidem a quibusdã vocatur di/gestio: que fit per assimilationem nutrimẽti ad membra: ꝓ/pter qđ etiam quatuor digestiones esse dicuntur.

Digestiua iuuatur duobus.

Quarum vna fit statim in ore. Superficies enim oris continua est sto/macho: ⁊ operatur in cibũ alterationem: ⁊ hoc patet quia triti/cum masticatũ a masticatione accipit virtutem maturatio/num apostematũ: quã non habet contusũ. Et alia est in sto/macho vbi grossum a subtili separatur: ⁊ hoc a quibusdã vo/catur prima vna cũ illa quã diximus fieri in ore: ⁊ hec est ve/ra sententia: quoniam prima digestio in ore incipit: ⁊ in stomacho perficitur.

Uera sniã ẽ ꝙ prima digõ incipit i ore ⁊ pficitur in stõacho.

Secũda autẽ est in epate vbi massa que vocatur chilus/prissanoria hoc est succus de cibo eliquatus trahitur per ve/nas que meseraice dicuntur ad epar: ⁊ ibi rubeũ sanguinis accipit colorem: ⁊ dirigitur ad venas: ⁊ in extremitatibus illa/rum tertiã accipit digestionem: ⁊ in albedinem mutatur: et separatur ab eo nimia aquositas que est in ipso per colato/ria vrine quibusdam in animalibus que vrinam habẽt. In alijs autem que nõ habẽt: remanet cũ fece stercoꝝ immixta.

Quomodo tertia digõ in extremitatibus venarũ perficitur.

Et quarta digestio fit in singulis mẽbris ad ꝓpriam similitudi/nem mẽbroꝝ. In plantis autẽ quia terrestres sunt nõ est sto/machus: sed est eis terra pro stomacho: quia in terra sub ra/dicibus eliquatur humidũ permixtũ: ⁊ subtile quidem sugũt ra/dices: ⁊ grossum dimittunt: ⁊ ideo ventre non indigent. Ex/pulsiua autẽ expellit qđ superfluum est: siue sit purum siue im/purũ. Et iuuatur in hoc opere multis: sed pcipue quatuor sunt que eam iuuant.

Expulsiua quatuor iuuatur potissime.

Iuuat enim caliditas vias per quas fit expulsio: aperiendo ⁊ acuendo id qđ expellendum est. Iuuat etiam humiditas aliquãdo vias per quas fit expulsio lubri/cando ⁊ mobilitatẽ ei qđ expellendũ est conferendo. Iuuat etiam frigiditas per accidẽs vẽtositatẽ que est in eijciendo superfluitate: cõtinendo ne euaporet ⁊ etiã ingrossando que cũ fortis est cum magno impetu eijcit superfluũ. Iuuãt etiã frigiditas ⁊ siccitas per quas ei debet cõtrahendo: ⁊ tũc q̃si exprimendo expellitur superfluũ. Similr autem caliditas in/cidit viscositatẽ ⁊ separat: ⁊ tũc facilius educitur. In oĩbus autẽ his virtutibus est manifestũ quoniam frigiditas nõ iuuat nisi per ac/cidens:

cidens: et hoc ideo fit: quia virtutes iste precipue motu perficiuntur: et quedam sunt opera vite: frigiditas et imobilitat et mortificat. Hee autem quatuor virtutes naturales vocantur eo quod vt natura per instrumenta corporalia operantur. ¶ Sciendum autem quod in his omnibus semper virtutis instrumentum et vehiculum est spiritus: et frigiditas spiritum a motu suo impellit vel impedit: et ideo ad opera virtutum per se officit: sed proficit per accidens.

Non hoc vt intelligas cum dicunt medicorum dicentium quod frigiditas non ingreditur opus nature.

¶ Cap. 9m. De comparatione trium virtutum anime vegetabilis adinuicem et ad seipsam animam vegetabilem.

Tex. et com. 49.

Quoniam autem tria sunt necessaria. s. quod alitur: et quo alitur: et alens effectiue. Alens quidem primum et cui essentialis est actus alendi est anima vegetabilis per nutritiuam. Quod vero alitur est corpus quod habet animam et non aliud: sicut ostendimus superius: quo vero materialiter alitur est alimentum. Et in his est aduertere quod virtus nutritiua est deseruiens augmentatiue et generatiue: quoniam vtrique per dictas quatuor virtutes preparat materiam. Nutritiua enim separat quod est superfluum nutrimento: et expellit ipsum ad membra generationis: vt in virtute formatiua sigilletur. Augmentatiua autem deseruit generatiue generans in quantitate et figura perficiendo vt generare possit: et ideo constat finem in his virtutibus esse generatiuam. A fine autem qui est quo res est id quod est: hoc est a forma: omne quod nomen accipit debet denominari: finis autem est generare alterum vt ipsum vtique tunc erit principale in anima vegetatiua generare alterum vt ipsum: ideo in vegetabilibus id quod est substantialis forma absque dubio est generatiua. Et ideo corpus secundum omnem partem informat vbi anima vegetabilis est tota perfectio corporis animati sicut in plantis et in eis est varia generatio quia vbique planta generat ramos et virgas et folia et fructus et semina et vbicunque abscidatur conualescit vtraque pars ipsius. Sicut enim actus in anima sensibili est sensus particularis et forma finalis eius quod habet sensus: et ideo ipsum brutum vbique determinat: ita de generatiua est in plantis: propter quod etiam nonnullis videbatur nutritiuam: et augmentatiuam eandem virtutem esse: sed primo cum fortis calor et mollia membra habere operationes duas: cum autem calor debilior est et duriora et sicciora membra tunc retinere tantum operatione vnam in non veram causam dicunt. Quoniam etiam si ponatur non debet ari calor: et non indurari corpus nihilominus stabit tamen augmentatiua in termino secundum naturam vt supra diximus. Qualitercunque autem dicatur constat quod in his generatiua est finis: et ideo inter has tres vires que super nutrimentum operantur prima naturaliter est nutritiua: et secunda augmentatiua sicut substantia est ante quantitatem: et illa que finis est generatiua que non seruant esse secundum numerum et indiuiduum: sed esse diuinum in specie attingit propter quod agitur quicquid agitur secundum naturam. Oportet autem scire quod anima vegetabilis est que volt in se istas vires que quidem specie differunt secundum quod et vegetabilia differunt. Est enim vna palmifica et altera olifica et sic de alijs: et actus illius anime est vita sicut diximus superius. Est autem adhuc sciendum quod si comparatio fiat anime vegetabilis ad sensibilem et rationalem: tunc vires anime vegetabilis dicuntur naturales: eo quod non nisi per instrumenta primorum corporum naturalium operantur et ad naturam in indiuiduo vel in specie conseruandam sicut patet ex dictis: tamen est perfectio organici corporis sicut et alie: et ideo in nutritiua fit diffusa in toto corpore propter hoc quod vbique saluat indiuiduum et similiter augmentatiua: eo quod omnibus diametris et precipue longitudini principaliter addit et generatiua in plantis: tamen in animalibus perfectissimis he virtutes sedes habent determinatas a quibus influunt suas operationes in corpus et sedes quidem nutritiue precipue est epar cum calore suo alterans et ad membra dirigens cibum. Sedes autem generatiue est in testiculis masculorum et feminarum. Sicut autem diximus quod nihil nutritur proprie nisi quod est animatum: ita etiam nihil generat proprie ad speciei salutem nisi quod est animatum. Generare autem ad saluandum se in specie est generare ex eo quod discinditur a seipso et cui a seipso influitur virtus conuertens id in simile secundum speciem: et sic non generant inanimata: sed potius per actiones suas generant formas suas in materia aliena: cuius causa est quia talia inanimata non habent aliquid quod potentia sit totum: sed quicquid

Quando vires anime vegetabilis naturales nuncupentur.

corporis ipsorum est hoc est actu pars et non potentia totum: ex eo autem quod est actu pars et non potentia totum fieri generatio nullatenus potest sicut diximus superius.

¶ Cap. 10m. De duplici motore nutrimenti.

Tex. et com. 50.

Est autem quo alitur dupliciter: sicut et quo gubernatur est mouens imobile: et hoc est manus vel virtus que est in manu. themon autem siue gubernaculum est quo gubernatur sicut mouente et moto eo quod est instrumentum gubernandi: et hoc ideo est quia omne alimentum est necessarium vt possit decoqui: et ideo oportet esse calorem decoquentem: et tunc calor effectiue alit vt mouens motum et potentia anime est vt mouens tantum. Si autem quispiam obijciat quod mouens corporeum quod est mouens motum non oportet ante se habere aliud mouens imobile motu locali tantum: sicut ostensum est in. 8. physicorum: in alteratione autem non est necesse quod corpus alterans habeat ante se aliud mouens ipsum: et sic dicat hic non oportere esse mouentem animam ad calorem: dicendum quod necessarium est in motibus vite: sed in motibus alijs naturalibus non est necessarium: necessitas autem explanata est superius vbi ostendimus quod virtus elementalis sufficienter ad nutrimentum mouere non potest. Sic igitur figuraliter siue superficialiter quid sit alimentum dictum est: certificandum autem erit de ipso in proprijs rationibus de nutrimento: nutrimenti enim ratio plene non determinatur ex vnius libri principijs: quoniam de motu ipso nutrimenti et augmenti et generationis que sunt de nutrimento iam determinauimus in libris de generatione et corruptione: et de modo decoctionis in quarto methaurorum: hoc iam autem de motoribus vniuersalibus: de proprijs autem motoribus quo ad singula animalia quo ad singula membra in scientia de plantis et de animalibus erit manifestum: de ipso autem nutrimento dicendum erit in Libello quem faciemus de nutrimento deo volente.

Vide tamen Auerroim super hoc multa decentes in commento. 50

¶ Tractatus Tertius Secundi Libri de anima de sensibus.

¶ Cap. pm. In quo genere potentie sit potentia sensitiua.

Tex. et com. 51.

Determinatis his autem Virtutibus anime vegetabilis que sunt actiones secundum quas anima operatur in genere dicamus verba communia de omni sensu: quia secundum sentire quod est potentia passiua operatur anima sensitiua: eo quod secundum tales potentias non semper agit: commune enim est quo ad nos prius sicut dictum est in primo physicorum. Primum autem quod de sensu in communi est considerandum hoc est cum in genere sit potentie: vtrum sit in genere potentie passiue: aut in genere potentie actiue: et dicendum quod est in genere potentie passiue: eo quod sensus secundum actum accidit in ipso moueri organum et pati a sensibili obiecto quod formam suam agit in organo sensus: omne enim recipiens est patiens et cum sensus non sentiat nisi recipiens formam sensibilis: oportet quod potentia sensitiua sit in genere potentie passiue: alteratio enim quedam videtur esse quando sensus recipit formam eius quod sentitur secundum actum: sed proprie loquendo non sit alteratio sicut inferius ostendemus: ponunt autem quidam priorum antiquorum non fieri passionem nisi similis a simili et alij dicunt non fieri passionem nisi quando contrarium patitur a contrario: quomodo autem ambo ista dicta sunt possibilia et impossibilia dictum est in primo de generatione et corruptione vbi proposuimus rationes naturales de ipso agere et pati: in predicamentis vero logicas quasdam et communes posuimus rationes: et ideo ibi non inquirimus qualiter simile simili: vel contrarium a contrario patiatur. ¶ Quod autem sensus sit virtus passiua sciemus si questionem moueamus querentem quare sensuum non fiat sensus: ita quod sensus sentiret seipsum: et quare sensus non sentit seipso sine sensibili extra mouente sensum cum vnitus sit sibi ignis et terra et alia elementa que sentiuntur: attribuitur enim cuilibet sensui aliquod elementum secundum Platonem quod dominatur in sua compositione sicut in visu ignis vt dicit Plato: quia enim dicit quod sensus est vis actiua et fit sensus extra mittendo non potest dissoluere questionem: vis enim actiua ex se perfecta est ad agendum et non indiget ali-

Pre generatione. 1. com. 46. et. 47.

Tex. et com. 52.

quo extrinseco: ⁊ sic deberet sensus sentire sine idigētia alterius extra: ⁊ si forte dicant auctores illius secte que dicit ꝙ sentimus extra mittentes actiones sensuum ⁊ non intus suscipientes species sensibilium ꝙ non fit actio agētis nisi sensibili ⁊ passiuo presente: sicut ignis non calefacit nisi sit p̄sens aliquod calefactibile non soluunt: quia sensui est sibi p̄sens ⁊ elementa componentia organa sensus non desunt sensib⁹: ⁊ tunc deberet ad minus sentire seipsum ⁊ ignem ⁊ terram et cetera que sunt presentia sensui: ⁊ tamen nō sentiuntur ista: ⁊ ideo non conuenit: aut contingit vnq̄ soluere hāc questionem ei qui dicit ꝙ sensus est vis actiua: nulla autem est solutio istius questionis vera nisi ea sola ꝙ sensus cum sit potentia passiua non est actu sine p̄ntia sensibilis extra: ideoq̄ sicut combustibile nunq̄ actu comburitur nisi per speciē combustiui generatam in ipso: ⁊ ideo ipsum combustibile s̄m se sine combustiuo acceptum non comburetur: si enim sine illo combureretur in actu oporteret ꝙ cōbureret seipsum: ⁊ hoc esset ac si ligna composita facerēt per se ignē sine aliquo igne incendente ea in actu ⁊ hoc est impossibile: ⁊ sīr sensus non potest perfici s̄m sentire in actu sine presentia sensibilis qđ

Tex. ⁊ cō. 53.

agit in ipso formā suā vt illam sentiat in actu. ¶ Sicut autē omne potens potentia passiua dicit̄ dupliciter: ita ⁊ sentire dicitur dupliciter: si eni s̄m potentiā ante actū attribuat̄ ei agere hoc erit potentia ⁊ nō actu: ⁊ hoc modo dicimus sentire eum qui forte dormit qui iā sensum habeat in habitu: habet tamen ligatū eo ꝙ somnus est vinculū sensuum: ⁊ ideo remotiorem ab actu habet potentiam videndi dormiens q̄ ille qui est in obscuro: ⁊ ideo sicut dupliciter dicit̄ videns et audiens: ita dupliciter dicitur vniuersaliter sentiēs hoc est visum habens ⁊ nō vtens vel auditū habens ⁊ nō vtēs: aut iam operans visu ⁊ auditu quando habet speciem visibilis ⁊ audibilis: ⁊ sic vniuersaliter dicitur sentiēs sensum hñs in habitu cōpleto: nō tamen hñs speciem sensibilis s̄m actum: ⁊ dicitur sentiens habēs spēm sensibilis: ⁊ hoc est vtens sen-

Tex. ⁊ cō. 54.

su ⁊ operans s̄m ipsum. ¶ Dicamus igit̄ in discernēdo sensum an sit de genere virtutum actiuarum vel passiuarum: ⁊ si sit idem numero moueri ⁊ pati ⁊ agere ⁊ mouere: cōstat enī ꝙ hec magnam habent differentiam: constat enim ꝙ mot⁹ est in eo qđ mouetur ⁊ patitur: sicut diximus in tertio ph̄icorum: ⁊ est in eo actus quidem sed imperfectus: eo ꝙ est imperfecti actus in potentia s̄m ꝙ est in potentia: omnia autē quecūq̄ patiuntur ⁊ mouentur: ab actiuo patiūtur ⁊ mouētur cum ipsum actiuum actu sit: ⁊ ideo mouere ⁊ agere sunt est p̄fectio seu perfecti actio: ⁊ hec est magna differētia: vñ etiam ipsum passiuum aliquādo est simile: ⁊ aliquando dissimile agenti: quoniam in principio passionis est cōtrarium: sed cum abijcitur forma eius ⁊ inducitur forma agētis in fine passiōis tunc fit simile: ⁊ hoc est quando iam passum ⁊ motum est sicut diximus alibi: ⁊ hec differētia ostendit verū sen-

Nō rōnē p̄ci-puā ad p̄bandū sensum esse potētiā passiuam.

sus sit potentia passiua vel actiua: quia nos inuenimus ips̄ pati ⁊ moueri: ⁊ aliquādo similem: ⁊ aliquādo dissimilē actiuo: que nō accidunt nisi virtuti passiue: hec autem doctrina tenēda est pro principio magno ad destruēdam totam suiam eorum qui dicūt sensitiuas ⁊ intellectiuas virtutes esse actiuas ⁊ non passiuas: habēt autem quasdam ratiōes quas p̄

Rōnes afferē nō sensus eē d̄ potētijs actiuis.

se inducunt que in cōmuni de sensu quatuor sunt potiores: quarum prima est quia dicunt ꝙ quādo duo sic se habēt ad inuicem ꝙ vnum est inferius ⁊ alterū est superius in ordine nature: si inferius s̄m omnes suas potētias est actiuum: oportet etiam ꝙ superius sit actiuum: quia superioris est agere potius q̄ inferioris: cum igitur in ordine nature anima sensibilis superior sit q̄ anima vegetabilis: ⁊ vegetabilis nō habeat nisi potentias actiuas: nō potest habere sensibilis nisi potentias actiuas: ⁊ hec ratio logica est ⁊ parum pōt. ¶ Secundo autem cui maxime nitūtur est ꝙ inferioris qđ est materiale est nō agere in superius qđ est formale magis: est autem sensibilium forma materialis: ⁊ inferior anima sensibili. Sēsibilis autē est in corpore ⁊ formalior q̄ sint forme corporum: nō ergo vt dicunt forme corporum possunt agere in potētias anime sensibilis: ⁊ sic oportet ꝙ potētie anime sensibilis sint actiue ⁊ nō passiue. ¶ Tertium autē est quia vident sensum iudicare de sensibili ⁊ nō decipi in ipso: iudicare autem certa actio quedam est perfectissima: ⁊ cum illa sit sensus dicunt sensum potētiam esse actiuam. ¶ Adhuc aūt

inducunt quarto loco experimenta: quia vident oculos menstruatarum inficere aerem ⁊ specula ⁊ aliquādo oculos etiā intuētium eas: ⁊ oculos basilisci spargere venenum eo ꝙ vt dicūt visu interficit serpens qui basiliscus vocatur: hoc autem vt dicūt non fit nisi agendo in aerem ⁊ in obiectum: ⁊ ita dicūt sensum esse potētiam actiuam: sed hec omnia ⁊ similia friuola sunt: quoniam demōstratiue probatum est in p̄habitis sensum esse potētiam passiuam ⁊ nō actiuam. ¶ Ad ea au-

Solo ad rōnes p̄dictas.

tem que isti inducūt facile est respōdere: qđ enim primo iducunt de comparatione sensibilis nd vegetabilem dici debet in veritate digniorem formam esse sensibilem q̄ vegetabilem: sed nō ordinātur penes agere ⁊ pati: quia pati sensibilis nō est ita ꝙ patiatur a vegetabili anima: sed potius ecōuerso: vñ cū alterius rōnis sit istud pati ⁊ illud agere penes hoc nō ordinātur s̄m nature gradus vegetabilis ⁊ sensibilis: sed potius penes hoc ꝙ vbicūq̄ est vegetatiuum in sensitiuo ꝙ vegetatiuū est sicut instrumentū ⁊ sensitiuū sicut principalis motor ⁊ formator: ⁊ hoc p̄z qa nutritiua in aīalib⁹ cōuertit cibū in carnem que mediū est in tactu qui est aīe sensibilis ⁊ generatiua format organa ad sensus apta potius q̄ vegetabili deputata. Qđ aūt dicūt iferius ⁊ mãle nō debere agere in superius ⁊ formale friuolū est: qa sensibilia nō agūt in aīam: sed potius in organa corporis: ⁊ in illa possunt agere: organa aūt sunt aīata ⁊ ita p̄uenit mot⁹ sensibiliū vsq̄ ad aīam. Qđ aūt dicunt de iudicio sensuū dicēdū ꝙ nulla vtus est adeo passiua quin per formā suā actiui existētem in ipsa possit agere: ⁊ sic est de sensu qui efficit̄ in actu per formā sensibilis in ipso existētem: ⁊ ideo tūc agere pōt sicut sciens pōt cōsiderare. Qđ aūt idacūt vltimo est oīno stultū: qa talis actio

Nulla ētus ē adeo passiua qn p formam sui actiui cōsistē i ipsa agē possit.

non est oculi inq̄ntū est sensus in ipso: sed poti⁹ p̄ut est pu corporis euaporātis: vapor eni resolutus ab oculo est ille q̄ inficit ⁊ nō visus qui est in oculo: sed tñ vapor ille eo ꝙ subtilis est ⁊ acutus magis penetrat in corpora clara sicut i specula ⁊ oculos qui sunt quasi specula animata q̄ penetrat in alia corpora: ⁊ hec est causa etiam quare oculi citius q̄ alia membra leduntur in talium aspectu.

¶ Cap. 2m. De distīonib⁹ potētie passiue in app̄rehendēdo.

Tex. ⁊ cō. 55.

Nos igitur ⁊ sic habitis ꝙ sentire est s̄m potētiā passiuā diuidēdū est de potētia ⁊ actu: quoniam vtrūq̄ dicit̄ dupl̄r: nūc enim simpl̄r ⁊ vnīal̄r volumus aliqđ dicere de ipsis: quia certificatiue de eis dicere est p̄mi ph̄i: dicim⁹ igit̄ ꝙ potētia dicit̄ duob⁹ modis hoc est disposita ⁊ indisposita p̄fectiōe p̄ma: dicimus eni aliqn̄ hoiem scientē in potentia: qa cū est indisposit⁹ ⁊ nihil h̄z nisi nām ad sciam ordinatā: sicut ideo qa hō est aīal disciplinabile: dicimus hoiem potentia sciētē: ⁊ hec potētia que est an̄ p̄fectionē p̄mā sine ante habitū h̄z gradus duos: pōt eni eē remota ⁊ p̄pinqua: remota qdē sicut dicimus puer̄ potētia sciētē p̄pinqua sic dicimus potētia scientē eū qui iā nouit instr̄a ⁊ p̄ncipia qb⁹ accipit̄ scia que discenti a doctore nō accipit sicut ꝙ de quolibet ɔtingit affirmari vel negari ⁊ de nullo simul: ⁊ ꝙ oē totū maius sua parte est: ⁊ ꝙ vni ⁊ eidē eq̄lia inter se sunt eq̄lia ⁊ huiusmodi qb⁹ scitis nō p̄p hoc scit̄ ars: sed eis ignoratis non pōt ars sciri: ⁊ in practicis qdē est idē: sicut dicimus īfantes potentia eē scriptorē: ⁊ dicimus potētia esse scriptorē eū qui nouit pēnam ⁊ calamariū ⁊ tēperaturā incausti ⁊ huiusmodi alia scripture instr̄a: alio mō dicimus potētia scientē eum qui iā h̄z habitū scie: qui habit⁹ scie vel potētie sīlis est ⁊ somno in eo qđ nō agit sicut dicimus scientē ⁊ nō ɔsiderantes eē potētia sciētes: ⁊ hoc est qui potētiā h̄z cōpletā per actum p̄mū qui somno sīlis est: sed nō est idem modus quo vterq̄ istorum est possibilis siue in potētia existens: ille eni in vtroq̄ gradu potētie dī potētia sciens grāmaticā vel aliā sciam s̄m potētiā mãlē adhuc īp̄fectā: que tñ s̄m genus est p̄mū subm̄ scie vel alterius habit⁹ ad quē ordinata est potētia: ille autē qui h̄z potētiā potētie perfectionē ad modū somni: dicit̄ sic potēs qa pōt agere s̄m habitū quādo voluerit: habit⁹ enim est quo qn̄ agit aliqđ qn̄ voluerit si nihil eū exterius ⁊ per accidēs p̄hibeat. Sīr aūt ⁊ actus dupl̄r dicit̄ s̄m actū p̄mū ⁊ s̄m actū scđm vt diximus superius: ⁊ iō hñs habitū dī actu

Tex. ⁊ cō. 56.

sciens. ¶ Jā aūt cōsiderās cū actu sit qui est per modū vigilie p̄prie s̄m actū sciens vocat̄. Hi aūt vtiq̄ qui p̄mo modo sciētes sunt ambo s̄m potētiā sciētes vocant̄: sed differēter

qm̄ nō

quãdo nõ hñs habitũ ſm potentiã ſciendi mãlẽ ⁊ ĩperfectã non dicitur ſciẽs niſi quãdo per doctrinã eſt alterat⁹ ⁊ multotiẽs eſt mutat⁹ ex ꝫrio in habitũ ſcie: opꝫ eni multotiẽs diſcẽtem mutari mõ ex ignorãtia in diſpõnez: mõ ex diſpõne in diſpoſitionẽ ancꝗ̃ fit in habitu cõpleto: diximus eni ꝙ potẽtia mãlis hꝫ gradus: qui lꝫ in genere ſint duo tñ in nũero multi ſũt. Qđ aũt dicimus ꝙ talis ex cõtrario venit in habitũ: id dicimus ꝙ lꝫ diſpoſitio ſm id qđ eſt nõ ſit cõtraria habitui: tñ ꝑ modũ eſt ꝫria: qa facile eſt mobilis cũ habit⁹ ſit q̃litas ſtans ⁊ cõpleta ⁊ imobilis: ignorantia etiã largo mõ eſt ꝫria habitui: alius aũt qui iã hꝫ habitũ: ⁊ ſic nõ dicit̃ potentia ſciẽs: ſꝫ potius eo ꝙ ſilis dormiẽti ⁊ nõ agenti: hoc eni hꝫ habitũ faciendi vel ſciendi grãmaticã vel aliud: ſed nõ operat̃ in agẽ

Tex.2 cõ.57.

do ſm illũ modũ actiõis qui dicit̃ ex habitu. ¶ Et id etiaꝫ talis mutatio ex habitu in opationez nõ eſt aliqđ pati vel recipere: ſꝫ mutatio illa que eſt ex ꝫrio eſt ſm paſſionẽ ⁊ corruptionẽ ꝫrij habitus: ſiue diſpõnis ſm ꝙ in vnaquaqꝫ alteratione multe ſunt corruptiones ꝫrij illius qđ abijcit: qa ſicut diximus in tertio phicoꝝ: mot⁹ alterationis eſt generatio forme poſt formã quãtũ ad formã ꝫrij que abijcit̃ per motum. Sed hñs iã habitũ nõ corrũpit̃ ſm aliqđ quod in ipo ſit qñ venit ad opationẽ: ſed poti⁹ venit ad id qđ eſt ſaluãs habitũ: qa habit⁹ per opatiões ſaluant̃: operatio eni eſt ſilis tali potẽtie habituali eo mõ quo ſe hꝫ talis habitualis potentia ad actũ: hñs eni ſciaꝫ ⁊ ſm ſciam illã ſic ſpeculãs ⁊ operans: aut in veritate nõ eſt alterari: aut ſi alteratio dĩ dicet̃ alterũ genus eẽ alterationis in eo ꝙ nihil in eo abijcit̃ vel generatur: ſꝫ potius habit⁹ qui iã ineſt cõfirmat̃ ⁊ ſaluat̃: eo ꝙ ſpeculatio nihil aliud eſt niſi habit⁹ qui inducit̃ in ſeipm: hoc eſt in ea quoꝝ ſpẽs iã inſunt: ⁊ ex his venit in actũ q eſt operatio: ſicut eſt videre in exẽplo architecti: qui hꝫ habitũ edificandi ⁊ cõducit habitũ in ſeipm: hoc eſt cõuertendo ſe ad ea que ſunt in habitu: vt fundamẽtũ ⁊ lapides ⁊ ligna: ⁊ ordinat ea ⁊ ipetum facit ad opus: tũc nihil noui acqrit: ſꝫ idẽ habitus cõfirmat̃: cũ igit̃ alteratio ſit alicui⁹ noue forme inductio iſte nõ eſt alteratus vel aliud gen⁹ ſit alterationis que

Tex.2 cõ.58.

alterari dicit̃ quocũqꝫ mõ nunc aliter ſe hñs q̃ prius. ¶ Vñ nõ bene ſe hꝫ dicere ſapientẽ cũ ſm operationẽ ſapiat alterari: ſicut nec edificatorẽ hñ dicimus alterari: quãdo ſm actũ edificat: in actũ enim ſe ducẽs qui operatiõez facit ex habitu elicitã nõ eſt iuſtũ ꝙ hec dicat̃ doctrina ſiue doctrinatio: hoc eſt doctrine acceptio: ſꝫ opꝫ ꝙ habeat aliã denoiationẽ: ſed potius qñ ſit mutatio ex eo qđ eſt potẽtia mãli ſciẽs ⁊ eſt ſciam accipiens a didaſcalo ſiue doctore qui actu hꝫ eã hoc eſt pati ⁊ alterari: opꝫ igit̃ ꝙ iſti duo aut non dicunt̃ alterari ambo ſimplr̃: aut ſi ambo alterari dicuntur: tũc opꝫ ꝙ nõ ſit vnus modus alterationis in vtroqꝫ: ſed vnus alterat̃ in priuatiuas diſpõnes ⁊ in habitũ ex ignorantia ſicut diximus ⁊ alterat̃: qa nõ vno mõ ſe hꝫ cõſiderans ⁊ nõ cõſiderans ſm habitũ queꝫ hꝫ abſqꝫ eo ꝙ aliquid noui generet̃ in ipſo; vel aliqđ eoꝝ que inſunt abijciat̃. Scias tñ ꝙ oĩa iſta que dicta ſunt de alteratiõe hec dicta ſunt large accipiẽdo alteratio-

7.ph.t.c.20.

nẽ: qñ in. 7. phicoꝝ ꝓbauimus ſm habitũ ⁊ diſpõnẽ nõ eſſe alterationem aliquã: nec aiam ſm intellectũ moueri poſſe: ſed ea que hic dicta ſunt. exẽpli gña dicta ſunt: ⁊ adhuc ſufficit qđaꝫ modus alterationis: ſꝫ nõ vere ſit alteratio: nõ enim ſit alteratio phica: niſi ſm illã ſpẽm qualitatis que dĩ paſſio vel paſſibilis qualitas: ⁊ ideo quecũqꝫ in. 7. phicoꝝ ſubtiliter diſputata ſunt his que dicta ſunt non contrariantur.

¶ Cap. 3[m]. De aptatione dicte diſtinctionis potentie ad potentiam ſenſitiuam.

Tex.2.cõ.59.

Volentes aũt adaptare ea que dicta ſunt ad potẽtiã ſenſitiuã dicẽdũ ꝙ mutatio potẽtie ſenſitiue ad ꝑmã perfectionẽ ipſius eſt a generãte: potẽtiaꝝ eni appꝛhẽſiuaꝝ quedã cõpient̃ primã perfectiõe a nã vel nã: ⁊ quedã per expimẽtuꝫ ⁊ ſtudiũ: a nã qdẽ ſicut potẽtia ſenſitiua ad ſentire: per experimentũ aũt ⁊ tempus ſicut intellectiua: ab ipa eni generatiõe generãte ⁊ dante formam ſenſitiuã dat̃ etiaꝫ actus ꝑmus ſenſus quo ſenſus ſentire poteſt: quãdo voluerit quãdo nihil eſt extra ꝓhibens: dico aũt extra ꝓhibẽs nihil: qa medij aliqua diſpõ impedire põt ſenſum ⁊ abſentia ſenſibilis: ſicut ⁊ ſcie habens habitũ: conſiderare poterit qñ voluerit quãdo nihil eſt extra ꝓhibens: cũ igit̃ generatũ eſt complete ſentiens: tũc iam hꝫ habitũ perficientẽ ſenſuꝫ prima perfectiõe: que eſt ſicut ſcia que eſt primus actus in itellectu: ſentire aũt ſm actũ qui eſt ſecũda perfectio qđ eſt qñ recipit̃ ſpẽs ſenſibilis in ſenſu eſt ſicut cõſiderare ſe hꝫ ad ſcientiã: ſed in hoc eſt differẽtia: qa actiua ⁊ motiua ad operationẽ ſenſus ſunt extra: ſicut viſibile ⁊ audibile: eo ꝙ ſpecies ſenſibiliũ nõ mouẽt ſine ꝓſentia materie: ⁊ qa mãe preſentiã neceſſe eſt eẽ extra: ideo ſenſibilia mouẽtia ſenſuꝫ ad ſentire ſm actũ neceſſe eſt eẽ extra in oĩb⁹ ſenſibilib⁹. ¶ Hui⁹ au-

Tex.2.cõ.60.

tẽ cauſa eſt: qa ſicut iã tetigimus ſingulariũ ſm actũ eſt ſenſus: hoc eſt ſenſus ſm actũ ſm quẽ eſt ſentire eſt ſingulariũ: que ſingularia ſunt per mãm idiuiduata: ſine cui⁹ pñtia forma ſenſibilis nullo mõ apprehendit̃. Scia autez eſt eoꝝ que actu vlia ſunt: ⁊ hec ſunt abſtracta nõ ſolũ a materie pñtia: ſed ab oĩb⁹ que accidũt forme ſm ꝙ eſt in mã induiduata: ſicut eſt figura ⁊ vbi ⁊ quãdo ⁊ cetera huiuſmodi: hec autez vlia ſic ſeparata quodãmodo ſunt in ipſa aĩa: qa imagines ſunt in aĩa: ⁊ ab ipſis abſtrahit̃ vlẽ qđ mouet intellectũ poſſibilẽ: ⁊ ideo nõ ſimplr̃ ſed quodãmõ ſunt in aĩa: in phantaſmate aũt vlia nõ ſunt ſm actũ vlia ſed potẽtia que per abſtractionẽ itellect⁹ ſiũt vlia ſimplicia: ⁊ qa vlẽ in phãtaſmate eſt intus in aĩa ⁊ nõ extra: nec exigit materie pñtiã: ideo ẽ in poteſtate aĩe intelligere cum velit. Sẽtire aũt nõ eſt i poteſtate eius cũ velit: qa mouẽs ſenſuꝫ exigit mãe pñtiã que nõ eſt pñs in anima: aſſentire eni neceſſariũ eſt ſenſibile mouens ſenſuꝫ ſꝫ mãe pñtiã: ſicut aũt diximus de ſenſu qđ exigit materie ꝓſentiã: ita ſe hꝫ de ſcia ſenſibiliũ ſm ꝙ ſenſibilia ſũt: cã eni ipſa ſciẽdi ⁊ ſentiendi eſt ſpẽs mouẽs ſenſuꝫ ſꝫ materie ꝓſentiã: ſicut cã intelligendi eſt vniuerſale in phantaſmatib⁹ mouens intellectũ: cauſa aũt ꝙ oportet eẽ ſenſibile extra eſt qa ſenſibilia ſunt ſingulariã que ſunt in mã: ⁊ hec ſunt exteriora. Sꝫ qa de his que ad intellectuꝫ pertinẽt hic certificare nõ poſſumus tꝑs ſiet in quo accipiemus ꝓn[m] loquẽdi de ipſo in ſequẽtibus huius libri. ¶ Nũc autez tñ ſit

Tex.2 cõ.61.

determinatũ ꝙ nõ ſimplr̃ ſiue vno mõ dicit̃ id qđ in potẽtia dicit̃ aliqđ ſed aliud qdẽ dicit̃ potẽtia mãli ⁊ imperfectũ: ſicẽ dicimus puerꝫ poſſe militare: aliud autẽ ſicut dicimus poſſe militare eũ qui hꝫ etatẽ ⁊ hꝫ habitũ militie: nõ militat autẽ in opere: ⁊ ſic ſilr̃ dicit̃ duplr̃ ſenſitiuuꝫ ſicut diximus: ſicut ſi dicamus imperfectũ ſm organa ſenſus poſſe ſentire: ⁊ ſic dicimus poſſe ſentire ꝑfectũ ſm organa ſenſus. ¶ Et qa horũ

Tex.2 cõ.62.

I Adducemus aūt hic aliā rōnē ex pte organorum sensus acceptā dicētes q̄ organa qb⁹ sentiūt aia lia nō pñt eē cōmixta: nisi sic q̄ sint ex duob⁹ ele mētis medijs q̄ sunt aer ⁊ aq̄ dñantib⁹ in eis si cut pupilla cui⁹ pfectio est visus est ex aq̄: ⁊ aer cōnātis est auri p quā est audit⁹ ⁊ olfat⁹ etiā ex altero illoꝝ est: qm̄ in spirātib⁹ fit p aerē: in aquaticis aūt fit p aquā adducētē odorē: silr in aialib⁹ nō hñtib⁹ sanguinem ⁊ nō spirātib⁹ q̄ in aere habitāt sicut sunt apes: fit enim in aere in quo eisdē odores occurrunt vel ꝯcurrūt: sicut superius est determinatū: ignis aūt p seipm qdē nullius est: eo q̄ est ꝯsu mēs ⁊ iterminās oē aiatū: sed p ꝓprietatē sui caloris incōple xionat⁹ tūc est in oib⁹ sensib⁹ opatio ei⁹ q: calor facit vigiliaꝫ ⁊ expādit spūs aialiū ad organa sensuum: ⁊ sic organa oia sol uit ad operationē: sicut frigiditas ad interiora ꝓpellēs spūs imobilitat ⁊ stupefacit oia organa sensuū sicut in sōno ⁊ vigi lia terminabit̄. Terra autem cū sit frigida ⁊ sicca ⁊ ex vtraqꝫ qualitate sit terminatū corp⁹ ⁊ nō receptibile sensibiliuꝫ: nec reddibile eorūdē sed poti⁹ hoc qd tarde recipit fortiter in se ipsa tenet: nō pōt eē dñans in organo alicui⁹ sensus nec adiu mētū pbere ad act⁹ ⁊ opatiōes sensibiles: q: vō organicū cor pus terminatū ⁊ figuratū est: ⁊ nō tenet nisi terra: iō pmixta alijs magis dñat̄ in tactu: q: in oib⁹ aiatis magis terra dña tur pp soliditatē ⁊ firmitatē que dꝫ eē sm nām in corporibus aiatis: eo q̄ aliter distinctionē ⁊ figuras mēbroꝝ corp⁹ aiatū nō retineret: vñ ex dictis relinquit̄ nullū organū eē i quo do minet̄ aliqd simpliciū nisi aer ⁊ aqua: ⁊ hui⁹ signū ē q̄ si ocu lus pungat̄ nō egredit̄ ex ipso nisi aqua: lꝫ aūt pspicuū qd est mediū visus sit plus in aere ⁊ igne ⁊ celo q̄ in aq̄: tñ illa non plus dñant̄ in visu: lux enim celi vel ignis si in oculo dñaret̄: sicut dicit Plo ⁊ Calcidius nō adunarent̄ i oculo forme: sꝫ potius diuaricarent̄ sicut expresse deprehēdit̄ in speculo luci opposito in quo aut nulle apparēt forme: aut apparent valde obscure ⁊ ꝯfuse: ⁊ iō sagax sollicitaqꝫ nā sapienter obūbrauit oculū fouea ⁊ lacbryma ⁊ supcilijs ⁊ hūore nigro circa acieꝫ oculi posito vt forma adunata certius ostēdat visibile ⁊ luce vndiqꝫ circūfusa nō diuaricetur visibile. Adhuc aūt si ignis abūdaret in oculo rarus eēt nimis ad tenendas formas nec representaret sed traduceret: organū aūt tenere ⁊ repñtare dꝫ formas: oportuit igit̄ q̄ fieret ex aqua frigida glaciali q̄ puritate sua ⁊ pulcritate ⁊ humiditate reciperet: ⁊ frigiditate ⁊ spissitudine teneret ⁊ representaret: in auib⁹ aūt nō est eadē cā q: son⁹ est cū motu: sicut supra demōstratū est: ⁊ mot⁹ non pōt eē pmanēs in spisso: sꝫ in tenui q̄ hoc est sm aliqd leue ⁊ graue: sicut in de ce. ⁊ mū. determinauim⁹: hec ḡ cā est q̄re in organis hec duo elemēta dñant̄ ⁊ nō alia. Qd āt dixim⁹ odo ratū fieri vtroqꝫ illoꝝ nō dꝫ itelligi q̄ organū ipm hēat dñiū vtriusqꝫ illoꝝ elemētoꝝ: q: organuꝫ olfatus in anteriori pte cerebri collocat̄: ⁊ iō opꝫ eē frigidū ⁊ humidū nō tñ fluidū sꝫ cōmixtū cū terra: sed actus odorat⁹ fit p tactū aeris in qbus dā ⁊ p tactū aque in qbusdā sicut dixim⁹.

Quo intelligit̄ sensus olfatus fieri p aquam ⁊ aerem.

Tex. ⁊ cō. 131.

¶ Cū igit̄ organa sentiēdi aliter cōponi nō possint: nisi ex his que diximus ⁊ aia lia pfecta oēs habeāt istas organoꝝ pfectiones: aialia per fecta oēs hñt sensus: oēs enim sensus habent̄ a pfectis aia libus ⁊ nō ab impfectis sicut in tertio hui⁹ sciētie libro osten demus: nā eniꝫ sollers ⁊ sollicita nihil negat necessarioꝝ ⁊ nō dat supfluuꝫ aliqd ⁊ hoc ꝓpēdere possumus in hoc q̄ tal pe dedit oculos ⁊ cooperuit eos pelle q: illud aial cibuꝫ sub terra venat̄: ⁊ ibi oculis nō idiget: raro aūt est extra terrā: ⁊ pp ꝯsuetā opacitatē terre ⁊ tenebraꝝ sustinere lumē nō posset nisi oculos tectos pelle haberet ob qd in loco oculoꝝ exteri⁹ pilos non habet pellis eius vt magis sit spissa.

Qr nā coope ruit in talpa oculos pelle.

¶ Cap. 5m. In quo probatur q̄ nullus deest sensus ab ipsis sensibilibus.

Lex. τ cō. 132.

A Dhuc aũt τ tertiã îducem⁹ rõnẽ sumptã a sensibus p quã nullũ deesse sensum aĩalib⁹ pfectis ostẽdemus: hoc enĩ efficacior est ad pbãdũ φ numerus ppriorũ passiuorũ ex numero ppriorũ actiuorũ cõuenientissime pbat. Nõ enĩ alterũ aliqđ corp⁹ sensibile est τ alia passio siue q̃litas sensibilis que nulli sensui est ppria: q̃ȝ ille q̃ dicte sunt: q̃ nullus deest aĩalib⁹ pfectis sensus: nullum aũt aliud sensibile est ab his q̃ dicta sunt sicut pbabim⁹. Si enim eẽt aliud aliqđ sensibile sensus illius ab aliquo aĩali hẽret: sed aĩal pfectissimũ est hõ: ergo sensus illius hẽret ab hoĩe: nos aũt videmus hominẽ nõ hẽre pluriũ sensibiliũ sensus: q̃ȝ q dicti sunt: qr̃ sensibilia indicãt cõueniẽtia τ incõueniẽtia aĩalib⁹ quorũ sũt sensus: indiciũ aũt cõueniẽtis τ incõueniẽtis põt accipi p illud qđ subaliter cõuenit aut nocet aut p signũ illius: τ siqdẽ est de eo qđ subaltr cõuenit: tunc opȝ φ sensibile inotescat p seipsm: τ aliqđ qđ est pars aĩalis: qr ad hoc φ aliqđ subaliter conueniat opȝ ista duo cõcurrere. s. φ subã sensibilis p seipsaȝ cõueniat: qr spẽs gñata ab ipso nõ cõstituit subam corporeã: τ opȝ vt substãtie cõueniat sentiẽtis: τ sic sensibile necesse est cõiungi p subam sentiẽti: τ ex hoc cõuincit eẽ tactus: τ sufficienter habet qr oia cõtãgibilia nobis subaliter p tactũ sentimus. Si aũt p signũ innotescit: aut illud signũ est ppinquũ aut remotũ: aut medio mõ se hñs: τ siqdẽ est ppinquũ: tũc erit sequela cõmixtionis: τ sic erit sapor p subam cõiunct⁹ gustui: τ si est medio modo se hñs: tũc est odor q causat a sapore. Si aũt est remotũ: tũc significat p ipsaȝ rei formã: aut p illud qđ est ei⁹ signũ τ nõ res ipse: τ sic est sonus. Est aũt numerus hunc aliter accipe: qr̃ sensus est ad notitiã ordinat⁹ τ ad cibũ cõuenientẽ τ ad subam: his enĩ trib⁹ pficit aĩal pfectũ: suba enĩ dat eẽ: cib⁹ aũt cõseruationẽ in eẽ: disciplina aũt ẽ de pfectiõe aĩe τ pcipue humãe. Si ergo sensibile sit magis disciplinabile tũc erit aut ex ipsa rei forma deseruiẽs inuẽtioni: τ tũc est sensus visus: τ iõ delectatio visus maxime signũ est φ hõ naliter scire desiderat: aut est p signũ intẽtionis rei: τ sic est auditus deseruiẽs doctrĩe: qr aũt oẽ qđ q̃sqȝ scit: aut addiscẽs ab alio: aut inueniẽs p seipsm nouit: iõ isti duo modi sufficiũt ad disciplinã. Si aũt sensus sit magis ad cibũ pseq̃ndũ: cũ cib⁹ nõ sit nisi aliqđ cõmixtũ: opȝ φ spẽs sensibilis sit alicui⁹ cõmixti spẽs: spẽs igit ista cõsequit prime mixturã: ita φ est primus effect⁹ eius: τ sic est sapor: aut est effect⁹ eius nõ primus: τ sic est odor q saporẽ sequit. Si autẽ est de his q ordinant ad subam tũc est spẽs tãgibiliũ. Et ex his pȝ q̃re hoies visum τ auditũ hñtes optime disciplinabiles sunt: τ si carẽt odoratu visu τ auditu nunq̃ȝ disciplinant pfecte. Sũt tñ oẽs sensus aliquo mõ τ ƒȝ qđ disciplinabiles: τ iõ dicit φ destructo quolibet sensu perit scia sensibilis eius: τ sunt aliquo mõ indicãtes cibũ: sed tunc aut indicãt p îtẽtionẽ pure spũalẽȝ: aut medio mõ se hñtẽ: τ pmo qdẽ mõ indicat visus a remotissimo: scđo autẽ mõ: aut ẽ subaliter indicãs: aut prime indicãs cõueniẽs τ icõueniẽs in ipso: τ pmo qdẽ mõ est tactus: scđo aũt mõ ẽ gustus. Si aũt hȝ se medio mõ aut plus ẽ materiale q̃ȝ spũale: aut ecõuerso: τ pmo qdẽ mõ est odor q mixti corporis est: τ scđo modo est sonus: q eẽ spũale hȝ in medio: nõ tñ sicut visus: he autẽ sunt rõnes ab Aristotele in. 2. de anima confuse τ breuiter posite pp̃ter qđ Auicẽna professus est se Aristotelem illo in loco non intellexisse.

Cap. 6ᵐ. Φ sensatorum omniũ non potest esse aliquis sensus a predicatis.

Lex. τ cõ. 133.

F Orte aũt aliqs dicet φ organuȝ aliqđ pprium quo sentimus est eorũ sensibiliũ que supra vocamus sensata cõia: τ sic ille sensus q est illi⁹ organi erit sext⁹ sensus prim⁹ ita φ sensata cõia sunt sibi ppria. Sed si hoc eẽt verũ tunc sensata cõia sentirem⁹ vnoquoqȝ sensu ƒm accñs τ nõ essentialiter: id qđ sentim⁹ p accidẽs dicit dupl'r quorũ vnũ est qđ accidit huic sensui inq̃tũ est hoc: lȝ nõ accidat sensui inq̃tuȝ est sensus: sicut nos visu sentim⁹ dulce: hoc enĩ accidit visui inquãtũ cõiunctũ est suũ sensibile cũ sensibili: gustus: tñ dulce nõ accidit sensui inq̃tuȝ est sensus: qr tũc a nullo sensu pcipere t siue sentiret: aliud aũt est qđ accidit huic sensui inq̃tuȝ est hic sensus: τ ẽt sensui inquãtũ est sensus: sicut dicimus φ videm⁹ filiũ Dionis: τ de illo dixim⁹ supra φ est sensatũ p accñs: primo ẽ mõ p accidens sentit ab aliquo sensu hoc qđ ab alio sensu sentit p se: si ergo sensata cõia sentirent ab aliquo pprio sensu p se tunc absq̃ȝ dubio nõ sentirent ab alijs nisi per accñs: ita φ forma eorũ nullo mõ depingeret in sensu alio: sicut nec forma dulcis describit in visu: cõia aũt sũt quinque q̃ supra dixim⁹: q̃ sunt mot⁹ stat⁹ figura magnitudo numerus: τ vnũ tñ qđ ad numeꝝ reducit: τ si aliqua alia inueniant q̃ a plurib⁹ sensib⁹ eẽntialiter sentiunt: ad ista reducũtur sicut situs q est dimẽsio: τ magnitudo q̃dã: τ sicut ppinquitas τ remotio q̃ sunt ẽt reducta ad magnitudinẽ: τ sicut aspitas τ lenitas τ rectũ τ curuũ q̃ vident τ tãgunt q̃ sub figura vident collocari: τ q̃cũqȝ alia talia pñt inueniri: τ ideo Auicẽ. in suo sexto nõllum: silr aũt τ Auicebron τ Mebucbã plura q̃ȝ quinque ponũt sensata. Qđ aũt oia ista a quocũqȝ p̃dictorũ quinque sensuũ eẽntialiter τ nõ accidẽtaliter sentiãtur pbat p hoc: φ oia hec q̃ sentim⁹ motu quodã q est a sensibili in sensum sentim⁹. In illo aũt motu forma sensibilis vt passio q̃dã efficit in sensu: tali enĩ motu sentim⁹ magnitudinẽ: τ iõ magnitudo sensibilis in sensu efficit: τ qr magnitudineȝ sentim⁹ motu opȝ φ ẽt figuraȝ sentiam⁹ tali motu: qr figura magnitudo est q̃dã sic vel aliter terminata: τ qr oppositorũ ẽ idẽ sensus eẽntialis: iõ quiescẽs sentim⁹ in eo φ nõ mouet siue priuatũ est motu: numerũ aũt sentim⁹ negatiõe cõtinui: τ per numeꝝ pprietates: iaȝ aũt pbatũ est φ cõtinuũ qđ est magnitudo q̃dã eẽntialiter sentit: τ iõ opȝ φ eius priuatio q̃ est numerus essentialr̃ sentiat τ vl'r dicat qcqđ sentit motu q fit a sensibili in sensuȝ: τ passio est sensus: τ sic pfecta ab agẽte sensibili a plurib⁹ sensib⁹: illud sentit eẽntialiter cũ talis mot⁹ sit fact⁹ p se sensibili forma: mot⁹ enĩ ille est forma post formã: qr qđ a sẽsibili patit p mediũ: hoc patit a medio organũ sensus: cõia aũt oĩa tali motu sentiant a pluribus sensib⁹: nihil igit eorũ sentit p accñs sed vnũqđqȝ eorũ sentit eẽntialiter: τ hoc nõ posset eẽ sicut dixim⁹ si sensata cõia ppria eẽnt alicui⁹ sensus pticularis: qr vnusq̃sqȝ ppriorũ vnuȝ sentit tñ primo ƒm nãm: sicut visus q primo nõ accipit nisi colorẽ: τ sub ipso colorũ differẽtias: est enĩ visus p̃⁹ coloris: τ postea differẽtiarũ coloris ƒm φ pbauim⁹ in p̃n⁹ phicorũ: φ vle prius est pticulari in sensu: similr̃ aũt est i quolibet alio sensu. ¶ Cũ igit ista cõia sine plura sub vna vl' nã nõ cõtẽta: nõ erit ipa alicui⁹ sensus sensata ppria: si aũt diceret ab aliquo φ eẽt ppria alicuius sensus: tũc sequeret φ ab alijs sensibus pprijs ista nõ cõprehẽderent nisi p accidẽs: τ sic mot⁹ sentiret p visuȝ per accidẽs: qr ille mot⁹ sentiret a visu sicut nec sentimus dulce p visum: hoc enĩ ita cõtingit: qr nos hẽmus vtriusqȝ. s. tam albi q̃ȝ dulcis ppriũ sensuȝ ƒm φ eẽntialr̃ τ subaliter vtrũqȝ cognoscim⁹: sȝ albũ visu τ dulce gustu: τ iõ accidit nobis videre albũ qr̃ indiciũ gustus prius fuit de dulci in hoc albo: τ iõ nõ videm⁹ dulce in eo qđ dulce: sȝ videm⁹ hoc qđ est dulce ƒm nãm: τ si diceret φ nõ hoc mõ videmus dulce p accñs qđ. s. accidit huic sensui inquãtũ est sensus hic: tũc oporteret φ viderem⁹ ipm p accidẽs oĩno ita φ accideret sensui inquantũ est sensus sicut videm⁹ filiũ Dionis nõ inquãtũ est Dionis filius accept⁹ p aliquẽ aliũ sensuȝ: sed inq̃tũ est albũ cui accidit Dionis filiũ eẽ cui⁹ forma nequaq̃ȝ i visu describit: sed ab alia altioris sensus cõprehẽsione cũ visibili accipitur: nos aũt iaȝ ante pbauim⁹ φ nos hẽm⁹ sensuȝ cõeȝ a plurib⁹ sensib⁹ eorũ q̃ sunt sensata cõia nõ ƒm accidẽs: sȝ p se: nõ igit est de ipsis aliqs ppri⁹ nequaq̃ȝ sentirem⁹ ipsa eẽntialiter a plurib⁹ cõiter sed tñ ƒm accidẽs sicut sentit filius Dionis: ppria enĩ sensibilia sentiũt pprij sensus adinuicẽ: ita φ vn⁹ sentit sensibile alteri⁹: nõ qdẽ ƒm φ ipsi sũt eẽntialiter distincti: τ ad hoc sensibile vel ad aliud: sȝ poti⁹ ƒm φ sensus pluriũ sensibiliũ est vn⁹ in subiecto nõ inquãtuȝ sensus: sȝ poti⁹ ƒm φ sensibilia pluriũ vnũ sũt i subiecto sicut citrinũ τ amaꝝ i cholera: tũc enĩ dicim⁹ nos videre amaꝝ qr̃ videmus citrinũ τ nõ põt dici φ hoc sit alteri⁹ ppriuȝ cuiuscũqȝ duorũ: visus. s. vel gustus qđ dicat φ hec duo vnũ sũt: qr̃ hoc dicere est alicuius ṽtutis q̃ cõpat ƒm diuisionẽ τ cõpõnẽ sensata plurium sensuũ: τ hoc nõ põt eẽ ppriũ alicui⁹ eorũ: qr q̃cũqȝ ṽt⁹ cõpat iter sensata pluriuȝ oȝ φ accipiat sensata pluriũ: τ hec nõ põt facere aliqs sensus ppri⁹: τ qr hoc nõ est ppriũ alicui⁹ sensus pticularis: iõ freq̃ns fit deceptio circa hoc cũ supra ostẽderimus ppriũ sensum in sensibili pprio nullatenus decipi: deceptio enim est eius ṽtutis que cõponit τ diuidit iter sensata: qr sepe cũ accidit citrinuȝ hoc ipm putat esse amarũ: τ ita

Lex. τ cõ. 134.

Tex. ꝛ cō. 135.

mel aliquādo opinaꝛ fore fel: cui⁹ aūt potētie sit iter sensata cōponere ꝛ diuidere posterius dicet. ¶ Inquiret autē aliqs causa cā nā dat nobis sensus plꝛes: ita ꝙ plura sensata sentimus ꝛ nō dat nobis nā vnū solū sensuȝ ꝑ quē oīa sensata sentirem⁹. Ad hoc dōm est ꝙ hoc facit nā quatenus nos nō lateāt cōia sensata q̄ ꝯueniēter sentim⁹ post sensata ꝓpria: illa enim nescirem⁹ eē cōia si oīa ꝓpria sentirem⁹ ꝑ vnū ꝛ eundē sensum: q̄ sunt mot⁹ ꝛ magnitudo: ꝛ alia q̄ supra dicta sunt. Si enīȝ solus visus ꝑ quē sentirem⁹ ꝑ oē sensatū ꝛ visus eēt sibi ꝛ alioꝝ ꝓprioꝝ: tūc laterēt magis cōia eē cōia q̄ȝ modo faciāt: videnꝛ enim oīa cōia eadē esse cū ꝓprijs eo ꝙ nō ꝯsequerenꝛ nisi ad sensibilia eiusdeȝ sensus: ꝛ videreꝛ colorē esse magnitudo: nūc aūt q꞉ eadē cōia ēt in altero sensu sentiunꝛ: facit māifestū eē ꝙ cōia altera sunt a ꝓprijs: qcqd enī aliqñ sequiꝛ ad vnū aliqñ ad alteꝝ diuersuȝ est ab vtroqȝ: ꝛ cū cōia vniant in se ꝓpria si cōia nō hñ eēnt distincta a ꝓprijs opȝ ꝙ totū iudiciū sensibiliū eēt errore ipliciū: ꝛ nihil esset certum in iudicio sensibiliū: hec igiꝛ dicta sunt ad hoc ꝙ nō sit sext⁹ aliquis sensus ꝓprius preter quinque determinatos.

¶ Cap. 7ᵐ. Et ē ml. declarās. 5. vires aīe sensibilis iteriores.

Volentes aūt nūc ingrere de virtutib⁹ aīe sensibilis iterioꝛib⁹ ꝑꝑ faciliorē itellectū p̄mo enumerabim⁹ eas: ꝛ postea sigillatim exequemur de ipsis: dicam⁹ igiꝛ ꝙ in oī nā que pluribꝰ cōis est opȝ eē vnū fontē ex q̄ illa cōitas oriaꝛ: sensibilis aūt cognitio est cōicata qnque sensibus: ꝛ ideo opȝ esse vnū fontē ex quo oīs sensus oriaꝛ: ꝛ ad quē oīs mot⁹ sensibiliū referaꝛ sicut ad vltimū finē: ꝛ hic fons vocaꝛ sensus cōis.

Aliq̄ debēt sensū cōi inq̄tū sēsus ꝛ aliq̄ inq̄tū talis sensus.

¶ Qui q̄dā hȝ inq̄tū sensus est: ꝛ q̄dā hȝ inq̄tū sensus cōis est: inq̄tū enim sensus est hȝ ꝙ recipit rerum spēs sine mā: ꝛ in p̄sente mā qđ ꝓpriū est oīs sensus. ¶ Inq̄tū aūt cōis est hȝ duo sine qb⁹ sensibilis cognitio nō pficitur quoꝝ vnū est iudiciū sensibilis oꝑationis sicut nos apprehēdim⁹ videre qñ videm⁹: ꝛ audire qñ audim⁹: ꝛ sic de alijs. Si enim hoc iudiciū nō eēt in aialib⁹ nō eēt satis vtile videre ꝛ audire ꝛ sm̄ alios sensus apprehēdere. Scōm aūt est cōparare sensata diuersoꝝ sensuū ꝑ hoc ꝙ inenit ea in vno cōi sensato ꝯiuncta vel distincta: hoc enī nō pōt facere aliqs sensus ꝓprioꝝ: q꞉ cōparatio iter plura est: ꝛ opȝ cōparantē plura simul hēre apud se: ꝛ iō sensus cōis cōpat sensata dicendo citrinū eē dulce ꝛ vnū dulci⁹ alio ꝑ hoc ꝙ ad ipm̄ referunꝛ oīum ꝓprioꝝ sensuū sensata: hec igiꝛ cogūt ponere sensum cōem.

Sensui cōi ꝯ cōis est duo sibi ꝯueniunt.

Virt⁹ imaginatiua reseruare hȝ spēs sensibilium.

¶ Nos aūt ꝑcipim⁹ in nobis eē cognitionē sensibiliū formarū ēt qñ res nō est p̄ns: ꝛ hec cognitio est altioris abstractionis q̄ȝ cognitio sensibilis sicut supius determinauim⁹: scim⁹ enim ꝙ altera est virt⁹ q̄ bñ tenet: ꝛ altera est virt⁹ q̄ bñ recipit: qm̄ bñ tenēs pficiꝛ sicco frigido: ꝛ bene recipiēs pficiꝛ humido: ꝛ cū sensibilis bene recipiat ꝛ nō teneat re absēte: scim⁹ sensibilē ꝟtutē vl̄r nā eē illā q̄ tenet imagines reꝝ apud nos qñ res ipse nō sūt p̄ntes.

Circa sensibiles formas in nobis triplicē l ḡnē cognitionē expimur.

¶ Nos aūt i nobis circa sensibiles formas triplicē expimur in ḡne cognitionē: quaꝝ vna ē q̄ est circa formas acceptas ꝑ sensuȝ hoc mō quo sensate sūt: alia aūt q̄ est circa itētiones q̄ nunq̄ȝ in sensu fuerūt: sȝ tñ a sensibiliū cōditiōib⁹ nō sūt sepate: sicut eē ꝯueniēs vel icōueniēs ꝛ amicū vel inimicū ꝛ eē filiū ꝛ nō filiū matrē ꝛ nō matreȝ sic ouis noscit filiū: ꝛ illi ꝛ nō alij porrigit vbera lactādo: ꝛ fugit lupū vt inimicū ꝛ canē sequiꝛ vt custodem: ꝛ vtraqȝ istaꝝ cognitionū est de his q̄ sunt apud nos re nō p̄nte. Est āt ꝛ q̄dā tertia q̄ agit tam in formis sensatis q̄ȝ in itētionib⁹ cōponēdo ꝛ diuidēdo q̄ est q̄si cōis virt⁹ ad quā referunꝛ tam forme sensate q̄ȝ itētiones elicite sicut sensata pticularia ad sensuȝ cōem. ¶ Resumam⁹ igiꝛ duo p̄n⁹ ꝑ q̄ distinguunꝛ vires iste dicētes ꝙ actiuū qđ est formale nō pficiꝛ eodē quo pficiꝛ passiuū qđ est recipiēs ꝛ tenēs: cū igiꝛ q̄dā virt⁹ sit q̄ tenet ꝛ recipit formas prius sensatas illa erit passiua pfecta frigido sicco in cōplexiōe organi cui⁹ ipsa est actus. Cū aūt in nobis expiamur eē cognitionē itētionū elicitaꝝ ex sensibilib⁹ formis opȝ eē aliqd qđ eliciat ꝛ agat illas intētiōes: ꝛ illi⁹ erit q̄si potētia actiua agēs intētiones illas ex sensib⁹ cui⁹ pfectio ē cōplexione sui organi est calidū spūale ꝛ formale valde reseruatiuū: ergo formaꝝ sensataꝝ vocauerūt pipathetici imaginē alias imaginationē: ꝛ qbusdā placuit ꝙ vocitet virt⁹ formalis eo ꝙ seruat apud nos formas: actiuū aūt ꝛ elicitiuū itētionū vocarūt extimationē: q꞉ vo etiā expimur apud nos itētionū teneri intētiones elicitas sicut tenenꝛ forme sensate: ꝛ nō est ab eadē potētia tenere ꝛ agere sicut dictū est: nec idem tenēs est qđ tenet formas sensatas ꝛ intētiones elicitas ex eis eo ꝙ altioꝝ gradus abstractionis est intētio q̄ȝ forma sicut supra diximus: iō coacti sunt inenire virtutē aīe q̄ tenet itētiones elicitas ab estimatiua virtute: ꝛ hanc vocarunt memoriā.

Nō est eiusdē ꝟtutis tenere ꝛ agere.

Adhuc aūt nos expimur nos vti cōponēdo ꝛ diuidendo tam formis q̄ȝ intētionib⁹: facim⁹ enim hoieȝ cū duob⁹ capitib⁹: ꝛ aliqd cōpositū ex multiplici forma sensata ꝛ cōponim⁹ hec cū itētionib⁹ quas elicitas hēmus apud nos: ꝛ opȝ ꝙ faciens illud sit aliqd cōe ad qđ tam forme q̄ȝ intētiones referanꝛ sicut ad q̄ddā cōe: ꝛ hec vocarūt phātasiā q̄ existēs iter memoriā in qua sunt intētiones: ꝛ imaginatiuā in qua sunt forme accepte ꝑ sensum vtiꝛ vtrisqȝ cōponēdo ꝛ diuidēdo: ꝛ hec opaꝛ in sōnis: sicut ꝛ i vigilia: phātasia aūt ab apparitione dicta est: qm̄ illa ē maior cognitio quā hēat aīa sensibilis: ꝛ est vltimū virtutis ei⁹: ꝛ hec a vulgo in hoib⁹ vocaꝛ cogitatiua: cū tñ ꝓprie cogitare rōnis sit ꝓpriū: hec aūt phantasia plurimū cōfert ei⁹ recordationi qđ oblitū est ꝑ hoc ꝙ mouet intētiones ad formas: ꝛ formas ad intētionē: ꝑ hoc enim venit in sīe aliqd ei⁹ qđ prius scitū fuit: ꝛ ꝑ illud veniꝛ in oblitū sicut nos in libro de memoria ꝛ reminiscētia oñdem⁹: hec etiā est illa q̄ itellectualia assimilat corporalib⁹.

Phantasia opaꝛ in sōno ꝛ in vigilia ꝛ a vulgo cogitatiua in hoībus nuncupaꝛ. 3.

Intellectuales enim diuisiōes vni⁹ in multa assimilat diuisioni arboris in multos ramos sicut id qđ facimus in arbore porphyrij de diuisione p̄dicabiliū: ꝛ resultatiōe quā facit ipse itellect⁹ posterioris: in p̄mis assimilat schalis sicut est id qđ tradidit Pithagoras de schala aurea: sm̄ ꝯgruētiā aūt opeꝝ pipathetici tradiderūt istis virib⁹ sitū: oēs enim organicas eē tradiderunt eo ꝙ sunt circa pticularia tñ: oīs enīȝ forma pticularis in mā aliqua est: qm̄ forma sine omni mā accepta est vl̄is circa quā opaꝛ itellect⁹: sensum igiꝛ cōem in anteriori pte cerebri posuerūt in loco vbi ꝯcurrūt nerui sensitiui qnque sēsuuȝ sicut in quodā cētro q locus medullosus est ꝛ humidus post quē locū est durities maior ex frigiditate cerebri ꝓueniēs: ꝛ illū dixerūt thesaurū formaꝝ in quo retinenꝛ forme ꝛ imobilitanꝛ q thesaurus imaginatiua vel formalis vocaꝛ. In p̄ria aūt parte medie celle cerebri vel cellule q̄ calida est ex motu multi spūs ad ipsam posuerūt extimatiuaȝ q̄ elicitiua ꝛ actiua est intētionū: thesauꝝ aūt ei⁹ reseruātē intētiones qui memoria vocaꝛ in posteriori pte cerebri posuerūt q loc⁹ est sicc⁹ ꝑꝑ neruos motiuos q oriunꝛ ab ipso: cui⁹ signū est: q꞉ lesa illa parte ꝑdiꝛ vel lediꝛ memoria in oīb⁹ aialib⁹: phātasiā aūt que ꝯuertit se tam sup intētiones q̄ȝ sup formas posuerūt in medio medie celle tanq̄ȝ cētrū iter imaginatiuā ꝛ memoriā: hui⁹ signū est: q꞉ lesa media cella nō habeꝛ ab aliquo animali ordinatū regimē vite eo ꝙ nō pōt vti sensatis formis ꝛ intentionib⁹ sm̄ ꝙ oportet: ꝛ tunc efficiunꝛ animalia furiosa ꝛ rabida: hec igitur sunt que prelibare volumus de istis virtutib⁹ ꝛ modo prolixius determinabimus de vnoquoqȝ istorum: ꝛ primo de sensu cōmuni.

Nō hic ꝺ opatōib⁹ ꝟtutis cogitatiue vide ꝺ Auerroi. 3. de aīa cō. 6. ꝛ. 20 ꝛ. 2. ꝺ anima. 53. ꝛ sup lib. de somno ꝛ vigilia.

¶ Cap. 8ᵐ. De eo qđ sensu communi nos sentimus videre ꝛ audire ꝛ sm̄ alios operari.

Tex. ꝛ cō. 136.

Dicamus igiꝛ ꝙ q꞉ nos sentim⁹: q꞉ videmus qñ videm⁹ ꝛ sentim⁹: opȝ ꝙ ꝟtus qua hoc sentim⁹ sit aliq̄ ꝟtus aīe sensibilis. Queram⁹ igiꝛ vtruȝ visus sit illa virt⁹ qua videm⁹ nos videre aut altera a visu. Silr̄ aūt q̄riꝛ de ꝟtute qua sentimus nos audire ꝛ olfacere: ꝛ sic de alijs vtrum fiat hoc ꝑ sensuȝ ꝓpriū cui⁹ est oꝑatio illa aut ꝑ aliquā aliaȝ virtutē. Si aūt deꝛ ꝙ sensus quo sentim⁹ nos videre qñ videm⁹ sit altera a visu: tūc opȝ ꝙ ille sensus sit visus eo ꝙ illo videm⁹ nos videre: ꝛ opȝ ꝙ ille ēt sit coloris q subijciꝛ visui: q꞉ nō videm⁹ nos videre: nisi ꝑ hoc ꝙ videmus nos in visu spēm coloris hēre: ꝛ q videt spēm coloris in visu videt colorē: ꝛ ex hoc seqꝛ ꝙ duo sensus eiusdē sint subiecti siue obiecti. s. visus: ꝛ ille quo videm⁹ nos videre qđ est impōe: q꞉ nō multiplicaꝛ ꝓpriū patiēs ex eiusdē speciei agēte. Si aūt dareꝛ ꝙ ē idē visus quo videm⁹ colorē: ꝛ quo videm⁹ nos videre colorē: tūc visus erit sui ipsius sicut obiecti: ꝛ cū obm̄ sit agēs: sensus patiēs: sequereꝛ eūdē sensuȝ eē agēs ꝛ patiēs qđ iteꝝ est ipōe. Si aūt ꝑꝑ hoc iteꝝ diceretur ꝙ eēt sensus alter: tūc q̄ramus de illo altero vtrū videat se videre an nō: ꝛ si nō tūc cognitio sui sensibilis ē icerta comphēsio: qm̄ qui videt nō com-

phēdit se videre: tunc eadē rōne alio sensu videt se videre sicut τ in pⁿ°: τ tunc iterū de illo q̄ref: τ pcedet hoc in infinitū: aut opꝫ dicere φ ille alius sit sol ipsius iudex: cū aūt eodē sensu videat se videre: τ videat visibile: τ hoc in pño dōm fieri eo φ nā nunq̄ abūdat supfluis: sed explet opa sua p necīa: ḡ relinquif φ eodē sensu videam⁹ visibilia: τ videam⁹ nos videre. ¶ Hoc tñ adhuc dubitatione hꝫ: cōstat eniꝫ ex pmissis φ nihil est videre ſm actū nisi visu sentire colorē ſꝫ actū: qm̄ nos supra pbauim⁹ φ spēs obiecti qn̄ est in sensu pficit ipm ſc̄dm pfectiōe q̄ est agere: opꝫ igif vt videf ex hoc sequi φ videns se videre: nihil aliud sit nisi vidēs colorez: aut visuꝫ hēe colorē: τ ita pⁿᵐ vidēs quo videm⁹ nos videre hēbit colorē sicut τ pupilla: pⁿᵐ aūt vidēs dicim⁹ qō ifinit oculo visum: illo eniꝫ videm⁹ nos videre sicut diximus supra. Si aūt hoc vef: tūc sequif φ qn̄ videm⁹ nos videre φ videre sit color vel coloratū qō est valde inopinabile. ¶ Dicam⁹ igif soluētes hāc q̄ōnē φ manifestū est φ nō oīno est vnū: τ vno mō dictū sentire p visuꝫ: τ hui⁹ signū q̄dē est: q: ēt qn̄ videmus res exteriores nō videm⁹ vno mō: nec vno mō iudicam⁹ p visuꝫ discernēdo tenebras τ lumē: τ sīr possum⁹ dicere φ visus sit diuersoꝝ sicut colorati est aut obiecti τ est opatiōis alr q̄ obiecti: τ tūc nō sequif φ videre sit aliqd coloratū vel color. Amplius aūt soluētes i ductā dubitationē aliqualr possum⁹ aliquo mō pcedere ꝯcedētē φ .f. videre vidētis ſm actū sit tanq̄ coloratū: lꝫ nō sic simplr sit coloratū. Id enim quo sentim⁹ est susceptiuū sensibilis forme: τ ifomaf ea sed suscipit eā sine mā vt supra diximus: cui⁹ signū est: q: ēt abeūtib⁹ sensibilib⁹ remanet pītia sentiētiū ad hoc isunt sensum .i. forme sensibiles τ phantasie qb⁹ sensibilr opanf aīalia qn̄ imaginanf τ rememorantur sicut supra diximus: act⁹ eniꝫ sine pfectio rei q̄ sentif τ sensus ſm actū fact⁹ est vnus: q: vna for⁹ pfectio ē vtriusqꝫ: sed alteꝝ est eē ei⁹ in sensibili: τ alteꝝ in sensu: q: eē spūale τ intētionale hꝫ in sensu: mäle aūt τ näle hꝫ in re sensata: hoc āt dico de sensu τ sensibili ſm actū acceptis: vt qn̄ accipif son⁹ ſm actū τ auditus ſm actū: tūc eniꝫ in vnius forme actu sunt sonāns τ audit⁹: q̄ for⁹ est sonus alterū eē hēs in sonāte τ alterū in auditu. Cōtingit eniꝫ aliqn̄ φ id qō hꝫ auditū non audit ſm actū: τ ꝯtingit φ id qō hꝫ sonū in po⁹ nō sonat ſm actū: τ tūc nō sunt in vni⁹ forme actu audiens τ sonās: cū aūt id qō pōle est audire opef τ actu aliter audiat: τ cū id qō pōt sonare actu aliter sonat: tūc ſm actū audiēs: τ ſm actuꝫ sonās sūt simul in vna forma ſm actū: sed ꝓut est in audiēte vocaf auditio: τ ꝓut est in sonāte vocaf sonatio pp diuersuꝫ eē qō hꝫ in auditu τ sonāte sicut diximus: τ sīr est de visu τ ceteris sensib⁹: sicut igif auditio est soni q̄dā pfectio ſm auditū: ita visio est coloris aliquo mō: pp qō vidēs se videre iudex est ei⁹ qō est circa coloris actū in visu. Est igif determinatio q̄ōnis hui⁹ totius φ videm⁹ nos videre τ sentim⁹ nos audire τ ſꝫ quēlibet sensuꝫ opari sensu cōi q aliquo mō est idē cū pticulari τ aliquo mō diuersus. Sūt oēs sensus vnū in forma virtutis sensitiue: q̄ fons est virtutū sensuū pticulariū: τ ipsi pticulares sensus sūt sicut riui ex cōi fonte deriuati: τ hoc sensu cōi est iudiciū circa pticulares actiōes q̄ sūt sensuū pticulariū: τ hoc mō reflectif virt⁹ sensitiua sup se qn̄ iudicat de seipsa: sensus eniꝫ cōis q formalis est reflectif sup pticularē iudicādo sensibilr de actiōe τ opatiōe ei⁹ τ hoc mō nihil ꝓhibet qn idē sit actiuū τ passiuū: agere eniꝫ q̄odā est iudicare τ cōpare cōponēdo τ diuidēdo: τ hoc est cōis sensus q est formalis: recipe aūt τ hēe formas sensibiles est pati: τ hoc ē sensuum particulariū: nos tñ ad hāc questionē inferi⁹ in sequenti caplo redibimus subtilius de eadem disceptantes.

¶ Cap. 9ᵐ. Qualiter sensitiuum sensibileqꝫ idem in actu sunt τ diuersa in esse τ qualiter correlatiua.

Hic aūt iaꝫ dictū est φ sensus ſm actū τ sensibile ſm actū sūt sīl τ idē in actu τ diuersa in eē. Hoc aūt sic ꝓbaf: oīs eniꝫ mot⁹ q est exit⁹ de po⁹ ad actū: τ sīr oīs actio ſm φ est actio ab agēte i patiens: τ sīr passio qua abijcif aliqd ab eo in qō agif τ qō mouef sunt in eo qō agif sine patitur ſm rem: sicut ostēdim⁹ in phīcis: q: aūt oīs sensus patif ab obiecto sicut audit⁹ a sono: opꝫ necīo sonū ſm actū in quo est sonus pño ſm potētiā in eē: actus eniꝫ oīs est in eo qō de potētia exiuit in actū τ hoc est patiēs τ motū: actiui eniꝫ τ moti actus sit in patiēte qualiter τ nō ecōuerso: τ iō nō q̄aliter est verū φ oē mouēs moueaf: nō eniꝫ est verū nisi in phẏsicis quoꝝ mā est vnica p ꝯrietatē mouens τ motū sicut determinatū est in phīcis τ in libro pigeneseos: i alijs aūt inuenif aliqd agēs nō actū: τ aliqd mouēs nō motū sicut est in spūalib⁹ in qb⁹ sensibile est mouēs τ nō motū: τ mediū mouēs motū τ sensus motū τ nō mouēs: cū igif sic ē tūc opꝫ necīo φ sonantis act⁹ q est sonatio sit in potēte sonare: τ hoc est solidū pianū cū aere sibi ꝯiūcto: sīr aūt po⁹ hñs sonū est sensus audit⁹: actus ḡ soni sit ēt in auditu: igif sonātio τ audit⁹ est idē act⁹ ſm eē differēs ſm dīam ſm φ est in diuersis po⁹ sonū hñtibus sortif noīa diuersa. Qn̄ eni est in po⁹ sonāte tūc vocaf sonatio τ qn̄ est in po⁹ audiēte: tūc vocaf auditio. Dicif eni sonus duplr ſm actū τ po⁹ᵐ sicut τ duplr dicif audit⁹ ſm actuꝫ τ po⁹ᵐ. ¶ Eadē aūt oīno rō est τ i alijs sensib⁹ τ sensibilib⁹: sicut enim actio est aliquo mō in agēte τ aliquo mō in patiente: q: est in agēte ſm φ p ipsaꝫ denoiaf qn̄ dicif agēs: τ ſm φ ipse potēs est agere: qn̄ est in ocio: τ erit in actualr agere qn̄ agit post ociū. In patiēte āt ē ipsa for⁹ q̄ ifluif ab agēte. Sīr est de sensibili τ sentiēte: qn̄ eniꝫ sensibile nō agit in sensū: tūc est q̄si in ocio: hñs tñ formā qua pfectū est ad agere: qn̄ autē actu agit in sensuꝫ: tūc est act⁹ sensus in ipso a quo denoiaf: τ est eadē forma ꝓfluēs ab ipso: τ est in sensu q po⁹ habuit eā: nō sicut mutatio de actiōe i actū: sed poti⁹ sicut in patiēte qō recipit formā agētis: τ sic actiui τ passiui est idē act⁹. Potentia eniꝫ agere τ potētia actionē agētis recipe idē actus est: diuersus ſm eē potētialiter agētis τ potētialiter patiētis. Sed in qbusdā sensib⁹ ſm diuersuꝫ eē hꝫ duo noīa: in qbusdā ſm alteꝝ est innoiatū: sicut dixim⁹ de po⁹ audiēte τ po⁹ sonāte: φ actus vnius est auditio: τ actus alteri⁹ sonatio. In visu aūt actus potētie vidētis dicif visio: ille autē q est ei⁹ qō de ocio exit in actū: qn̄ vt actiuū pficit visuꝫ que est actio coloris: nō est noīata nisi p circūlocutionē exprimaf: dicēdo φ est actio coloris in visum ſm actū factū. Similr aūt in potētia gustāte actio gustus vel gustatio vocaf: saporis aūt actio innoīata est. ¶ Quoniā autē sic vnus est actus sensibilis τ sensitiui: qn̄ vtrūqꝫ ſm actū est: necesse est tunc ea sic dicta simul corrūpi τ saluari: q: sic correlatiua sunt q̄ posita se ponūt: τ pēpta se pimunt: τ sic simul sunt τ corrūpunf auditio τ sonus τ gustatio τ saporis actio: τ sic de alijs. Quādo aūt vtrūqꝫ ſm potentiā dicif: τ nō ſm actū: tunc nō sunt correlatiua: τ tunc nō necessariū ē φ simul corrūpanf τ saluenf. ¶ Sed antiq phẏsiologi nō bene dicebāt qn̄ opinati sunt sensibile τ sensuꝫ quocūqꝫ modo accepta eē correlatiua: dicētes nihil esse albū vel nigrū nisi qn̄ est visus de ipso: τ nihil eē saporē: nisi prout est in gustu: τ sic de alijs sensibilib⁹ τ sensib⁹: hoc eniꝫ vno mō recte dicebaf: τ alio modo nō recte: sensibili eniꝫ τ sensu dictis duplr: his q̄dē ſm potētiā: illis vō ſm actū: de ſꝫ actū dictis recte dixerūt antiq: de dictis āt ſm potētiā: nō recte dicebāt. Peccāt igif in hoc φ simplr sine distinctiōe correlatiua dixerūt ea que nō simplr τ sine distinctione correlatiua dicuntur. ¶ Ex isto aūt viterius elicif: q: excellētie q̄dā corrūpunt sensum. Est enim vox τ sonus ꝓut mouēt sensum: symphonia q̄dā τ ꝯsonātia sine ꝓportio τ cōtēperatio agētis ad patiēs: vox aūt sine sonus sūt quodāmodo vnū τ idē: sicut diximus: tunc opꝫ φ etiā auditus sit symphonia quedā τ ꝓportio ad eundē actū ad quē ꝓportionaf sonās: τ q: excellens plus mouet q̄ mobilis sit sensus: iō excellēter acutū τ graue corrūpūt auditū: τ sīr excellētie saporꝫ corrūpūt gustū: τ in colorib⁹ siue visibilib⁹ excellēter fulgidū siue excellēter opacū corrūpūt visuꝫ: τ hoc de fulgido ꝯstat. Opacū aūt etiā corrūpit: lꝫ non ita cito sicut fulgidū: cui⁹ signuꝫ est φ in carcerib⁹ tenebrosis diu inclusi: lumē nō pñt respicere qn̄ egrediunf ad lumē: cā āt est: q: spirit⁹ visiu⁹ qui in neruo obtico fluit ab oculis: auertitur τ repellif per tenebras: τ q: spiritus calidus est: cū auertitur tunc frigiditas obdurat poꝝum oculi τ excecatur oculus. Similiter autē excellentie odoꝝ corrūpunt olfatum: eo φ sensus in cōpositione organi ratio quedaꝫ cōtemperātie τ ꝓportionis est: τ ideo ipsa sensibilia sūt dulcia sensui quādo parua adducunf ad sensum sine excellentijs: τ quādo mixta sunt ꝓportionabiliter sicut acutū proportionatū: τ dulce salsuꝫ: ꝓportionabiliter eniꝫ ista ad sensuꝫ ducta: delectabilia sunt: eo φ organū quasi mediū est sensibiliū ſm ꝓportionem medij cōpositū: sīr aūt symphonia τ cōsonātia sine ꝓportio: magis est mixta q̄ acutū τ graue excellentia: similiter autē τ

Tex. t cō. 137 — Tex. t cō. 138 — Tex. t cō. 139 — Tex. t cō. 140 — Tex. t cō. 41 — Tex. t cō. 42 — Tex. t cō. 43

Propter qd in carcere obscura clausi si in lucē pdeāt lumē non pñt aspicere. Z.

tactus est medium infrigidabile ꝛ calefactibile proportiona tur: sensus enim semper est proportio ꝛ cõtemperatio: ab ex cellentijs autem tristatur ꝛ corrumpitur.

¶ Cap. 10m. De probatione sensus cõmunis per hoc ꝙ com ponit ꝛ diuidit inter sensata diuersorum sensuum.

Tex. ꝛ cõ. 144

Ed nunc volẽtes redire ad inquirendũ subtili ter de sensu cõmuni premittimus ea que deter minãda sunt: ꝙ vnusquisqꝫ sensus ꝑprius est sibi subiecti sensibilis qui sensus sicut in organo est in eo quo organice sentiũt aialia sm ꝙ sentiunt sm actũ: ꝛ ille sensus discernit sibi subiecti sensi bilis differẽtias sicut dicimus albũ qdẽ ꝛ nigrũ eẽ visus: dul ce võ ꝛ amarũ dicim᷑ eẽ gustus: aliter autẽ se hoc hꝫ in alijs.

Tex. ꝛ cõ. 145.

¶ Qm aũt nõ solũ sic sentimus sensibilia: sed ꝛ sentimus ꝙ differũt vel ꝯueniũt albũ ꝛ dulce: sic de vnoquoqꝫ sensibiliũ: in oibus enim ponimus ꝯueniẽtias ꝛ differẽtias cõparãdo ꝛ cõponẽdo ꝛ diuidẽdo sensata diuersorũ sensuum necesse est vt vnoquoqꝫ sensu hoc faciamus. Nõ enim alia virtute su periori ꝙ nõ sit sensus hoc facere possumus. Quia oẽ iudiciũ qd est circa sensibilia: re sensibili pñte est iudiciũ sensus. Iu diciũ aũt quo dicim᷑ albũ eẽ dulce: vel nõ eẽ albũ dulce est cir ca sensibilia ꝛ sensibilr: ꝛ iõ virt᷑ cui᷑ est hoc iudiciũ: necẽio ẽ sensus. Hoc aũt iudiciũ nõ possum᷑ facere aliquo sensibiliũ ꝑpriorũ. Si eñi aliquo fieri posset: tũc videreẽ hoc debere fie ri p tactũ qꝛ tact᷑ plures est: sicut supius diximus. ¶ Siue

Tex. ꝛ cõ. 148

aũt caro siue aliud dicaẽ eẽ instrumẽtũ tactus: manifestũ est ꝙ illud instrũm tactus nõ est vltimũ ad qd referunẽ sensibilia diuersorũ sensuũ: si enim sic eẽt tũc opꝫ ꝙ qñ discernẽs discer nit albũ eẽ vel nõ eẽ dulce: tangeret subiecta albũ ꝛ dulce: qꝛ su pra ostẽdimus ꝙ tactus nõ discernit aliqd sensibile: nisi ta ctu subali tãgibilis: hoc aũt videmus eẽ falsuꝫ qꝛ albũ esse vel nõ eẽ dulce discernimus nõ tãgẽtes ipm. Nec põt dici ꝙ duob᷑ sensib᷑ fiat iudiciũ illud: qꝛ in sepatis p organa ꝛ per formas virtutib᷑ nõ ꝯtingit discernere albũ eẽ vel nõ eẽ dul ce: sed opꝫ vna quadã vtute vtrãqꝫ manifestã eẽ ꝙ dicit albũ esse vel nõ eẽ dulce: ꝛ alterũ eẽ dulce ab albo. Si eniꝫ duo sen sus hoc dicerẽt: hoc eẽt sic̃ ei ꝙ ego sentirẽ albũ ꝛ tu dulce: p hoc aũt neuter nostrũ sciret dare ꝯuenientiã vel differẽtiã inter albũ ꝛ dulce. Duo eñi sensus pticulares forma ꝛ subto differunt: qꝛ subiecta eorũ sunt duo organa: ꝛ forme sunt sicut vi sus ꝛ audit᷑: sicut duo hoies differũt suis formis ꝛ suis sub iectis: ꝛ nõ est ꝙ vniẽdo vel diuidẽdo cõparet vnũ alteri: qd tñ necessariũ est qñ dicit albũ alterũ vel idem esse dulci. Opꝫ igitur ꝙ alicui vni manifestũ sit: qm altera vel eadẽ adinui cem sunt albũ ꝛ dulce: opꝫ igitur ꝙ vnũ numero sit qd ponit alteritatẽ vel identitatẽ inter ea: ꝛ dicat qm altera vel eadeꝫ sunt: ꝛ quodãmodo altera vel eadẽ: qm eadẽ sunt aliqñ sub iecto: ꝛ altera formis sensibiliũ. Id ergo qd dicit sic iudican do de albo ꝛ dulci est idẽ: ꝛ sicut dicit vnũ solũ iudiciũ qd est alteritas vel identitas duorũ sensibiliũ: ita opꝫ ꝙ sit in itelle ctu nõ cõponẽte vel diuidẽte duo sensata: qui habeat aliquo modo vtrũqꝫ. Patet igiẽ ex dictis ꝙ nõ est possibile iudica re sepata sensibilia sepatis sensib᷑ particularib᷑: sed oꝫ ꝙ vnico cõmuni sensu fiat. Ex isto aũt sequiẽ ꝛ qd adhibitũ est ei ꝙ nõ sit iudiciũ illud in separato tpe: sicut enim idẽ est qd dicit alterũ esse bonũ vel malũ vel album ꝛ dulce: ita ꝛ idem momentũ est qñ dicit sic iudicãdo. Quecũqꝫ eniꝫ cõponũtur vel diuidunẽ vel cõparanẽ: ꝛ hoc pꝫ qꝛ in eodẽ momẽto sunt cõposita vel diuisa sm reꝫ. Iudiciũ aũt est sm ꝙ res est. Opꝫ igiẽ ꝙ iudiciũ sit in eodem momẽto ꝛ nõ ita ꝙ prius sentiat vnũ ꝛ iudicet de illo ꝛ postea alterũ ꝛ tunc de illo ponat iudi cium: est igiẽ idem ꝛ in eodem momẽto iudicãs qm alterũ ꝛ alterũ bonũ ꝛ maluꝫ: vel albũ ꝛ dulce: qm ipsa sm rem altera sunt. Nec volo dicere ꝙ ideꝫ sit momẽtũ sm accidẽs. s. ꝙ est idem cõtinuũ tẽpus qd hꝫ partes priores ꝛ posteriores: hoc enim nõ est idẽ nisi p accñs. s. qꝛ adijcim᷑ vni motui ꝯtinuo: sed volo dicere ꝙ in vno idiuisibili momẽto poniẽ alteritas inter duo qñ altera sunt: vel identitas qñ eadẽ sunt. Est eñi alteritas ꝛ idẽtitas relatio que est simul in idiuisibili momẽ to duorũ sm rem. Et iudiciũ aie ad rem referẽ. Intẽdit ergo in vno momẽto facere iudiciuꝫ: dico igiẽ alterũ esse bonum a malo: vel albũ a dulci vt nunc: dico enim qm vnũ alterũ ẽ ab alio: ꝛ nõ dico ꝙ alterũ sit nunc in quo est alteritas vnius ad alteruꝫ ꝛ alterũ in quo est alteritas reliqui ad istud. Sed po tius anima dicit sic altera ꝛ in eodẽ nunc dicit ea altera esse: igitur vtriusqꝫ ad alterũ simul est. Oportet igitur ꝙ dicens illud sit vnica ꝛ indiuisibilis virtus ꝛ dicat iudicium in vno ꝛ indiuisibili tẽpore. Istud aũt qd dictũ est verũ est de intelle ctu ꝛ phantasia ꝛ sensu cõmuni ꝛ de omni potentia anime cõ ponente ꝛ diuidente ꝛ comparante diuersa.

¶ Cap. 11m. In quo declaratur qualiter sensus cõmunis est vnus ꝛ indiuisibilis ꝛ qualiter diuersus.

Tex. ꝛ cõ. 147

At võ obijciet forte aliquis ꝙ ea que dicta sunt eẽ vera nõ pñt: qꝛ idẽ numero in vno idiuisibili tpe nõ põt simul moueri ꝯrijs motib᷑: ꝯstat aũt ꝙ iudicãs de sensib᷑ opꝫ moueri ab ipsis sensi bus: iudicans igiẽ de albo ꝛ dulci: vel de albo ꝛ nigro qm eadẽ vel altera sunt: opꝫ ꝙ simul mo ueaẽ motu forme vtriusqꝫ: hoc aũt impoẽ videẽ: si eñi dul ce sit hoc est sm ꝑprietatẽ forme sue mouit sensum ꝛ itelligẽ tiã: amarũ mouebit vtroqꝫ modo vel motu ꝯrio ꝛ albũ ꝛ ite rum mouet sm aliã: formationis aũt diuersitas oritur a for marũ ꝯrietate: ꝛ sic idem numero ꝛ indiuisibile moueẽ in tpe indiuisibili motib᷑ cõtrariarũ formarũ qd est impossibile. Et lꝫ hoc vno verbo soluere possumus dicẽtes ꝙ forme nõ ha bent contrarietatẽ nisi prout sunt in mã per esse materiale: ꝛ intẽtiones ꝯriorũ in anima accepte nõ sunt ꝯrie: ꝛ ideo in eo dem esse possunt: tñ qꝛ intẽdimus ad plenuꝫ declarare qualiter sensus cõis vnus ꝛ nõ vnus sit: aliter soluimus inductaꝫ du bitationẽ: ꝛ pmo volumus dare solutionẽ ad hoiem: postea aũt solutionẽ verã que demõstrat veritatẽ nature sensus cõ munis. Dicimus igiẽ primo ꝙ sensus cõis est qdã insepa ratum ꝛ indiuisibile est iudicium eius ꝛ in tpe idiuisibili sm suũ subiectũ: esse aũt suũ est diuisum ꝛ separatum. Cõtingit igiẽ dicere ꝙ quodãmodo inseparatũ ꝛ indiuisibile sentit di uersa ꝛ separata: ꝛ cõtingit dicere ꝙ diuisum ꝛ separatũ quo dãmodo alio modo est illud qd sentit diuisa ꝛ separata: dici mus eniꝫ ꝙ nullius sensibilis iudiciũ pficiẽ in organo ꝑprij sensus qui recipit illud sensibile: sed oẽs particulares nerui qui ad organa propriorũ sensuuꝫ diriguntur: ꝛ cõcaui sunt vt in eis discurrat spũs qui est vehiculum virtutis sensitiue di riguntur ad anteriorẽ cerebri partẽ que medietas quedam est ꝛ symphoniace cõposita ad oĩa sensata propria: ꝛ dulciũ hꝫ sensum potentẽ oẽs suscipere ꝛ ibi est organũ sensus cõmu nis: ꝛ ab illius vnitate sensibilis virtus que est sensus ꝑprij eo ꝙ est finis sensuũ est vna loco ꝛ subiecto: sꝫ pluralitate for marũ particulariũ sensuũ est plures. Omnes enim ꝑprij sen sus emanant ex ipso. ¶ Et dicemus tunc solutiones inductaꝫ dubitationẽ ꝙ nõ est incõueniens: ꝙ id qd est vno mõ vnuꝫ ꝛ alio modo plura sentiat diuersa ꝛ cõtraria. Ista aũt solutio lꝫ impediat obiectionẽ quo ad hoiem nõ tñ soluit inductam dubitationẽ quo ad materiã sensus cõis. Idem enim subie cto ꝛ indiuisibile est potẽtia habẽs cõtraria: ꝛ si intelligaẽ di uisum per subm: adhuc potẽtia hꝫ cõtraria: ꝛ ideo cõtraria potẽtia insunt ei qd indiuisum subiecto ꝛ ei qd est diuisum: sed esse eius qd actu hꝫ ꝯria nõ põt esse indiuisum subo: sed opꝫ ꝙ diuisum subto sit. Cõtraria enim actu nõ pñt in subto eodẽ esse: ꝛ iõ in eo ꝙ agit aliqd p formas ꝯriorũ: opꝫ ꝙ sit di uisum: igiẽ impossibile est albũ ꝛ nigruꝫ esse simul in eodem subiecto: ergo nõ põt aliquid pati per receptionẽ speciei eorũ actu vnũ ꝛ indiuisibile subto: sed sm prius habitã solutionẽ sic se habẽt sensus cõis ꝛ intelligentia: qm vel quãdo habent species ꝯriorũ ꝛ diuersorũ: dictũ est eniꝫ ꝙ sunt vnũ subiecto: ꝛ plures sm formas deriuatas ab ipso: nõ ergo conueniens fuit dicta solutio. Cõuertemus ergo sermonẽ ꝛ dicem᷑ qm sensus cõis est sicut terminus sẽsuũ particulariũ: ꝛ qꝛ termi nus est forma apprehẽsio enim diuersorũ sensatorũ est ad hoc finaliter vt discernatur cõuenientia ꝛ differẽtia que est inter ea: ꝛ qꝛ terminus talis ꝛ finis est forma: ideo dicem᷑ sensum cõem essentialiter ꝛ formaliter vnum ꝛ indiuisibilẽ esse: ꝛ p subiecta particularia ad que dirigitur virtus eius esse plures.

Tex. ꝛ cõ. 148

¶ Eo modo quo mathematici quidã dicunt punctuꝫ in cir culo quo dicitẽ eẽ cẽtrũ vnũ in subiecta ꝛ forma: nõ inquãtuꝫ duo sunt qꝛ sic in se indiuisibile est ꝛ nõ ex diuersis cõpositũ ꝛ hoc modo nõ discernit nisi vnũ qd est mediũ circuli: p hoc aũt ꝙ ipm substãtialiter est mediũ circuli est ipm principiũ equali tatis linearũ ꝯtractarũ ab ipso ad circũferentiã sic vno ꝛ vnũ ꝛ multa discernunẽ. Oportet enim vnũ eẽ p subiectam ꝛ formã

Tex. ꝛ cõ. 149.

per qd

per qḋ iudicat in oībus eq̄litas: ⁊ opꝫ ipm̄ eē plura per hoc q̄ est pluriū quibus sua medietas dat eq̄litatē: ⁊ sic diuidit q̄dāmō per attributionē ⁊ influētiā: ⁊ nō per sub̄az ⁊ formam qm̄ sub̄a vna est: ⁊ forma medians que est cā eq̄litatis vna ē: sm̄ tn̄ q̄ diuidit nō vnū est: q̄a ⁊ sic bis vtit eodē signo: hoc eni mō significat diuisionē diametri in pūcto qḋ est cētrū ⁊ ē attribuens vni semidiametro eq̄litatē p hoc q̄ est eiꝰ p̄nm̄: ⁊ eq̄litatē attribuit alteri p hoc q̄ est eiꝰ finis: ⁊ iq̄ntū sic vno termio vt duobꝰ vtit iudicat eni duo q̄a iudex est eq̄litatis duaꝝ semidiametroꝝ ⁊ sic sepata sūt: vt q̄dā separatio diiudicata. Inq̄ntū vo est vnū in forma ⁊ sub̄a mediationis: sic iudiciū vniꝰ ⁊ multoꝝ vnitoꝝ vno q̄dā ⁊ sl̄. Vniꝰ eni totius circulationis iudiciū est vnū cētrū: ⁊ multaꝝ lineaꝝ equaliuꝫ est iudiciū p vnicā cētri mediationē: eo q̄ illa cā vl̄is est ois eq̄litatis que est in lineis ab eodē cētro ad circūferētiam ꝓtractis. Sic omni eodē mō dicimus sensuꝫ cōeꝫ formalr̄ p̄ncipiū oiuꝫ sensuū particulariū: ⁊ eē forma a qua est iflūētia i oībꝰ ꝓprijs sensibilibꝰ: ⁊ eē vnū in sub̄a ⁊ forma sensibilitatis: sꝫ distictū per hoc q̄ iflūit particularibꝰ organis particulares sensus: ⁊ ꝓut dirigit sensuꝫ huic vel illi ꝓprio organo: ⁊ sic iudiciū diuersoꝝ sensibiliū per hoc qḋ dicit ea eē altera vel eadē adinuicē est per vnū in forma ⁊ substantia: ⁊ per diuersa per hoc q̄ illud vnū aliqḋ attribuit diuersis ⁊ influentiā hꝫ super diuersa: ⁊ hoc nō dicitur diuersuꝫ nisi per hoc q̄ est diuersoꝝ: simpliciter tamē vnum ⁊ indiuisum est.

Cap. xiiij. Et est digressio declarans qualiter sensus communis est medietas omnium sensuum.

Orsitā aūt obijciet aliq̄s ꝫ ea que dicta sunt dicēs q̄ oē mouēs formale est ad id qḋ mouetur ab ipso: mouet aūt sensus ꝓprius cōeꝫ eo mō q̄ ipse mouet a sensibili: nō eni eēt iudiciū sensatoꝝ ꝓprioꝝ in sensu cōi dicente ea altera eē, vel eadē nisi ad ipꝫ trāsirēt a sensu ꝓprio cui primo occurrūt: videt igit sensus cōis eē mālioꝝ q̄ ꝓprius. Oē eni recipiēs recipit sm̄ potētiā mālē: sic in ab̄bdubitis sepe determinatū ē: opꝫ aūt q̄ sensus cōis recipiat eadē qbꝰ discernit ⁊ iudicat: recipit aūt secūda receptiōe: videt igit mālioꝝ esse q̄ sensus ꝓprius: qui p̄ma recipit receptiōe. Adhuc aūt si sensus cōis oiuꝫ ꝓprioꝝ sensuū recipit sensata ⁊ nihil recipit nisi qḋ hꝫ aliquā cōicātiā cū recepto: sicut visus q̄ nō recipit nisi colorē pp cōicantiā quā hꝫ cū ipso: ⁊ nō recipit sonuꝫ eo q̄ nullā hꝫ cōparationē cōicātie ⁊ ꝓportionis ad sonum: tūc videt sensus cōis esse cōpositū qḋ ex oībꝰ armonijs sensuū ꝓprioꝝ: est q̄ mālioꝝ q̄ cōpositioꝝ cū omni sensu priculari: ⁊ sic videt iteꝝ nō eē vera prius iducta solō. Nō enim pōt dici q̄ sensus cōis sit cōis p modū p̄dicari cōiter de oi sensu ꝓprio: q̄a ⁊ sic eēt sensus cōis aliqḋ de rōne sēsus ꝓprij: nec posset diffiniri sensus ꝓpriꝰ nisi in diffōne sua poneretur sensus cōis: sicut hoīs diffinitio in se hꝫ aial qḋ est p̄dicatum cōe de hoīe: hoc aūt nō ē veꝝ sicut per se pꝫ cuilibet. Propter hoc dicimꝰ ad hoc ⁊ his silia oia q̄ sensus cōis ē vna nūero forma que est vl̄is nō vt p̄dicabile: sꝫ sic cā formalr̄ p̄bēs ea que oriunt ex ipsa: sicut architectonica p̄bet formā domus. Sicut eni a principio diximus aīa est sup nāꝫ totā corporis: ⁊ ideo iprimit ⁊ iflūit in totā nām̄ corporis suas ipressiōes ⁊ suas vires absq̄ eo q̄ iprimat sibi aliqḋ a nā: ⁊ ideo nā non agit in nāꝫ: nisi ēt agat ⁊ patiat ab ea. Oē eniꝫ mouēs p̄hice mouet eo q̄ in ordine vnū p̄hicū non supponit alteri p̄hico: sꝫ aīa cū sit incorporea agit in nām̄ ⁊ nō patit ab ipsa nā: sic ēt diximus supra: ⁊ iō p̄mū angēs qḋ est virtꝰ aie: nō auget nec alterat augmēto: ⁊ silr̄ est in oībꝰ sicut de p̄mo digerēte. Silr̄ aūt p̄mū sentiēs nō qdē in tpe sꝫ nā: hoc est in quo p̄us saluatur tota virtꝰ sensitiua: est sensus cōis qui est origo sensuū ꝓprioꝝ ita q̄ ab ipso deriuant sensus ꝓprij: ita q̄ nō eꝫ cōstituit ab eis: nec aliqḋ sui eē hꝫ ab eis. Et qḋ dicit q̄ sēsus ꝓprij mouēt ipm̄ falsuꝫ est oino: opꝫ eni q̄ sensibile ꝓpriū spiritualiꝰ ⁊ simpliciꝰ fiat in sensu cōi q̄ in ꝓprio: ⁊ hāc maiorēꝫ simplicitatē nō dat ei sensus ꝓpriꝰ: sꝫ potiꝰ cōis. In ipso eniꝫ est sp̄us lucidus q̄ est vehiculū ⁊ instrm̄ ipsiꝰ: ⁊ ille ꝓut est instrumētū sensus cōis ꝯfert ei maiorē simplicitatē: sic iuꝫ corporibꝰ: ⁊ in tali actu ⁊ forma facta sensibilia ꝓpria ptigūt ad organū sensus cōis: ⁊ tūc iudicat de eis. Nec pōt dici q̄ aliqḋ corporeū oino cōferat eis agere in organum sensus cōis: eo q̄ forme corporales sunt ipsa sensata: nō separate ab appendicijs materie: ⁊ ideo corporale agēs: qḋ tn̄ est instrꝫ eiꝰ qḋ est incorporeū: hꝫ q̄ dat eis agere in organū sensus cōis: qḋ formaliꝰ est q̄ organa sensuū ꝓprioꝝ: ⁊ hoc est qḋ intēdit dicere Aug. q̄ dicit q̄ corporales forme nō mouēt aiam: sed potiꝰ talibꝰ formis factis in corpore: aia luce sua facit eas in seipsa. In tali aūt ordie mouētiū ⁊ motoꝝ: id qḋ vltimo mouet formalissimū est oiuꝫ: ⁊ p̄muꝫ mouēs oium mālissimū: ⁊ hoc iō est: q̄a in tali ordine scōm mouēs nō accipit virtuteꝫ motiuā a p̄mo mouēte: sed ab alio qḋ est aliqḋ eius qḋ mouet: sed in his in qbꝰ scḋꝫ mouēs accipit virtutē motiuam a priori mouēte: veꝝ est q̄ vltimū motū est mālissimū oium: ⁊ minus hñs dignitatis ⁊ simplicitatis: cū aūt aia rōnalis sit supra nām̄ ⁊ ifra intelligētiā: erit aia sensibilis ifra rōnem ⁊ supra nāꝫ: sicut aia vegetabilis infra sensibilē ⁊ supra nām: ⁊ ideo ipsa est sub̄a ⁊ forma: quedā hñs vires multas: quarū quidē ipsa sensibilis vis est potētia a generatiōe pfecta: habitu cōnaturali sibi: qui habitꝰ est inchoatio quedā ⁊ armonia oium sensibiliū formaꝝ: sicut in gñe ē inchoatio ⁊ armonia oium differētiaꝝ illius gñis: ⁊ illa potentia sic habitu cōnālī perfecta oia sensibilia hꝫ potestate ⁊ actu nullū anteq̄ distinguat ab eis: ⁊ in hoc sensu dicit a p̄hō q̄ sensus est spēs sensibiliū: ⁊ intelligēs spēs itelligibiliū. Talis aūt forma vna simplex p̄habēs potestate ea quoꝝ ipsa est cā: ⁊ hꝫ ea actu quando distiguit ab aliquo illoꝝ: ⁊ per hoc pꝫ solutio oium inductaꝝ dubitationū. Et hec est cā quare Auicebron dixit spēs sensibiles esse in aia: ⁊ nō acceptas ab extra. Hac ēt de causa dixerunt quidā virtutē sensibilē per se eē actiuā: ⁊ nulliꝰ spēi esse receptiuā: q̄a nō recte recipit eas: sꝫ vna spēs que est habitus potentie sensitiue: distinguit ad sensibilia que sunt in organis: sicut distinguitur virtus vniuersalis ad particulare in qḋ agit: ⁊ circa qḋ operat. De principio igit ⁊ virtute sm̄ quā dicimus aial hr̄e sensuꝫ ⁊ posse sentire: sit hoc modo determinatum: de alijs autē virtutibꝰ quas supra detegimus sub alterius libri principio inquiremus.

Explicit Liber Secundus.

Incipit Tertius de aīa qui est de app̄hēsiuis viribꝰ hītus

Tractatus Primus de viribus anime sensibilis.

Cap. p̄m. Et est digressio declarans libri intentionem ⁊ de imaginatione.

In hoc aūt tertio libro de animo intendimus certificare de alijs potētijs aie que restant: quaruꝫ primus diuisio est in apprehēsiuas ⁊ motiuas que differunt per rōnē potentie actiue ⁊ passiue: quarū potētiarum nos superius assignauimus d'iam: quoniā potētia actiua semper sibi sufficiens est: eo q̄ ipsa est actus: ⁊ semp cōpleta ad agēdum: ⁊ si aliqū nō agit: hoc est ꝓpter defectū eius in qḋ agit: ⁊ non pp hoc q̄ ipsa indigeat acquirere aliqḋ per qḋ ad agendū perficiatur. Passiua aūt dissilis est sibi: q̄a aliquādo hꝫ formāꝫ ⁊ aliquādo nō hꝫ eā: sꝫ cū acq̄rit eaꝫ per alterationē: tūc pōt agere actionē: cuiꝰ p̄ncipium est forma que est acq̄sita per alterationem in ipsa. Hec tn̄ forma aliqū datur ei a gñatiōe sicut superiꝰ diximus de potentia sensitiua: aliqū aūt reqrit p alterationē: sicut est de scīa que est pfectio itellectꝰ. Potētie igitur apprehēsiue gñaliter potētie sunt passiue: nec hñt principia agendi nisi per formā quā per apprehēsionē acqrūt pp qḋ etiaꝫ app̄hensiue dicuntur. Tales autē non gñaliter sunt omnis aie: sed sensitiue ⁊ intellectiue tm̄. Et eaꝝ quedaꝫ sūt app̄hensiue de foris exītibꝰ suis agētibꝰ: quedā aūt sunt apprehēsiue ita q̄ sua agētia prima sunt ⁊ intus ⁊ ille que hñt sua agētia de foris sunt sensus de qbꝰ iam sm̄ q̄ sunt vires aie expeditū est: de his aūt que sunt app̄hēsiue deintus nūc determinabimus. Oēs eni has siue sint partes aie sensibilis: siue sint rōnalis ꝯiūgemus: eo q̄ antiquoꝝ quidā oēs illas quādā partē itellectꝰ fore dicebāt: sicut in seq̄ntibꝰ ostendet. Ad faciliorē autem intellectū antiquoꝝ snie de hoc volumus loq de tribꝰ virtutibꝰ quas supra enūerauimus. s. de imaginatiua: ⁊ estimatiua ⁊ p̄hātastica. Dicimus igit imaginatiuā eē in qua imagines sensibiliū rebus sensibilibꝰ absentibꝰ reseruant. Hec aūt imaginatiua plus abstrahit q̄ sēsus: qm̄ sensus nō accipit formā nisi re p̄nte: ista autē reseruat

Solutio.

Maiorē simplicitatē quaꝫ hꝫ obm̄ iēsus cōis non hꝫ a sensu ꝓpo sꝫ a sensu cōi sꝫ cōsidera q̄a tunc diuersitas formaꝝ cēt ex di

ueritate māe nū qḋ ē ꝫ p̄pa thenicos. 2. de aia com. 60. ⁊ 2 phi. cō. 87. 3.

Imaginatiue deuꝫ dscriptio ⁊ cuides dita a sensu.

Omnib⁹ aūt his habitis videt eē dōm cū pipatheticis q̄ itellect⁹ possibilis est imixt⁹ ⁊ separ⁹ ⁊ ipassibilis ⁊ nō hoc aliqd sed qualiter hoc sit vt meli⁹ itelligat Auic.dicta accipiam⁹ q̄ Arist. plus ɔcordāt qm̄ aia rōnalis nō est itellect⁹ possibilis ʒ itellect⁹ possis vna eius pars est: ⁊ hoc sensit Aristo.qñ dixit:de pte āt aie qua cognoscit ⁊ sapit aia ⁊ vocauit itellectū ptē aie ⁊ nō totā aiam rōnalē. Qles aūt partes hēat aia supra expeditū est in scd̄o libro hui⁹ scie:dicim⁹ igit aiam illā q̄ pfectio hois est ⁊ rōnalis vocat eē totū qđdā ⁊ eē quādā eēntiā icorporeaʒ in aie ptāte cōpletā: ⁊ iō hʒ in se ptātē vite sensitiuā ⁊ ptātē vite vegetatiuā ⁊ ptātē vite agendi opa itellectiue ⁊ ipsa est vna in suba valēs in se oēs istas ptātes nāles sibi ⁊ hoc ʒ supra pbatū sit: tm̄ adhuc volumus hoc iferius certi⁹ ⁊ forti⁹ ostēdere eo q̄ sup multa de solutione dubioꝝ itroductoꝝ nobis videnť eē fundata: hec igitur suba hʒ quasdā v̄tutes ex ipsa fluētes q̄ sunt v̄tutes icorpee ⁊ hoc ɔuenit ei ex hoc q̄ ipsa est iter oēs nāles formas ppinquior ⁊ similior itelligētie:⁊ iō multas hʒ v̄tutes itelligētie separate ɔuenietes:⁊ hmōi siłe videm⁹ oib⁹ in formis q̄ pp nobilitatē sue mãe:q̄si posse totū sumūt agētis:ignis eniʒ si inuenit mãm subtilē aridã ⁊ aeree hūiditatis multuʒ hñtē opať in ea ɔprietates ignis plurimas.s.lucē ⁊ calorē ⁊ alia. In materijs aūt magis dissimilib⁹ sibi:negligit lucis pure opatiōnē:⁊ opať flāmā fumosaʒ ⁊ calorē ⁊ in qbusdā nihil de flāma sed calorē tm̄ ⁊ fumū. Silr est de aia quā opať agēs primum aie in corpore hūano: qđ maxie recedit ab excellētia ɔrioꝝ:⁊ appropinquat eq̄litati celi: agēs primū simillimā sibi formaʒ opať que nō tota imixta pōt eē mãe sed multas hēbit v̄tutes nō imixtas ⁊ in hoc ɔsentim⁹ Alexādro sed differim⁹ ab ipso in hoc q̄ ipse ponit aiam gñari ex elātoꝝ mixtura : nos autē dari ⁊ pduci ab agēte extrinseco: sicut vulgatū est apud pipatheticos oēs: q̄ aia rōnalis sola iter formas nāles ex mã nō educať:sed dať ab extrinseco:⁊ q: silitudo separate substātie ē que agit eā:iō ex maxia sua ptāte separata est: ⁊ nullo mō iuncta ⁊ vmbrata mã corpis:ʒ aūt sic dicam⁹ itellectū eē separatū:tm̄ aia est ɔiuncta p alias virtutes suas: q̄ sunt nāles sibi inquātū est corporis pfectio:⁊ iō ʒ itellect⁹ sm̄ se sit separat⁹:tm̄ itellectus est potētia ɔiuncti:qm̄ est ptās aie q̄ sm̄ potentias quasdā ɔiungiť corpori : oē āt tale qđ est ɔiuncti: ⁊ nō est ei⁹ sm̄ q̄ est ɔiūctū ʒ nō cōicet corpori tm̄ cōicat cōmunicāti corpori:⁊ hoc est qđ supra dixim⁹ q̄ itellect⁹ cōicat nō corpori:ʒ ptāti q̄ cōicat corpori.s.pbātāsie ⁊ imaginationi ⁊ sensui ⁊ iō sm̄ v̄tutē aia est vna numero:⁊ efficit vna numero:q: p nāles ptātes cōicat corpori:q: tm̄ in eētia sua ⁊ pfectiori ptāte nō cōicat corpori:iō hʒ ptātes absolutas a corpe:hoc aūt est videre in omni eētia nobili ⁊ in formis corporalibus. Sol eniʒ vnus est numero p mãm suā ⁊ tm̄ lux sua nō est determinata ad vnū numero eoꝝ aliqđ q̄ agit:est eniʒ solis virt⁹ indeterminata ⁊ vlis in agēdo vitā in oibus ⁊ gñationē: ⁊ determinatur ɔiuncta huic particulari agēti : vel illi ⁊ sic est in omni suba nobili:⁊ hec ē cā dicti pħi q̄ ois aia tres nobiles hʒ opationes diuinā ⁊ itelligētie opationē ⁊ illā q̄ est aie propria:hac autē via electa de oib⁹ vijs pbabiliorib⁹ dictis oīa dubia soluunť. ℭ Quia qñ dicit q̄ itellectū possibilē opʒ esse absolutū duplici absolutiōe: dicim⁹ nos q̄ nō pōt eē absolutus ab omni eo qđ est q: ⁊ sic nihil eēt oino nisi potētia pura ⁊ illa in reꝝ nã nihil est: itellectū ergo possibilē sm̄ hec in reꝝ nã nihil eē ɔfireremur qđ est oino absurdū ⁊ ɔsentio Auicebrō in hoc q̄ sua potētia p formā itellectualis nãe terminať ad ens vnū in mōdo ⁊ in nã est determinata: sed dissentio in hoc q̄ nō videť mihi sua potētia eē mãe potētia : ⁊ sua nã eē mãe nã:sed equoce ad ipaʒ. Intellect⁹ aūt illius pbationis que iducta est q̄ id qđ est in potētia oia fieri opʒ absolutū eē est q: opʒ eū absolutū eē a formis eoꝝ q̄ sunt : ʒ eniʒ itelligat seipsum:tm̄ inferi⁹ ostēdem⁹ q̄ nō opʒ eū eē absolutū a nã sua ɔpria: q̄ determinat eū in ens vnū in numero entiū mūdi. Si igitur itellect⁹ est ⁊ vnus eoꝝ q̄ sunt p subaʒ aie in qua ē qua idiuiduať ad corp⁹ p suas potētias cōmunicātes corpi ⁊ determinať in ptāte ab alijs aie ptātib⁹ diuisa p itellectualitatē p quā alia vite opa peragit q̄ alie potētie ⁊ remanet vlis ⁊ imixt⁹ ⁊ nō determinat⁹ ad hoc aliqd p cōparationē itelligibiliū. Et de hoc bonū sile ponit Auerrois de medio in tactu q̄ priuatū est excellētijs tāgibiliū ⁊ separatum ab eis eo q̄ potētia est oia illa:⁊ tm̄ nō absolutū est ita q̄ nullo modo sine in ipso forme tāgibiles:q: sunt in ipso put ad mediū sūt reducte. In hac aūt sniã nobiscū ɔueniūt ⁊ Auerrois ⁊ Auic.⁊ plures alij pipatheticoꝝ:sic igit itellect⁹ possibilis dicitur eē separatus:imixt⁹ aūt eo q̄ nō est mixt⁹ corpori sicut forma corporis:aut sicut v̄tus organica opans in organo corpis : sicut enim iam dixim⁹ itellect⁹ est v̄tus sube verissime existis q̄ est aia rōnalis:q̄ ʒ sit nō pmixta corpori pdictis duob⁹ modis: tm̄ est hñs v̄tutes q̄sdā pmixtas corpi:ʒ itellect⁹ est v̄tus ei⁹ nō sm̄ q̄ cōmiscet corpori ʒ poti⁹ sm̄ q̄ ipsa est imago intel-

Uide pro hoc auctorem Poli. in.2.de gñatione animalium cap̄.3.

Solutio ad obiecta.

lectus primi agētis ⁊ dātis aīam rōnalē: ⁊ ideo impoſſe est ꝙ itellect⁹ sit corpori pmixt⁹: ⁊ idō ēt agere nō pōt instro corpeo. Iste aūt duplices vtutes sunt nāles aīe rōnali: fm ꝙ ipsa est media eternitatis ⁊ tpis in orizōte ꝯstituta sicut diximus supra. Et idō dicit Isaac phs ꝙ est creata in vmbra itelligētie: est enim ipsa vmbra ⁊ vestigiū qddā ⁊ resultatio itelligentie separate: pp qđ qdā phi dixerūt ꝙ creata est ab itelligētijs: sed de hoc iferius determinabim⁹ postq̄ de ptib⁹ aīe exeqmur. Iā igit pʒ itellect⁹ hoꝝ triū que attribuunt itellectui possibili ꝙ .s. ē separ⁹ ⁊ imixt⁹ ⁊ nō hoc aliqđ determinatū. ¶ Quartū aūt est qđ dicit eē ipassibilis ⁊ hoc dubitationē hʒ ex eo ꝙ dicim⁹ itellectū eē de numero virtutuʒ passiuaꝝ ⁊ aliqñ eē in actu: aliqñ eē in potētia: sʒ ad hoc nos dicim⁹ ꝙ itellect⁹ speculatiuus q est forma speculatiua in itellectu possibili in duplici est potētia quaꝝ vna est fʒ cōparationē eius qđ itelligit ad pticulare in quo ipm nō est nisi in potētia qr pticulare nō nisi fm potētiā hʒ in se vle ⁊ fm exitū illius potētie ad actum hʒ vires ⁊ tēpus itellect⁹ ⁊ trāsmutationē ⁊ quo ad hoc passibilis: alio aūt mō in potētia est fm cōparationē ad itellectuʒ possibilē in quo est vle in actu itellectū: ⁊ in isto nō est nisi sub actu ⁊ forma itelligibilitatis: ⁊ hāc hʒ a luce ppetui intellect⁹ qui est agēs: sicut colores eē formale quo mouēt visū habent a luce corporali: ⁊ qñ sub luce istius itellect⁹ vnitur vle intellectui possibili: nō vnit ei sicut organo sicut fit in formis sensibilib⁹ sed vnit ei sicut determinās vnit determinato: qr habitus ꝯnālis itellectui possibili q est ipsa itellectualitas: qua possibilis itellectus vocat ⁊ est nā itellectualis eiusdē nāe est cū intelligibilib⁹ inquātū sunt itelligibilia: sʒ ina itellectualitas est ꝯfusa ⁊ indeterminata: determinat aūt sicut potētia p actū ⁊ sicut pficit indeterminatū p determinatū ⁊ idō intelligibile cū itellectu possibili nō fit vnum sicut subm ⁊ accñs sunt vnū: qđ accñs nō est pfectio subiecti nec ēt est vnuʒ sicut mā ⁊ forma sunt vnū qr forma nō pficit mām nisi fm eē ⁊ distincta ⁊ diuisa: vle aūt est idistinctū ⁊ idiuisuʒ ⁊ nō pficit eē: sed potius est pn^m cognitionis coꝝ q̄ sunt: aliogn oporteret nos dicere ꝙ itellect⁹ eēt lapis qñ itelligit lapidē ⁊ asinus qñ itelligit asinū: ⁊ in hac snia ꝯuenit nobiscū Auerrois in cōmēto de aīa ⁊ sic vle cōparat itellectui ideo speculatiu⁹ itellect⁹ ex subiecto qđ ē itellect⁹ possibilis nō hʒ aliquā trāsmutationeʒ nec passionē verā. ¶ Et sic soluta est pma qđ de trib⁹ iductis qōnib⁹ .s. quō pōt eē ꝙ agens est suba stans: ⁊ silr possibilis: ⁊ tñ speculatiu⁹ sit factus ⁊ mutabilis: ⁊ ex isto itelligit ꝙ vere dictū est ꝙ sicut se hʒ sensus ad sensibilia ita itellect⁹ ad itelligibilia: nō qdē quo ad organū sensus: qr organū valet forme sensibili sicut subm accidēti ⁊ tñ vere accñs dici dʒ ītētio sensibilis q̄ est in organo: qñ fm veritatē non est ens: sed est aliqđ entis nō fm eē entis nāe sed fm eē abstractionis: sicut pʒ ex supra determinatis: sʒ est silitudo iter sensum cōparatū ad sensibilia ⁊ itellectū cōparatū ad itelligibilia quo ad ipaʒ virtutē sensus sine organo ꝯsideratā ⁊ ad sensibilia cōparatā: sapius eni dixim⁹ ꝙ pma ⁊ pncipalis forma sensitiua q̄ est sensus cōis cōparat ad ista: sicut determinata ad ipa ⁊ sic est cōparatio itellectualitatis possibilis ad vlia sicut ad q̄ determinat ei⁹ formalis itellectualitas: ⁊ idō diximus in .7. phicoꝝ in intellectualib⁹ nullā eē alterationē: sʒ potius pfectionē in determinatā māʒ finiētē: vle aūt sic ad duo subiecta cōparatū duplex hʒ eē: fm eniʒ ꝙ cōparat ad subm in quo ē po^a ⁊ a quo abstrahit facit itellectū veꝝ: qr vitas est adequatio reꝝ ⁊ itellectuū: sʒ aūt ꝙ cōparat ad itellectū possibilē in quo est sicut determinans in determinato ⁊ actus in po^a sicut hʒ esse vnū entiū in mūdo qr vle vt vle nō hʒ eē extra aiam. cū autē dicit a phis ꝙ vle est actus itellect⁹ ⁊ itellectus possibilis est in po^a: nō pōt ex hoc iferri ꝙ intellect⁹ possibilis sit mā ⁊ vle sit forma: qñ supra ostdimus ex Aristo. snia ꝙ forma sensus cōis idetermínata: formalior est determinātib⁹ ipsaꝝ ⁊ ē vna fm formā ⁊ plures fm mām: ⁊ silr ē itellect⁹ speculatiu⁹: oēs eniʒ vnū sunt fm formā itellectualitatis: ⁊ multi sunt fm determinātia qr vle nō determinat nisi fm cōparationeʒ ad id cuius est vle ⁊ a quo abstrahit p intellectū: vniens aūt multa in actu nō semp est magis formale vnitis: ⁊ ex hoc vlteri⁹ pʒ intellect⁹ vbi in quo ꝯueniūt pbatiores pipathetici: ꝙ .s. speculatiui sunt vnū fm ꝙ itellectus sunt ⁊ nō multiplicātur nisi fm cōparationē ad ea quoꝝ sunt itellectus: tñ igit sit dictum in determinatione dicti Anaxa. ꝙ intellectus est separatus ⁊ imixtus ⁊ non hoc aliquid ⁊ impassibilis.

¶ Cap. 13^m. Et est digressio declarans solutionem duaꝝ questionum difficilium relictarum ex predictis.

Nunc aūt duas questiōes q̄ remanēt qrētū possumus determinem⁹. vna aūt illaꝝ est q̄ ꝯtigit ex hoc ꝙ itellectū ponim⁹ eē separatū ⁊ silr vle separatū ab indiuiduātib⁹ ⁊ ꝙ separatuʒ est idē apud oēs: ⁊ ita videt ad minus de itellectu speculatiuo ꝙ idē sit apud oēs ⁊ sic me accipiēte sciam ēt alius accipit eā qđ est oino falsum. Altera aūt ꝯtingit ex hoc ꝙ itellect⁹ possibilis potētia est oia: ⁊ silr mā prima ⁊ ex hoc videt itellectū fore idē cū mā prima ⁊ mā prima deberet itelligere formas q̄ sunt in ipsa sicut ⁊ itellectus. Sed istas questiones determinare fm inductā opinionē nō est difficile. Iā enim ꝯcessimus ꝙ intellect⁹ est separatus fm se ⁊ ꝯiunctus ꝙ p hoc ꝙ in eadeʒ suba existēs cōicat ei qđ cōmunicat corpori per se: sicut sunt phātasia ⁊ sensus: ⁊ sic intellectus est hoc aliquid lʒ nō sit aliqđ intelligibiliū nisi qñ intelligit seipsuʒ ⁊ de hoc iferius ex Aristo. dictis rōnē reddemus: ⁊ idō ꝯcedēdum est ꝙ subm itelligibiliū nō est vnū numero in oibus ⁊ in hoc discordam⁹ ab Auerroi ⁊ ꝯcordam⁹ cū Auic. ⁊ Algazele ⁊ cū Aristo. vt videt vbi vocat itellectū quo cognoscit aia ⁊ sapit parteʒ aie: que qdē aia est pfectio corporis organici ⁊ nō pōt esse eadē numero in diuersis: sed vniuersalis est itellect⁹ fm se ⁊ idō qđ est in ipso fm se est ēt fm actū vle ⁊ hoc opʒ fm pipatheticos ꝯcedi eē cōe apud oēs ⁊ idem itellectū vle in aia mea ⁊ in aia tua: aliter oporteret dicere ꝙ homineʒ sedere ⁊ hmōi est quoddā cōe ad id qđ est in aia mea ⁊ in aia tua. Lʒ eniʒ itellectus meus sit idiuiduus ⁊ separatus ab itellectu tuo tñ fm ꝙ est indiuiduus nō hʒ vle in ipso ⁊ idō nō indiuiduat id qđ est in itellectu: sicut nec colores indiuiduant a luce abstrahēte eos: sed potius a mā ⁊ appēdicijs materie que sunt situs ⁊ figura ⁊ hmōi. Sic igitur vle vt vle ē vbiq; ⁊ semper idē oino ⁊ idē in aiabus oium nō recipiēs idiuiduationē ab aia: nō tñ scia vni⁹ est sciētia alteri⁹ vel speculatū ab vno est speculatū ab altero: qñ speculatio pficit ex motu phātasmatis. Similiter aūt sciētia ex vniuersalib⁹ est que fiūt ex multis memorijs ⁊ experientijs que nō sunt eedē oium ⁊ hoc est qđ supra diximus ꝙ speculatiui itellectus sunt vnus in eo ꝙ speculatiui itellectus sunt sed sunt multi fm ꝙ illoꝝ vel illoꝝ sunt ⁊ hac in determinatione ꝯuenit nobiscū Auerrois: lʒ in modo abstractionis itellect⁹ parūper differat a nobis. Questionē aūt illaʒ quā Theophrastus volēs euitare dixit itellectum possibilē nunq̄ eē in potētia ⁊ speculatiuū dixit perpetuum facillimuʒ fm determinata soluere est qñ forme nullo modo siles sunt in mā prima ⁊ in itellectu possibili ⁊ est diña quadruplex. Una qdē ⁊ pncipaliter qr forme intelligibiles sunt in itellectu possibili: sicut in magis formali per ipsas determinato: forme aūt sunt in mā pma sic in mālī in quo subsistere habēt: ⁊ hec differētia pʒ ex dictis. Scđa est: ꝙ forme vniuersales simplices sunt cōparate ad itellectū possibilem: forme aūt diuise fm eē particulare ⁊ hic ⁊ nūc existētes sunt cōparate ad māʒ: ⁊ idō nō itelligit eas mā sicut itellect⁹: omne enim ad qđ cōparant forme sicut vles ⁊ simplices ⁊ denudate hʒ discretionē formaꝝ cōparataꝝ ad se: vt in sequentibus ostdemus: ⁊ oē id ad qđ cōparant vt idiuidue ⁊ diuise hʒ eē in actu ab illis: ⁊ nullius eaꝝ discretionē ⁊ itellectū ⁊ hac differētia ꝯuenit nobiscū Auerrois. Tertia āt differētia est: qr potētia māe nō ē determinata ad ens itellectualis nāe fm ꝙ est prime māe: potētia aūt intellectus possibilis determinata est ad ens itellectualis nāe: ⁊ ideo aūt māe nō illustrat sua luce sup formas que sunt in ipsa: sed remanet in tenebris priuationis oīs forme: nā aūt possibilis itellectus sup formas q̄ sunt in ipsa illustrat: ⁊ idō oēs eas discernit: ⁊ in hac diña ꝯuenimus cū Auicebrō in lib. fontis vite. Quarta diña ē: qñ forme q̄ sunt in itellectu possibili sunt in eo nō idiuiduate eo ꝙ nō oino vniunt sibi sicut subiecto: nec sicut māe: ⁊ ideo intellectus possibilis nō obligatur alicui earū: sicut materia ⁊ instrumētū in quo ⁊ p qđ forma suas exerceat opationes: sʒ remanet liber potēs operari circa eas: mā aūt formas quas recipit sicut subiectū recipit: ⁊ idō diuidit in partes p formas: ⁊ efficit per partes obligata cuilibet forme: ⁊ illa exercet operationes suas in ea sicut instrumento ⁊ subiecto: si autē ista subtilius ꝯsiderant satis pʒ equiuoce dici potētiā passiuam

Lex. ⁊ cō. 6.

Intellect⁹ speculatiuus i dupli ci est potentia.

Quō ex itellctu ⁊ itelligibili sit vnum.

Silitudines rerū in sensu aut in itellctu existētes fm Albertū pprie nō sūt entia sʒ aliqđ entis nō fm eē ratū sed fm eē abstractionis.

Nō q̄tuor differētias inter formas existētes in mā ⁊ inter formas existētes in itellectu. Z.

de materia ⁊ intellectu possibili: ⁊ tunc destructum est funda
mentū sup qd̄ Auicebrō in lib. fontis vite: totā suā fundat in
tentionē: vtrū aūt aīa rōnalis cōposita sit ex potentia ⁊ actu
posterius ingremus. Hec igit̄ dicta sint ad questiones sol
uendas a peripatheticis de itellectu possibili inductas.

¶ Cap. 14m. Et est digressio declarans propter quid intelle
ctus est separatus ⁊ imixtus.

Uoniā aūt in oibus his opinionibꝰ supponit̄ in
tellectū possibilē esse separatū ⁊ imixtū licꝫ hoc iaꝫ
ꝓbauerimus p demr̄onē: volumus tn̄ in hoc ca
pitulo breuiter īducere decē ex qbus hoc ꝓbaue
runt pipathetici: ⁊ p̄cipue Auic. in .6. nālium suo
rū: septē aūt eoꝝ que inducemꝰ sunt signa ⁊ non
cause: tria aūt erunt cause p que demōstrat̄ itellectū non esse
mixtū corpori: sed eē separatū: q̄dā aūt eoꝝ colligant̄ ex iam
habitis: q̄dā āt ex habēdis: sed hic breuiter volumꝰ ea enar
rare. ¶ Primū aūt est ꝙ oīs virtus organica debilitat̄ ⁊ de
struit̄ p se sine quodā alio destructo: vel debilitat̄ qn̄ aliqua
occasio īfirmitatis vel destructiōis accidit organo suo: sicut
pꝫ in sensibꝰ iteriorībꝰ ⁊ exteriorībꝰ: ⁊ alijs virtutibꝰ organi
cis: intellectus aūt nec debilitat̄ nec destruit̄ p se sine alio ex
debilitate vel alicuius organi ex destructiōe: ergo itellectꝰ nō
est virtus organica: si aūt destruit̄ vel debilitat̄ opatio eius
hoc est quodā alio corrupto iterius sicut iaꝫ ante determina
uimus. ¶ Scđm aūt est: qm̄ nulla virtutū organicaꝝ appre
hēdit se vel instr̄m suū: qm̄ imaginatio nec se nec instr̄m suū
imaginat̄: ⁊ sic est de oibus alijs organicis ⁊ huius cām dixi
mus esse supius: q: forma ꝑut est cōiuncta mā̄e sue per esse
mā̄le: nō mouet aliquā virtutē anime: ⁊ q: figure organoꝝ ⁊
vires aīe que sunt substātiales forme organoꝝ ꝯiungunt̄ eis
p esse mā̄le ⁊ nā̄le: ideo ea nullo modo apprehēdere pnt̄: itel
lectus aūt apprehēdit seipm̄ ⁊ omne instr̄m corporeum: sicut
nos inferius ostēdemus. ¶ Tertiū est: ꝙ virtꝰ organica qua
litatē pfecte assimilatā qualitatibꝰ sui organi: ⁊ ēt qualitates
sui organi nullo modo discernit vel apprehēdit: qd̄ pꝫ ī tactu
qui nō apprehēdit sibi simile calidū: nec ēt calidū cōplexiona
le: ⁊ si eēt calor sibi assimilatus: sicut cōplexionalis: q̄uis eēt
cōplexionē destruēs nō sentiret eū sicut ethicus suū calorem
nō sentit: itellectus aūt oēm qualitatē ⁊ suā ⁊ alioꝝ discernit
⁊ apprehēdit: discernit enim suā intellectualitatē que est sua
dispositio nā̄lis ⁊ cōsiderat sciam que in habitu est ꝯuersa in
ipso: igitur ipse nō est organicus. Et hoc est signū euidentis
simū ⁊ ꝯuertibile sicut causa que est mediū in demōstratiōe.
¶ Quartū est: ꝙ nulla virtutū organicaꝝ apprehēdit seipsaꝫ
sine alio quodā agente instrumētaliter: sicut est spiritus vel
calor: itellectualē aūt nām ꝓbauimus iam seipsaꝫ appreheh
dere qm̄ in ipsa est agēs separatū ⁊ possibile separatū ⁊ factuꝫ:
qd̄ est speculatiuꝰ intellectꝰ: est etiā separatū: ⁊ ita nō idiget spi
ritu vel calore vel aliquo alio īstrumēto corporeo. ¶ Quintū
est qd̄ īfertꝰ ad demr̄onē reducemꝰ: licꝫ hoc eo signo vtamur
q: virtus corporea post forte obiectuꝫ nō apprehēdit debile:
sed itellectus ex forti intelligibili melius apprehēdit minus
intelligibile q̄ȝ ante illud. ¶ Sextū signū est ꝙ oīs virtus cor
porea nobis cōis est cū alijs aīalibus brutis: bruta aūt q̄daꝫ
hn̄t oēs sensus ⁊ virtutes que determinant̄ in tribꝰ cellulis
capitis: aīa aūt rōnalis cū suis viribꝰ solis hoībus inest: in
quoꝝ capitibꝰ nō determinant̄ nisi tres celle: ergo aīa rōna
lis cū suis viribus nō est virtus corporea. ¶ Septimū autē
est: ꝙ actiones organicaꝝ virtutū post .60. annos in pluribꝰ
debilitant̄: ⁊ in illa etate sapiētia ⁊ scientia veniūt ad perfe
ctionis statū ⁊ ꝯfortant̄ fm̄ intellectū. ¶ Octauū aūt est de
mōstratio certa ducēs ad impossibile: si enim intellectus eēt
virtus operās vel mixta corpori: tūc nō itelligeret formā nisi
receptā a corpore: qd̄ aūt recipit̄ in corpore aut recipit̄ ī pun
cto ex quo a qbusdā dicebat̄ cōponi corpus: aut recipitur in
ipsa corporis quātitate diuisibili: si aūt recipiet̄ in pūcto: tūc
opꝫ ꝙ punctū actu separatū eēt a corpore: q: nō pōt eē subm̄ for
me nisi actu ens: ⁊ hoc est falsum. Si aūt diceret̄ ꝙ reciperet̄
in puncto ꝑut est in cōpositiōe corporis: hoc est fm̄ potētiaꝫ
existēdi punctū: tūc cū ifinita sint puncta: opꝫ ꝙ eēt ex infini
tis: qd̄ absurdū est. Si aūt recipit̄ in ipso corpore quāto: tūc
efficit̄ diuisibile: ⁊ sic forma itelligibilis diuisibilis eēt p acci
dens sicut albedo que diuidit̄ diuisione corporis: cōstat autē
hoc esse falsum: qm̄ sunt cōceptus q̄dā intellectus oino indi
uisibiles: sicut ꝯceptus entis ⁊ vnius ⁊ alioꝝ primoꝝ. Si aūt
quedaꝫ in rebꝰ sunt diuisibilia: sicut denarius ⁊ alij numeri:
nō tn̄ rō eoꝝ que est in itellectu est diuisibilis: similiter aūt licꝫ
diffinitio diuisibilis sit: tn̄ diffinientia indiuisibilia sunt: ⁊ nō
pōt dici ꝙ nō sit in vna parte itellectus ⁊ alteꝝ in alia: q: tūc
neutrū perfecte intelligeret̄. Adhuc aūt quecunqꝫ pars in se
haberet alteꝝ diffinientiū illa iteꝝ foret diuisibilis: ⁊ tūc opꝫ
nō solū diffōnē esse diuisibilē: veꝝ etiā quodlibet diffinientiū
in infinitū. Adhuc aūt cū diffinitio diuidit̄ nec sic diuiditur
sicut quātū in medis ⁊ medietatis media: sed diuidit̄ penes
ea que exigunt̄ ad perfectū eē alicuius qd̄ diffinit̄: itellectus
ergo nullo modo est corpore vtens. ¶ Nonū etiā est demon
stratio certa per cām que facit intelligibile esse intelligibile:
qm̄ denudans ipm̄ a mēsura situ ⁊ figura ⁊ alijs cōditionibꝰ
materie corporalis facit ipm̄ itelligibile: hoc aūt esse nō pōt
corporeū vel corpore operās: qm̄ oē corpus hꝫ mēsurā ⁊ quā
titatē ⁊ figurā ⁊ situ: cū igitur itellectꝰ hmōi sit denudās for
mas itelligibiles itellectꝰ nō pōt eē vtens corpe. ¶ Decimuꝫ
est quo oēs pipathetici cōcordāter ꝓbant eū eē separatū ⁊ in
corporeū: qm̄ nihil vtens forma ifinita ⁊ ideterminata est ni
si icorporeū: cū oē corporeū vtat̄ forma finita ⁊ determinata:
vīe aūt est ifinitū potētia multitudinis ⁊ ideterminataꝫ hn̄s
cōitatē ⁊ nō finitā quātitatē: cū ergo itellectus itelligēdo tali
vtatur forma: ipse est incorporeus separatus ⁊ imixtus.

¶ Cap. 15m. Quo ꝓbatur ꝙ intellectus nō est mixtus corpori
p hoc ꝙ sua passibilitas nō est similis passibilitati sensus.

Edeuntes ergo ad ꝓpositū fm̄ Aristo. introdu
ctionē dicimus ꝙ ex oibus que dicta sunt nō est
rōnale intellectū possibilē dicere eē mixtū cū cor
pore: opꝫ enim ꝙ si eēt mixtus cū corpore: ꝙ duo
rum alteꝝ fieret. Si enim eēt virtus cuꝫ corpore
hoc est corporea tunc eēt cōplexionalis: ⁊ tūc eēt
qualitas corporalis aut simplex que est calor vel frigus: aut
alia que sequit̄ ex mixtione illaꝝ: aut eēt virtus addita com
plexioni: sicut aīa organica: ⁊ tunc opꝫ ꝙ vteret̄ corpore: sicut
faciunt virtutes anime sensibilis. Nunc aūt ex predictis pꝫ
ꝙ neutrū illoꝝ est: ⁊ ideo antiqui sapiētes quo ad hoc bene
dixerūt ꝙ aīa nō est materia sed locus specieꝝ: preter hoc so
lum ꝙ nō tota est locus: q: sensibilis que est virtus cū corpo
re trāsmutat̄: ⁊ hoc nō est loci: similiter ipsa est subm̄ forme:
⁊ hoc iteꝝ loco nō cōuenit: sed fm̄ itellectū est ipsa locus spe
cieꝝ: q: fm̄ intellectū nō essentialiter sed p accidēs ex specie
bus trāsmutat̄ ex speciebꝰ sicut diximus supra: ⁊ hoc est fm̄
id qd̄ extra intellectū est: ⁊ hoc est phātasma a quo elicit̄ vīe:
⁊ nō fm̄ ipm̄ intellectū possibilē: ⁊ ideo si eēt aliquis intelle
ctus q nihil extra se itelligeret: is oino eēt intrāsmutabilis:
sicut est intellectus substātiaꝝ separataꝝ: ⁊ p̄cipue intelle
ctus cause prime: sed de his in prima phīa erit determinan
dum: aliud aūt in quo loco assimilat̄: q: speciebꝰ nō subijcit̄
sicut subiectum eaꝝ: sed potius formare se hꝫ ad ipsos: sicut
pꝫ ex prius habitis. In his ergo duobus similis est itellectꝰ
loco ⁊ spēs locato: tn̄ itellectus nō est ipsa species in actu sed
in potētia sola qn̄ est possibilis itellectus. ¶ Qm̄ aūt nō sit si
milis ipassibilitas sensui ⁊ itellectui manifestū est ex organis
⁊ sensu fm̄ actū: diximus eniꝫ supra impassibileꝫ eē sensum a
formis sensibilibꝰ: eo ꝙ est circa ipsas sicut forma vna ter
minata ad ea sicut ad qnque mā̄lia: ⁊ simil'r est itellectus cir
ca itelligibilia: formale aūt nō est passibile a mā̄li: ⁊ idō ipassi
bilis est sensus ⁊ ipassibilis est itellectꝰ: verūtn̄ nō simili im
passibilitate: ⁊ hoc ꝯuenit eo ꝙ sensus est virtus in organo:
intellectus aūt nō: ⁊ hoc euidēter ostendit̄ signo qd̄ supra di
ximus: sensus enim post valde sensibile sicut post intēsam ⁊
lucidā albedinē minus sensibile siue minus coloratum sicut
virorē vel aliqd aliud nō pōt videre. Et huiꝰ cā est: q: forma
fortis sensibilis reddita organo tenetur ab ipso aliquādiu: ⁊
tunc sub forma illius primi sensati sentit̄ scđm: ⁊ ideo vidēs
aliquādiu intēsam ⁊ clarā albedinē: ⁊ mox ꝯuertēs se ad vi
rorē videt viride: sicut tectū pāno albo tenui: similiter autēꝫ
de eo est ⁊ eadē de cā qui post magnū sonuꝫ audiuit debilio
rem: ⁊ idō illis qui diu habitarūt in molēdino multaꝝ rotaꝝ:
videt̄ etiā postq̄ȝ inde recedunt nō recedere sonū molēdino
rum in auribꝰ: ⁊ ideo nō facile audiunt suauiter loquentes:
similiter est de his qui hn̄t linguā infectam sapore forti: sicut
amaritudine vel dulcedine mellis: postea alios sapores sen

Secūda demr̄o ducens ad im possibile.

Demr̄o ꝑ cām quid.

Tertia demr̄o quā fac̄ Auerrois. 5. de aīa cōmēto. 19.

Tex. ⁊ cō. 6.

Nō in quo intellectꝰ loco assimilatur.

Tex. ⁊ cō. 7.

tiunt quasi mixtos illi: ⁊ ideo vina nõ sapiunt post gustū mel
lis: ⁊ infirmis oīa amara videntᷓ: hoc aūt nõ est ita mirabile
in gustu sicut in alijs tribus sensib⁹ qui sunt p mediū extrin-
secū: qr gustabile p linguam ꝯiungitᷓ gustui: ⁊ alia sensata con-
tanguntᷓ p spēm suā tñ. Idem aūt est in odorib⁹: sed in itelle
ctu totū est ꝯriū: qr post valde intelligibile: sicut sunt diuina
⁊ principia demōstrationū nõ minus itelligit minus itelligi
bile: sicut sunt ꝯclones: sed ēt magis intelligit ex illo qr valde
intelligibile principiū est ad minus itelligibile: ⁊ hoc esse nõ
posset nisi iõ ꝙ intellectus est virtus nõ organica ⁊ iõ forme
rex māliter nullo modo ꝯiūguntᷓ ei: ꝓpter qð receptio vni⁹
cū simplex sit ⁊ depurata ab esse māli: nõ impedit receptionē
alteri⁹: sensitiuū enī nõ est sine corpore organico: itellectiuū
aūt est separatū. ¶ Cū aūt possibilis intellectus fiat specula
tiuus ⁊ sciat vnūqðqȝ itellectiuū sm actum: tunc talis itelle-
ctus sm actū factus dicitᷓ sciens: fit enim intellectus possibi-
lis ipm intellectū: sicut fit potētia actus qñ ad actū mutatᷓ sȝ
hoc potissimū est in itellectu: eo ꝙ intellectus ⁊ itellectū sunt
idem formaliter sicut pȝ ex dictis: hoc aūt tunc accidit quan
do põt opari p se: ita ꝙ nõ indigeat aliquo motore: ⁊ hoc est
qñ iam hȝ formā: ⁊ hūc itellectū qdā vocant adeptū: ⁊ tunc si
militer est in potētia quodāmõ: sicut dicim⁹ in potentia esse
hñtē habitū: ⁊ nõ ꝯsiderantē q nõ indiget mutari nisi de ocio
ad agere: ⁊ nõ idiget ꝙ recipiat aliqð: ⁊ iõ dissimilis modus
potētie est iste ⁊ ille quo in potētiā esse dicebatᷓ ante addisce-
re vel inuenire. Istis enim duob⁹ modis adipiscitᷓ scientia ꝙ
omne qð qs scit aut discēs aut inueniēs nouit: ⁊ tunc ēt p se
põt itelligere: qr oīs potētia receptiua põt opari qñ reducta
fuerit ad actū: ⁊ tunc ēt itelligit seipm: sicut enī sentim⁹ nos
videre ⁊ audire vna potētia que est sensus: ita intelligimus
nos itelligere eadē potētia que est itellect⁹: in oīb⁹ enim itelli
gibilib⁹ sm actū intellect⁹ itelligit seipsum: qr itelligit ea esse
in seipso: hoc enī est itelligere speculari ea. s. in seipso: qð nõ
esse põt si seipm nõ speculetᷓ ꝓut est subm itelligibiliū: ⁊ intel
lectus illi qui nihil itelligunt extra seipsos illis essentiale est
magis itelligere q̄ hoīb⁹: ⁊ hoc maxime est in itellectu pmo.
Qð aūt hic diximus itellectū esse subm itelligibiliū: non ita
opȝ accipi ꝙ sit vere subm: qr sic ꝯuersio eius in seipm non
eēt vere itelligere: sed est subm formale sicut cõe ⁊ ideterm-
natū subm determinātis ipm: ⁊ iõ diximus supius ꝙ forma
itellect⁹ nõ opatᷓ aliqð in itellectu nisi determinationē: sȝ po
tius ecōtrario itellect⁹ opatᷓ circa formā itellectā discretionē
⁊ iudiciū ⁊ resolutionē ⁊ alias multas opatiões: ob qð ēt pȝ
ꝙ nõ est spēs itelligibilis in itellectu sicut for⁹ in mā: ⁊ in hoc
errauit Auicebrō ⁊ multi alij pcipue latinox errāt in illo.

Q̃o intelligit intellectū subm eē intelligibiliū formarum.

¶ Cap. 16m. Qꝙ vnus intellectus est qui distinguit inter sensi-
bile ⁊ intelligibile.

Sicut aūt diximus supius ꝙ opȝ ꝙ cõparās duo
adinuicē distinguēdo vel cōponēdo sit idē in sen
sibilib⁹ qð est sensus cõis: ita etiā est in itelligibi
lib⁹: comparās enim itelligibile ad sensibile: vel
vnū itelligibile ad alter: ⁊ dicēs ꝙ est alter vel
idē affirmādo vel negādo: opȝ ꝙ non sit duo sed
vnū per rõnē eandē quā idurim⁹ supra ad ꝓbādū ꝙ primuȝ
sensitiuū opans iter sensata est vnū ⁊ idē. ¶ Videm⁹ enī in
intelligibilib⁹ hāc opationē fieri: qñ scimus ꝙ aliud est ma
gnitudo ipsa in vli: ⁊ aliud eē magnitudinis sm māȝ ⁊ in pti
culari apud nām. Silr aūt videm⁹ ꝙ aliud est aqua: ⁊ aliud
aque eē sȝ nāȝ ⁊ pticulare: ⁊ sic est i multis alteris: qr in oīb⁹
his in qb⁹ est cōpō que ex nā cõi forme: ⁊ ex nā mãe particula
ris ⁊ idiuiduātis formā cõez. Sed hoc nõ est in oīb⁹ ꝙ pticu
lare sm ꝙ pticulare nõ hȝ aliud pticulare: nec cõe sm ꝙ cõe
hȝ aliud cõe: aliter enī ꝓcederetᷓ i ifinitū hic: ⁊ iõ in qbusdā
idē est hoc ⁊ eē eius: qr cõe sm ꝙ cõe idē est hoc ⁊ esse suū: qr
nõ hȝ eē nisi cõis: ⁊ silr pticulare in eo ꝙ pticulare ideȝ ē hoc
⁊ eē suū: qr nõ hȝ eē nisi pticularis: sicut vbi gratia idē est hoc
caro ⁊ eē ei⁹: sȝ enim ab hac carne possit extrahi vle: qr aliter
nõ eēt scia de carne: tñ caro hec ⁊ eē huius carnis est ideȝ: ⁊
exēpliū pticularis ⁊ sensibilis ꝯuenientius ponitᷓ in carne q̄ in
alio: qr caro noīat mām vltimā ⁊ ꝓpriā que nullo mõ hȝ cõi-
tatē: qð nõ facit magnitudo que vniuoce est in oī nā: ⁊ ideo
cõe qdē est magnitudo. Silr aūt ⁊ aqua principiū est omniū
cōpositox ex elemētis: ⁊ iõ cõe est: sed caro dicit vltimo mix-
tū qð minime cõitatis hȝ: hāc aūt distinctionē hȝ ponere in-
tellectus ⁊ dicere: qñ ista altera sunt adinuicem alterum. s.
magnitudo ⁊ magnitudinis esse: ⁊ alter aqua ⁊ aque eē: ⁊ al
terum caro in vniuersali ⁊ alter in particulari: ⁊ ꝙ alter est
magnitudo caro ⁊ aqua alter ab vtroqȝ istox p rõnē cõtra-
tis. Dicam⁹ igitᷓ ꝙ vle ⁊ particulare aīs aut alio ⁊ alio: aut
eodē aliter se hñte discernit: ⁊ qdē discernēdo sēsibile p se ⁊
itelligibile p se absqȝ dubio alio ⁊ alio discernit: qñ vnū di-
scernit sensu: ⁊ alter itellectu: ponēdo aūt cōparationē p ꝯue
nientiā ⁊ differētiā iter ea absqȝ dubio eodem vtrūqȝ discer
nit: aliter tñ se hñte: cū enī discernit carnē: cū rõ carnis cōci
piat mām sensibilē: eo ꝙ dicit formā q̄ nõ est nisi in hac mā:
sic sīmuniū cōcipit nasum in sua diffõne ⁊ extra mām illaȝ nõ
dicitᷓ caro nisi equoce: opȝ ꝙ itellect⁹ iuuetᷓ sensitiuo. ¶ Sen
sitiuo enī discernit mixtū calidū ⁊ frigidū humidū ⁊ siccuȝ ⁊
illox rõ qdā ē ꝓportio tēperamēti medians in tactu est ca
ro: caro igitᷓ in rõne sua qua cōcipitᷓ vel intelligitᷓ cōcipit ma
teriā sensibilē extra quā nõ põt intelligi: ⁊ sic carnis intellectū
opȝ esse reflexū ad sensibile qð est anima: ⁊ qð cōcipit rõ car-
nis in se qñ diffinitᷓ caro: ⁊ dicitᷓ ꝙ medians in tactu propor-
tionabiliter cōmixtū ex calido frigido humido ⁊ sicco est ca-
ro: intellect⁹ aūt in eo ꝙ separatū est a tali mā ⁊ nõ ꝯcipit eaȝ
in diffõne sua sicut est itellect⁹ substātie in eo ꝙ suba alio mõ
itelligit: rõnē enim illius itellectiuā accipiēs nõ indiget refle
cti ad sensibile aliqð: ⁊ ideo cū extensa ad sensibile carnis eē
per rõnē diffinitiuā discernit hȝ se sicut circūflexa ad seipsaȝ:
qr primo egreditᷓ a se ad sensibilem mām in qua est esse car-
nis ⁊ regirat in seipsam trahens vniuersalē rõnē ex itellectu
cõi carnis: hoc aūt nõ oportuit eā facere si separatū inuenit p
ꝓpriā rõnem itellectū qð itellexit. ¶ Hȝ aūt nõ sit adeo ma-
gna reflexio in separatis qbusdā sicut est in cōceptis cū mā
sensibili: intellectus tñ in his reflexio est que mathematica
⁊ in abstractiõe sunt sm rõnē. Rectū enī sicut oīs passio ma
thematicox diffinitᷓ ꝙ eē suum sit in subiecto quodā: sicut si-
mitᷓ hoc in hoc: sȝ in hoc est distia: qr sīmuniū est eo ꝙ est na-
sus qð ē pbicū cū mā sensibili cōcepiū rectū aūt ꝯcipit subm
imaginabile: qð est ꝯtinua lōgitudo: rectū igitᷓ nõ intelligitᷓ
nisi in hoc: ⁊ sic opȝ eē reflexionē in suo itellectu: ⁊ ideo quan
docūqȝ itellect⁹ alicui⁹ est alterius qð est eius principium: si
cut caro principiatᷓ a calido ⁊ frigido ⁊ humido ⁊ sicco: ⁊ re-
ctum qð principiatᷓ a ꝯtinuo: sicut oīs ꝓpria passio principia
tur a suo subto: tūc opȝ itellectū primo egredi ad pncipiuȝ: si
ue illud sit sensibile: siue imaginabile: siue ēt itelligibile: ⁊ tūc
reflectitᷓ ad itellectum eius qð itelligit: sicut in itellectu recti
primo venit in cōtinuū habēs principiū mediū ⁊ finē: ⁊ tunc
venit in intellectu recti per hoc ꝙ videt mediū non exire ab
extremis: sic aūt nõ idiget egredi in itellectu magnitudinis:
qñ sȝ aliud habeat esse: ⁊ aliud sit ipsa esse tñ suum qð hȝ in
materia est de itellectu eius: ⁊ ideo in itellectu ipsius nõ egre
ditur itellectus in aliud quoddā. Similiter aūt est de aqua:
qr illa simplex ⁊ primū est: ⁊ nõ hȝ sese pncipians aliquid ad
qð egredi oporteat itellectū quādo accipit naturā aque itelli
gēdo: quādocūqȝ igitᷓ diffinitio dicit qð qd erat eē est aliorū
quorūdā pncipiantiū id qð itelligitᷓ: sicut recti esse est quorū
dā aliox: ⁊ carnis esse est quorūdā aliox: tunc fit q̄daȝ duali-
tas itellectox ⁊ tunc opȝ ꝙ aut altero: aut eodē aliter se ha-
bente talia discernat: ⁊ si ea que principiāt sensibilia sint vel
imaginabilia: tunc per se altero discernuntᷓ: qñ discernūtur
potētia anime sensibilis: qñ aūt cōparantᷓ tūc discernuntᷓ eo-
dem aliter se hñte: qr discernuntᷓ itellectu reflexo ad seipsuȝ
postq̄ fuerat reflexus ad sensibile vel imaginabile: ⁊ vniuer
saliter loquēdo per modū quo res itellecte in suis diffinitio-
nibus sunt separate vel cōcepte cū mā: ita etiā opȝ ꝙ differē-
ter itellectus sit de ipsis: sed aliqñ diuersitas hec est in solis
itelligibilibus: aliqñ iter itellecta ⁊ imaginata: ⁊ aliquādo in
ter itellecta ⁊ sensata: si enim itelligi queruntᷓ passiones diui
ne: sicut itelligētiax ⁊ entis vel substātie: sȝ ꝙ suba erit aliud
esse: ⁊ aliud qð ipsa sunt: qr aliox sunt in qb⁹ hñt esse: ⁊ tamē
ibi itellectus nõ egreditᷓ extra se: sed in suis itelligibilib⁹ re-
girat ab vno in alter: sed separata oino in quox itellectu ni
hil accipitᷓ sicut prima principia itelligit itellectus stans in se
ipso: prima enim cōmunissima pncipia hȝ apud seipm: ⁊ alia
accipit ab imaginatione ⁊ cū ipsa ⁊ alia a sensu ⁊ cum ipso: si
cut pȝ ex iductis exēplis: ⁊ inde est ꝙ cogitatiua indiget itel-
lectus que dicitᷓ sic: qr cogitat pticularia ad eliciendū ea que

Tex.t cõ.8.

Tex.t cõ.9.

Tex.t cõ.10.

Tex.t cõ.11.

Propter qd lassitudo accidit in excogitando.

sunt in ipsa: ⁊ illa nõ est sine ratione: sed ratio in ea egredit ⁊ tuuat sensibilib⁹ potẽtijs: ⁊ iõ lassitudo cõtingit excogitãdo que nunq̃ accideret intellectui si solus staret in seipso: ⁊ non egrederet extra seipm: sicut pz ex iam inductis: omne igitur qd intelligit itellectus possibilis: aut intelligit itelligẽtia simplici: sicut ea que sunt aliud qd ipsa sunt: ⁊ aliud eẽ eoꝝ: ⁊ illius cã est: ꝙ illa intellectũ suũ nulli debẽt: qꝛ sunt prima: siue sint nãlia: siue mathematica: siue diuina: aut itelligit intelligentia circũflexa: sicut ea que idẽ sunt ⁊ eẽ ipsoꝝ: qꝛ itellectuz suũ debẽt alijs: ⁊ hoc tripl'r variaẽ: qꝛ qñqz debẽt intellectuz suũ sensibus: ⁊ qñqz imaginationib⁹: ⁊ qñqz itelligibilibus: ⁊ ideo triplicẽ opz eẽ itellect⁹ egressum ⁊ in seipm reflexionẽ: ⁊ egressus qdẽ vocaẽ extẽsio: reflexio autẽ circũflexio vocaẽ: qꝛ terminaẽ intellectu a quo incipit prima extensio.

Cap. 17^m. Qualiter intellectus est subiectum receptionis ⁊ non transmutationis: ⁊ qualiter intelligit se.

Tex. ⁊ cõ. 12.

Dubitabit aũt fortassis aliqs de determinatis a nobis in pbatis: si enĩ itellect⁹ possibilis est simplex ⁊ ipassibilis: ⁊ nulli hz oĩno aliqd cõe: eo ꝙ ipse nõ est hoc: sicut optie dixit Anax. quõ põt cũ hoc dici ꝙ itelligat aliqd cũ itelligere sit recipe aliqd ⁊ pati aliqd: cũ pbatũ sit ꝙ omnis agẽtis ⁊ patiẽtis est cõe aliqd qd est subm ⁊ mã: p cui⁹ cõitatẽ illud agit ⁊ aliud patiẽ: sicut in p° phicoꝝ est determinatũ: videbiẽ g̃ ꝙ itellect⁹ posis intelligere sit recipe ⁊ pati aliqd: cũ pbatũ sit ꝙ ois agẽtis ⁊ patiẽtis est cõe aliqd qd ẽ subm ⁊ mã p cui⁹ cõitatẽ illud agit ⁊ aliud patiẽ: sicut in p° phicoruz est determinatũ: videbiẽ g̃ ꝙ itellect⁹ possibilis cũ itelligibilib⁹ q̃ agũt in ipm ꝯueniat in subito: ⁊ sic hz aliqd cõe cũ entibus q̃ itelligit: ⁊ sic falsuz est qd dicit Anaxa.

Tex. ⁊ cõ. 13.

Anteq̃ aũt istaz soluam⁹ dubitationẽ aliã mouebim⁹. queram⁹ igiẽ si ipse possibilis itellect⁹ est vnũ de numero itelligibiliũ: aut non: ⁊ nõ põt dici ꝙ nõ sit vnũ de itelligibilib⁹: qꝛ supra ostẽsuz est ꝙ itelligit se: ⁊ iõ est po^a separata. Si aũt itelligit se aut itelligit alia sicut seipm: aut itelligit se sicut alia itelligibilia: opz eniz dare istoꝝ alteꝝ: qꝛ oẽ itelligibile in eo ꝙ est itelligibile ẽ spe itelligibilitatis vnũ ⁊ idẽ: sicut oẽ visibile ẽ idẽ cũ alia specie qua visibile ẽ: si aũt dicaẽ ꝙ itelligit alia sicut seipz: ꝯstat aũt ex his oĩb⁹ q̃ supius iducta sũt: ꝙ ipse itelligit se sicut actu separatũ a mã ⁊ a mãe appẽditijs: igiẽ ⁊ alia sic separata itelligit: g̃ forme separe sz actũ isunt reb⁹: forme aũt sepate pn^a sunt intellect⁹: ⁊ nõ eẽ mãe: ergo pn^a itellect⁹ isunt reb⁹ sz cũ nã nõ deficiat i necessarijs: cuipiã isunt pn^a res itelligẽdi: illi inest virtus itelligẽdi: g̃ itellect⁹ inest oĩb⁹ reb⁹: hoc aũt videm⁹ fore falsuz: g̃ nõ põt dici ꝙ itelligat alia sicut seipm. Si aũt ecõuerso dicaẽ ꝙ itelligit se sicut alia: alia aũt itelligit actu mixta cuz mã: ⁊ sepat a mã ⁊ indiuiduãtib⁹: ergo ⁊ itelligit se mixtum cũ mã: ⁊ sepabit se ab ipsa ⁊ idiuiduãtib⁹ ergo ipse est mixt⁹ mãe: ⁊ patiẽ p cõmunicationẽ mãe cũ reb⁹ q̃ agũt in ipz: ⁊ sic falsitez videẽ qd dixit Anaxa. ⁊ totũ qd supi⁹ iductũ ẽ.

Tex. ⁊ cõ. 14.

Dicem⁹ aũt soluẽdo primã qõnẽ: ꝙ pati pbicũ qd est cuz motu: semp est sm cõe aliqd agẽti ⁊ patiẽti qd est subm: vñ ⁊ prius diximus qm itellect⁹ nõ est simpl'r po^a passiua itelligibiliũ sed quodãmõ est po^a: est eniz po^a receptiua tñ: ⁊ nõ ppie passiua: est eniz po^a itelligibilia: ⁊ anteq̃ itelligat nihil est oĩno intelligibiliũ nisi priusq̃ itelligit actu ea: qd qualiter sit opz ad memoriã reuocare q̃ dicta sunt in fine primi phicoꝝ.

Po^a passiua est duplex.

Ex his enim itelligiẽ ꝙ duplex est po^a passiua: q̃dã enim ex sua potẽtialitate nõ est nisi subm ⁊ cã receptionis simplicis: q̃dã aũt ex sua potẽtialitate est cã ⁊ subm: ⁊ receptionis ⁊ transmutationis: po^a enim mãe q̃ vna est ꝯtrarioꝝ est subm ⁊ cã receptionis ⁊ trãsmutatiõis: pp duo enim est subm trãsmutationis: ⁊ pp vnũ tñ est ipsa subm receptionis: qꝛ eniz ꝯtrariũ inest sibi: opz hoc abijci p trãsmutationez: ⁊ qꝛ ichoatio forme inest ei ante pfectionẽ sm actũ: opz illã ichoationẽ pcedere ad actuz p trãsmutationẽ q̃ est forma post formaz: ⁊ eo ꝙ ꝯtinue fiat po^a et^a in actũ. His enim duabus de causis opz ipsam mãm primã tpe subijci trãsmutatiõi q̃ receptioni.

Nõ diffã iter potentiã passiuã prime mãe ⁊ itellect⁹ possibilis.

Receptiõi eniz subijciẽ p id ꝙ receptio est finis trãsmutatiõis: ⁊ iõ receptio est in idiuisibili tpis: ⁊ trãsmutatio in tpe: hec aũt oĩa manifeste pbata sunt in phicis. Sed po^a cui nõ inest ꝯtriũ: nec inchoatio receptibilis: illa nõ põt eẽ subm mot⁹ sed erit subm receptionis simplicis: ⁊ illi⁹ exẽplar est qd tñ nõ p oĩa sitẽ est tabula rasa ⁊ planata ⁊ polita: in qua scriptura nec sm actuz est: nec ꝯtriũ scripture: nec ichoatio scripture p dispõnem mediã iter actũ ⁊ po^am: q̃ p motũ educaẽ in actũ. sed tñ est sufficiẽter pparata ad recipiẽdã scripturã: ⁊ iõ recipit eã sine motu: ⁊ nihil abijciẽ a tabula: nec aliqd illi impfectũ pcedit in actũ: sed quãlibet litterã recipit vt actũ sine motu adeptũ ad quẽ nõ est in po^a: nisi receptiua solũ ⁊ sic opz accipere de itellectu possibili ꝙ sit in potẽtia receptiua tñ cui intelligibilia prima actu nõ insunt: nec p dispõnẽ mediã iter actũ ⁊ potẽtiã insunt ei: ꝙ tũc oporteret eũ eẽ mãlẽ ⁊ trãsmutabilẽ ad actũ: sed tñ hz recipe ea ⁊ meliori mõ q̃ tabula: qꝛ supra diximus ꝙ ipse est quodãmõ formalis ad ea: qd nõ tabula circa scripturã est: ⁊ est opatiu⁹ circa itelligibilia: qd iteꝝ tabula min⁹ facit circa scripturã: tñ tabula exẽplũ ꝯuenientius est qd in reb⁹ corporalib⁹ poterat iueniri ad icorporeaꝝ reꝝ potẽtiã demõstrãdã.

Nota contra Alexãdrum.

Opz aũt hic cauere Alex. errorẽ. Jlle eniz dicit ꝙ itellect⁹ possibilis nõ hz silitudinẽ cũ tabula: sz cũ pparatiõe ⁊ rasura ⁊ politiõe tabule: ⁊ cã pp quã hoc dicit est: qꝛ dixit intellectũ potẽm eẽ formã corporis: sicut supius diximus. nos aũt dicim⁹ itellectũ eẽ vnã rẽ pfectã i entib⁹ ⁊ icorporeã: ⁊ iõ dicimus intellectũ esse sicut tabulã: ⁊ potẽtialitatẽ eius sicut rasurã ⁊ pparationẽ. Sic igiẽ cũ sit receptibilis intellectus sine passione ⁊ motu suscipit ⁊ sine tpe qdlibet itelligibile: ⁊ ideo indiget agẽte duplici. s. qd ꝯferat formã mouẽti ⁊ mouẽte: intellectus enim agẽs ꝯfert formã itellectualitatis ⁊ itelligibili ⁊ possibili intellectui: sicut vnũ lumẽ ⁊ pficit diaphanuz: ⁊ facit actu esse colorẽ: sed itelligibile mouet ipm distinguendo eũ: sicut color visum ⁊ hoc simile est: sicut si diceremus ꝙ littere scriberẽt seipsas in tabula: talis aũt potẽtia receptiua soli ꝯuenit itellectui possibili: ita ꝙ non sensui qm quedã mãles dispões ad sensibile recipiẽdũ pcedunt in sensu: sicut calor vel frigus vel hmõi aliqd: in itellectu aũt oĩno nihil pcedit: sed pure receptibilitati acquiriẽ receptũ sm actũ: ⁊ in istum sensum ꝯcordant nobiscũ Auerrois: Themistius: ⁊ Theophrastus: ⁊ Nicolaus pipatheticus. Et p istud nunc pfecte pz qualiter distinguiẽ itellectus possibilis a mã prima: ⁊ ꝙ passio ⁊ receptio ⁊ potẽtia: ⁊ oĩa talia equoce dicunẽ de itellectu possibili: ⁊ alijs potẽtijs receptiuis.

Tex. ⁊ cõ. 15.

His aũt sic determinatis soluemus questionẽ secundã: dicẽtes ꝙ ipse itellectus per intẽtionẽ suã est itelligibilis: sicut ⁊ alia intellecta: sed est differẽtia: qꝛ iõ itellect⁹ est intẽtio p quã intelligiẽ: nõ aũt est intẽtio qua itelligiẽ alia res qꝛ ipse est itellect⁹ ⁊ nõ lapis vel alia res: nihil enim oĩno itelligi põt nisi p suã vsem ⁊ formalem intẽtionẽ: nec opz ob hoc dicere ꝙ intellect⁹ nõ sit intellectus qꝛ itelligit se anteq̃ itelligat nihil est itelligibiliũ: sz puraz ⁊ simplicẽ hz ad talia potẽtiã receptiuã qꝛ cũ itelligit ipse est separat⁹: ⁊ sua intẽtio per quã itelligit se esse separata intentio: que aũt sic separata in itellectu sunt ⁊ sine mã in talibus idem est itellect⁹ ⁊ qd itelligiẽ. Scientia nãqz speculatiua sui ⁊ qd speculatũ est idẽ est oĩno qꝛ cũ sit separat⁹ sibiipsi psens est p intẽtionẽ: ⁊ iõ abstractiõe nõ indiget. Si aũt in alijs sic' oĩno esset tũc semp eẽt idẽ sciẽtia ⁊ res scita ⁊ hoc est impoẽ.

Tex. ⁊ cõ. 16.

Sed ad hãc questionẽ plene soluẽdã opz querere q̃re itellectus nõ semp itelligit sm actũ alia itelligibilia: ⁊ seipsum si enim deẽ ꝙ omne qd itelligiẽ: intelligiẽ p itẽtionẽ a se abstractam: tunc opz ꝙ itellectus seipm intelligat per hmõi abstractionẽ: abstractũ aũt nõ recipiẽ in eo a quo abstrahiẽ: sed in alio quodã: ergo si se sic itelligit itellect⁹ possibilis ipse ad intelligendũ se indiget aliquo alio itellectu recipiẽte suã intentionẽ: ⁊ hoc abibit in infinitũ: si itelligit se ⁊ alia nõ p abstractionẽ: tunc alijs inerit intellect⁹ speculatiuus: ⁊ sic alia erit intelligẽtia sicut pz per supra inductã rõnẽ. cũ igitur vtrunqz istoꝝ sit impossibile opz dici ꝙ intellectus intelligit se ⁊ sicut alia ⁊ nõ sicut alia: sicut alia qdẽ: qm intelligit se p intẽtionẽ suã ⁊ sic intelligit alia: nõ aũt sicut se alia intelligit qm ipse se nõ abstrahẽdo itelligit cũ sit separatus: alia aũt itelligit separando ⁊ abstrahẽdo sicut in premissis dictuz est: ⁊ qꝛ illa que abstrahit ante abstractionẽ sunt in potẽtia itelligibilia: ideo nõ semp psẽtia sunt in aĩa ⁊ iõ intellectus nõ semp est de illis ꝙ intellectus nõ est taliũ intellectoꝝ nisi qm sunt sine mã non aũt semp sunt sine mã: illi aũt intellectui. s. possibili conuenit semp intelligibile esse eo ꝙ semper denudatus est ⁊ presens sibi: ⁊ qꝛ imaterialis est hz intelligere seipsum: sic ergo pfecte satisfactum est de questionibus duabus.

Cap. 18^m. De nã itellect⁹ agẽtis ⁊ qualiter aĩa est cõposita.

Quoniam

Tex. 2 cō. 17.

Uoniā aūt in omni genere entiū fm nāz in q̄bus est aliqd sicut mā opȝ eē aliqd aliud in q̄libet genere qm̄ mā est potentia oīa illa que sunt generis illius spēs: ⁊ illud nō pōt per seipm̄ fieri actus de potētia: ⁊ ideo alterū necesse est eē in eodē genere qd̄ sit pncipale ⁊ efficiēs q̄ oīa fac̄ que sunt in eo vel fiūt in eo qd̄ est potētia oīa illa que sunt in gn̄e suo: ⁊ hoc qdē in phabitis planū est ex oīb⁹ que in physica diximus: ī sensib⁹ ēt pȝ qm̄ potētia color nō fit actu color nisi ab aliq̄ agente: hoc aūt in oīb⁹ est: in semine enim ordinante nā agēs qd̄ est formās ad spēm ⁊ id qd̄ format ad spēm posuit in mā seminis. Silr̄ est in oīb⁹: plura eni ad spēm vnaꝫ formata necesse est q̄ hēant agēs vnicū qd̄ formet ea ad speciē illā: est aūt oīuꝫ intelligibiliū fm q̄ intelligibilia sūt sic est etiā oīuꝫ visibiliū fm q̄ visibilia sunt spēs vna qua visibilia sūt: opȝ igit̄ q̄ ipsoꝝ sit agēs vnū ad spēm illā formādā ī eis: hoc aūt agēs duo facit in oīb⁹ in qb⁹ est q̄rū pmū est q̄ de se facit formas inductas ⁊ quo ad hoc est sile arti factiue que nō accipit formas artificiatoꝝ aliūde: sȝ faciat eas de se ⁊ inducit eas in mām: sȝ in aīa nō est nisi facere formas intelligibiles fm q̄ intelligibiles sūt: ⁊ cōpositio eaꝝ nō est in aīa ad res sȝ potius ad intellectū possibilē: ⁊ quo ad hoc itellectus agēs in aīa assilat̄ arti ⁊ intells̄ possibilis assilat̄ māe: sed q̄ forma intelligibilis put cōparat̄ ad aliud cui⁹ est forma ī formādo mouet ⁊ distinguit intellectū possibilē ⁊ nō mouet nisi put in actu est. Nō aūt de se in actu est sȝ in potētia: idō ēt itellect⁹ agens cōparat̄ lumini qui potētia colores facit actu colores qui sȝ actū lucidi mouēt visuꝫ: ⁊ quo ad hoc itells̄ possibilis aīe agēs assilat̄ visui vel lumini: hec eni duo est necesse q̄ sint in omni eo qd̄ est agēs vlr̄ ꝯferēs vñ moueat actuꝫ ab ipso: agēs eni facit formas ⁊ cū facit eas p suas intētiōes: tūc est factū pu⁹ formaꝝ sic ars ⁊ cū dat eis vñ moueāt tunc est faciēs: sic lux facit colores: ⁊ p hūc modū in aīa rōnali necesse est eē has diías.

Tex. 2 cō. 18.

¶ Ita q̄ vnus intells̄ sit in ea in q̄ aīa facit itellecta qui formatr̄ ⁊ distinguitr̄ ab intellectis: ⁊ ali⁹ sit quo oīa itellecta facit ⁊ cōfert eis formas vñ mouē possint intellectū possibilē ⁊ ille est nō qdē habit⁹ q̄ sit accñs q̄ nō ē pe aīe: sȝ hȝ silitudinem habit⁹ in hoc q̄ p ipȝ agit aīa qñ vult ⁊ nō īdiget aliquo ad hoc extriseco pficiēte vl̄ opante: ⁊ sic habitus de se faciēs formas separatas intelligibiles: que put sunt intelligibiles nō hūt de se forme eē put sunt in reb⁹ q̄rū sunt forme: ⁊ est sicut lumē: lumē eni fm quēdā modū eē formalis coloꝝ facit potētia colores eē actu colores sic diximus supra: ⁊ sic ille intells̄ potētia intelligibilia facit actu itelligibilia p hoc q̄ separet ea a mā: ⁊ a ꝯditionib⁹ māe resplēdendo sup ea: sicut lumē resplēdēdo sup colores facit eos resultare in lucido.

Tex. 2 cō. 19.

prime: sed sunt post ipsum: & ideo non diuidunt & multipli- cant ipm: & per hoc cōstat prima pars quarte ppositionis. ¶ Scđa aūt p hoc q̄ omne qđ est ab vno simplici vniuersū est & collectiuū & cōprehēsiuū eoꝝ que sunt sub ipso: qꝛ ipm cōprehēdit oīa illa: & sic cōstat vtraq; pars quarte ppositio- nis. ¶ Quinta aūt cōstat per hoc q̄ nihil largitur aliqđ nisi prehabeat & cōtineat illud virtute ad minus q̄a aliter non posset largi ipm. ¶ Sexta & vltima constat per hoc q̄ extra vel preter esse est nihil esse: qꝛ omne qđ est per hoc est qđ ali quid esse habet. Cōstat aūt iam per antedicta q̄ omne esse luminis simplicis est cause prime: & sic q̄ preter illud est ni- hil est oīno: pcedit ergo sic: omne esse existentiū oīum est lu- minis cause p̄me qđ est vnū in se nō multiplicatū per aliqđ signoꝝ: ergo omne eē vniuscuiusq; rei est simplex: vnde nō multiplicatū: omne qđ est simplex vnū est nō multiplicatuꝫ: qꝛ ad multiplicationē esse sequiť multiplicatio eius qđ est: qꝛ vnum eē est vnius rei substātialiter. ¶ Adhuc qđ preter esse est nihil est: sed qđ p̄ter esse vnū simplex est p̄ter esse est: ergo qđ preter eē vnū simplex est oīno nō est: & nihil est: hec igiť positio est Parmenidis: & qꝛ omne qđ terminať p for- mam finitū est: iđ dixit oīa esse vnū finitum: qꝛ v̄o extra esse nullus motus est: & extra eē est: qđ est extra vnius simplicis primi esse: iđ dixit vnū esse oīa finituꝫ & imobile: & pꝫ q̄ hoc qđ dixit nō enunciauit absq; phīca & magna rōne: peccauit aūt in hoc: q̄ posuit primū per scđa nō multiplicari: cū eniꝫ sint scđa subiecta ipsius primi cōstat q̄ prima per esse mul- tiplicanť in ipsis: & sic multa fiunt in genere & specie & nume ro: & vnioquis vniunť secūda in primis est vnio fm rationē principij vnientis principiata: & hec est vnio pportionis si ue analogie & nō vnitas fm esse alicuius subē. ¶ Attende aūt q̄ Auerrois dicit peccasse Parmenidez in hoc q̄ illud vnū qđ est oīa putabat eē vnitatē que est discrete q̄titatis principiū que est numerus: & hoc ego nō puto: qꝛ parꝫ exper ti in phīa sciunt hoc vnuꝫ qđ conuertiť cū ente & in genere nō est vnū qđ p̄n^m numeri est nō esse: sed potius ita itelligen dum est sicut diximus de positione & peccato ipsius.

Ista pō Commēta. bñ cū 3 Auic. 4. meta.cō.3.&.10. meta.cō.10. Sꝫ vbi Parmenidi hoc i ponat nō memini me legisse.

¶ Cap.ii^m. Quid in summa colligiť ex oībus opinionib⁹ & questionib⁹ inductis tam Epicureoꝝ q̄ Stoicoꝝ: & hoc est q̄ non ponit alia preter predictas causas.

1.metaph.tex. cō.primi.

Habitis aūt hijs ex oībus dictis phīs cōceden tib⁹ idem & sapiētibus per rōnē vniuscuiusq; positiōis sue accipimus ea que a principio di- ximus. A p̄mis eniꝫ epicureis phīs accipim⁹ quid principiū existentiū & formaꝝ esse corpo reum: aqua nāq; & ignis & hijs similia sūt cor- pora & talia pro principijs eē posuerūt sed differēter: quia a quibusdā eoꝝ accipimus q̄ p̄n^m existentiū & subꝫ sit vnū. Ab alijs v̄o accipimus q̄ sint plura: sꝫ tñ corporea p̄ncipia vtrisq; tñ tam dicētib⁹ q̄ vnū q̄ dicētib⁹ q̄ plura sint corpo rea principia nō ponētib⁹ ea in aliam spēm causalitatis nisi in spēm materie. A quibusdā v̄o eoꝝdeꝫ epicureoꝝ accipi mus q̄ ponunt istam cām quā diximus eē materialē & cam eā quā vocamus vnde motus siue mouentē & efficientē: vel accipiamus iterū illā que est vñ motus a qbusdā epicureis positā eē vnā simplicē sicut ab Hesiodo q nō ponit nisi amo rem deoꝝ mouentē. ¶ Ab alijs v̄o eiusdē secte phīs ponen tibus cam duas accipimus duo eē mouētia sicut Empe. di xit mouere liteꝫ & amicitiam: oēs tñ epicurei alij ab italicis absq; italicis obscurius dixerunt de causis hijs & precipue de mouēte causa. Italici enim Anaxagoras & Hermonius & Empe. fuerūt & illi distictius aut itellectū agētē vt Anax. & Hermōius: aut duo mouētia posuerūt vt Empe. & tamē oēs isti vt diximus tñ dictis causis vnde sunt materiali. s. & vnde motus & haꝝ alterā. s. qua est vnde motus qdā eoꝝ dixerūt esse vnū: qdā aūt duas. Pitagorici v̄o a qb⁹ secta incepit stoicoꝝ duo principia dixerūt fm eundē modū cau- sarū materialis. s. & formalis. Quos modos superius inter causas enumerauimus: sed addiderūt vnū in pōne sua qđ istoꝝ est ppriū. ¶ Dixerūt eniq; finitū & ifinitū & que posue runt vnitatē esse principia tam existentiū q̄ factorū nō sunt alie quidē nature corporū qbus ista insint vt passiones sub iectis: sicut si diceremus q̄ finitū & infinitū & vnū esset ignis finitus vel ifinitus vel vnus: vel terra finita vel infinita vel vna: vel aliud tale corpus: sed ipsaꝫ finitū vel infinitū & ipm

Tex.cō.2.

vnū que sunt finitas vel ifinitas: & vnitas dixerūt hoꝝ esse subam de quib⁹ predicātur sicut principia de principiatis. Hoꝝ aūt oīum rōnem nos supius assignauimus in capto vbi Pitagoricoꝝ assignauimus rōnem: & ideo numerū di- xerunt formalē esse subam oīum per modum quē superius declarauimus. De his igiť causis fm hūc quē diximus mo dum enūciauerūt. Inceperūt aūt isti Pitagorici vnū dice- re & diffinire de ipso quid est sine reꝝ quidditate: sed valde simplr & sine arte tractauerūt supficialiter: & nō per substan tialia res diffinierūt: & cū p̄mū inest hoc qđ dicit rei termi- nus hoc putauerūt esse subam rei siue quidditatē. Dicen- tes enim formā nō eē principiū in eo q̄ forma est: sed in eo q̄ est vnitas: & mām nō esse principiū in eo q̄ mā: sed in eo q̄ duo: dixerūt per prius cōuenire terminū esse vnitati & bi nario q̄ forme & materie: & iđ numerū substātialē terminuꝫ & principiū dixerūt esse oīum tam existentiū q̄ factoꝝ: & hoc est simile: ac si aliquis dicat q̄ idem est dupla res & duali- tas siue binarius: & q̄ esse omnis dupli est eē binarij: eo q̄ primo binario cōtingit esse dupliū ad vnuꝫ: sed fortasse hoc nō semp est veꝝ: si eniꝫ in discretis accipiať est veꝝ: sed in alijs cōtingit: q̄ idē nō est eē dupli qđ binarij: qꝛ vni & eidē rei accidit aliqñ aliqua duplicitas potētie & actus vel alte- rius: cui⁹ tñ esse nō est esse binarij & discreti: & si deť opposi- tū sequiť q̄ multa erunt vnū solū: qꝛ binari⁹ vel ternarius vel alius numerus in multitudine discreta consistens erit vna sola res: qꝛ diffinitū terminatū ex actu & potētia ex oī- bus diffinientib⁹ est vnū solū: & hoc incōueniēs sequiť eis ge neraliter ad dictū Pitagoricoꝝ: & est incōueniēs magnuꝫ: qꝛ multa in numero & in discretiōe cōsistūt: & simplr sūt mul ta & nullo mō vnū formaliter. Quidditas aūt rei simplr est vnū & non multa: sicut pbabiť in. 7. libro scie huius. ¶ De priorib⁹ enim phīs epicureis & alijs stoicis sequētibus tot causas quot diximus est accipere & nō plures: & patet q̄ nul lam nouā causam addunt superius dictis a nobis.

Tex.cō.4.

¶ Cap.iii^m. De causa positiōis Platonis & modo quo col- legit eam ex Heraclito & Socrate philosophis: & qualiter posuit ideas: & quid ideas esse dixit: & qualiter vnaꝫ: & qua liter plures dixit esse ideas.

Post oēs aūt dictas phīas & diligēter ispectas ipsaꝝ causas in oīb⁹ phabitis supuenit Pla- tonis in phīa negociū siue studiuꝫ: & in multis quidē sequebať Pitagoricos: aliqua tñ pau- ciora hñs ppria que inuenit preter Italicoꝝ de phīcis phīam: cū eniꝫ cōsuetudo facile inducat ad opinādū: & qđ cōsuetū ē de difficili sit moueri: Plato cō suetus audire illud qđ cōueniēs videbať cuidam phō noīe Cirello & opinionib⁹ Heracliti ephesini phī cōuenit cū eis in opinionib⁹ qbusdā. Dicebāt aūt de sensibilib⁹ pticulari bus nullā posse esse sciaꝫ eo q̄ cōtinue defluāt & nunq̄ pma neant in eodē statu. Agentib⁹ eniꝫ qualitatib⁹ sensibilib⁹ & patiētib⁹ abinuicē oportere dixerūt fieri abiectionē ɔtinuā in subiecto & renouationē: & iđ esse qđ est forme pprietas & effectus nō stat in talib⁹: sed fluit cōtinue & forma que inest materie similr. ¶ Qđ aūt fluit nō est vna forma: sed forma post formā: & semp habet pmixtū esse cū nō esse & potētiā cū actu: & ideo cū omne nomē imponať ab vna aliqua forma: dixerunt isti q̄ res tales noīa rem eoꝝ significātia habere nō possunt: & si habēt dixerunt illi q̄ infinita significant: eo q̄ in quolibet fieri sunt infinita facta: sicut ostēdimus in. 6. physicoꝝ: & ideo vlterius inualerunt de quolibet simul affir mare & negare: & isti plurimos auerterunt a studio phīe na turalis: eo q̄ desperauerunt de scientia naturalium: & ideo di cta istorum Plato posterius veniēs suscipit ita esse: & ideo Porphyrius dicit q̄ descēdentes a generalissimis vsq; ad specialissima iubet Plato quiescere: eo q̄ eē indiuidui in- diuisibile sit & terminarj propter sui esse transmutationem non possit: & ideo de ipso non possit fieri disciplina: hec igi- tur ita suscepit Plato a Cirello & Heracliti positionibus. Ab alia aūt parte Socrate de Macedonia doctore suo: & precipue circa Stoicos in id circa moralia tñ studēte & ne- gociante & de phīa naturali nō se intromittente: lꝫ de omni bus scientijs plenus extiterit: in moralibus ipse Socrates quesiuit vniuersale p qđ diffinitio sit & qđ est p̄ncipiū artis & sciētie: & ipse Socrates querēs vlē primus fuit qui insti-

Tex.cō.5.

Tex.cō.6.

tit ad

tit ad sniam veritatis de dāda diffinitiōe per vniu'lia: in q̄ tm̄ qd est ⁊ pp qd est diceret: ⁊ illū ēt q̄ ad hec recepit Plato pp huiusmodi vniu'liuȝ inq̄sitionē: q̄si etiā de alijs q̄ȝ de moralib' que sunt physica hoc idē sit euidēs ⁊ nō ꝯueniēs sit hoc alicui sensibiliū eē ꝙ illa sunt ꝯtinue defluētia. Impossibile nāqȝ esse dixit eādem rōnē diffinitiuā de aliquo sensibiliū: eo ꝙ semp trāsmutent. Sic itaqȝ tali necessitate cōpulsus talia cōiter diffinientia qd ⁊ ꝓpter qd dicētia appellauit existētiū ideas ⁊ spēs: idea enim grece latine est forma vel spēs. Sensualia vō p̄ticularia dixit oīa dici de noīb' suam nām significantibus: sicut Soz. dicit hō: ⁊ Brunellus dicit asinus. ꝓpterea aūt idee vocant inq̄ntuȝ cāe sunt: sed spēs inq̄ntū sunt forme ⁊ sm̄ ea inq̄ntū sunt forme quid est esse rerum significātes: dixit .n. ꝙ a spēb' idealib' multa sunt ⁊ fiunt de rōne vniuocoꝝ: oīa scȝ que ad vnaȝ eādem idealem spēm hñt respectū vnū: ⁊ hoc dicit fieri sm̄ participationeȝ idee vnius a multis. Plato .n. mutauit nomē dcm̄ Pitagoricū in participationē. Pitagorici nāqȝ dicunt ꝙ existia physica sūt numeroꝝ p̄moꝝ mathematicoꝝ imitatio in res physicas: sicut patet per antedicta: ⁊ nō posuerūt p̄ticipationē: sed poti' totū numerū sm̄ eē imitari ⁊ fieri physicas res ex qbus sunt sensibilia. Plato vō q2 dixit ideas esse perpetuas dixit nō imitari in physica sed p̄ticipari: sicut id qd est corruptibile ⁊ particulare p̄ticipat incorruptibile ⁊ vniu'le. Nomē q̄ sine appellationē trāsmutauit p̄ticipationē vocās hoc ꝙ imitationē illi vocauerūt: q2 ēt illi nūeros p̄mos dixerant esse ꝑpetuos ⁊ vles virtute lȝ de vniuersali sub rōne vlis nō fecerūt aliq̄ȝ ꝯsiderationē. In cōi aūt tam Pitagorici q̄ȝ Platonici dimiserūt: ⁊ neglexerūt q̄rere si sit spēruȝ aliq̄ imitatio vel participatio: ⁊ si sit q̄ sit illa: sed tm̄ supposuerūt hmōi esse spēȝ participationē siue imitationē q̄lē diximus. Plato .n. dixit sementē oīs nāe facere deuȝ deoꝝ: ⁊ tradere eā dijs iferiorib' ad perexequēdū in reb' physicis. Hoc aūt dicebat fieri per lumē cause p̄me sicut diximus in opiōne Parmenidis: ⁊ hoc lumen dixit esse oīs nāe sementem: eo ꝙ sm̄ suā virtutē efficit oē qd sit. Lumen aūt illud hȝ se ad physica sicut forma artis ad mām: ⁊ sicut lux ad eē ⁊ subām coloꝝ: ⁊ sicut formatiua que est in semine aialiū et p̄cipue hoīs se hȝ ad figuras ⁊ spēs mēbroꝝ: forma .n. artis nō inducit in mām nisi applicet virtuti manuuȝ artificis ⁊ virtuti securis ⁊ ꝑpendicularis: ⁊ oium symetrarū ⁊ oium instrumētoꝝ per que deducit a mēte siue itellectu practico artificis in mām: ⁊ oīa in que deducit ⁊ quoꝝ virtutib' applicat determināt ipsam ⁊ informant ex ipsa: ⁊ per hoc qdē ꝙ determināt eā ⁊ coaptāt eā p̄ticularitate māe: ⁊ q2 informant ex ipsa idō agunt ad esse qd est act' ipsius solius: ⁊ nō alicui' coꝝ qbus applicat. Domus enīȝ nō est act' securis vel perpendiculi formaliter loquēdo: sed est act' formalis forme artis domificādi que est in aīa architecti. Similiter aūt lux se hȝ ad colores: eo ꝙ sicut diximus oium coloꝝ lux est vna ⁊ simplex hypostasis: applicata tm̄ sup̄ficiei clare in qua plene diffundi pōt ꝓpter multū ꝑspicuū terminatū qd est in ea albedinē ꝓducit: applicata aūt siue diffusa in sup̄ficie vni' de ꝑspicuo terminato habente magis impedit diffusio: ⁊ erit pallor: ⁊ applicata ei in qua est ꝑspicuū aqueum ꝓducit virorē clarioreȝ vel minus claꝝ: ⁊ sic est de alijs sm̄ ꝙ ꝑspicuū aqueū est clari' coloꝝ generibus: ita ꝙ in oībus lux coloꝝ exns hypostasis determinat ⁊ ꝓprium generans hui' vel illius efficit: ⁊ in oīb' forma ad quā color cōstituit nō est nisi lucis vel luminis forma: ꝓpter qd etiā oībus colormotiu' visus est sm̄ actū siue lucidi effectū siue formam lucidi que lux vel lumē est vt in .2. de aīa a nobis determinatū est. Eodē mō formatiua que est in semine p̄mo in corde se ponēs: vna quidē est sm̄ subam ⁊ formā ⁊ subali operatione formā suā que vite forma est coicans accipit spirituȝ instrumētū per quē sicut sue virtutis vectorē cūcta distincte ꝓducit: in se enī vna existens ⁊ per spiritū applicata ⁊ infusa spiritib' ⁊ humiditatib' ⁊ calorib' ⁊ locis ⁊ cōplexionibus membroꝝ ex vnoquoqȝ istoꝝ distincte ꝓducit hoc mēbrum qd est cerebrū: vel hoc qd est epar: vel hoc qd est oculus: vel pes vel manus: q2 tm̄ oīa quibus miscet formāt vel continet ad formā suā que est vite hoīs vel alteri': idō oīs illa mēbroꝝ diuersitas ꝯcorditer est ad vite operationē: ⁊ figura ad opus hoīs vel alterius a quo vtus formatiua descendit in semē: ⁊ nisi esset vnū sic oium diuersitatē operantiū ꝯtinens ⁊ informās: tūc qd ꝓducit esset ꝯfusuȝ: q2 calor ignis vnū ⁊ virtus celi aliud ⁊ virt' humidi iterū aliud: et vnūqdqȝ similr aliud ⁊ aliud ꝓduceret: ꝓpter qd etiam ex dicto Parmenidis dicētis ꝙ p̄mū formās nō distinguit ex secūdis qbus adiūgit sequebat in toto nō eē diuam partiū ꝓpter quā cām illā dubitationē mouit Aristo. in p̄io phy. vbi tractat Parmenidis pōnē: sed Plato melius ista declarās dicit p̄mū misceri cū secūdis: ⁊ idō pres quodāmō idē esse cū toto ⁊ quodāmō esse diuersas: sicut in p̄mo nostroꝝ physicoꝝ determinauim': sic igit Plo paterni itellect' lumē ei' qui est pater oium vna ⁊ simplex est idea vtute qdeȝ ⁊ qualitate vniu'lis: ⁊ idō in seipsa p̄habēs vtualiter oēs oium formas excellētiori esse q̄ȝ sint in seipsis: q2 in intellectu paterno sunt lux ⁊ vita ipsi' operantis itellectus: ⁊ hec idea procedens ex ipso ꝯiungit luminib' oiuȝ motoꝝ orbiū ⁊ motuū toti' orbis: ⁊ miscet cū ipsis ⁊ ipsi desiderāt eā sicut formantem lumina sua ꝓpria: ⁊ mot' ꝓcessus eius est ꝙ mixta lumini p̄mi motoris sic determinata procedit in 2m: ⁊ ex illo determinata ꝓcedit in 3m: ⁊ sic ꝓcedit in oēs: oēs iformās ⁊ ab oīb' accipiēs determinationē: ⁊ hoc est sementē p̄mum virtute multiplicabilē deū deoꝝ facere: ⁊ dijs inferioribus tradere: ipsisqȝ p̄cipit vt exequant eū per infusioneȝ eius in virtutē celestiū corpoꝝ per oēm periodi mēsurā in oīb' luminariū applicationib' ⁊ ꝯuentionib' ⁊ radiationib' trigonis ⁊ exagonis ⁊ tetragonis tā accedēdo q̄ȝ recedēdo sumptis: ⁊ vt vniu'sr dicat in oīb' periodi p̄tib' ⁊ vtutibus planetaꝝ ⁊ aplanes motuū in circulo ꝑfectoꝝ: ⁊ tūc efficit plus a plurib' determinata: ⁊ plura informās ⁊ sic infundit elemētoꝝ virtutib': ⁊ in illis simplr determinata iformat oīa ⁊ infundit p̄ticulari generāti ⁊ māe p̄ticulariter q̄ntatis: ⁊ ex oīb' virtutib' illius illa iterū determinata ⁊ informans est efficit tunc huic vel illi māe ꝯgrua simplex in se qdeȝ in eēntia exns: sed oium qbus determinat habēs virtutes: ⁊ sic ideat id qd generat: ⁊ hoc est deos sementē a deo deoȝ acceptū ad pereq. Quia aūt in tali infusione lumē p̄mū aliq̄ñ plus vincit lumē motoꝝ sup vtutes māe corpee: ⁊ aliq̄ñ ecōuerso plus vincūt vtutes corpee ⁊ magis occūbit lumē itelligētie ⁊ paterni ⁊ p̄mi itellectus. Sed in quo plus occūbit lumē efficit corruptibile. In quo autēȝ vincit ⁊ irradiat nō cōmixtū māe p̄mū lumē manet incorruptibile sm̄ aliqd imixtū māe: ⁊ sm̄ aliqd nō cōmixtū: idō p̄ceptuȝ dei deoꝝ est vt id qd ex ꝓductis sibi simile viderēt a se sumerent ad sedes sidereas: ⁊ qd sibi dissimile cernerēt dimitterēt corpori māe ⁊ trāscorporationi subiacere. Ex oībus igit īductis pȝ q̄liter vna oīb' idea vniu'lis est cā vtute oīa habēs ⁊ prehabēs ⁊ ꝯtinēs ad vnum: ⁊ hoc multiplicat ex respectu ad ideata nō in se: sed q2 multoꝝ est: ⁊ pȝ q̄liter ex mēte diuina ꝓcedit in corpora: ⁊ hec est in oīb' Platonis intētio: ⁊ iste sunt vniu'les idee siue spēs que sunt aū res ⁊ sunt multe ⁊ vna: origine enim vna ⁊ formāte vice. Multe aūt ex determinantib' sic vel aliter ⁊ luce p̄ia occūbente plus vel min': cā aūt positiōis est que dicta est a nobis in p̄ncipio capli.

Quo idea ⁊ forma idē sunt subiecto ⁊ sm̄ modum differunt.

Nō q̄ sit vera mens platonis de idea sȝ Albertum.

Cap. 13m. Qualiter Plato posuit mathematica ⁊ principium materiale ⁊ formale: ⁊ in quo conueniebat cum Pitagoricis ⁊ in quo differebat ab eis.

Tex. cō. 6.

Amplius aūt p̄ter sensibilia ⁊ ideas Plo posuit mathematica corpora que sm̄ eē sunt infra res sensibiles ⁊ differūt tam ab ideis q̄ȝ a sensibilibus: a sensibilib' quidē q2 sm̄ rōnem sempiterna sunt ⁊ imobilia: a speciēb' vō differunt q2 sm̄ quedā in multitudine existentia sicut sensibilia cū spēs sint eedē. Eadē enī spēs est vna: ⁊ eadem vni' multitudinis vniuoce ⁊ vni' ⁊ eiusdē sm̄ formaȝ ⁊ spēm. Mathematica aūt sunt in multis vni' rōnis: sicut oīs circulus ⁊ oē q̄dratū est vni' rōnis in quocūqȝ sit: eo ꝙ abstrahit a mā sēsibili: vnū ēt qnque regularia corpora que in vltimo Euclid. ꝓbāt adaptabat qnque corporib' simplicib': hoc aūt nō ꝯuenit spēbus: q2 idee sm̄ diuersitatē rerū sunt diuerse sm̄ rōnē: sensibilia aūt ꝯcipiunt mām determinatā. Causa aūt hui' positiōis erat ꝙ videbat mobile corpus inq̄ntū est mobile p̄relinquere aū se corpus ⁊ idō illud putabat esse principiū corpis mobilis. Corpus aūt oē putabat ꝯstitui ex principijs q̄ntitatis: ⁊ ideo corpoꝝ natura-

liū ex q̄ eū diuersitate causabat diuersitatē: ꝛ hoc qdē nō est verū sicut per antecedentia satis est manifestū. Qm̄ aūt spēs ideales sunt cause oīb⁹ alijs que sūt per nāz fm Platonē: putabat Plato ꝙ elemēta specierū idealiū oīum existētium essent elementa. Posuit igit̄ ꝙ cā mālis oīum sit magnū ꝛ paruū pncipia rerū: sz illud qđ est cā formalis vt sūba vnūz est qđ est idea pma. dixit eni ex illis que sūt magnū ꝛ paruū fieri ꝛ eē spēs ꝛ nūeros rerū fm pticipatione vni⁹ idee prime: ꝛ illud vnū ideale pncipiū dixit esse rerū subam ꝛ nullū aliud entiū dixit esse vnū nisi illud vnū: qm̄ illud vnū est qđ vnit̄ ēt si in multitudine q̄dā sit: sicut pz ex superi⁹ inductis: ꝛ illud vnū dixit fieri numerū ex cōlcatiōe pmi cū secūdis: ꝛ hūc numerū dicit eē formas ꝛ spēs rerū oīum. Magnum aūt dixit cōponi ex paruis: infinitū ꝛ magnum quidem esse subm: sed elmtū magni dixit eē multa vel īfinita parua. In his aūt positiōib⁹ fere Plato dicit vt Pitagorici dixerūt. Nō.n. differt ꝙ ille dixit nūeros mathematicos esse principia: Plato aūt ponit pn^m eē numerū idealē. In hoc igit̄ ꝙ dicit ꝙ nūeri sunt cā sube siue forme cunctis existentibus.

Tex.cō.7. Simplr dicit vt Pitagorici: pro infinito vō ꝙ q̄si vnū māle pncipiū ponit Plato: illi fecerūt pncipiū māle dualitatē: ꝛ infinitū illud qđ est mā dixit Plato ꝯstitutū ex magno ꝛ pvo: ꝛ hoc est ppria positio ei⁹ in q̄ differt a Pitagoricis.

Tex.cō.8. ❡ Ampli⁹ Plato qdē ponit nūeros ideales esse pter sensibilia: eo ꝙ fm pncipia sue eēntie nō depēdent ab illis: sicut nullū superi⁹ fm pncipia eēntialia depēdet ab iferiori: Pitagorici vō numeros quos dicebāt esse pncipia dixerūt res ipsas esse fm formā: ꝛ nō habere essentiā extra res ipsas: et ad hec Pitagorici nō ponunt mathematica inter res ꝛ numeros sicut Plato ponit mathematica esse inter species ꝛ res sensibiles. Qđ aūt Plato posuit vnuz ꝛ nūeros eē pter res ipsas que sunt in nā ꝛ nō dixit vnū ꝛ nūerū esse res ipsas sicut Pitagorici dixerūt: ꝛ ꝙ vniulr itroduxit ideas apparet pscrutatio de rōnib⁹ diffinitiuis sicut diximus in anibabitis: qz cū videret ꝙ nō ꝯuenit scire nisi per demrationem ꝛ demrationis mediū est diffinitio inuestigabat diffinitionē ꝛ vidēs ꝙ in sensibilib⁹ nihil est finitū ꝛ manēs ꝙ sit ratio oīum que sūt diffinitēria extra res sensibiles: ꝛ sic introducit ideas: ꝛ iō fuit qz priores pħi nō hēbāt artē resolutoriaz docentē demrare que docet inuenire rei diffinitionez in ea parte logice que posteriora analetica vocat̄. Isti aūt Platonici fecerūt in positione sua dualitatē verā aliaz pncipij: qz dixerūt eā esse māz sicut iā aū diximus: ꝛ hoc iō qz sicut oēs numeri pter pmos que pncipia sunt numeroꝝ gñant̄ ex dualitate ita oīa gñant̄ ex magno ꝛ paruo: pmi aūt nūeri sunt vnitas ꝛ binarius qz vnitas est pncipiū numeri ꝛ binarius ē pncipiuz pluralitatis. Generant̄ aūt ex dualitate magni ꝛ parui siue mā ꝛ specieb⁹ sicut pcedunt ex quodaz eximagrio siue sigillo: qz sicut sigillum est pter cām quā iprimit ꝛ nō dat ei esse suū sed tm̄ formam siue mā. Ita sigillant ipse idee māz sensibilē ꝛ nihil dant ei de esse ppetui: sz tm̄ formā: hoc aūt ita nō est: sed potius ecōuerso: qz nō rōnabile sic ꝯtingere: hui⁹ aūt in sequētib⁹ hui⁹ scie est manifestū.

Tex.cō.9. ❡ Sed qz nunc intēdim⁹ hoc qđ Platonici ex mā magno ꝛ paruo diuisa multa faciant siue fieri dicunt: sed ipse spēs nō generant nisi sigillando semel q̄ttum ad vnitatem sigillantis: videt̄ eni in nā rerum ꝙ ex vna materia fit vna mēsura q̄titatis ex qua fit res vna: sed ille qui inducit spēs in res sensibiles sicut formator ꝛ sigillator vnus ꝛ idē existens in specie ꝛ forma separatus multas facit spēs particulares in rebus sensibilib⁹: ꝛ hoc hz fm aliq̄ similitudinē masculi ad feminā: femina eni implet̄ igregnata ab vno motu masculi seminis in eam. Masculus autez separatus a femina multas iplet: ꝛ sic dixerant separatū inductorē forme sigillare multas mās: ꝛ forme tales sunt multe similitudines ꝛ imitationes principioꝝ que dixerunt esse principia existentium. Isto igit̄ qui dictus est mō Plato determinauit de principijs que nūc querimus. Palā aūt est ex hijs que diximus qz nō est vsus nisi solū duab⁹ causis. s. ipa que qđ qd est siue forma ꝛ illa que est mā. Spēs eniz sunt cāe eius qđ quid est oībus formas participantib⁹: spēb⁹ vō dixit cāz eē vnū paruū oīa alia formans. Vnit̄ aūt ꝛ illa que est mā subiecta de qua spēs dicit̄. Species aūt sigillare habent in sensibilibus: sed vnū primū formās hz eē in specieb⁹: materia vō subiecta qua vtit̄ Plo est illa dualitas que est magnū ꝛ paruū sicut diximus. ❡ Ampli⁹ ad hoc bene ꝛ male in motibus dedit cām elntis hmōi idealib⁹ ita ꝙ singulis dedit singulā cām. Elemētū.n. boni est cā bonoꝝ: ꝛ elemētū mali cā maloꝝ: ꝛ ista elemēta sunt idee boni ꝛ mali: qđ tm̄ nō oportuit ꝙ existēte q̄dā cā boni nō oportuit eē cām formalē mali: ꝛ ꝙ malū est priuatio boni ꝛ formā nō hz: ꝛ iō elemēta rerum magis ꝛ melius dicimus inuestigasse quosdā primoꝝ phoꝝ aū Platonē sicut Empe. ꝛ Anaxa. eo ꝙ illi ppria rerū nālia pncipia posuerūt. Plato aūt extra nālia principia que sunt rerū nāliū. Hec igit̄ dicta sūt de opione Plonis.

❡ Cap. 14^m. Qz nō est addere qrtā cām pmemoratis q̄tuor causis ex oīb⁹ dictis intentionibus philosophoꝝ.

Text⁹ hic non est i Auerroi ques exponit doctores i trāslatione Joannis argyropoli bene repit.

Breuiter igit̄ ꝛ sūmatim siue particulariter ptransiuim⁹ determinando qui pħi ꝛ qbo siue qb⁹ rōnib⁹ dixerūt de pncipijs siue causis rerū existētiū ꝛ de ipa vītate reꝝ q̄ est reꝝ qditas ex simplicib⁹ ꝛ pmis sube subiecte pncipijs cōstituta. Oīa.n. alioꝝ dicta redeūt aut ad opionē Epicuri q ponit corporea: aut ad opionem Stoici q mathematica ponit pncipia: aut ad opionē Platonis q cōsentit in aliquo cū vtrisq. Ex oibus aūt inductis lz irrationabiliter dicta sunt hoc tm̄ ab eis habem⁹: qz oīum loquētiuz de pncipio ꝛ cā nullus dixit aliqđ nouū gen⁹ cause qđ pter q̄tuor gñā cārum que a nobis in. 2. phy. sūt diffinita q̄si qrtū genus esse addere intēderit. Sed oēs pħi siue de mā solū loquētes siue de ipsa vītate pma existētiū loquant̄ obscure qdē q̄ttū potuerāt vident̄ in positionib⁹ suis appropinq̄re illis cārū generib⁹ ꝛ nullū genus cāe nouū addēre. ❡ Illi nāq pħi q solū māz pncipiū oīum esse dicūt siue ponāt materiā esse vnū aliqđ siue plura: ꝛ siue ponāt esse corp⁹ siue incorporeā sicut Plo q dixit māz esse duo magnū. s. ꝛ paruū. Mathematici aūt oēs qui ponūt cām materialē esse dicūt. Similr ꝛ stoici q dixerūt īfinitū esse similiū ptiū cōmixtū pn^m. Et simlr Empe. qui ignē ꝛ terrā ꝛ aquā dixit esse pncipiū māle. Anaxa.n. mālē cām dixit finitationē mixtionis similiū partiū sicut pz per determinata in antehabitis. Oēs.n. isti sunt tāgētes cām quā vocam⁹ materialē. ❡ Ampli⁹ aūt qcūq dicūt aut ignē solū aut aerē solū aut aquā solam aut corp⁹ mediū qđ sit igne spissius ꝛ aere subtilius. Oēs.n. isti tale corp⁹ quale posuerūt dixerūt esse materiam. Oēs igit̄ isti nō tetigerūt nisi solā materiā nihil ex quo fierēt res nouum qđ nō rōnē materie habeat adijciētes. Alij aūt phoꝝ locuti sunt de cā ꝙ vnū est pncipiū motus siue mouēte: sicut illi q dixerunt amorē ꝛ odiū siue litē ꝛ amicitiā qđ idē est eē cām. Similr aūt ꝛ illi qui dixerūt esse cām aliquid ex cuiuslibet que enumerauimus dixerūt esse aliquid mouēs sicut calidū vel frigidū vel aliquid huiusmodi. Nullus eni hoꝝ in hoc genere causalitatis inuenit aliqđ qđ haberet rōnez causalitatis noue: qz oēs in rōne mouētis dixerūt eē qđ posuerant. Sed nullus antiquoꝝ plane ꝛ manifeste dixit cām formalem que quid erat esse rerū ꝛ substātia: eo ꝙ esse ꝛ qditatem ꝛ rōnē dat hijs que sunt. Maxime tm̄ hanc dederunt causaz illi qui spēs esse posuerunt sicut Platonici ꝛ illi qui ponūt rōnē diffinitiuā esse in spēb⁹ ꝛ nō in sensibilibus cōtinue transmutabilibus. Isti eniz nō ponunt spēs esse vt materiā sensibilib⁹: neq etiā ea que sunt in speciebus pma principia: sicut vnum prime cause ꝛ luminū numeri de quibus diximus supra. Ponunt esse materiam sensibilib⁹ neq suscipiunt spēs sicut ea a quibus ꝯueniat principiuz motus sicut a mouente ꝛ efficiente. Dicūt enim ꝙ species magis sunt cā imobilitatis ꝛ sunt in quiete q̄ sint causa mot⁹ vel mouentis: sed potius dicunt ꝙ species prestāt singulis siue singularibus alioꝝ oīum a specieb⁹ quid erat esse propter hoc ꝙ imobiles sunt ꝛ quiescentes. Specieb⁹ aūt vnū qđ est idea cause prime pstat esse: illā vō cām que est cā act⁹ siue pfectiōis ꝛ trāsmutationis oīs rei: ꝛ cā mot⁹ hoc est pp quā est id qđ est: ꝛ vocat̄ cā finalis mō q̄dā dicūt: sz isto mō nō dicunt quo vere est fm rōnem cālitatis finis: qz eā nō dicunt put est finis intentionis mouētis: ꝛ finis motus put desideriū mōe est in ea: sed balbutiēdo dicūt eā put icitat aliquo mō efficientē: ꝛ hoc ipsum nō determināt. ❡ Quidā enim ponētes intellectū agētē cuius facere est pter aliqd: ꝛ ponūt res aūt oīs intellectus: vt bonū qđdam dicunt esse

istas cās sicut hoc esse bonū a quo inuidia est longe relegata: ꝛ hoc q: bonū est ex amore cāute res q̄s facit: sed hoc vo intellectū vt bonū ponētes nō ponūt hoc sicut ꝓpter qd cām q: scȝ sit cā ꝓpter quā sicut finē sicut illud qd est existēs: aut ꝓpter quā sit factū id qd sit in nūero existētiū: sed potiꝰ ponūt eas esse cās sicut ab hijs: sicut moꝰ eoꝝ qui sunt ꝛ esse eoꝝ qui sunt: finis eni est ꝙ in termino motꝰ includit id qd fit: ꝛ tunc vltra id nō mouet efficiēs: ꝛ hoc mō amor intellectus nō est cā sȝ potiꝰ mouēs: sicut iā dcm est. Similr aūt ꝛ illi q dicūt ꝙ oia ista sunt vnū aut ens pn̄ᵐ sicut Xenophontes ꝛ Parmenides dicūt cām talē eē q est nā subē: ꝛ eiꝰ qd qd est: sȝ nō dicūt hoc qd est eē huiꝰ cā: nec dicūt huiꝰ cā fieri qd fit sicut cā finis: igit accidit eis mō quodā dicē id qd est cā: sicut bonū rei ꝛ finis. Dicunt eni fm accīs obscure fm ꝙ est dispositio efficiētis ad mouēdū ꝛ simpliciter nō dicūt ꝛ hoc est fm accīs dicē nō simplr: hoc.n. accidit fini ꝙ inclinatio sit efficiētis: sȝ aliter aūt est terminus itētiōis ꝛ motus. Quia igit sic ab istis diffinitū est de causis ꝛ determinatū est quot ꝛ que sunt fm istos: dicimꝰ ꝙ oēs inducti pħi videnē testimoniū phibere in nūero superiꝰ dictaꝝ cāꝝ per hoc ꝙ aliq̄s gnte cālitatis cām addere nō valēt. Ampliꝰ aūt ex inductis pħoꝝ inqsitionibꝰ palā est q: inquirēda sunt pncipia vel in mō sic dicto per rōnē oium cāꝝ: aut fm aliquē modū q̄rūdā dictarū cāꝝ. Quo aūt mō vero vel falso quilibet inductoꝝ pħoꝝ dixit: ꝛ quō per rōnes ꝓbauit dcm suū: ꝛ quō se habent qōnes que ꝯtingunt de pncipijs entis post hoc: deinceps de hijs percurramus vidētes vtꝝ vera sunt que dixerunt: ꝛ vtrum valentes rōnes eorum.

Tex.cō.10.

Tractatꝰ qntꝰ de ꝯdictiōe opionū iductaꝝ de principijs.

Capꝫ pᵐ. De ꝯdictiōe Epicureoꝝ qui ponebāt corporum materiā esse oium vnū corpus dicentes eam esse.

Tex.cō.11.

Incipientes igitur ab hinc ad ꝯdicēdū hijs q̄ inducta sūt dicimꝰ ꝙ quicūq oē qd est ponūt eē vnā q̄dā nāȝ q̄ est mā oium: ꝛ hāc dicūt esse corporeā hoc est mēsurā q̄titatis habētē: facile palā est q: multiplr delinquūt: diminute.n. loquūtur de pncipijs ꝛ rōnes nō ꝓbātes iducūt. Diminute aūt ꝛ isufficiēter loquētes pmo isufficiēs ponūt pnᵐ māle corporeā.n. mām ponētes nō ponūt nisi mām corpoꝝ ꝛ nō ponūt mām icorporeoꝝ: cū tn̄ sint ꝛ existāt incorporea sicut suba fm ꝙ suba: ꝛ ens fm ꝙ ens ꝛ oia diuina: hec eni sūt aū corporeā mēsurā ꝛ sūt in eis potētia ꝛ actꝰ ꝛ mā ꝛ sbalis forma vt sepiꝰ in pħabiliꝰ determinatū est. Ampliꝰ aūt diminute loquunē de pncipijs gn̄abilium ꝛ corruptibiliū: q: cū conenē physice tractare de oibꝰ corporibꝰ abstulerūt motū q est mouēs ꝛ efficiēs in mā gn̄abiliū ꝛ corruptibiliū. Cū tn̄ sine cā mouēte mā nequaq̄ moueat ad generationē ꝛ corruptionē. Ampliꝰ aūt diminuti sunt ꝛ insufficiētes q: cū ponāt tn̄ mām cōuenit eis ꝙ suba ꝛ qd qd est nulliꝰ entis ꝯ ponūt eē cām qd est valde icōueniēs. Ad hunc aūt rōnes qbꝰ vtunē i ponēdo hoc vel illud corpꝰ mām sunt valde vane ꝛ debiles: quo.n. mō faciūt qdlȝ simpliciuȝ corpoꝝ per se solū oium esse māle pnᵐ: aut quō per rōnem faciūt qdcūq per se solū esse mām oium pter terrā cū spculenē in entibꝰ gnōnē ꝛ adinuicē factam. Dico aūt ꝙ ponūt corporeā oium esse mām aut ignē: aut aquā: aut terram: aut aerē vel plura hoꝝ sl: vel oia: aut aliud aliqd tale corporeū: quedā eni hoꝝ vt dicunt fiunt ex adinuicem ꝯcretione siue inspissatione: vt densa ex raris: quedā aūt distentatione sicut rara ex densis: hoꝝ aūt qd māle pncipiū esse dicunt plurimū differt fm eos in pus esse vel posterius esse: eo ꝙ ipsi supponebāt eē id est hoc elmtū qd est pmū in cōpositione ꝛ posterius in resolutione. ꝛ in hoc ꝯueniunt oēs. Quidā aūt dixerūt ꝙ spissum cōponiē ex multis raris subtilibꝰ ꝛ resoluiē in ea vltimo: ꝛ illi oēs opinabanē illud nunc maxime eē elementū inter oia ex quo sit cōcretione ꝛ inspissatione aliquid sicut pmū cōpositū: tale vō est qd minutissime est partis ꝛ subtilissimū est corpoꝝ: vnde quicūq ignē ponūt esse principiū māle oium dicunt hoc maxime confitendo hanc quā diximus rōnē. Similiter aūt ꝛ quicūq ꝯfitenē qdlibet alioꝝ corpoꝝ esse elemētale subtile. s. in partibꝰ pdicta rōne dicūt qd dicunt. Nullus eni posterioꝝ pħoꝝ vnū solum corpꝰ mām oium esse dicentiū dignatus est terrā esse elementū persuasus preinducta rōne: ꝛ ideo ꝓpter magnitudinem ꝛ grossitiē partialitatis terre dixerūt eā nō esse elemētū: qd liber aūt alioꝝ triū elementoꝝ iudicem quēdā pħm accepit: qui ipsum posuit corpoꝝ esse materiā: hij naq pħi dixerūt ignē mām esse. Alij vō dixerant materiā esse aquā. Alij vō aerē hoc elementū esse dicunt. Qui eni preinducte cōsenserunt rōni duabus disturbabanē rōnibus: quaꝝ vna fuit ꝙ in circulari generatione elemētoꝝ adinuicē videbant aliqd esse oportere subm mutatiōis saluatum: hoc aūt nullum esse elementoꝝ: ꝛ iō cōsentiētes superius inducte rōni dixerunt illud esse igne spissius ꝛ aere subtilius. Causa aūt q̄re dicebāt igne spissiꝰ fuit: q: videbant mām corporeā ampliꝰ extendi ꝛ rarificari nō posse q̄tum extendiē in igne ꝛ cū hoc ignis nō sit: dixerūt ipm minus raꝝ esse q̄ ignē. Aere autem subtilius dicebāt: ꝓpter superiꝰ dictā rōnē: q: scȝ subtile ex quo sit spissum resoluitē vltimū. Scda rō fuit: q: videbāt subtile spūale nō esse icorporabile: ꝛ ideo cū ex elemēto corporea fiant: dicebant elementū esse subtile qd incorporabile est ꝛ hoc aqua: q: humidū aque est eo ꝙ est penetratiuū partiū ꝛ partis partiū. Sic igiē ꝛ hijs de causis singulū elementoꝝ iudicē accepit pter terrā quā nullus antiquoꝝ posuit ꝓpter hoc ꝙ cōfessum esse opinati sunt spissum componi ex raris: sicut magnū ex paruis: spissum eni dicebāt qddam magnū esse. Sed cū rō elementi sit qd est primū generatione in simpliciū generatione: ꝛ qd est in cōpositione pᵐ ꝛ resolutione vltimū sicut confitebanē. Quare nō dicunt etiā terrā elementū oium esse corpoꝝ: sicut multi hominum esse dixerūt. Multi naq dicūt ꝙ oia sunt terra: q: cum nō dicāt esse formā aliquā materiā dixerunt esse oia ꝛ accidentibus diuersificatā ꝛ situ partiū fieri hoc vel illud. Dicit.n. Hesiodus poeta qui ꝛ Homerꝰ dictus est terrā primū fieri inter corpora simplicia ꝛ eā natare lato pectore super aquā. Sic eni vt recitat Hesiodus ꝯuenit esse antiquā ꝛ publicā siue vulgarē esse susceptionem quā oēs susceperūt. Rō aūt antiquitatis est duplex: vna quidē q: locus generatiōis circa centrū est: ꝛ ibi est locus primus terre: ꝛ iō in pricipio ꝓducitē vt mater ꝛ materia alioꝝ. Alia aūt ratio est ꝙ elementa oia cōposita sunt maxime ex terra ꝛ in ipsam maxime resoluunē. Iste igiē sunt due secte pħoꝝ sic de mā corporum loquentiū: fm igiē istoꝝ primā sectā: nec bene dicit si quis horum simpliciū corpoꝝ aliqd pter ignē qui est subtilissimus corpoꝝ specie: ꝛ fm eosdem neq recte neq bene dicit qui posuit ꝙ elementū omniū est corpus qd est igne grossius ꝛ aere subtilius: q: nihil hoꝝ est subtilissimū corpoꝝ: ꝛ iō fm dicta eoꝝ nō est principiū. Si vō sicut posterior dixit secta qd est generatiōe posterius hoc est remotius a generatiōe est prima nā prius in oibus: ꝛ qd est densatū ꝛ ꝯcretū est posterius siue longinquius in generatione tūc accidit cōtrarium dicto primoꝝ: aqua eni fm hoc erit prior aere: ꝛ terra prior aqua: ꝛ sic terra est elementum primum ex quo cuncta alia per resolutionem generantur ꝛ que prestant materiam generatis. Ista igitur sunt dicta de opinionibus eorum qui vnam causam materialem qualem diximus inter simplicia corpora posuerant.

Tex.cō.12. Tex.cō.13. Tex.cō.14.

Capꝫ 2ᵐ. De ꝯdictione Empedoclis plura mālia ponentis ꝛ de ꝯdictione eius quod dicit de mouente principio.

Tex.cō.15.

Idem quoq sequiē ad dictum eius qui plura simpliciū corpora materiā omniū posuit: sicut dictū est Empedo. qui posuit quatuor corpora simplicia esse omnium materiā: hinc autem Empedo. cōtingunt quedā incōueniētia que sunt eadē cum hijs que cōtingunt prehabitis qui vnū corpus ponunt esse numerum: quedā etiā propria inconuenientia hijs accidere necesse est: ꝛ illa quidē que illis ꝛ isti cōtingunt sunt incōuenienter dixisse de principijs: sicut ꝛ illi propter insufficiētiā materie: ꝛ efficiētis ꝛ forme: ꝓpriū aūt incōueniēs est qd accipit Empe. q: nos cernimꝰ elementa esse generata ex adinuicē nō saluata vna elementi forma in subiecto generatiōis: quasi nō semp in subiecto trāsmutationis igne ꝛ terra eodē fm formā corpore ꝑmanēte in tota trāsmutatiōe ignis: ꝛ terra ꝛ alia huiusmodi nō existent prima mā generatiōis: de hijs autem ꝛ hmōi satis in physicis nostris est dictum versus finem primi libri vbi de

principijs determinatū est. Simil̄r Empedo. nec recte nec omnino irrōnabiliter putādus est dixisse ɔ causis eoꝝ que mouēt vtꝝ vnū vel plura sint mouentia. Quod enī mouentē eiūm posuit rōnale fuit: ⁊ hoc fuit ipsa veritate coact⁹ sicut in ad/habitis dcm̄ est. Quod aūt litē ponit ⁊ amicitiaz que sunt fm̄ p̄ma mouētia ⁊ nō determinant subm̄ actionis ⁊ passionis eoꝝ nō rectū fuit. Adhuc aūt sic dicētib⁹ sicut dicit Empe. necesse est ꝙ ex toto alteratio auferat̄. Lis enī ⁊ amicitia nō faciūt nisi ɔgregationē ⁊ segregationē: ⁊ nō alterationes in ɔgregatis ⁊ segregatis. Silr̄ ex calido nō erit frigidum nec ecōuerso ex frigido calidū fm̄ dicta Empe. Ipse enī ponit qd̄ ista patiꝫ ɔtraria q̄si mā ⁊ subm̄: nec dicꝫ ꝙ est vna mā sicut subm̄ manens in tota trāsmutatione que facta est ignis q̄n fit ignis ex aq̄ ⁊ que facta aq̄ q̄n fit aq̄ ex igne. Nō enī ponit nisi agētia litē ⁊ amicitiā: ⁊ nō dat eis māꝫ subiectā fꝫ tm̄ ɔgregatiōe ⁊ segregatione sine mā subtā que vna est sub vtroqꝫ ɔtrarioꝝ: ⁊ sic pꝫ ꝙ isufficiēter locutus est de principio mouēte: adhuc sic ponere duo eque p̄mo mouētia est penitus incōueniēs. Necesse est enim ꝙ ois multitudo mouentiū ⁊ motoꝝ reducat̄ ad p̄muꝫ motum ⁊ ad mouēs primum sicut in. 8. phy. ostendimus. Adhuc autē q̄n ī dem⁹ litē mouere ⁊ amicitiā qd̄ mouebit litem aliq̄n vt moueat postq̄ aūt nō moueat Empe. nō determinauit ⁊ eadem rō est de amicitia: ⁊ sic ante hec duo mouētia necesse est aliud mouens ponere: ⁊ hijs similia sequunt̄ incōuenientia.

¶ Cap. 3m. De ɔdictione ad positionem Anaxagore.

Tex.cō.16.

SI qs autē suscipe voluerit Anaxagorā dicētē duo esse elnta siue p̄ncipia quoꝝ vnū est ɔpositū p̄n̄m: ⁊ alterꝝ elntū opꝫ ꝙ suscipiat euꝫ fm̄ antiquoꝝ positionē q̄uis ipse Anaxa. nō articulauit: dico autē articulare ad itellectuꝫ ⁊ itētionē exprimē ⁊ pferre. Secut⁹ est. n. iste Anaxa. quosdā antiquos dicētes eā eē necīaꝫ. Est autē illa quā diximus in physicis ꝙ. s. ex nihilo nihil fit: ⁊ cuꝫ nō album nihil supponat̄ eē de nā albi: albū nō fiet ex nō albo ⁊ eadē rō est de oib⁹ alijs: ⁊ hōgenea autem fiunt ex cōpōne hōgeneoꝝ. Oia igiꝫ hōgenea sunt elnta p̄ma. Cū autē multa ⁊ isinita sunt ⁊ distincta sicut facta ⁊ existentia opꝫ ꝙ ex aliq̄ fiāt in q̄ acta sint oia fꝫ lateāt: ⁊ iō opꝫ ꝙ p̄muꝫ elntum sit mixtum ex oib⁹ hōgeneis in quo acta sint fꝫ lateāt: hāc q̄ rōnē ab antiquis latētiā formaꝝ ponētib⁹ suscepit Anaxa. ⁊ nō articulauit eā vt per itellectuꝫ videret̄ qd̄ eēt dcm̄ oia esse pmixta: ⁊ ad vnuꝫ actuꝫ mixti redacta. Est. n. mixtuꝫ sicut in p̄mo pi/geneseos determinauim⁹ miscibiliuꝫ alteratoꝝ vnio adinuicē: ⁊ hoc mō nō articulauit Anaxa. per itellectum ɔbādo que miscibilia eēnt: ⁊ que nō: ⁊ que essent nā mixti ⁊ mixtionis: fꝫ simpl̄r accepit hec ab antiqs ac si eēt ex necītate sicut

Tex.cō.vltimū

dixerunt: accepit igiꝫ ip̄m illo dicto tn̄ absurdo existente ꝙ scꝫ fm̄ p̄n̄m aliqui vni siue pmixta. ¶ Sequunt̄. n. ex hoc tria icōueniētia quoꝝ vnū est qd̄ accidit p syllm̄ ea aū ea oportere p̄existere ipermixta: q̄cūqꝫ. n. miscent̄ adinuicē p̄us alterari necesse est abinuicē. Nō. n. alterant̄ abinuicē: nisi que sepata sunt. Igiꝫ nō miscent̄ adinuicē nisi que sunt sepatim disticta. Scd̄m aūt icōueniēs est: q̄ nō est qdꝫ aptū fm̄ naturā pmisceri cuilibet. Dicere igiꝫ oia pmisceri adinuiceꝫ est absurdū. Nō. n. miscent̄ adinuicē nisi quoꝝ vna est mā ⁊ excellētie q̄litatū actiuaꝝ ⁊ passiuaꝝ frangibiles ⁊ remissibiles abinuicē. Adhuc aūt 3m icōueniēs est: q̄ fm̄ hoc dictuꝫ passiones ⁊ accidētia alia separant̄ a substātijs: q̄ p eandē rōnē sūt mixta accītia p quā alia mixta dicunt̄ esse: q̄ albū nō fit formal̄r ex nō albo: nec albedo ex nō albedine. Igitur accidētia oia mixta sunt: ⁊ latēt acta existētia in mixto sed eoꝝ est pmixtio ⁊ separio: igiꝫ accidētia sūt sepabilia a substātijs: ⁊ sic accidētia sunt substātie: pꝫ igiꝫ ꝙ rō suscepta nō

Tex.cō.17.

fuit articulata. Si qs tn̄ exequat̄ articulās ea que itēdit dicere Anaxa. apparebit multo mirabilius. s. q̄ inuenieꝫ ɔ/dicere sibiipsi. Q̄n n āqꝫ in illo mixto nihil penitus erit discretū: q̄ discretuꝫ nō est mixtū: pꝫ q̄ nihil erit verū dicē de subā illa pmixta nisi ꝙ pmixta est: sed nihil oino poterit p̄/dicari vere de ea. Dico aūt ꝙ neqꝫ albū neqꝫ nigruꝫ aut ceruleū aut coloꝝ poterit aliqs p̄dicare de ea: fꝫ potius nō colorata erit. Si. n. colorata esset ex necessitate haberet aliqd coloꝝ supradictoꝝ extremoꝝ vel medioꝝ. ¶ Simil̄r aūt p eādē rōnē erit & sine humorib⁹: eadē quoqꝫ rōne nō erit illa suba mixta aliqd homogeneoꝝ: non pōt. n. esse aliqd q̄le vel q̄tū nec aliqd alioꝝ homogeneoꝝ. Si. n. aliqd caliū inesset ei oporteret ꝙ inesset ei in pte aliq̄ dictaꝝ entia sp̄etū: hoc aūt est ipossibile: ꝙ aliqd hoꝝ actu p̄dicet̄ de ip̄o: ideo ꝙ hec oia ponunt̄ eē pmixta. Si. n. p̄dicant̄ actu de mixto: tūc id sūt discreta fm̄ actuꝫ: ⁊ hoc est ɔ hypothesim: q̄ dicit oia esse pmixta p̄ter intellectū: hūc enī solū dicit ipermixtū ⁊ purū: pꝫ igiꝫ ꝙ mirabilia dicꝫ ⁊ ꝙ ɔdicit sibiipsi. ¶ Ex hijs

Tex.cō.18.

aūt eisdeꝫ dictis accidit hijs qui sequunt̄ Anaxa. dicē duo p̄ncipia que ponit: vnū qdē qd̄ est agens oia intellect⁹: hoc enim dicit esse p̄ncipiū simplex ⁊ ipermixtū. Alteruꝫ aūt qd̄ fm̄ Anaxa. ⁊ fm̄ veritatē oēs ponim⁹ velut indeterminate anteq̄ determinet̄ ⁊ q̄dā sp̄e participet. Sed Anaxa. dicit hoc indeterminatū ex mixtura ⁊ latētia. Materia aūt dicitur indeterminata ex p̄uatione ⁊ potētia cui⁹ ipsa est subm̄. Anaxa. igiꝫ nec plane nec recte dixit de principijs: maxime q̄ intellectū ponit aliq̄n mouere aliq̄n nō: ⁊ tūc opꝫ ꝙ intellectus habeat aliū ante se motorē sui sicut in. 8. phy. ostendimus: ⁊ q̄ dixit mixtū interponens ipsum sicut ostēsum est hic. Dicit tamē velut aliqd dicto eoꝝ qui posterius dixerunt de p̄ncipijs ⁊ ɔpinquū hꝫ que nūc magis apparent: q̄ etiā Plato posuit datorē formaꝝ deū deoꝝ aliq̄n mouere ⁊ aliq̄n nō: sicut Anaxa. ⁊ posuerūt multi mixtuꝫ sicut testat̄ Ouidius tangens opinionē eoꝝ dicens. Ante mare ⁊ terras ⁊ qd̄ tegit omnia celū Un⁹ erat toto nature vultus in orbe. Quē dixere chaos. Sed hij sermones etiā si recipiant̄ ɔprij sunt sermonib⁹ principioꝝ qui sunt circa generationem ⁊ corruptionē ⁊ motū solū: oēs nāqꝫ huiusmodi Epicurei ph̄i solū p̄bant̄: ⁊ querūt circa principia ⁊ causas talis substātie que est generabilis ⁊ mobilis: ⁊ iō inquisitio eoꝝ est insufficiēs de substantijs ⁊ principijs substātie fm̄ ꝙ est substātia. Quicunqꝫ enim speculationē faciunt de omnib⁹ existentibus ⁊ ponunt ꝙ existentiū quedam sunt sensibilia sicut nālia: quedaꝫ insensibilia sicut mathematica ⁊ diuina palam est: q̄ faciunt perscrutationē de vtrisqꝫ generib⁹ sensibiliū ⁊ insensibiliū propter qd̄ magis nobis etiam inuestigandū est. Quid bene aut ꝙ nō bene dicant ad ea que ɔueniunt nobis ad perscrutationē ɔpositoꝝ que modo inquirimus in sapientia ista quā pre manib⁹ habemus nunc.

¶ Cap. 4m. De ɔtradictione ad positionem pitagoricoruꝫ de numeris quos ponebant esse principia.

Tex.cō.19.

EIs go ph̄i qui primi fuerunt italicoruꝫ ⁊ vocati sunt pitagorici cupiētes supplere hāc que dicta p̄ncipioꝝ insufficiētia vsi sunt eis p̄ncipijs ⁊ elntis extraneis ab eo mō quo vsi sūt physiologi q̄ nāl̄r ⁊ p nālia p̄ncipia de naturis locuti sūt: q̄ de ultātes rōnē heracliti ⁊ Zenophanis ⁊ q̄rūdā alioꝝ sophistaruꝫ acceperūt p̄n̄a sensibilium ex nō sensibilib⁹: acceperunt. n. p̄n̄a de nā ⁊ gnē mathematicoꝝ: ⁊ hoc nō sūt nālia. Nā mathematica de nā qdē sūt existentiū sicut ptes entis: fꝫ sine motu sꝫ: q̄ p̄n̄a mathematicoꝝ nō ɔcipiūtur cū materija q̄ in motu sūt: ⁊ iō fm̄ p̄n̄a sue existētie sūt sine motu ⁊ gnāl̄r dixī eē sine motu p̄ter ea q̄ sunt de astrologia: nō ꝙ astrologia ɔsiderat q̄ de mobilib⁹ ⁊ motib⁹ ɔsiderat p p̄n̄a mot⁹: fꝫ poti⁹ q̄titates ⁊ situs mobiliū ⁊ motuū ⁊ q̄titates tēpoꝝ. ɔsiderat in astris p p̄n̄a q̄titatis mathematice ⁊ nō ɔsiderat nās astroꝝ qb⁹ disponunt̄ ad motū nisi illa pars astrologie q̄ mixta ē p̄bice de q̄ dixim⁹ i 2° phy. ¶ Sꝫ redeamus ad ɔpositū dicētes ꝙ pitagorici qdē disputāt ⁊ tractāt de oi nā ⁊ dicūt modū gn̄ōnis celi ⁊ obsuāt ea q̄ accidūt circa ptes celi sicut circa solē ⁊ lunā ⁊ alias stellas: ⁊ obsuāt ea que accidūt circa passiōes ⁊ opōnes eoꝝ. Dico aūt passiōes sicut eclipses ⁊ ɔiūctiōes ⁊ sit⁹ eoꝝ. Opōnes aūt voco q̄ faciūt fꝫ nāꝫ i calore ⁊ frigore ⁊ imbribus ⁊ vētis ⁊ huiōi. Hec. n. oia diligēter obsuāt pitagorici: ⁊ oēs cōes ⁊ ɔprias dispēsant eis ex p̄ncipijs mathematicis nō nālib⁹ q̄si ɔsētiāt physiologis: ꝙ q̄tūcūqꝫ cōīt accipiat̄ qd̄ nō ē nisi sensibile ⁊ nāle. Oē n. qd̄ cōprehēdit id qd̄ vocat̄ celū ⁊ ɔtinet dicūt eē sensibile ens: ⁊ iō lꝫ nō nālia posuerūt p̄n̄a: tn̄ ip̄a eadē p̄n̄a nō attribuebāt nisi nāli enti: hec. n. p̄n̄a q̄ ponūt sicut diximus sufficiētia dicūt eē ꝙ ascēdāt ⁊ exaltent̄ ad p̄ncipiandū que sunt superiora iter entia sicut est celū ⁊ ptes celi q̄ nobilitate ⁊ loco altiora sunt ceteris entib⁹: ⁊ dicūt ea magis eē ɔueniētia entib⁹ q̄ rōnes p̄ncipioꝝ q̄ sunt de nā ⁊ nāl̄r sūpte eo p̄n̄m ɔpetuū dꝫ

Vide Auerroim hoc cō. 19. p illa sn̄tentia.

Tex.cō.20.

eē. In nālib⁹ aūt nāl'r sūptū nihil est nīsi ꝑpetuū. Sic igit̄ dicūt de ꝓncipijs entis sensibilis: sȝ nō dicūt per quē modū cātur mot⁹ nō positis ꝓncipijs nisi fine siue finito ꝛ infinito pro subtis mot⁹ solū ꝛ posito pare ꝛ ipare numero pro ꝓncipijs: ex hijs.n. nō cātur mot⁹. Adhuc aūt si dicat̄ nō eē mo

Tex.cō.21.

tus: nō dicūt illi quō sit possibile sic gnōnē ꝛ corruptionē eē sine motu: cū tū gnō ꝛ corruptio ꝯueniāt sensibilib⁹: adhuc ex hijs que ponūt ꝓncipijs: nō dicūt quō possibile est eē opationes eoꝝ que gestiunt̄ siue ferunt̄ ꝛ mouent̄ circa celum. Amplius siue dem⁹ ꝛ ꝯcedam⁹ ex hijs pricipijs que ponit pitagoras eē magnitudinē sine ꝓbatiōe: siue ēt hoc ostdat̄ per apparentē aliq̄ꝫ ꝓbationē ꝛ non fiat vis in hoc aliq̄ q̄ magnitudines ex talib⁹ ꝯstitui possint. Tñ ex hijs sic existētib⁹ magnitudinib⁹ querem⁹ ab eis q̄liter ex hijs pricipijs q̄dā corpoꝝ sūt leuia ꝛ q̄dā grauia siue grauitatē habētia. Ex qbus eni ꝓncipijs supponūt ista fieri: ꝛ dicūt ea ex illis esse facta nihil magis dicūt fieri de mathematicis corporibus q̄ꝫ de sensibilib⁹: scim⁹ aūt mathematica nec leuia nec grauia fm̄ q̄ talia nō ꝯstituunt̄ ab hmōi ꝓncipijs: ꝛ ex hoc vlterius sequit̄ q̄ de igne fm̄ q̄ est corp⁹ nāle leue: aut de terra fm̄ q̄ est corpus nāle graue: aut de alijs corporibus hmōi nālibus nihil penit⁹ dixerūt per hmōi ꝓncipia: sicut sunt dicentes nihil existē de sensibilib⁹ ꝓprie ꝓn^m. Am

Tex.cō.22.

plius q̄ram⁹ ab eis quō opꝫ accipere illa q̄ dicūt esse cās entiū q̄ sūt numeri passiōes: ꝛ nūerus ipse q̄ sūt cāe ꝛ ꝓncipia eoꝝ que sunt circa nūm celi ꝛ eoꝝ que sunt facta ab initio mūdi: ꝛ rerū que fiunt nūc cū ipsi dicūt nullū penitus eē numerū aliū ꝓter eū ex q̄ ꝯstat mūdus a ꝓncipio facture mundi: ꝛ hec rō fundat̄ sup hoc q̄ nō est ꝓn^m essentialr̄ ꝯstitutū alicuius corpis nisi qd̄ icorporat̄ illi. Si ḡ nūerus ꝯstituit a ꝓncipio mūdi corpora icorruptibilia que in motu reiterant̄ fm̄ eandē manētē substām: ꝛ nō sit alius nūerus nisi iste: tūc opꝫ q̄ aut ille nūerus excorporet̄ illis ꝛ illa corrumpant̄ qd̄ est absurdū. Aut opꝫ q̄ ali⁹ sit nūerus quo ista ꝛ illa ꝯstituūtur: ꝛ hoc est ꝫ hypothesiꝫ ꝛ ꝫ v̄itatē: q̄ cū vterqꝫ sit mathematic⁹ vna spēs nūeri nō differt ab alia nisi spē: sic nulle forme eiusdē spēi accepte sine mā̄ diuā hn̄t. Dicūt tū pitagorici

Tex.cō.23.

nuō mathematico res ꝯstitui. Nā cū in hac pte entis sit res mota nō habēs eē habile de q̄ nō pōt esse firma ꝛ stans ꝯceptio scialis: sed potius est de ea opinio ꝛ tēpus mensura eē ipsius sicut dicūt pitagorici: paruꝫ vō desuper ꝛ subtus est iniustitia: cū tamē sic nō diuersificet. Id enīꝫ qd̄ est subtus: nō subiacet ordini recto: ꝛ sic iniustitia dominat̄ in eo ꝛ hoc qd̄ est supra ordini subiacet recto: ꝛ sic pꝫ q̄ subtus ꝛ supra differunt: vt iustitia: ꝛ iniustitia. Similr̄ aūt discretio rerū q̄ q̄dā res stāt discrete suis formis ꝛ suo eē: q̄dā aūt sūt per mixte sp: ꝛ sp est in eis pmixtio. Oia.n. hec vt dicūt pitagorici cū per situm nō causent̄ demōstrationē faciunt q̄ hoꝝ diuersoꝝ vnūqdqꝫ est numerus ꝛ diuersitas numeri fm̄ q̄ numerus generat̄ ex numero hāc facit reꝝ diuersitatē: ꝛ accidit fm̄ hūc locum iam quādā pluralitatē esse ꝯstitutaruꝫ magnitudinuꝫ: q̄ passiones numeri tales sequunt̄ singula loca. Ita q̄ alius numerus est in vno loco ꝛ alius in alio fꝫ pitagoricos: queramus igit̄ verū idē est hic numerus qui est in celo ꝯstituens celū quē eundem spē ꝛ numero opꝫ accipere q̄ est hoꝝ vnūqdqꝫ que mō fiunt ꝛ gn̄ant̄ que sunt sensibilia: aut ille nūerus est alius qui est ꝓter sensibilia: ꝛ tunc redit superius inducta rō ꝯtra pitagoram: sȝ aūt pitagoras

Tex.cō.24.

eundē numerū veraqꝫ ꝯstituētē eē dixerit: tū Plō motus ꝓ inducta rōne dixit eē aliū ꝛ aliū nūeꝝ incorruptibiliū ꝛ corruptibiliū. Sed dixit q̄ illi q̄ sunt itellectuales ꝛ incorruptibiles nūeri sunt cāe: ꝛ alios aūt dixit esse rerū corruptibiliū sensibiliū: ꝛ hos dixit eē sensuales ꝛ corruptibiles. Omnis aūt ista diuersitas ꝓuenit ex hoc q̄ pitagoras ponit numeros mathematicos ꝓncipia: ꝛ nō vidit q̄ mathematica aliquā differētiā hērent a mathematicis que sūt eiusdē generis ꝛ spēi: ꝛ idō dixit ꝓpetuoꝝ ꝛ sentiū eosdeꝫ esse numeros. Numerus aūt res mā̄tas ꝓncipia dixit eē Plō: ꝛ idō diuersoꝝ numeros dixit esse diuersos ꝛ ꝓcipue incorruptibilium ꝛ corruptibiliū. Ambo aūt hmōi ꝓncipia posuerant vt euaderēt sophisticata Heracliti. Plō.n. videbāt q̄ vniuscuiusqꝫ generis ꝓncipia oporteret reduci in idē genus sicut ꝓncipia substātie in substām: ꝛ ꝓncipia q̄litatis in q̄litatē: ꝛ ꝓncipia corporis mobilis ad corpus mobile: nec videbāt corruptibilia reduci ad ꝓncipia incorruptibiliuꝫ sicut ois motus reducit̄ ad primū motū qui est cā eius: ꝛ motus primus ad motum primum qd̄ est incorruptibile ꝛ simplex. De pitagoricis ḡ dimittat̄ ad presens. Sufficit enim que dixit tangere tñ nunc quo ad presentem speculationem.

Cap. 5^m. De ꝯtradictiōe ꝯtra Platonē qui posuit ideas ꝛ sumit̄ ꝯdictio ex hoc q̄ separate idee nō pñt esse substantie rerum sensibiliū formales per quas sensibilia numerantur ꝛ ponunt̄ in numerū sicut numerat̄ res per suā formā.

Tex.cō.25.

Qui vō posuerunt q̄ idee sunt ꝓncipia entium multipl'r peccāt: primū qdē: q̄ cū ipsi sint querentes cās existiū hoꝝ que sūt sensibilia attulerūt alia ab his eq̄lia numero istis. Dico aūt alia q̄ sepata que cuꝫ istis sensibilibus ēt sunt nec hn̄t esse idē: ꝛ hoc est ac si qs vellit per foꝛas reꝝ nūerare res: siue in numerū ponē sicut q̄liꝫ res per suā formā ponit̄ in nūerū: putet q̄ nō possit res istas nūerare siue in nūerū ponē paucioꝛib⁹ existib⁹ nūeris idearū siue formaꝝ per q̄s iste res ponunt̄ in nūeruꝫ: q̄ res numerāde supsunt nuō numerāti: sȝ cū plura facit qbus numeret putet se posse numerare. Spēs.n. ideales sunt fere eq̄les hijs que sensibilia numeramus. Nō.n. sunt pauciores eis. Dico tñ fere q̄ñ essentialibus hoꝝ sensibiliū eq̄les ponunt̄ eē spēs: sȝ indiuiduālis excrescunt sup numerū ideaꝝ: de qb⁹

Tex.cō.26.

oīs est diuisibilis: cū ex gn̄e sit ꝛ dr̄ia vel ex gn̄e. ꝛ eo q̄ est lo
co dr̄ie: q̄ diuisa sunt sm suas nāa: talr aūt dicta vnū dupl̄r
sūt vnū sm q̄ dupl̄r ē rō diffinitiua. ¶ Est. n. rō passiōis: ꝛ
rō subti: ꝛ in rōne qdē passiōis subm est loco dr̄ie: ꝛ gen⁹ est
cōe. Si. n. diffiniā claudū ꝛ symmū hoc gn̄e qdē eadē sūt: qꝛ
vtrūqꝫ est curuū. sed subto solo differētia sunt: qꝛ symmū ē
nasi ꝛ claudū cruris curuitas: ꝛ sic augmētatū ꝛ minatū idē
sūt: qn̄ vtrūqꝫ est passio eiusdē subti: augmētū. n. est existē
tis magnitudinis additamētum. Minutio aūt est existētis
magnitudinis decremētuꝫ: id aūt qđ augeт ꝛ minuit iā est
penit⁹ idē in vtroqꝫ. Et sic eiusdē est dissōnis id qđ auget.
Et id qđ minuit hoc. n. est exn̄s subti magnitudo. Sic etiā
est vna rō in differētijs spēi vni⁹ in supficieb⁹: sicut indiffe⁹
rēs rō est supficieꝝ planaruꝫ: siue sint vna linea siue pluribꝰ
ɔtēte. Est. n. plana supra quā nō eleuat āgulus: i dissōnibꝰ
aūt subtoꝝ hoc planissimū est q̄ eadē sunt dissōne: q̄ꝝ diffi
nitiōes sunt idifferētes: sicut ensis ꝛ mucro sunt vnuꝫ: oīno
vo siue vniuersalr in talib⁹ ea sunt vnum dissōne: q̄ꝝ itelli
gentia idiuisibilis est siue idifferēs est: que est formalr itel⁹
ligēs qd erat eē ita q̄ nō posse separi in aliq̄ essentiali quo
vni ꝛ nō alteri ɔueniat in tpe aliq̄ vel in aliq̄ loco neqꝫ aliq̄
rōne: ꝛ hec sunt maxie vnū iter ea que sm formā sunt vnū:
iter oīa tn̄ ea magis sunt vnū que diffinitiones simpliciter
habēt. Et hec sunt in gn̄e sub̄e. vnde sub̄e indifferētes sm
rōnē maxime sm formā vnuꝫ sunt. vniuslr autē oīa inde no
men ꝛ rōnē vnius accipiunt: vnde indiuisionē habēt: vt si
inquātuꝫ homo vnicā per formā hoīs nō hꝫ diuisionēꝫ oīa
sub forma hoīs vnita sunt vnus homo. ¶ Si autē sunt in⁹
diuisa inquātuꝫ aial ambitu aialis vnita sunt vnuꝫ aial: si⁹
cut ea que gn̄e sunt vnuꝫ. ꝛ si sunt vnuꝫ per subti mēsurā si⁹
cut copulata sub vna supficie ad vnius corporis mēsuram
vnā vnuꝫ sunt corp⁹. sicut diximꝰ aquā esse vnā ꝛ vinuꝫ vnū
indiuisione primi ꝛ vltimi subti. igit etiā plura vnuꝫ dicunt
in hoc q̄ faciunt aliqd vnum indiuisum ꝛ indifferēs. Hec
enim in nullo vniunt: aut in hoc q̄ patiunt vnuꝫ sicut duo
oculi vnius visus ꝛ due aures vni⁹ auditus: qꝛ vnius sunt
passionis: aut dr̄ vnuꝫ in ambitu vno quē habēt: aut eē in
hoc q̄ vniunt relatiōe ad aliqđ vnū. Primuꝫ autē in oībꝰ
his modis vni⁹ sm diuersitatē pdicamētoꝝ est vnuꝫ quo
dr̄ vnuꝫ q̄ꝝ sub̄a est vna: vna vo talia quoꝝ sub̄a est vna
dr̄ aut ɔtinua rōne que mēsura est subti: aut spe remota vl
pꝑinqua: ꝛ ad hāc vnitatē reducit vnitas differētie: qꝛ nō
sunt vnū differētia nisi que spe sūt vna: aut sūt vna rōne dif
finitiua. ea aūt q̄ plura sūt istis opposita per id vn̄ diuisionē
hn̄t pl̄a sūt: ꝛ hoc est qꝛ aut nō sūt plura solū: aut qꝛ sūt ɔti
nua: aut qꝛ sūt q̄ꝝ spēs nō est vna aut q̄ꝝ rō diffinitiua nō ē
vna. ¶ Ampli⁹ aūt adhuc vnū foꝛa toti⁹ vt totū ꝛ perfectū
idē ē: ɔtigit aūt aliqn̄ q̄ vnū dicim⁹ totū si q̄ntitas ei⁹ est cō⁹

Tex. cō. 9.

Tex. cō. 10.

Nō q̄ꝛ gen⁹ in duob⁹ pci⁹ pue māe assimilatur.

Tex. cō. 11.

tinua: sicut in his q̃ diuisa nomĩe ꝛ rõnẽ hñt totiꝰ: sicut dicimꝰ vnã aquã ꝯtinuitate subiecti pmi vel vltimi eẽ vnã. Cõtingit aũt aliqñ ꝙ nõ possumꝰ vnũ dicẽ pp talẽ ꝯtinuitatẽ: eo ꝙ ipa nõ est cã vniꝰ: ꝯtigit aũt hoc ꝙ. vz. ex vna ꝯtinuitate nõ vnũ dicimꝰ. si istud qõ vnũ dicimꝰ nõ hꝫ vnã spẽm pter ꝯtinuitatẽ q̃ ipa res dr̃ vna. sicut nõ dicimꝰ vnũ calceũ ꝗ videamꝰ ꝯtinuitate q̃dã ad similitudinẽ vnã cõpositas ꝛ ꝯtinuas eẽ: q̃litercũqꝫ ꝯtingit ptes calciamẽti si nõ sũt cõposite pp cõtinuitatẽ solã: sꝫ potiꝰ sic vt est calciamẽtũ ꝛ spẽm hꝫ calcei q̃ dat eẽ calciamẽto iquãtũ calciamẽtũ est. Nec.n. spẽs est pp ꝯtinuitatẽ: ita ꝙ ab ipa ꝯtinuitate calciamẽtũ nõ hꝫ eẽ ꝛ rõnẽ calciamẽti. Et tñ cũ oĩs vnitas sit a forma: tñ est vnũ calciamẽtũ qñ vltra ꝯtinuitatẽ talẽ attingit formã: pp qõ ꝛ ipa circuli linea iter oẽs lineas hoc mõ vnitatis est marie vna: eo ꝙ tota ꝛ pfecta est. pfectũ aũt est cui ad cõplemẽtũ nihil deest. Et iõ nihil sibi addi põt. lineis aũt rectis ꝛ curuis in eadẽ forma q̃ sunt addi aliqd: ꝛ minui ab ipsis aliqd põt: sꝫ circulari nihil addi põt vel minui fm formã q̃ circlaris est. hoc aũt in primo de celo ꝛ mũdo perfectius ostensum est.

¶ Cap. 8m. Est digressio declarans quidditatez vnius fm qõ est principium numeri.

Vnũ aũt pter iductos modos sumptũ est id qõ est pñm nũeri. Et hoc valde difficile est determinare p eius ꝓpriã diffinitionẽ ꝛ naturã. Si eni dicimꝰ sic qõ est idiuisibile nõ hñs põnẽ in ptibꝰ: idẽ erit dcm̃ ꝙ vnũ est qõ nõ diuidit positiõe carẽs: sꝫ qõ nõ diuidit ꝯuertit fm itellectũ cũ hoc ꝙ nõ multiplicat: cũ hoc ꝯstat ꝙ nihil est cã nũeri ꝛ multitudinis nisi diuisio. sic g̃ dicẽdo multitudo ꝛ nũerus sunt in diffõne vniꝰ qõ est icõueniẽs: cũ vnũ sit pñm sui iteratiõe ꝛ aggregatiõe ꝛ ꝯstituens numerũ ꝛ multitudinẽ. ¶ Ampliꝰ q̃cũqꝫ diffõne diffinit multitudo siue nũerꝰ semp in diffõne illa ponit vnũ. Multitudo.n. est illud qõ aggregat ex vno vel vnitatibꝰ. Cadet g̃ vnũ in diffõne multitudinis ꝛ nũeri: ꝛ ẽt alio mõ videt peccare diffinitio q: cũ dicit ꝙ multitudo vel nũerꝰ ẽ aggregatũ ex vno: cũ aggregatũ nõ sit aliqd aliõ q̃ȝ ipa multitudo vel nũerꝰ ponit idẽ sub alio noĩe in diffõne sui ipsiꝰ. ¶ Ampliꝰ si aggregatũ ẽ aliqd itelligibile vł diffinibile hoc nõ põt itelligi nisi p multitudinẽ ꝛ nũeꝝ. Et sic ista circulariter diffiniũt seinuicẽ. ¶ Si ãt sic dicamꝰ nũerꝰ ẽ multitudo nũerata vł mẽsurata p vnũ: tñ cadit vnitas in diffõne nũeri. Et i eadẽ diffõne ponit nũerata q̃ nõ itelligit sine vnõ. Et cadit i ea multitudo q̃ ẽ idẽ cũ nũero: ꝛ hec oĩa valde absurda sũt in ea q̃ vã ꝛ ꝓpa ẽ rei diffõ. Si qs forte ad hoc velit dicẽ: ꝙ cũ dr̃ ꝙ nũerꝰ est multitudo mẽsurata vel aggregata ex vno: multitudo ẽ vt genꝰ nũeri. qm̃ multitudo ẽ i multis q̃ nõ sũt nũerꝰ vt in canibꝰ ꝛ boibꝰ est ridiculosũ: qm̃ multitudo nõ ẽ in illis nisi sicut in subiectis mẽsuratis p eã. Et in illis p eũdẽ modũ ẽ ẽt numerꝰ. ꝛ iõ pꝫ ꝙ multitudo nõ ẽ aliqd pter nũerũ vnõ cõius. ¶ Sũt aũt aliq oĩa iducta putãtes euadẽ diffinitẽdo nũeꝝ: ꝙ nũerꝰ sit q̃titas discreta hñs ordinẽ ꝛ nõ euadũt: qm̃ discretũ hñs ordinẽ nõ itelligit nisi ex vnõ. ¶ Ordo.n. nũeralis est quẽ hꝫ q a vnõ determinat. Cum dr̃ pmꝰ secũdus tertiꝰ q̃rtꝰ. ꝛ sic spẽs ordis illiꝰ determinat a spẽbꝰ nũeri. ita ordo ipse determinat ab ipo vnõ. Adhuc ãt cũ discretũ dr̃ ẽ idẽ ꝙ multũ ꝛ nũeratũ. Et hoc iterũ nõ itelligit nisi p diuisionẽ q̃ est cã nũeri sicꝫ documꝰ i 3o phicoꝝ: p oĩa g̃ iducta pꝫ ꝙ difficile ẽ valde inuenire q̃dditatẽ vniꝰ fꝫ qõ ẽ nũeri pñm. cũ tñ hoc sit eẽ vniꝰ ꝓpriũ: qõ est pñm nũeri eẽ: ꝛ cũ nũerꝰ sit accñs opꝫ ipm vnũ qõ ẽ pñm nũeri de nã accñtis eẽ. ¶ Nos g̃ in his sine pjudicio melioris sñie dicimꝰ supponẽtes q̃dã q̃ iã aũdiuimꝰ: ꝙ cũ dicimꝰ vnũ aut ẽ adeo simplex ꝙ ipꝫ ꝯstituit i eẽ ꝛ vniꝰ eẽ ipa idiuisibilitate: aut pter idiuisibilitatẽ ꝯstituit i eẽ q̃dã alia nã sui gñis: ꝛ si qdẽ pter indiuisibilitatẽ a nã ꝯstituit in eẽ sui gñis: aut hec ẽ nã corpis q̃dã aut nõ. Et si qdẽ est nã corpis siue q̃titatis corpee siue ẽt põnis tũc ẽ pũctꝰ. Si aũt ẽ alia nã q̃cũqꝫ tũc est idiuisibile pñm illiꝰ gñis cuiꝰ est nã ꝯstituẽs ipm: ꝛ hoc forte in gñe sube ẽ itelligẽtia: ꝛ i gñibꝰ alijs alia nã ad quã sit resolõ ipsoꝝ que sũt in gñe illo sicut ad pximũ. Si ãt nullo nisi ipa ꝯstituit indiuisibilitate. Et ipa idiuisibilitatis rõ nõ ad aliqd determinata est rõ ipsiꝰ sic ẽ vnitas que est principiũ numeri. Qꝫ aũt hoc sit accidẽs sic pbatur. Quãuis eni sicut iam vudũ diximus vnuz cum ente cõuertat ꝛ ipsa forma rei rem terminans sit vnitas ipsius. Tamẽ ex hoc ꝙ qõlibet sic in se terminatũ est sequit ipsuz idiuisibilitas que fm nãm est post esse ipsiꝰ: ꝙ aũt posteriꝰ est ipso esse neqꝫ genus neqꝫ differẽtia est. Qõ aũt neqꝫ genus neqꝫ differẽtia est esse ꝯsis de nã accidẽtiũ est: indiuisibilitas igit rei de nã accidẽtiũ est. ¶ Qõ aũt sit hec nã discretionis principiũ sic ꝓbat. Discretio est separatio reruz inter se idẽ eni est discernere ꝛ separare. Res aũt separant per hoc ꝙ diuidunt ab alijs: sed indiuisibilitas ipsa principiũ separationis est: per idẽ.n. diuidit ab alijs per qõ in se est idiuisibilis. nihil igit diuidit ab alijs: nisi ꝙ in se est indiuisibile: dẽt ꝙ sit adhuc diuisibile ab alijs: g̃ nõ est diuisum: g̃ in seipso nõ est indiuisibile. datũ aũt erat ꝙ fuit idiuisibile. ꝙ aũt sit discretũ pmanẽs in suis ptibꝰ per hoc pꝫ: q: indiuisibilitates pmanẽt rebꝰ pmanẽtibꝰ. Est g̃ hec vnitas que est pñcipiũ nũeri accidẽs: g̃ ꝛ nũerus accidẽs q est collectio taliter discretoꝝ: ꝛ hꝫ pmanẽtiã in suis ptibus ꝓpter idiuisibilitates pmanẽtes: ꝛ sic inuentũ est veruz esse vnius qõ est pñcipiũ nũeri: ꝛ verũ esse nũeri. ¶ Incidit aũt hec qõ grauis: ꝛ n̄ dissimulãda. Querit: vtꝝ vnitas q̃ vt dicit Euclides q̃libet res dicit vna sit separabilis ab ipsa re vel nõ. si.n. dẽt ꝙ sit separabilis: iõ ꝙ cum nec sit genus nec differẽtia nõ est in re sicut q̃dã pars. Et ita videt a re posse separari: dẽt separata esse. res aũt a q̃ separata est: aut est vna aut nõ vna. si dẽt ꝙ nõ est vna cũ re inesse supposita ad nõ vnũ sequit esse multa erit ipsa res multa: qõ est absurdũ. diuisio.n. est cã nũeri: nulla aũt diuisio est facta in re ex eo ꝙ ab ea separat vnitas. Si ãt dẽt qõ est adhuc vna tũc sequit ꝙ aliq̃ vnitate est vna ꝛ illã habuit ante separationẽ prioris vnitatis. Et tũc habuit duas vnitates: due aũt vnitates faciunt duo: g̃ vna res tunc fuit duo qõ absurduz est. ¶ Amplius de ipsa querat separata vnitate: aut eni aliqd predicat de ipsa aut nihil. cõstat ꝙ aliquid ꝓdicat de ipsa: q: ad minus ꝓdicat ens de ipsa vt dicat vnitas est ens. Et de illo ente quero vtꝝ sit sũba vel accidẽs. si dẽt eẽ accidẽs: cũ igit ꝛ ipsa sit accidẽs: accidẽs qõ est vnitas per accidẽs ponit circa ea que dicunt vna qõ est absurdum. Si aũt est sũba: tũc vnitas per sũbam aliq̃ accidit vnis qõ est absurdissimũ. ¶ Silr̃ querit vtꝝ illud ens: qõ ꝓdicat de vnitate sit vnũ vel nõ: ꝛ de ipa ꝛ de vnitate subiecta multa sequunt icõueniẽtia: vnitas aũt per vnitatẽ applicabit vni ꝛ sic erũt due vnitates vel plures in eodẽ. Et m̃lta alia hmõi sequũtur inconuenientia. ¶ Et ideo dõm ꝙ vnitas nullo mõ separat ab vnis: ꝗ eni fm ꝙ principiuz numeri est nõ sit pars que sit genꝰ vel differẽtia: tñ manat hoc accidẽs qõ est indiuisibilitas siue vnitas de differẽtie ꝓprio actu qui est terminare ꝛ finire etiã ad terminũ potẽtie ꝛ actꝰ. ¶ Et q: iste actus differẽtie rez nõ relinquit: ideo vnitas qua quelibet res dicit vna rem ipsam nunq̃ȝ relinqt. ꝛ si querit cuz dicit vnitas est: vel vnitas est ens quid de vnitate ꝓdicet. dicendũ mihi videt ipm esse indiuisibilitatis: ꝛ nihil aliud hoc aũt esse est accidens per modũ supradictũ: ꝛ nõ aliter. q: si daret ꝙ esse alicuius generis ibi ꝓdicaret: tũc hoc eẽt substantia vel accidẽs. Et hoc esset esse vnitatis. Et qõcunqꝫ hoꝝ daret sequeret icõueniẽs: q: si diceret ꝙ hoc esse sit de nã accidẽtis: tũc per nãz accidẽtis ꝯstitueret numerꝰ substantiarũ: ꝛ si daret ꝙ esset nã sube: tũc nũerꝰ q est collectio vnitatum per nãm sube poneret circa accidẽtia qñ nũerant: ꝛ sic sũba accideret accidẽti: qõ valde icõueniẽs est ꝛ absurdũ. Et iõ sicut diximꝰ vnitas per nihil ita penitꝰ ꝯstituit in esse vnitatis nisi per ipsam indiuisibilitatẽ: ꝛ cũ dicit vnitas est ens eẽ idiuisibilitate illiꝰ ꝓdicat de ipa: ꝛ nihil aliõ penitꝰ. Et ꝙ a pñe q̃rit õ hmõi assignatiõibꝰ vnitas ẽ pñm nũeri: ꝛ nũerꝰ ẽ multitudo nũerata vł mẽsurata p vnũ ꝛ hmõi: dõm nihil hoꝝ eẽ verã diffõnẽ sꝫ assignatiões q̃dã ẽ sit. Et õ huiꝰ i ꝯsitibꝰ erit tractãdũ. ad pñtẽ.n. itẽtionẽ suffic qõ nũc dcm̃ ẽ.

¶ Cap. 9m. De modis vnius indiuisibilis quantitate aut specie siue forma.

Ecũdũ ea g̃ q̃ nũc dicta sũt vni eẽ ꝛ q̃dditas est eẽ pñm nũeri. In oĩ.n. re pma mensura ꝛ id qõ prio est mẽsurãs: est pñm: q: hoc notũ facit totũ sciri. Oẽ aũt pñm mẽsurãs totũ eẽ relinqt. q: aliter nõ vt mẽsura alijs applicaret. Nã q̃ primo agnoscimꝰ hoc ẽ mẽsura coꝝ q̃ cognoscũ-

Euasio alioꝝ.

Improbatio

Solutio ꝓpa.

An vnitas sit separabilis a re q̃ dicitur vna.

Tex. c. 12.

tur per ipm in quolibet gñe. Pricipiũ aũt eẽ qđ noscit in q̃libet est vnũ ⁊ idiuisibile p̃mũ eẽ ad qđ fit resolutio oiũ eo rũ q̃ verificant. Et hoc est vnitas ⁊ indiuisibilitas cuiusꝫ gñis: vnũqđqꝫ.n.cognoscit p suũ terminũ: termin⁹ aũt est vnitas ipsi⁹: sicut pꝫ p antedicta: sꝫ hoc vnũ qđ est termin⁹ cuiusꝫ nõ est vnũ in oib⁹ gñib⁹: hinc.n.in musicis est vnũ mẽsura oium discretiue hoc est nota discreta mẽsura toti⁹ ꝙ iteratõe sua mẽsurat nouẽ notas siue neumata. Et illiue in orthographia est p̃mũ p̃n^m idiuisibile vocalis simplicissima vel ꝯsonãs grauitatis: aut iterũ est aliqđ idiuisibile primũ mẽsurãs diuersum a p̃dictis: ⁊ lꝫ hoc nõ sit indiuisibile sm rẽ: est tñ indiuisibile põne vt pondus grani vel aliquod aliđ. Silr est aliud idiuisibile mẽsurãs motũ: ⁊ hoc est motus velocissim⁹ q̃ oẽs alij mot⁹ nũerant: ⁊ hoc ẽ mot⁹ diurnus: in oib⁹ g̃ ⁊ vbicũqꝫ est vnũ idiuisibile qđ iteratũ mẽsurat ea q̃ sũt sui gñis vt ꝯtus est cãtus ascẽdẽdo tono mẽsurat: ⁊ quãta est lr̃a vł vox vocali lõga vel breui mẽsurat. Et ꝯta est grauitas minimo põdere mẽsurat. Et qđtus est mot⁹ mẽsurat minimo motu. Est.n.diurnus vel horarius. Et hoc accipit ad ptes primi mot⁹. Cũ g̃ in oib⁹ ita sit erit ẽt in ꝙtitate nũeri discreta: vnũ p̃^m p̃n^m totã mẽsurãs nũeri ꝙtitatẽ: ⁊ illi⁹ eẽ: ⁊ qđditas: est p̃n^m nũeri eẽ: in oib⁹.n.sicut dixim⁹ est vnũ mẽsurãs primũ. Et hoc aut ꝙtitate est indiuisibile vnũ: aut spẽ est idiuisibile vnũ sm diuersitatẽ eorũ quoꝝ ipm vnũ est mẽsura ⁊ p̃n^m. Illud ergo vnũ qđ est vnũ sm quãtitatẽ: ⁊ est idiuisibile ꝙtitatũ vt ꝙtitatũ in ipsa nã quãtitatis acceptatũ est duplex: quodã.n.idiuisibile nõ habens positionẽ a sola idiuisibilitate est habẽs esse ⁊ rõnẽ est vnitas: aliud võ qđ hꝫ positionẽ a qua hꝫ eẽ ⁊ rõnẽ est punctũ. Et forte aliđ adhuc: ꝙ nõ est quãtitatis vt quãtitatis sed subẽ vt subã est prima forma que est itelligẽtia: ⁊ sic est in alijs generib⁹: lꝫ enĩ in oib⁹ generib⁹ indiuisibile primum reddat ꝙtitatẽ esse illius generis: tñ nõ semp reddit quãtitatẽ vt ꝙtitatẽ: nec reddit eã iteratũ sup ꝙtitatẽ: qꝛ sic punctũ mẽsurat ꝯtinuũ qđ est ipossibile: sed reddit eã mõ principij determinantis esse principiati: sicut indiuisibile qđ est principiũ ꝯtinui per hoc ꝙ est terminus linee sm lineã vnica dictione diuisibilẽ duas habere idiuisiones. Et per hoc scit: ꝙ nõ est quãtitas nisi sm longitudinẽ fluens a puncto motu imaginationis puncti. Et per hoc ꝙ superficies terminat ad lineã terminatã puncto facit sciri quãtitatẽ: que est superficies que est indiuisa vnica indiuisione profundi duabus aũt diuisionibus diuisibilis. Et iđ scit ꝙ est quantitas fluens a linea motu linee imaginario. Et per hoc ꝙ est supficies terminus corporis supficies dico terminata linea que terminat pũcto scit ꝙ corp⁹ est in toto pfecta ꝙtitas: nullo mõ indiuisibilis fluens a motu imaginario supficiei facta ẽt ꝯuersione in hijs tũc duale diuisibile indiuisione est supficies: vnicũ aũt sm diuisionẽ est linea: nullaten⁹ aũt diuisibile ẽ pũctũ ⁊ vnitas. Hoc.n.qđ nõ hꝫ põnẽ ẽ vnitas: illuđ võ qđ hꝫ põnẽ est pũctũ. Et iđ ꝯtigit ꝙ mot⁹ imaginari⁹ pũcti facit ꝯtinuũ: qꝛ eẽ suũ est a põne ⁊ nõ ab indiuisibilitate. Sed mot⁹ imaginari⁹ vnitatis facit discretũ qꝛ eẽ suũ a sola ⁊ simplici est idiuisibilitate q̃ nihil est ꝯtinui. Et qꝛ eẽ illi⁹ idiuisibilitatis oẽm rẽ lq̃uãtũ est vna est ꝯsa per vnã rõnẽ iđ est vn⁹ nũer⁹ ⁊ vnic⁹ q̃ oĩa nũeram⁹. Et nisi ita dicat oporteret ꝯcedẽ ꝙ ali⁹ est nũer⁹ subẽ: ⁊ alius accñtiũ sm diuersa gñ̃a: sicut vnũ terminãs aliud est subẽ ⁊ aliđ accidẽtiũ.

Nõ a quo fumãt diuersitatẽ vnitas in diuersis gñib⁹.

Hoc.n.vnũ qđ est aliđ ⁊ aliqđ sm diuersitatẽ generũ nõ ẽ p̃n^m nec a sola ⁊ simplici idiuisibilitate eẽ accipit: sꝫ poti⁹ ab ipa rei forã ꝓut est termin⁹: sicut sepe in an̄ habitis dcm̃ est. P dicta g̃ scit nã vnitatis ⁊ nũeri ꝙtũ ptinet ad istã itẽtionẽ q̃ rerũ gñ̃a in eẽ hꝫ p̃ducẽ ⁊ inceẽ stabilire: ⁊ numerũ sic in eẽ stabilitũ deinceps accipiat arithmetic⁹: ⁊ ꝯsideret ptes ei⁹ ⁊ dias ⁊ passiões. hec g̃ dicta sunt de idiuisibili qđ est ꝙtitatis vt ꝙtitatis: dixim⁹ aũt ꝙ vnũ ẽ idiuisibile aut ꝙtitate aut spe. Spe g̃ distiguẽtes vnũ dicim⁹: ꝙ q̃dã sũt sm nũerũ vnũ: q̃dã aũt sm spẽm sũt vnũ: ⁊ q̃dã gñe sũt vnũ. Et q̃dã analogia vnũ: siue ꝓportiõe. Numero qdẽ sũt vnũ: quoꝝ mã est vna sicut Marcus Tullius Cicero q̃ sũt noĩa vni⁹ sm nũerũ hoĩs. Spe aũt sũt vnũ: q̃ꝝ rõ diffinitiua vna est sicut soꝛ. ⁊ plato. gñe aũt sunt vnum: quoꝝ eadẽ est figura p̃dicatiõis: sicut hõ ⁊ equus: dico aũt figurã p̃dicatiõis eadẽ qñ sicut figura vna est q̃ linea vel lineis terminat: ita ptãs est gñis differẽtijs ad spẽm vel spẽs terminata q̃.n.sic sũt sub gñis ptãte vna. In vna sũt ꝙtitate illi⁹ ambit⁹ gñis. Hec.n.trãslatio similitudinis facit gñis ambitũ appellari figurã p̃dicatiõis. Scđꝫ analogiã.n.sunt vnũ: q̃cũ ꝙ se habẽt in vna habitudine aliud ⁊ aliud vt sicut tria ad vnũ: ita sex ad q̃tuoꝛ. Et sicut gubernatoꝛ nauis ad naues: ita rectoꝛ ciuitatis ad ciuitatem. Et in hijs ⁊ talibus vnis semp posterioꝛa sequunt ad p̃cedẽtia: q̃cũqꝫ.n.nuõ sũt vnũ ẽt spe sũt vnũ: sed nõ ꝯuertit ꝙ oĩa q̃cũqꝫ spe sunt vnũ: sint ẽt vnũ nuõ. Quedã.n.sũt spe vnũ que nõ vnũ nuõ sunt: sicut ea quoꝝ mã est diuersa ⁊ forma vna vt soꝛ. ⁊ plato. Quedaꝫ etiaꝫ que sunt vnũ nuõ sunt vnũ spe: sicut ea quoꝝ tota mã sm potẽtiã est itra formã: ⁊ nihil de eadẽ sm potẽtiã ad formã ẽ extra sicut sol ⁊ celũ vł ⁊ mũdus. Et vł quoꝝ nulla ẽ trãsmutatio adinuicẽ: ⁊ ẽt sicut diffinitio ⁊ diffinitũ que sũt eadẽ nuõ. lꝫ verius illa dicant vnũ simplr̃ ꝙ vnũ nuõ. Non igit oĩa q̃ sũt eadẽ spe sũt eadẽ nuõ. Et q̃cũqꝫ sunt vnũ spe sunt eadem gñe: sed nõ ꝯuertit: qꝛ nõ q̃cũqꝫ sunt eadẽ gñe sũt eadẽ spe: qꝛ hõ ⁊ asinus sũt eadẽ gñe: sꝫ nõ sũt eadẽ spe. Et q̃cũqꝫ sũt eadẽ gñe sũt eadẽ ꝓportiõe: sꝫ nõ ꝯuertit ꝙ q̃cũqꝫ sũt eadẽ ꝓportiõe: sint eadẽ gñe. Sꝫ hui⁹ nõ est cã quã dicit Auerrois: ꝙ vꝫ ꝓportio sit genus qđdã qꝛ ꝓportio nõ est gen⁹. Sꝫ cã hui⁹ gñis est qꝛ ex oĩ coĩtate nãe seqt coĩtas ꝓportionis: ⁊ non ꝯuertit. Cuꝫ.n.dico soꝛ. ⁊ plato sunt hõ vel aĩal ex ista coĩtate relinquitur ꝙ sortes ⁊ plato sunt ꝯposita eiusdẽ gñis vel eiusdẽ spẽi. Conueniunt g̃ soꝛ. ⁊ plato in hoc ꝙ supposita sũt: ⁊ suppositi coĩtas est coĩtas ꝓportionis: qꝛ est coĩtas vnius habitudinis duoꝝ vel plurĩũ inferioꝝ ad vnã nãm cõem.

Nõ ꝯ expõnẽ Auerrois.

Unũ aũt in hijs q̃tuoꝛ ꝯsideratur aut in nã simplici aut in ea ꝙ ad nãm comparat: vel ad aliud. Et per hãc cõparationẽ accipit vnũ ꝓportiõe. Si aũt vnoꝝ cãtur a nã vna: aut hoc est mã aut forma. Si forma aut est totũ esse aut nõ totũ esse sꝫ est potẽtis ad eẽ. Et p̃io qdẽ mõ a mã accipit vnũ nuõ. Et 2° mõ a forma accipit vnuꝫ spe. Et 3° mõ a forma accipit vnũ gñe. Palã aũt est p hoc ꝙ idiuisio est cã vnius: ꝙ ⁊ diuisio que est idiuisioni opposita cã est multitudinis q̃ est opposita vni. Et qꝛ multa mõ oppõitis se hñt ad vnũ. Et scim⁹ ꝙ si vnũ oppositoꝝ dicit multipliciter: ꝙ reliquũ est multiplex: opꝫ ꝙ multa ita sint multipliciter dicta sicut vnũ. Alia.n.dicunt multa per hoc ꝙ nõ sũt ꝯtinua per subm primũ vel vltimũ vel sm aliquẽ aliũ modũ ꝯtinui superius determinatũ. Alia aũt dicunt multa per hoc ꝙ hñt diuersaꝫ mãm sm spẽm diuersaꝫ: siue illa mã sit prima sicut oium spẽꝝ aque ⁊ liquefactibiliuꝫ est vna mã: aut in hoc ꝙ hñt mãꝫ finalẽ que prima est diuisaꝫ. Alia ẽt dicunt multa qꝛ diuersas hñt rõnes diffinitiuas per formã datas que dicũt qđ erat eẽ: ⁊ vt vł dicat sm oẽꝫ defectũ vnitatis ante determinate inducit pluralitas que p̃ncipiũ est multitudinis cuiusdaꝫ que opponit vni in aliq̃ sigñatiõe vnius. Hec g̃ de vno ⁊ multo dicta sint ⁊ in eo stabilitũ est esse vnius qđ est p̃ncipiũ nũeri ⁊ stabilitũ est eẽ ipsi⁹ nũeri: ita ꝙ non opꝫ nos amplius de hoc in illa scia sollicitari: qñ dicta sufficiũt sm hui⁹ sapie ꝓprietatẽ.

Cap. 10^m. Et est digressio declarans esse numeri: ⁊ q̃liter vnũ ꝯstituit nũerũ: ⁊ q̃liter duo est multitudinis p̃n^m ⁊ q̃liter multitudo: q̃dã est numerus ⁊ qualiter nõ est numer⁹.

Cum aũt istius sapie sit stabilire ptes entis q̃s supponũt scie pticulares sicut sepe iaꝫ in ante habitis diximus. Et nũerus sit vnuꝫ tale eius de q̃ ꝯsiderat arithmetic⁹. Quia iam qđ diximus deesse nũeri digressionẽ faciẽdo cõplebim⁹ id qđ de nuõ sm prie p̃hie ꝓprietatẽ videt eẽ dõꝫ: sic.n.facilioꝛ sit doctrina qñ ea q̃ eiusdẽ sũt nãe simul ponunt: qñ bono mõ fieri põt: qꝛ tũc itellect⁹ vni⁹ manifestatur ex altero. Quia g̃ iã determinatũ ẽ q̃ sit vnitas: q̃ est p̃n^m nũeri. Et ꝙ vnitas hec nõ sit sepabilis a rebus vnis: lꝫ rõ vnitatis sit ĩ aĩa abstractiõe itellect⁹ a reb⁹ abstracta: facile est oñdẽ ꝙ vnitas nullo mõ põt eẽ nũer⁹: qꝛ cũ nõ sit eẽ vnitatis aliđ ab eẽ simplicis idiuisibilitatis ⁊ simplex idiuisibilitas nullo mõ possit diuidi. Et oĩs mł̃titudinis cã sit diuisio vnitas nõ põt fieri mł̃titudo. Oĩs ãt nũer⁹ mł̃titudo ẽ q̃dã. vnitas g̃ nullo⁹ põt eẽ nũer⁹. Si ãt si p̃t vnitas eẽ nũer⁹: ꝯstat g̃ ꝙ neqꝫ ẽ par neqꝫ ipar. Oẽ.n.qđ ẽ par vł ipar ẽ nũer⁹: eo ꝙ par ⁊ ipar numeri sunt passiões: in quaꝝ rõne diffinitiua

subm est. Est ḡ hmōi vnitas principiū numeri nō nūerus:
ꝯsiderādū ḡ hec est de ipō mō qd sit ⁊ qd sint spēs eius. Et
vt meli⁹ itelligat̃ accipiat̃ spēs aliq̄ nūeri: q: ꝙ in vna est in
oīb⁹ eē est necesse. Si.n. sic dicā denarius ex septē ⁊ trib⁹ cō
stituit̃: vel denarius est septē ⁊ tria nihil. ℂ Ampli⁹ addēs
falsuz est qđ dicit̃: q: fm hoc denarius eēt septē: ⁊ denarius
eēt tria ⁊ eēt ex septē ⁊ trib⁹ qđ falsuz est. Silr̃ et si dicā de-
narius est septē ⁊ tria simul sumpta: hoc iterū est falsum: q:
ex quo denarius nō est septē relinquit̃ ꝙ denarius nō est se
ptē cū q̄buscūqȝ aliis. Et vt vniuslr̄ dicat̃ vna spēs nūeri de
alia nō ꝑdicat̃ nec diffinit eā: ⁊ iō denari⁹ nō est nouē ⁊ vnū
neqȝ octo ⁊ duo neqȝ septē ⁊ tria neqȝ sex ⁊ q̄tuor neqȝ quin-
que ⁊ qnque forte diceret aliqs ꝙ denari⁹ est sūma q̄ excre-
scit ex aggregatione septē ⁊ triū vel sex ⁊ q̄tuor vel qnque ⁊
qnqȝ. ℂ Ad hoc aūt dico ꝙ hoc qdē verum est: sed hec non
est diffinitio denarij ꝙ est spēs discreti ꝙ est numerus: q:
septē ⁊ tria que ponunt̃ in illa descriptione eq̄liter sūt igno-
ta sicut ipē denari⁹. Nulla.n. q̄titas diuisibilis nota est nisi
per suā mēsurā primā: ꝯstat aūt septē ⁊ tria q̄titates esse di
uisibiles: nō ḡ certificāt esse alicui⁹ nūeri: fm ꝙ hmōi sunt.
Mēsura aūt prima numeri est vnitas aggregatiōe sua cer
tificās oēm numeri q̄titatē: idē aūt est oīno in talib⁹ certifi
cans ⁊ ꝯstituēs in esse aggregatiuo. ḡ vnitas ꝯstituit ⁊ cer
tificat oēm numerū. op₃ ḡ ꝙ denarius sit aggregat⁹ ex vno
⁊ vno ⁊ vno ⁊ vno vsqȝ ad decimā vnitatē: nec iterū erit de-
narius id qđ fit ex vno decies sumpto. ℂ Et hui⁹ sunt due
rōnes, quarū vna est: q: cū dico decies facio denoīationem
de decē. ⁊ iō decē noti⁹ est q̄ decies: pp qđ decies nō cadit
in denarij diffinitione. ℂ Alia rō est: q: si vnū decies sumat̃
nihil multiplicat nec facit actualē discretionē: s₃ denarius
ꝯstituit̃ ex vnis diuersis que aggregata actualem faciūt dis
cretionē. Idē aūt est itelligere de esse cuiusl₃ nūeri. ℂ S₃ tūc
forte quereret aliqs que sit vnitas q̄ nūerus est vnus cū dī
binarius est vnus ⁊ denari⁹ vnus ⁊ ternarius vnus. Cū.n.
vnūqđqȝ sua forma ⁊ sua eēntia sit vnū: videt̃ ꝙ ⁊ numer⁹
hēat formā q̄ dicit̃ vn⁹. ℂ Ad hoc aūt dōm ꝙ cū nūerus sit
in gñe discreti forma cuiusl₃ nūeri est sola sūme aggregati
ex vnis siue vnitatib⁹: pp qđ vltia vnitas accepta vt finis
in q̄ ⁊ ad quā finit̃ mot⁹ aggregatiōis est vnitas nūeri ⁊ for
ma. illa.n. sola est cā indiuisionis talis sūme sicut finis acce
pta vt dictū est: habitū aūt est in ꝑhabitis ꝙ idē est causa
indiuisionis ⁊ vnitatis. Patet ḡ ꝙ hec est cā vnitatis ⁊ oīs
nūeri. ℂ Ampli⁹ in ꝑhabitis ostēdim⁹ ꝙ vnū nō est separa
bile a reb⁹: q: si separaret̃ adhuc remaneret res vna. Et si
separarū eēt vnū a reb⁹ ⁊ itelligeret̃ ꝯiūgi iterū eēt res dua
bus diuersis vnitatibus vna: ⁊ sic eēt quelibet res vna due
res: ⁊ multa alia sequerent̃ incōueniētia. Oino aūt eodem
mō ꝓbat̃: ꝙ nec duo sepabile est a reb⁹ duabus nec aliqs
alius nūerus separi pōt ab ipsis rebus que sūt in mūdo ipso.
ℂ Mai⁹ aūt l₃ sint multe rōnes: tñ ad p̄ntē itētionē due suffi
ciunt: q̄rū vna est: ꝙ iam ꝓbatuz est nūerū nihil esse penit⁹
nisi discretū aggregatū ex vno: ⁊ vno: ⁊ sic deinceps: si ḡ vnū
īsepabile est a reb⁹ vnis relinq̄t ⁊ nūerū īsepabilem eē. Se
cūda rō est: q: q̄cūqȝ nūerant̃ nō veniūt in nūeꝝ nisi formis
suis qb⁹ distinguunt̃: q̄diu ḡ saluant̃ in eē suo tādiu adhe
ret eis numer⁹. Si.n. daret̃ hoc accidēs separi: tūc querat̃
vtrū sepato binario a duab⁹ ouibus adhuc remanēt oues
due vel nō. Si adhuc remanēt due: tunc aliquo binario sūt
due: ⁊ ille binarius cū priore q̄ infuit facit q̄tuor: prius ḡ q̄-
tuor fuerūt: q̄tuor ḡ sunt quecūqȝ duab⁹ binarijs nūerant̃.
Si aūt nō remanēt due: tūc seq̄t̃ ꝙ nō remanēt oues: ⁊ hoc
falsuz est cū accidēte sepato a subto nō destruat̃ subm. Idē
aūt est de alijs numeris: l₃ aūt hoc mō īsepabilis sit nūer⁹:
nō tñ falsuz oīno dicūt nūerū in aīa eē dicētes. Rō.n. nume
ri formalis q̄ nūerus est quo numeram⁹ in aīa est. Est aūt
quo nūeram⁹ nō nūerus. Et est quo nūeram⁹ nūerus fois
eni idiuisionē eāute nūeram⁹: ⁊ est nō nūerus. Et coacerua
tione vnitatū nūeramus: ⁊ hec coaceruatio est nūer⁹ nume
rās dīa: ⁊ hic numerus potissime est in aīa: si formalr̃ acci-
piat̃ ipsa coaceruatio: mālr̃ ṽo subm mā dē ⁊ est in reb⁹
nūeratis. ℂ De binario ēt scire op₃: spālr̄: qđ mathematice
de illo loquēdo ꝓbat̃ nō eē nūer⁹ s₃ pluralitatis p̄n^m. Si.n.
nūerus esse det̃ aut erit nūerus simplex: aut cōposit⁹. si autē
sit nūerus simplex: tūc sequit̃ ꝙ nō diuidit̃. ⁊ hoc est falsuz.

Ꝙ numerus denari⁹ nō fit solūr id qđ fit ex vno decies sumpto.

Nō q̄ vnitate nūer⁹ est vn⁹.

Ꝙ binarius mathematice loquēdo nō ē nūer⁹ s₃ pluralitatis p̄n^m.

Si aūt sit nūerus cōposit⁹ sequunt̃ duo incōuenientia: quoꝝ
p̄mū est ꝙ cōponit̃ ex nūeris q̄busdā qđ falsum est: alteruz
aūt est qđ sequit̃ ꝙ nō sit nūerus prim⁹ nec pluralitatis pri-
cipiū. ⁊ hoc est falsum. videt̃ ḡ ꝙ binari⁹ nō sit nūer⁹. ℂ Ad
hoc aūt fm ꝓprietatē hui⁹ scie dōm est ꝙ dī nūerus dupl̃r.
vno mō ꝓut nūerus ad suū ordinat̃ principiū: ⁊ sic oē illud
est nūerus qđ coaceruat̃ ex vnis. Et hoc mō binari⁹ est nu
merus. ℂ Alio mō dicit̃ numerus passionib⁹ subitās nume
roꝝ que sunt par ⁊ ipar: ⁊ pfectū ⁊ diminutū: ⁊ abundans ⁊
simplex: ⁊ cōpositū ⁊ hmōi. Et sic binarius nō est numerus
sed pluralitatis principiū. Et hec est cā ꝙ antiq̄ssimi Gra
matici dixerūt tres esse numeros. s. singularē dualē ⁊ plura-
lē: q: aūt hec scia numerū ꝓut est ens in pte subitās passio-
nib⁹ nō ꝯsiderat iō binariū dicit esse numerū. Oīs.n. vnita
tū coaceruatio esse h₃ numeri: esse.n. fm ꝙ ex primis princi
pijs cātur ⁊ pēdet ꝯsiderat iste phus. Sic aūt sumpto bina
rio numerus est in vltimo paucitatis cōsistens: ⁊ numerus
stat in minimo l₃ respectu maximi nō stet sed ꝓcedat in ifi-
nitū. ℂ Adhuc aūt ipsa multitudo dupl̃r ꝯsiderat̃: ⁊ simil̃r
multū ⁊ ēt paucū ⁊ paucitas: qm̄ q̄libet istoꝝ pōt accipi ab-
solute vel cōparatū per respectū ad alterū. Et siqdē absolu
te accipit̃ tūc nūerus q̄libet est multū q̄dā ⁊ multitudo. oē
eni coaceruatū ex vnis est multū ⁊ multitudo quedā: si aūt
multū dicat respectū ad alterū tūc opponit̃ pauco: ⁊ sic duo
erūt paucū ⁊ nullo mō multū. q̄libet aūt alter numerus erit
multū ⁊ paucū respectu diuersoꝝ. Multū ḡ ⁊ paucuz sic op-
ponunt̃ sicut correlatiua: vnū aūt opponit̃ ⁊ pauco ⁊ multo
sicut principiū pricipiato: sicut p₃ per ea que hic dicta sunt.
Nos tñ in sequētib⁹ huius sapiētie subtilius de his differe
mus. per hoc.n. que hic dicta sunt sufficiēter scit̃ eē nūeri. ⁊
hoc intendimus in hoc qnto li. ꝙ stabiliam⁹ ens ⁊ ptes enti
tis ⁊ principia ipsius sicut a principio huius libri diximus.

Ꝙ binarius metaphice cō siderat⁹ nūer⁹ dici possit.

Multitudo dupl̃r ꝯsideratur.

ℂ Cap. ii^m. De modis entis ꝙ nec diffiniri nec dscribi pōt.

Ens: diffinitionē: vel descriptionē seu iterpta-
tionē: seu q̄cūqȝ assignationē hēre nō pōt: q: p
qcqd notificaret̃ hoc esset ens ⁊ minus notū ⁊
simpl̃r ⁊ quo ad nos: q̄ ens ipm. Et hoc qdē
p₃ ex hoc ꝙ nobis nihil notuz est penitus nisi
ens ipm ens esse supponamus. Et sic quo ad
nos ens notius est oī eo p qđ posset notificari. ℂ Simplici
ter aūt notius esse ꝓbat̃ per hoc: ꝙ est simplicissimuz ⁊ pri-
mū: diuidemus ergo ipm dicentes ꝙ ens sicut ⁊ vnuz dicit̃
aut fm accidens aut fm se. fm accidens aūt dupliciter vel
forte melius tripliciter. Uno qdē mō ꝙ vnū accidens al-
teri accidere dicit̃: ꝓpter vnū subm cui ambo accidunt: si-
cut dicimus iustū esse musicū. ℂ Alio mō dicit̃ esse fm acci
dens quādo accidens subto accidit nō qdē subto primo
sed ei ꝙ substantialiter in est subto primo: ⁊ per primū sub-
iectū subijcit̃ accidenti: sicut dicimus hoiem esse musicum
⁊ musicū hominem: hoc eni q̄dāmō dicit̃ similiter ei ꝙ est
musicū edificatorē esse: q: accidit edificatori musicuz esse:
aut ecōuerso accidit musico esse edificatorē: in talib⁹ enim
hoc esse hoc quādo vnū simpliciter inesse alteri dicimus ⁊
nō inesse: vt genus neqȝ inesse vt ꝯuertibile ꝙ est ꝓpriū vel
diffinitio significat hoc huic accidere ⁊ ineē vt accñs: sicut
ēt in 2° topicoꝝ est determinatuz: ꝑdicatū.n. accñtale nihil
addit sup ineē simpl̃r. Et sic est in hijs que nūc dicta sunt:
qn̄ dicim⁹ hoiem musicū aut ecōuerso musicū hoiez: aut ēt
vnū accñs alteri ineē: vt qn̄ dicim⁹ musicū albū aut ecōuer
so albū musicū. Hoc.n. vltimo inductū. iō dicimus esse: q:
ambo accñtia eidē subto accidūt: aliō ṽo dicim⁹ sic vt signi
ficemus alterū ineē alteri: q: accidēs accidit ei qđ est vere
ens cōpletū in seipso. ℂ Tertiū ṽo dicim⁹ vt qn̄ dicim⁹ mu
sicū esse hoiem: iō hoc dicim⁹: q: huic qđ est homo musicuz
accidit: ꝙ tñ nō est primū subm ipsius. ⁊ similiter etiā dicit̃
⁊ musicū albū eē: iō q: cui accidit musicū illō ē albū. ℂ Epi
logādo ergo dicim⁹: ꝙ fm accidens dicta sic dicunt̃: aut eo
q: eidē enti ambo accidūt. Aut q: enti per se accidens acci
dit. Aut q: illud cui inest accidens est illi subto idez: de quo
predicat̃ accidēs: sicut secunda suba idē subm est sube pri-
me cui proprie inest accidēs predicatum de ipsa. Scdm se
aūt esse siue ens dicunt̃ quecūqȝ ꝑdicant̃ fm coordinationē
figure predicamētoꝝ: ita ꝙ alterū de altero ꝑdicemr essen-
tialiter vt de subto quotiēs huiusmodi predicatū de subto

Tex. cō. 13.

Tex.cō.14. dicit tot modis dicit esse fm se: qr tale pdicatū: esse qōdāz dicit ⁊ significat ⁊ diuersitas qdē est ex significatione pdicatoꝝ: sꝫ oia qd dicāt pdicatoꝝ eni taliū qdā signant aliqd siue subam. Alia signant qle: alia qtū. Alia ad aliqd: alia facere. Alia pati: alia vbi: alia qn: ⁊ alia situ: ⁊ alia habitum. ⁊ esse qdē siue ens signat idē aliqd vnicuiqꝫ generū hoꝝ. cuiꝰ pbatio est: qr nihil refert dicere hō cōualescēs est vt esse significet in dictione: ⁊ hō ꝯualescit: ⁊ hō vadēs est aut stans ⁊ hō vadit aut stat. In oibꝰ. n. adiectiuis quocūqꝫ mō significatis pncipalr importat accidēs: ⁊ secūdario subm. ⁊ qn pdicat de suba tale esse significat. qle iportat per adiectiuū ⁊ nō esse sube. Et iō tale eē fm figuras pdicamētoꝝ variatur. ¶ Amplius aūt: eē ⁊ ens signat ipsam rei veritatē. Et hoc dupliciter. vno qdē mō in ipa re extra aiam: ⁊ extra sermonē accepta: ⁊ sic veritas rei est ipsa entitas quā hꝫ ex sui pfectiōe: sic dicimꝰ verū aurū: qꝛ pfectionē auri attingūt: ⁊ verū hoiem ⁊ verū tps ⁊ verā mām ⁊ hmōi. huic vō opponit pmixtū siue apparens ⁊ nō existēs: qō vulgariter falsuꝫ vocat ⁊ hoc verū cū qōlibet ente ꝯuertit: nec est separabile ab ipso sicut nec vnū. Et hoc pbat per easdē rōnes qbꝰ pbatū est qꝛ vnuꝫ nō separat a rebꝰ vnis. Alio mō signat esse veritatē cōpositionis in cōplexiōe sermonis: qr in eo qꝛ res est vel nō est oīo vera vel falsa dicit: ⁊ hoc pprie est esse qō dā: qr cōpositio dicit eē potius qꝫ ens simpler: qr cuꝫ dicimꝰ aliqd esse monstramus ipsa dictione ipm esse verū: ⁊ qn dicimus nō aliqd esse ipsa dictione monstramus qr nō est verum sed falsum. hoc aūt fm similitudinē vnū est in affirmatione ⁊ negatione: vt qn dicimus qꝛ socrates est musicus signamus hoc esse verū. Et qn dicimus qr sor. est non albꝰ signamꝰ qr nō est verū ipm esse albū. dicimꝰ aūt nō esse diametrū cōmēsurabilē signantes hoc esse falsum: in oibꝰ eniꝫ talibꝰ esse ⁊ nō esse fm se sunt cā veritatis ⁊ falsitatis: qntis forte attributio extremoꝝ adinuicē sit accidentalis. ¶ Amplius aūt esse ⁊ ens dicit aut potētia effabile aut pfectione effabile siue significabile: hoꝝ. n. duoꝝ terminoꝝ siue extremoꝝ ⁊ hoc esse dicimꝰ qꝛ pñte est effabile siue significabile de duobꝰ extremis. et hoc esse dicimus qꝛ est effabile siue significabile pfectione. Sed in talibꝰ potētia ens est posteriꝰ ens ⁊ nō addēs supra generis nāꝫ. pfectione aūt ens est qō determinatū est ad esse per dīam ⁊ formā. dicit tn potestate ens dupliciter: potentia videlꝫ mãe ⁊ potētia habitualis forme: sicut dicimus scire dupłr scꝫ qꝛ potens est vti scia fm habitus facultatē: ⁊ id qō est vtens siue ꝯsiderans. Et hoc mō dicit dupłr qescens. fm actū eni quiescēs dicit: cui iam inest qes: ⁊ id qō potēs est qescē dicit potētia qescēs. Silr aūt dicit hoc ꝫ actū ⁊ potētiā in substātijs. In artificialibꝰ eni dicimꝰ idolū Mercurij eē in lapide vel actu vel potentia. Et similr potētia vel actu dicimꝰ in lapide eē medietatē linee vel lint aliōis ⁊ idoli. Et dicimꝰ ēt frumētū nōdū pfectū esse actu ⁊ potētia fm modū quo actu ⁊ potentia dicit esse: qꝛ fm aliqd pfectū est ⁊ fm vltimū agere nōdū hꝫ pfectionē: sicut puer est vir potētia. In oibꝰ aūt talibꝰ potētia dicit esse qꝛ est in potētia prima: potētia vō prima est que vnico motu deducit ad actū sicut habitus ad agere ⁊ habilis ad habitū: ⁊ ēt de alijs est accipiēdū: qn vō res sit potēs ⁊ qn nō subtilius in sequentibꝰ dicet. Hec. n. breuiter dicta sufficiunt. ¶ Est aūt hic nō ptereūdū qꝛ ens ēt sicut in ante hūc habito libro dirimꝰ etiā cōprehēdit ea que sunt in aia ⁊ esse ⁊ enti opponit nō ens: nō entis autem qō nil oīno est nulle sunt spēs nulle differētie nulle pprietates: ⁊ nulle comparatiōes. Et si aliqd illoꝝ attribuat nō enti: opꝫ qꝛ sibi aliqō esse ponat: sicut ponit ei esse qn dicit esse signatū in oīone vel qn dicit altera pars ꝯdictiōis vel aliqd hmōi: ⁊ hoc

Dubium. transeo qr est manifestuꝫ. ¶ Sed dubitabit forte aliqs de hoc qō dirimꝰ qꝛ ens diuidit in potētia effabile ⁊ actu effabile ⁊ vtrūqꝫ hoꝝ quēdā dirimus esse terminoꝝ: potētia nō videt effari nisi per actū nec terminū hꝫ nisi actus: potētia

Tex.cō.33. diffinit pee actū sicut in zº de aia ostēsum est. ¶ Adhuc aūt obijciens quis qꝛ cū oē diuidēs positū relinquat diuisuꝫ: videbit sequi fm ea que dicta sunt. Si est aliqd potētia ens

Solutio. qꝛ ipm sit ens fm se. Est enim entis fm se diuisio in ens potentia ⁊ nō in ens actu. ¶ Hec aūt oia ⁊ quecūqꝫ talia sunt soluunt per hoc qꝛ ens fm se sumit hic a nobis per oppositionē ad ens per accidēs. Ens ergo fm se dicit hic qn vnū attribuit alteri gratia sui ⁊ nō gratia alteriꝰ: ita qꝛ ipm est de nā illius. ¶ Hoc aūt variabile est dupliciter. s. fm rei pricipia ⁊ fm esse qō est in aia de rebꝰ extra. Et siquidē est fm ipsa entis principia: illa dupliciter est accipere: scilꝫ aut fm qꝛ sunt diffinitētia vniuliter accepta sic eni dicūt eē qꝛ determinabilē figuris pdicamētoꝝ. Et qꝛ qdā dicūt esse accidentia per hoc pbat qꝛ qn denominatiue pdicant de substātia esse qōdā dicūt ⁊ illius esse opꝫ accipere pncipia fm diffinitionē fm primū modū dicendi per se. Et hoc esset fm se determinabilē figuris pdicamētoꝝ. Alio aūt mō accipiunt rei principia fm qꝛ ipsam rem cōstituūt. Et hec sunt actꝰ ⁊ potentia in oi gñe. Quia vō ex inherētia pdicati cū subiecto cāntur esse veritatis rerū significatū in oratiōe: ⁊ hec est causa veritatis fm se: ⁊ nō fm accidens aliqō: ppter hoc iter primū modū entis fm se qui accipit ex ipsis reruꝫ principijs ⁊ zm qui etiā accipit ex eisdē principijs fm aliū modū esse cōsideratis interposuimus modū esse fm se quo veritas reꝝ demōstrat. Qō aūt dicit potētia nō esse effabilis nec diffinitionē habere nisi per actū nihil est ad ppositū: qr lꝫ nō sit effabilis nisi per actū tn est effabilis ⁊ diffinibilis. ¶ Et hoc mō signat modū quēdā esse quē modū nō signat actu ens: ⁊ qꝛ dicit diuidēs debere relinquere diuisuꝫ verū est in diuisione vniuoci. hic āt diduni analoga. ⁊ iō diuidētia nō simpłr relinquūt diuisuꝫ sꝫ relinquūt ipm fm modū quēdā ⁊c.

¶ Tractatus secundus quinti libri metaphysice qui est de substantia ⁊ sibi adiunctis.

¶ Cap. pm. Et est digressio declarās generaliter qd est substantia: ⁊ que sunt diuisiones eius generales ⁊ prime.

Anteqꝫ nos distinguēdo dicamꝰ modos sube. Opꝫ nos stabilire subam fm huiꝰ pñe pbile ꝓprietatē. Et iō ex pinductis dicimꝰ qꝛ eē aut est per eētiā aut per accñs: eē aūt per accidēs est infinitū: eo qꝛ nō sunt isinita que per accñs cōtientūt. eē vō per eētiā est per eētialia q sūt finita: ⁊ fines eē rei. iter oia aūt que sūt eēnaliaľr suba est primū sicut pꝫ ex pria diuisiōe eē fm se quā in pnti ca. idarimus. Esse. n. fm se est duobꝰ modis in gñe: vnū qdē eē cuiꝰ eētia acqsita ex sibi eētialibꝰ est: sꝫ cū ipm sit in aliq nō est in eo sicut qdā ps: ⁊ ipoſe est esse sine eo in q est. Et hoc est accñs: ⁊ est in subto. Aliō aūt est qō est eētia acqsita ex principijs eētialibꝰ: sꝫ fm eē nō in alio hoc mō eo qꝛ non est in subto ⁊ hec est suba. Si. n. darer qꝛ suba eēt i subto: tūc qrit de isto subto aut. n. hec iterū eēt i subto alio vel nō. Et si diceret qꝛ eēt in subto: iteꝝ de illo qreret ⁊ abiret hoc in isinitū. Et iō opꝫ qꝛ pm accñtis subm nō sit in subto pp qō dicit Auicē. qꝛ suba ē ꝯstituēs eē accñtis nō ꝯstituta ab illo: ⁊ iō ē eē sube aū eē accñtis. Et hoc tn nō negat accñs eē aliqn in accñte: vt velocitas i motu: ⁊ rectitudo in linea: ⁊ figura in supficie: ⁊ accñtia ēt dicunt multa ⁊ vnū ⁊ hmōi plura inueniunt pp qō opꝫ qꝛ ambo accñtia talia sint i alio quodā qō est subꝫ amboꝝ: qr accñs nō substat accñti nisi accñs staret in suba: q ipm eē facit. Et iō nō sufficiēter crediderūt signo

Ista opio fuit Alexādri ⁊ imponit ei Auerrois. 5. phy. cō. 10.

qcūqꝫ māꝫ eē dixerūt oē qō substat. ¶ Fuerūt ēt qdā q aliq dixerūt eē ⁊ subam ⁊ accñs: sicut pmas eīntoꝝ qlitates dixerūt in ipsis eīntis eē subas: ⁊ i alijs dixerūt eē accñtia: qō ē ipoſe: qr qō i se suba ē nō pōt eē accñs respū alicuiꝰ alteriꝰ: de hijs āt i libro pigenesco determiatū ē. Et iductis āt ps qꝛ subm ē ens p se pfectū qō i se i eē ꝯstituit alteꝝ. Vn qō ē in alio dupłr ē in ipo: aut. n. ē in eo ita qꝛ facit ipm eē ⁊ est cā qre ipꝫ ē in actu: ⁊ hoc ē in alio sicut ps cōpositi ⁊ ps eē rei. ⁊

Esse i alio cōtingit dupłr.

hec ē sola eētialis ⁊ nō accñs. Aut est in eo nihil ꝯferēs ad eē sꝫ potiꝰ ꝯstitutū in eē p hoc qꝛ ē in alio. ⁊ hoc ē accñs: ⁊ id qō priori mō est in alio nō est vt in subto: qntis sit vt in mā suba: sed qꝛ zº mō est in alio est in alio vt in subto. Vn mā subta nō est i alio vt i subto: ⁊ iō est suba. sꝫ oē qō est i alioꝛ vt in subto est in māe suba. sꝫ nō ꝯuertit: qr subm substare nō hꝫ nisi grā māe pprie loquēdo: sꝫ mā hꝫ illō a seipsa. Ex inductis aūt est accipe qndā sube diuisionē: qr suba aut est corpꝰ aut nō corpꝰ. ⁊ si est nō corpꝰ aut est ps corpis aut nō: ⁊ si nō est pars corpis: aut hꝫ ꝯiunctionē motoris ad mobile corpus aut nō. Et tūc corpus est suba cōposita pars cor-

poris vna quidē mā ꝛ altera forma: nō pars corporis ɔiun-cta corpori aīa itellectualis siue celi siue hoīs nō coniuncta corpori intelligentia: de omnib⁹ igitᷓ substantijs hmōi que vere substātie sunt opꝫ intendere sm̄ omnes suas diuersita-tes ꝓbando eas esse: ꝛ ostendendo diuersitates ꝛ differen-tias earum: primum aūt loquamur de substātia corporali.

¶ Cap. 2ᵐ. Et est digressio declarans esse substantie corpo-ralis in eo ꝙ est corpus.

Tx. cō. 15.

c° phi. tex. cō. primi vsqꝫ ad tex. cō. 10.

SUbstātia aūt corporea suba vna ɔtinua non ex athomis cōposita: eo ꝙ idiuisibile indiuisi-bili nō ɔtinuatᷓ: sicut ostēdim⁹ in 7° phꝫsicoꝝ. subaꝫ aūt corporeā cōpositā ex mā ꝛ forma q̄dā dixerūt esse q̄n diffiniēdo ꝙ est corp⁹ suba lōga lata ꝛ ꝓfunda. Qđ etiā nos laūbabitis sepe dixim⁹. ¶ Cōsiderem⁹ ḡ ipoꝝ vboꝝ itētiōes: ꝛ videa-mus q̄ō corp⁹ qđ est suba: sit lōgū latū ꝛ ꝓfundū. dicitᷓ enī lōgitudo aliqñ linea ducta i ɔtinuū quocūqꝫ mō ducta fue-rit: ꝛ sm̄ hec linea ꝛ lōgitudo est vna spēꝝ q̄titatis. Aliqñ ēt dicitᷓ lōgitudo maior lineaꝝ superficiē ɔtinētiū dimēsio. Aliqñ iteꝝ dicitᷓ lōgitudo maior dimēsio extēsa in q̄tito quo-cūqꝫ mō extendatᷓ: ꝛ siue sint linee siue sint aliqđ aliud eius cui⁹ q̄titas mēsuratᷓ. Aliqñ ēt dicitᷓ lōgitudo spatiuꝫ qđ est iter caput ꝛ pedes hoīs: vel iter caput ꝛ caudā alterius aīa-lis: dicitᷓ ēt lōgitudo mūdi spatiū ꝙ est iter sursum ꝛ deor-sum. Et aliqñ dicitᷓ lōgitudo climatis ꝛ habitatiōis arc⁹: q iteriacet iter pūctū oriētis ꝛ punctū meridiani cuiuslibet hoīs. Latitudo ēt dicitᷓ multiplr̄. Aliqñ dicitᷓ latitudo ipsa supficies. Et dicitᷓ latitudo mēsura minor duarū dimēsio-nū. Et dicitᷓ latitudo spatiū orbis arcus q est iter oriēs ꝛ oc-cidēs: ꝛ dicitᷓ latitudo climatis meridiani arcus q est inter eqnoctialē ꝛ zenith capitis cuiusꝫ hoīs. ꝓfunditas ēt dicitᷓ multis modis: vno qdē: ꝛ p̄mo mō q̄titas diametri que cō-tinuat inter duas supficies: ꝛ hec hꝫ duo noīa a sūmo ad imū mēsurādo dicitᷓ ꝓfūdū: ab imo aūt ad sūmū mēsurā-do dicitᷓ altū siue altitudo. ꝛ dicitᷓ ꝓfundū qđ est iter an̄ ꝛ re-tro diallū: ꝛ dicitᷓ ꝓfundū orbis qđ est ab austro in aqlonē: que sunt an̄ ꝛ retro mūdi: ꝛ dicitᷓ ꝓfundū climatis mediuꝫ ipi⁹ i quo sicut in cētro figitᷓ diameter pyramidis luminis celestis qđ icidit i clima. Isti. n. sunt modi colores qb⁹ vtū-tur phī istis noīb⁹ istaꝝ dimēsionū. ¶ Cū aūt dicitᷓ corp⁹ lō-gū latū ꝛ ꝓfundū nō opꝫ ꝙ iste dimēsiones actu sint in ipō. videm⁹ ḡ spherā eē corp⁹ in quo nulla penit⁹ est longitudo siue linea. Qđ. n. dicitᷓ axis sphere: quē megual Arabes vo-cāt q est linea trāsiēs per polos ꝛ cētrū sphere nō assignatur sphere nisi cū mouetᷓ: sphera aūt nō est corp⁹: ex hoc ꝙ mo-uetᷓ: nec est corp⁹ ex hoc ꝙ est sphera: sed pn⁹ corporeitatis sunt in ipsa ɔstitutiua eē corporis an̄ vtrūqꝫ illoꝝ: nec iterū opꝫ ꝙ corp⁹ in eo ꝙ corp⁹ sit terminatū supficie: q: si pona-mus corp⁹ isinitū sicut multi posuerūt ipm̄ erit corp⁹: ꝛ non erit supficie terminatū: ꝛ tn̄ ponēs corp⁹ eē isinitū nō errat in hoc ꝙ ipm̄ ponit eē corp⁹: sed in hoc ꝙ ipm̄ ponit infini-tū esse. nec iteꝝ ad eē corporis reqritᷓ: ꝙ hēat plures actu sup-ficies p̄ter corpa terminata. est. n. corp⁹ vnica supficie termi-natū: qđ est sphera. nec opꝫ iterū ad eē corpis ipm̄ eē positū sub celo q̄cūqꝫ mō: vt ab ipō recipiat dimēsiōes q: ipm̄ ce-lū est corp⁹ ꝛ sic dimēsiōes nō recipit. Ex oīb⁹ ḡ hmōi ɔclu-ditᷓ: ꝙ corpis eē nō pēdet ex hēre tres sm̄ actū dimēsiones: sꝫ poti⁹ corp⁹ est qđ aptū est trib⁹ dimēsionib⁹ mēsurari: ita ꝙ tres diametri orthogonaliter ad vnū angulū ɔiūcti mē-surabūt ipm̄: nec plures pñt in ipso eē orthogonalr̄ in angu-lo vno ɔuenientes: sꝫ plures ꝛ isiniti pñt nō orthogonalr̄ pe-netrare per ipm̄. forma aūt hui⁹ aptitudinis facit corp⁹ esse corp⁹: sꝫ mēsure sm̄ actū in ipso accepte ɔsequunᷓ eē ipsi⁹ ꝛ ei⁹ subam ꝛ succedūt sibi suba manēte vna ꝛ eadē. Si. n. ac-cipiatᷓ cera ꝛ cōprimatᷓ: ꝓ certo mutanᷓ in ea dimēsiones q̄ sūt actu in ea: ꝛ tn̄ manet idē corp⁹. ¶ Dixerunt aūt qdā ꝙ lōgitudo ꝛ spatiū ꝙ extēditᷓ in dimēsiōibus in oī corpe. Et ɔstat ꝙ ēt hec lōgitudo nō est essentialis corpi: q: cubus est corp⁹ ɔtētū sex supficieb⁹ q̄rū nulla excedit aliā. ¶ Aliq aūt oino iperiti dixerūt dupl̄r dici corp⁹ a corporeitate: videlꝫ ꝛ a repletiōe q̄ā vocāt corpalitatē. ¶ Et p̄ᵐ qdē dicūt corp⁹ eē mathematicū: ꝛ 2ᵐ corp⁹ physicū siue subale: sꝫ hec vba adeo fatua sūt: qđ nō ē de his dignū cū studio itēdere. que. n. dīa sit corpalitatis ꝛ corporeitatis vsqꝫ adhuc nō est audi-tū. ¶ Preterea. Si corp⁹ a repletiōe dicitᷓ hoc nō distinguit: q: oē corp⁹ replet ēt mathematicū. Si aūt dicūt grossitiē eē repletiē: hoc est idiotaꝝ: ꝛ sm̄ hoc aliā nāꝫ corpeitatis habe-bit ignis ꝛ aliā terra: qđ est penit⁹ absurdū. Si āt est aliqđ corp⁹ qđ retiet ꝛ ɔseruat ꝑpetuo diuisiōes actuales que sūt in ipō hoc nō habebit a nā corporeitatis sm̄ ꝙ est corporei-tas: sed a forma pꝓica addita corporeitati. Ex oīb⁹ ḡ indu-ctis ɔcluditᷓ ꝙ corp⁹ i eo ꝙ corp⁹ est suba corpalis ē suba cō-tinua in q̄ pñt poni tres diametri orthogonalr̄ se secātes in oī pte sui: ꝛ hꝫ hāc formā oē corp⁹ eq̄lr̄ est corp⁹ oī corpi. Sꝫ sm̄ mēsurare vel colcare vel hmōi nō oē corp⁹ eq̄liter se hēt oī corpori: q: talia accidūt ex dimēsionib⁹ disciplinalibꝰ que sm̄ actū accipiunᷓ in corporis actuali q̄titate. ɔstat etiaꝫ ꝙ corp⁹ per formā corpeitatis sub eadē forma corporeitatis est rarefactibile ꝛ cōdēsabile lꝫ nō retineat sm̄ eandē formā dimēsionū sm̄ actuꝫ. ¶ Corpus aūt disciplinale est q̄titas actualiū dimēsionū supficie vel supficieb⁹ terminatū nō sm̄ esse: sed sm̄ rōnē mēsure q̄titatis acceptū. Et hoc ɔsequitᷓ ad corp⁹ p̄dicto mō acceptū. ꝛ iō est accidēs ipsius: corpori aūt oī sicut ꝛ oī q̄to accidit diuisibilitas rōne ɔtinuationis quā hꝫ. Et si nō diuiditᷓ hoc nō est rōne cōtinuationis sed rōne pꝓice forme ɔtinuationi supaddite sicut dixim⁹: for-ma ḡ ɔtinuationis forma est mē corporis: ꝛ hoc ꝓbatᷓ per hoc ꝙ idē est susceptibile continuatiōis ꝛ discōtinuationis siue in ɔtinuitatis. Cōtinuatio aūt est forma nō susceptibi-lis icōtinuitatis: ḡ qđ suscipit ɔtinuationē aliud est ab ipsa cō-tinuitate. Et hoc est mā. ¶ Ampli⁹ cū dimēsio ꝓpria passio sit ɔtinui pꝫ ꝙ in ɔtinuū nō est susceptibile dimēsiōis nisi for-te in potētia: sicut ēt in potētia est ɔtinuū. Ex his aūt colli-gitᷓ ꝙ suba corporea sm̄ ꝙ est suba corporea est aliqđ in po-tētia ꝛ aliquid in effectu: in potētia. n. est id qđ est susceptibi-lis dimēsiōis sm̄ actū: in actu aūt est corp⁹ ɔtinuū ꝛ in eo ꝙ est ɔtinuū est oppositū ex forma ɔtinuitatis ꝛ mā qđ est hile que de se eq̄liter se hꝫ ad ɔtinuū ꝛ icōtinuū lꝫ a ɔtinuo nun-q̄ separetᷓ sicut inferius ꝓbabim⁹. ¶ Obiicet aūt forte ali-quis dicēs ꝙ hile corp⁹ est cōpositum ex mā ꝛ forma q: hile est in actu suba q̄dā apta ɔtinuitatis. Igitᷓ est suba actu ens ꝛ aptitudinē hēns: ꝛ sic est cōposita ex actu ꝛ potētia ¶ Sed ad hoc dōm ꝙ subalitas hile nihil addit supra hile nisi mo-dū negatiōis qđ nō videtᷓ esse in subto. Et iō per hoc ꝙ est actu suba: nō ponitᷓ in actu alicui⁹ forme. Et per hoc ꝙ ad-ditᷓ apta ɔtinuationi nō ponitᷓ in actu aliqđ eē sꝫ in potētia. Et iō si hec potētia determinatᷓ ad actū corporeitatis indi-stincte iquātū pñt orthogonalr̄ penetrare tres diametri ef-ficitᷓ cōpositū ex mā ꝛ foīa. Corporeitas aūt rursuꝫ determi-nabilis differētijs corporeitatis que sunt sphericū cubitū ꝛ hmōi ꝛ cū cōparatᷓ mā ad hmōi aptitudinē ꝛ actū q determi-nat aptitudinē illā poti⁹ est cōpō simplicis mēe ad genus ꝛ dr̄iam q̄ cōpositi ad māᷓm ꝛ formā. Corporeitas. n. ista in se nō differt in aliq̄ corpe: sꝫ spēs ei⁹ differūt abinicē. ꝛ hoc iō ē: q: sic dicit Porphyri⁹ nulla spē itellecta rō gñis pōt ac-cipi: ḡ cū gñis nā nō pēdeat ex pncipijs spēi: sꝫ ex hijs q̄ sūt an̄ oēꝫ spēm: si aūt adueniūt forme pꝓice: sicut celestis ꝛ ter-restris ꝛ calidū ꝛ frigidū ꝛ humidū nō diuidūt corporeita-tem: cum nō sint differētie ipsius sed ɔtria sicut dictū est.

Substātia hi-le nihil addit supra hile nisi modūꝫ negō-nis ꝙ nō vr̄ eē in subto: sꝫ tn̄ ɔsidera q: tūc rō mēe vr̄ eē purū nihil.

Porphyrius in cōtratib⁹.

¶ Cap. 3ᵐ. Et est digressio declarans vtꝝ mā prima que est substantia separata esse possit a forma corporeitatis.

LIcet aūt corp⁹ sit cōpositū ex mā ꝛ foīa ꝛ corpo-reitas p̄ia q̄ est foīa subalis corpis nō sit nisi ɔtinuitas apta penetrari trib⁹ diametris: tñ hile nō est separabile ab hmōi foīa p̄ia ita ꝙ realr̄ actu existat sine ipsa. hoc autē sic ꝓbatᷓ. si eni mā pōt separari a foīa corporis prima def hoc: possibili. n. posito nihil accidit ipole. Separata ḡ mā aut est diuisibilis actu: aut nō. si aūt est diuisibilis cū diuidi sit ꝓpria passio ɔtiui ipa mā ē ɔtina ꝛ cū nō hēat nisi ɔtinuita-tē corpis seqᷓ ipaꝫ eē corp⁹. Datū autē erat ipsaꝫ sepatā eē a foīa corpis. Si aūt ē idiuisibilis aut idiuisibilitas ē ei eēn-tialis aut accn̄talis. Si āt ē ei nālis vel eēntialis nihil vn̄q̄ pōt recipe ɔriū qđ falsuꝫ est: q: susceptibilis est foīe corpis ēt per ɔns susceptibilis est diuisiōis. Si aūt nō est ei nālis: tūc est ei accidētalis ꝛ sic accn̄tale esse est ꝙ nō cōstituitᷓ per subm in se pfectū qđ esse nō pōt. ¶ Ampli⁹ si sepatᷓ a forma corporis aut est designabilis in loco. aut non: si est designa-

Positio aliorum.

Improbatio.

Quia vo priuatio opponiẗ habitui: iõ de priuatiõe hic post habitũ ꝛ passionẽ op3 iterserere. Dicam⁹ igiẗ ꝙ priuatio diciẗ a priuatiõe principij nãlis tribus modis: ꝛ vno qdẽ mõ diciẗ qñ nõ h3 aliqd qð est aptũ natũ haberi: l3 hoc nõ sit aptũ ſm idiuiduũ siue subm neq3 ſm speciẽ neq3 ſm ges⁹: sicut oculis priuari diciẗ planta. Est tñ in talib⁹ pria potẽtia ad habitũ vita. n. occulta potentia est ad vitã manifestã ꝛ ꝑfectã: ꝛ hoc est ſm oĩu3 sensuũ pricipationẽ. Sed neq3 is subto qð est hec plãta neq3 in spe que forte est is alijs neq3 is gñe natũ est hĩc visu3 vel oculus. ¶ Alio vo mõ diciẗ: qñ aptu3 natũ est hẽre: ꝛ hoc dupliẗ aut in gñe aut in spe ꝛ nõ h3. Aliter. n. hõ diciẗ cecus qñ nõ h3 qð nat⁹ est hẽre in spe s3 nõ h3: ꝛ aliẗ talpa. Talpa. n. priuaẗ eo ꝙ non est apta nata hẽre ſm spẽm: sed ꝙ nata est hẽre ſm genus. Homo vo cecus priuaẗ eo ꝙ nat⁹ est hẽre ſm se: ꝛ ſm suã spẽ3. ¶ Amplius priuaẗ eo ꝙ natũ est hĩe ſm suã spẽm siue ſm se aut natum est hẽre ſm oẽ tp̃s id quo priuaẗ sicut hõ: aut priuaẗ eo ꝙ natũ est hẽre ſm tp̃s determinatũ: sicut catulus q nõ h3 visum citra nonũ diẽ vñ priuari diciẗ si nõ h3 qð natũ est hẽre ꝛ qñ natũ est hẽre. Cecitas eni est priuatio q̃dã: sed nõ ſm tp̃s qlibet cecus est ſm oẽ etatẽ. Sed tñc cecus est si is etate in qua aptus natus est hẽre visum nõ h3. ¶ Similiẗ aũt in priuatione attendendũ est nõ solũ tp̃s sed etiã subm in quo est ꝛ ſm qd siue ſm quã potentiã pricipij ꝛ ad qð membrũ determinatũ ꝛ si sic nõ h3 id qð aptũ natũ est hẽre tunc priuatũ diciẗ. ¶ Ampli⁹ ꝓter oẽm principij nãlis defectũ diciẗ aliqñ priuatũ: ꝙ per vim siue violentiã ablatũ est. Sed hec est priuatio ꝓprij act⁹ ꝛ mot⁹: sicut lapis loco deorsum ꝛ motu priuatus diciẗ: qñ sursum teneẗ violẽtia: aut q2 ipediẗ colũna supposita: aut aliq̃ hmõi. Et hoc aduertẽdũ ꝙ quot modis diciẗ negatio in gñe que relinqt subm: tot modis diciẗ ẽt priuatio q2 hec negatio talis reducẗ ad priuationẽ: ꝓpter hoc solum ꝙ negatio in gñe nõ h3 mediũ: priuatio aũt aliqñ mediũ h3: sicut ostendemus inferius: ꝛ iõ a primo mõ inducẽdo quot modis diciẗ negatio: diciẗ tot modis priuatio. Nã inequale vel nõ eq̃le diciẗ ꝙ nõ est aptũ natũ hẽre eq̃litatẽ vt color: qui nõ est aptus natus cõmẽsurari alicui: ꝛ hoc diciẗ nõ eq̃le penes modũ primu3. Inuisibile aũt diciẗ siue nõ visibile: aut ꝙ nõ oĩno natu3 est hẽre colorẽ: ꝛ hoc diciẗ penes modũ 2m: aut ꝙ turpẽ h3 colorem a quo auertiẗ visus. ꝛ similiẗ diciẗ id qð est sine pede aut nõ habẽs pedẽ: aut ꝙ nõ h3 oĩno pedes: aut ꝙ turpes h3 aut vitiosos ꝛ curuos sicut claudus pedibus. ¶ Ampli⁹ adhuc priuatũ aliqd diciẗ in paru3 hẽre ꝛ minus q̃ exigiẗ ad opõnẽ vt nõ ignitũ diciẗ ꝙ nõ h3 ignẽ intẽsioni sufficientẽ: sed hoc vltimũ reduciẗ ad turpiter siue corrupte hĩe ſm aliquẽ modũ. ¶ Ampli⁹ diciẗ priuatũ ꝙ nõ facile aut nõ bene seu expedite se h3 ad actũ ꝛ opõnẽ vel passionẽ sicut isecabile vel nõ secabile diciẗ nõ solũ iõ ꝙ nõ secaẗ: s3 q2 nõ facile aut nõ bene secaẗ. ¶ Ampli⁹ in ꝑuatiõe ↄsiderãdũ est: ꝙ oĩno nõ hẽat nõ aliqs diciẗ priuat⁹ q2 dimidio caret si illud dimidiũ põt facẽ actũ. monoculus. n. nõ diciẗ cec⁹ s3 cec⁹ dẽ: q in ambob⁹ oculis nõ h3 visum: ꝛ hoc est iõ: q2 vn⁹ oculus per se agiẗ visus opõnẽ s3 monopes dẽ claudus iõ: q2 vnus pes opõnẽ nõ ꝑficiẗ gressus. Quia aũt sic est qð op3 eẽ in toto priuatũ in multis: ꝛ priuatio reduciẗ ad negõnẽ in gñe ideo hoc ꝙ ꝑuatio est oppositio habẽs mediũ negatio aũt nõ: iõ l3 bonũ ꝛ malũ opponanẗ ꝑ ꝑuationẽ ꝛ habitũ: tñ nõ ois hõ bon⁹ est aut malus aut iust⁹ aut iniust⁹: hoc. n. hẽt mediũ qñ bon⁹ ꝛ iustus dĩr dupliẗ ab actu videl3 v̇tutis ꝛ officio ab actu qdẽ v̇tutis ꝑuatio ſm se. Ois hõ aut est bonus aut est malus: q2 v̇tus ethica monastica est in seipo pficiẽs hoiem. Officiũ aũt v̇tutis vt diciẗ Tullius est ↄgruus act⁹ ꝑsone ſm statuta prie reipublice deseruiẽs: sicut diciẗ bon⁹ ciuib⁹ bon⁹ ꝛ iust⁹ ille q ciuilis dirigit: ꝛ hoc mõ rustic⁹ ꝛ heremita neq3 bon⁹ neq3 malus est neq3 iust⁹ neq3 iniust⁹: q2 nõ est ciuilis q hmõi est: affirmatiõis aũt ꝛ negõnis nõ est aliqð mediũ sic̃ in q̃rto hui⁹ sapie ll. ostẽdimus superi⁹ ꝛc̃.

¶ Cap. 5m. De habere ꝛ modis eius.

Tex.cõ.28.

Habere aũt diciẗ multipliẗ: vno qdẽ3 mõ diciẗ eẽ illud hĩe aliũ qð r3 ipm itra terminos sue ptẽtis: ꝛ hẽre diciẗ cõparatio media q̃ est iter habẽs sic ꝛ habitu3. ꝛ diuersificaẗ hoc per tres dñias. aut est. n. habere ſm gen⁹ habit⁹. aut h3 ipm ſm suã nãm. aut ſm iperum ptẽtis: vñ febris diciẗ hẽre hoiem ſm ptẽtẽ retinẽdi nãm: ꝛ illa hitudo est cõparatio media a calore inãli ꝓcedẽs ꝛ nãe dominãs: ꝛ eodẽ mõ frig⁹ ẽt h3 hoies ſm ptẽtẽ nãe: s3 ẽt iperũ ptẽtis Troiani victores dñr hẽre hilion ciuitatẽ: ꝛ hẽre itez diciẗ cõparationẽ tenẽdi a tenẽtib⁹ ad tentũ. Scðm aũt essentiã istius generis diciẗ vestimẽtũ indui habit⁹: ꝛ est habitus ipse a vestimẽto circũdãte ad eũ q indutus est accepta habitudo siue cõparatio: q̃ qs diciẗ tunicat⁹ vel togat⁹ vel cappatus vel gñaliẗ indut⁹ siue vestit⁹. ¶ Alio aũt mõ diciẗ illiũ hẽre in quo aliqd existit sicut in susceptibili mã ꝛ subto: vt es h3 spẽm siue figurã idoli siue statue ꝛ corp⁹ h3 ifirmitatẽ. ¶ Tertio mõ diciẗ hẽre sicut h3 ↄtinẽs ↄtentũ siue ↄtineat ipm sicut locus siue ↄtineat ipm sicut vas: siue ↄtineat ipm sicut forma. ↄtẽtũ. n. in aliquo diciẗ hẽri ab ipo: sicut dicim⁹ lanã hẽre humidũ: ꝛ ciuitatẽ dicim⁹ hẽre hoies: sicut locus h3 locatũ ꝛ nauẽ dicim⁹ hẽre nautas: sicut vas h3 id qð est in vase: sic aũt ꝛ totũ dicim⁹ hẽre ptes sicut forma cõtinet ꝛ h3 formatũ. ¶ Cũ aũt loc⁹ h3 locatũ est vbi qð est ꝑdicamẽtũ in locato cõparatiõe facta ad locũ: ecõuerso aũt est de ꝑdicamẽto habitus: q2 hoc est in habitu exteriori cõpõne facta ad iductũ. ¶ Ampli⁹ 4° mõ diciẗ hẽre id qð ꝓhibet ſm iperũ sue ptẽtis aliqd vt moueat se aut opereẗ ſm nãe sue motũ aut opõnẽ: sicut colũne dñr hẽre siue tenere põderosa supposita: q2 ꝓhibẽt ea ne occidãt: ꝛ hoc mõ hĩe est idẽ qð per vim retinẽ sicut in poeticis fabulis athlas diciẗ hẽre celũ: tanq̃ casurũ sup terrã si nõ hẽaẗ ab ipso: quẽadmodũ ẽt dicũt qdã phisiologoz siue de nã loquẽtiũ q mã3 ponũt rãs eẽ solã illi. s. diffusam vndiq3 mãm dicũt athlanẽ: ꝛ sua diffusione tenere celũ. ¶ De hoc aũt in principijs motuũ aialiũ: ꝛ in 2° celi ꝛ mũdi ꝛ in poeticis a nobis dcm est: hoc igiẗ mõ id qð ↄtinẽs est diciẗ hẽre ea que ↄtinet: q̃si ipm ↄtinẽs sit sepata a ↄtẽto sub a per subm ꝛ locũ: ꝛ q̃si ↄtineat singula que ↄtinet per iperũ violẽte ptẽtis ꝓhibẽtis ipm ↄtẽtũ ab opõne nãli: sicut celũ athlas ꝓhibet a casu: ꝛ gñaliẗ loquendo esse aliquid is alio similib⁹ modis diciẗ: ꝛ eque cõuertiliter cũ habere. Octo aũt modis diciẗ aliquid esse in aliquo sicut in ꝑhabitis determinatũ est: quecũq3 aũt in cathegorijs de habere diximus hic supponantur.

Nõ qr̃ respectus ipor⁹ ꝑ vbi differt a respectu ipoꝛ ꝑ hitũ. vl de cõmẽtato rẽ ẽt ꝓ hoc in cõmẽto pñti.

¶ Tractatus sextus quinti libri metaphysice qui est de cõsequentibus ens ſm modos quibus ens principiatum est ex principijs ſm omne genus entis.

¶ Cap. pm. De modis eius ꝙ diciẗ ex aliquo.

Tex.cõ.29.

Post ea que de generibus entiũ ſm modũ eẽndi ↄsideratis dicẽda eẽ videbanẗ: determinabim⁹ ea que cõsequunẗ ens: ꝛ pmo de modis pricipioꝛ entis ſm ꝙ ens ipm ↄstituiẗ in his aũt ꝑmu3 est: ꝙ determinat ipm extrũ pricipiati de pricipio: ꝛ hoc est ex aliq̃ eẽ. hoc. n. diciẗ gñaliẗ sinẽs pricipiati de pricipio. ¶ Dicam⁹ igiẗ ꝙ ex aliq̃ eẽ diciẗ multis modis: vno qdẽ pricipali ꝛ pmo: vt ex q̃ aliqd est sicut ex mã hoc aũt dupliẗ diciẗ: vnũ. n. ex quo res esse diciẗ est primũ genus subm siue mã prima in gñe aliquo rerum.

Alio

Alio aūt modo dicit eē ex aliquo ex mā p vltimā spēm de-
terminata est prima: τ iō ꝓpria mā vocat. primi aūt exem-
plū est sicut oia fluida siue liq̄bilia dicim⁹ eē ex aqua: q: aq̄
est pria mā ipsoꝝ. ℭ Scdi aūt exēplū est sicut dicim⁹ statuā
idoli ex ere: eo q̄ es ꝓpria τ proxima mā est idoli. Alio vo
mō scdo dī aliqd eē ex aliquo sicut ex pmo mouēte: sic aliqñ
querētes dicim⁹ ex quo est pugna τ rñdemus q̄m est ex ꝯui-
tio eo q̄ ꝯuitiū pn̄ᵐ est pugne. Alio āt mō dicit aliqd eē ex
aliquo fm īcētionē forme τ mãe simul: vt pȝ in his que fiunt
ex cōposito: oē enīȝ q̄ est ex illis est in que resoluit: resoluit
aūt cōpositū in mām τ formā: τ hoc mō iuxta hūc modū ꝓ-
prie resoluit totū in ptes: τ iō cōpositūȝ est ex mā τ forma: τ
totū est ex ptib⁹: τ hoc mō v̄sus homerici de troiana hysto-
ria sūt ex hystoria ilion ciuitatis: que troia alio noie vocat:
τ sīr de domo resoluta sunt lapides: τ iō domus est ex lapi-
dib⁹. In oib⁹ enīȝ talib⁹ finis est forma totius τ pfectū τ to-
tū dicit id qd hȝ īclusum q̄ est forma toti⁹. ℭ Amplius autē
4ᵒ mō dicit aliqd ex aliq̄: sicut ex pa⁹ formali τ ex illo tanq̄
ex pte dicit eē spēs: q: est pars eē sicut hoīeȝ dicim⁹ eē ex bi
pede siue ex rōnali q̄ est forma: que est pars eē: τ hoc mō syl
laba est ex elemētis quoꝝ q̄libet est pars eē ipsius: cū sylla
ba sit cōprehēsio litterarȝ id istāter ꝓlatarȝ. aliter eni sylla
est ex elemētis q̄ statua ex ere: sība eni nālis est cōposita ex
sensibili mā sicut ex māli pa⁹. Spēs aūt est ex spēi mā: sylla
aūt forma τ spēs q̄dā est: τ iō est ex mā nō sensibili sȝ ex mā q̄
est mā τ elūtū spēi: τ hoc est id ex quo cōponit sylla τ ē māle
in ipsa. Quedā igit sic dr̄ ex aliquo sicut dictū ē. ℭ Alia vo
τ quīto mō dicunt ex aliquo nī fm cām efficiētē τ formālē τ
mālē: τ iō dr̄ ex aliquo fm ptē aliquā pinductoꝝ modoȝ
oium: sicut ex pre τ matre existit puer: nō q̄ ex pte patris sit
τ ex pte matris: q: spma virtute est tot⁹ pater: τ gutta mīs
virtute est tota mater. Sed q: puer duo est τ fm ptē forme
est ex patre fm aūt ptē mãe ex matre tota: τ sīr iȝ nō oino ē
ex terra planta q: plāta fm aliq̄ sui ptēȝ est ex terra. ℭ Alio
vo τ sexto mō q̄ īter oēs est min⁹ pncipalis modus dī aliqd
ex aliquo q̄ est post illud: τ in talib⁹ opȝ q̄ maneat aliquid
vnū: sicut sība vna est in toto tpe: sicut dicim⁹ ex die fieri no
ctē: τ ecōuerso: q: nox est post diē τ dies post noctē tps ē enīȝ
circulare: τ hoc nō tm̄ dicim⁹ pro sība tpis: sed ēt pro q̄lita-
te: τ hoc mō dicim⁹ q̄ ex serenitate fit hyems siue tēpestas.
hoc est post serenitatē. ℭ Cū aūt in oib⁹ his nō cōsiderent
nisi duo. s. ipa pncipia fieri siue mutatiōis τ ordo mutatoꝝ:
necesse est oia iducta reduci in duo. Alia enīȝ dr̄ ex aliquo
fieri: q: trāsmutationē hñt adinuicē sicut oia q̄ iducta sunt
pter modū vltimū. Alia āt dicunt fieri ex hoc: q: fm tps so-
lū sic dicunt: sicut dicimus q̄ ex q̄litate dieȝ tuta fit nauiga
tio: eo q̄ est post eq̄litatē estiualeȝ nauigatio tuta: q̄ñ mare
quiescit: τ huī⁹ v̄sus est in astronomicis: vbi fiunt ordines ta
les: q: in circulo ꝫodi alius est ordo ex ariete in librā: τ ali⁹
ex libra in capricornū: τ sic in festis deoꝝ dicit q̄ ex Diony-
sijs fiunt tragilia: q: fiunt post dionysia festa celebrata tragi-
lia. Dionysia āt q̄ latine interpretat tenebras extirpātia fue
rūt facta hoīum illustriū τ laudabiliū: que pmo apud vete-
res cū laude celebrabant: tragilia āt fuerūt facta in erorū τ
seruiliū psonaȝ: q̄ postea cū vitupio varū celebrabant: τ iō
tragilia vocata sūt: a trogos qd est hircus: q: vitupijs istē
tes ferās aial: q̄ erat hircus in remuneratione acceperunt.

Tex. cõ. 30.

ℭ Cap. 2ᵐ. De distinctione modoꝝ partis.

Id ex quo aliqd fit pars est eius qd fit ex ipo: τ
id qd fit ex ipso totū est q̄ si deficiat is aliq̄ cō-
stitutētiū ipm ē diminutū: τ iō de his trib⁹ hic
p ordinē tractādū est. pars igit dī fm q̄titatē:
τ dī fm q̄litatē siue formā: τ dī pars fm eē que
est eēntialis pars. Pars aūt fm q̄titatē dicta
est in quā diuidit q̄ntitas quocūq̄ mō diuisionis: siue mē
suret τ numeret totū siue nō: semp enīȝ id qd auferē a q̄ti-
tate aliqua finita tota quātacūq̄ sit pars illius dī: sicut duo
dr̄ pars eē triū: τ tria pars quīq̄: τ cū tn̄ aliquotiēs sumpte
nō numerent totū. ℭ Alio vo mō dr̄ pars ea que sua tota
aliquotiēs sūpta dimētiāt solū: τ hoc mō sumit in geome
tricis pars. Sicut duo sūt pars senarij: τ sīr tria: τ q: sic du
pliciter dī pars q̄ntitatiua: iō vno mō duo sunt pars triū:
τ alio mō pars ipsoꝝ nō sunt. ℭ Amplius aūt pter ambos
preinductos modos dicit pars fm formā siue q̄litatē in
que diuidit spēs siue forma aliqua: ea enim in que formali
ter aliqd diuidit dicunt ptes ipsius: iō spēs dicunt ptes ge
neris q: genus diuidit in eas. ℭ Amp. ad hoc dicit pars id
in qd diuidit p resolutionē: τ ex qb⁹ cōponit totū aliqd: aut
spēs aliq̄: aut aliqs hñs spēm: sicut dicim⁹ enee sphere vnā
ptē eē es: τ aliā partē eē sphericitatē: τ cubi enei vnā pteȝ dici
mus eē es: τ alterā cubitatē: es enīȝ est mā in qua est tanq̄
in subto spēs sphere τ spēs cubi: hui⁹ enīȝ artificialis foia ē
figura. Hoc etiā mō angulus est pars q̄dā formalis: sȝ quā
dicūt angulū esse p se vnū genus q̄titatis discretū a linea τ
supficie τ corpore: quoꝝ rōnes in pcedētib⁹ idurim⁹: iȝ hoc
magis ptineat ad geometrā q̄ ad metaphysicū ostendere.
ℭ Amp. quīto mō dr̄ pars q̄ sūt in rōne diffinitiua que dif
finiēdo ondit vnūquodq̄ p terminos sui eē subalis: illa enim
etiā dicunt ptes eē toti⁹: τ diffinitū dicit quodā totū ꝓpter
qd etiā genus dī esse pars spēi: q: est pars eē ipsius τ est qd
ipsius spēi sicut subm in eē ipsius. Differētia aūt dicit pars
altera ipsius spēi: τ est quale qd in ipsa. ℭ Alio aūt mō dici
tur spēs pars generis q: est pars ptātis ei⁹. Genus enīȝ di
uidit in spēs sicut i ptes ptātis sue. Genus aūt vt ꝯstitutēs
eē ipsius spēi est pars ipsius. Ex iductio igit pȝ ptē eē tripli
eē in gñe q̄titatiuā. vȝ. τ ptātiuā τ eēntialē: eēntialē aūt du-
plicē fm viā cōpōnis rei τ fm viā rōnis. Scdm q̄titatē aūt
pars dicta ēt dicit: τ dupl̄r pars vt pȝ ex pinductis: pncipa-
lis aūt modus partis est scds modus: quo dicit pars que
aliquotiēs sumpta reddit totuȝ: τ sub hac rōne correlatiua
sunt adinuicē pars τ totū: q: totū nō est nisi finitū ptib⁹: fm
primā aūt acceptionē ptis dicit pars toto minus: τ totū pte
maius: iste aūt partis τ toti⁹ diffōnes nihil diffinitū τ deter
minatū demōstrāt. ℭ Igitur hoc de modis ptis dicta sint a
nobis: ptes enīȝ siue q̄titate nō ita ꝓprie dicim⁹ partes: τ
hoc pȝ q: illaȝ quelibet hȝ rōnē toti⁹: τ non tm̄ ptis: q: spēs
est totū gen⁹ fm eē: iȝ nō sit totū ipm fm ambitū sue ptātis:
genus. n. fm totū suū eē τ nām saluat in qualibet spe: sīr āt
genus est totū esse ipsius spēi fm potētiā: τ dīa est totū esse
ipsius fm actū: τ sīr etiā in partib⁹ essentialib⁹ fm realem
cōpositionē acceptis: q: mā est totum in potētia: τ forma est
totū in actu: τ iō istis modis nō ꝓprie pars est minor toto:
neq̄ totum proprie maius est sua parte.

ℭ Cap. 3ᵐ. De distinctione modorum totius.

Tex. cõ. 31.

Totū aūt q̄ fit ex aliquo dicit multis modis. τ
vno qdē mō τ primo τ pncipali dicit totuȝ qd
idē est q̄ pfectuȝ cuius. vȝ. nulla pars abest ex
qb⁹ est sicut se cōstituētib⁹: aliqua eni nō cōsti-
tuētia pncipl̄r pñt abesse: ꝓpter qd etiā distin-
guit per ptes pncipales τ partes secūdarias.
hoc igit mō pncipaliter dicit totū: τ iteꝝ scdo mō dicit totū
nā siue per nām formalē: eo q̄ forma primo mō dicta est nā
τ pncipal̄r: hoc aūt nā est cōtinēs cōtenta: que in pluralitate
aliqua cōsistūt terminata ad vnū cōtinēs: pp qd ēt vnū sunt
oia illa cōtenta. hoc aūt totū q̄ sic ab vno multa cōtinēte to
tum dicit duos hȝ modos. Aut enīȝ est sic vnū cōtinēs mul
ta: sicut vnūquodq̄ singulare designatū est vnū multitudineȝ
in se claudēs partiū: τ hoc est q̄ totū integrale vocat: aut sic
est vnū q̄ est ex his que cōtinet vnū: τ hoc vocat totuȝ vle:
siue vt q̄busdā placet vniuersum. iȝ enīȝ ipsa nā vniēs mul-
ta nō sit ex eis que vnit: tn̄ totalitas eius siue vniuersitas si-
ue vniuersalitas accidit ei ꝓut aliquo mō est ex ipsis. Oē
enīȝ totū hȝ hoc: q̄ est aliquo mō ex ptib⁹: hoc aūt in seque-
tib⁹ doctrine istius eiusdē libri clare ꝓbabit: vbi aūm vni-
uersalitatis inuestigabim⁹. Omne enīȝ qd vl̄r dicit: τ simil̄r
oē qd dicit totaliter dictū est tanq̄ vnuȝ aliqd eis: q̄ vnit
multa: τ hoc q̄ sic vnit est totū q̄dā vle quasi multa ꝯtinēs
vel actu vel potentia: pdicat enim de vnoquoq̄ ipsoꝝ: τ ea
de qb⁹ pdicat sunt oia vnū: tanq̄ ipm vle pdicatū sit vnū-
quodq̄ ipsoꝝ: sicut hō equus τ deus fm stoicoꝝ opiōnē τ epi-
cureoꝝ q̄ deos aiata corpora esse dicebāt: fm hoc enim oia
hec sunt vnū vniēs ea: eo q̄ ista oia sunt aialia: cōtentū vo
τ īfinitū est intra formā totius: sicut qñ vnū aliqd totū est ex
plurib⁹: que insunt intra formā totius cōtenta: τ illa que insunt
plura qdē sunt aut pfectiōe partiū: sicut est in etherogeneis
totis in qb⁹ sunt diuerse forme pficientis: vt forma ossis τ
nerui τ carnis τ hmōi: si vo nō fuerint pfectiōe differentes:
tn̄ sunt differētes īter se potentia siue ptāte: q: alia est ptās

vnius: ꝛ alia potestas alterius: sicut est in his quoꝝ partes nõ multũ differũt ſm formã: sicut in plantis est in qb⁹ ꝛ radix ꝛ stipes ꝛ ramus ꝛ virga: lignũ est: vel olus: ꝛ tñ differẽtes hñt ptãtes. Sinaũt sic nõ differũt: tñ differũt ptãte maxima sicut in his quoꝝ est vna ptãs in oib⁹ ptib⁹: ꝛ opȝ tunc vt origo illi⁹ ptãtis sic originaliter ex vno ꝙ est loco cordis in oib⁹ talib⁹: sicut est in qbusdaȝ ostreis que homogenia ꝛ in subã ꝛ ptãte eẽ videnť: nõ tñ oia q̃ sũt in ipsis sunt ptãtis marime. Sinaũt adhuc: ꝛ ĩ hoc nõ differũt tñ differũt onergia que est idẽ ꝙ opatio iterioꝛ hoc est opatiõe q̃ ab iteriori pn⁹ ꝑcedit. Alia enĩȝ est opatio vni⁹ ꝛ alia opatio alterius: qm̃ vna trahit ꝛ alia dirigit ꝛ.ȝ. vnit: ꝛ sic de alijs opationib⁹. he enĩȝ opatiões diuerse sunt inquãtũcũqȝ talibus corporib⁹ que toti⁹ hñt rõnẽ: hoꝝ aũt oium totoꝝ magis sũt distincte pluralitatis ea que sũt nãlia q̃ illa que sunt ab arte: sicut ẽt dicim⁹ in vno ꝙ nãliter vnũ magis est vnũ: q̃ id qõ est vnũ p artẽ: ꝛ hoc est dictum tanq̃ totalitas erist ar p rõnẽ vnionis alicuius: ea enĩȝ que sunt vnũ vel totũ p arteȝ lȝ forte figura differãt mẽbra tñ formaliter p essentiã nõ differunt: neqȝ ẽt differũt essentiali opatione. sic igiť tripliciter diciť totũ pfectiõe integritate ꝛ vniuersitate.

ℂ Cap. 4ᵐ. De dĩa toti⁹: ꝛ vniuersi ꝙ min⁹ ꝓprie di oẽ.

Tex.cõ.xi.

Mplius aũt obseruãdũ in dĩa totius itegri ꝙ vere totũ diciť: ꝛ dĩa vniuersi qõ magis ꝓprie vocať omne siue vniuersum ꝙ in oibus illis que sunt q̃ta q̃titate ipsoꝝ hñte pn^m ꝛ mediũ ꝛ vltimũ quoꝝ dĩam in ptib⁹ nõ facit positio nãlis ptiũ qua vna sic supra: ꝛ altera ifra ꝛ vna itus ꝛ alia extra ꝛ sic de alijs positionũ differẽtijs magis diciť oẽ siue vniuersuȝ: in oib⁹ aũt illis in quoꝝ ptibus ſm aliqd positi ꝯ facit dĩam: ꝛ ſm aliqd nõ facit dñt ſm diuersaȝ rõnẽ: ꝛ oẽ ꝛ totũ siue vniuersuȝ ꝛ totũ. Dixim⁹ aũt in ꝑcedẽtib⁹: ꝙ in etherogeneis positio facit diuersitatẽ ĩ his enĩȝ aliq̃ pars p nãȝ est itra: ꝛ aliq̃ extra ꝛ supra: ꝛ ifra: ꝛ dextra ꝛ sinistra: ꝛ ante ꝛ retro: ꝛ iõ tota illa dicunť ꝓprie sicut sunt aialiũ corpora: in his enĩȝ que sũt homogenea per totũ subã ꝛ opatiõe: nõ est positio faciẽs dĩam: nisi p accñs sicut dixim⁹ supius ex hoc: ꝙ visus vel tactus vel extimatio vel vicinitas alicui⁹ segregat vnã ptẽ ab alia: ꝛ illa magis ꝓprie dicunť vniuersum siue omne: qꝛ vniuersuȝ est vnũ versum in oia: ꝛ distributio totius vlis est eius ꝙ p vnã rõneȝ est in oib⁹ partib⁹: in oib⁹ aũt illis in qb⁹ ptiȝ qdẽ positio facit mutationẽ ꝛ partim nõ. In his diciť totũ ꝛ omne: sicut in his in quoꝝ põne partiũ diuersa est figura: ꝛ tñ vna suba ꝛ eadẽ opatio: sicut est pix ꝛ cera ꝛ vestis: positio enim in his trãsposita mutat figurã exterioꝛẽ. sed suba formalis manet eadẽ: ꝛ iõ dicunť illa ꝛ tota ꝛ vniuersa recipiẽtia ꝛ totũ ac oẽ: aqua võ ꝛ quecũqȝ sũt humida spẽs aque existẽtia: sic vinũ ꝛ liscinia: ꝛ hmõi ea que sunt nullo mõ in ptib⁹ variata dñt vniuersum: ꝛ oẽ qõdã: ꝛ simitr numerus diciť vniuersum ꝛ omne: eo ꝙ numerus nõ ẽ nisi vnitates aggregate que oẽs vni⁹ sunt forme: hoc igiť nõ dicunť tota: qꝛ nõ diciť tota aq̃: vel totus numerus: nisi ſȝ metaphorã. Si. vı. fiat distintio sites per accidẽs in partib⁹: sicut in antehabitis determinatũ est. Omne võ diciť in his in qbus est ꝛ vniuersuȝ similiter: quãdo est ꝛ in vno quodã vniẽte omnia ita ꝙ sit in his que ꝯtinet sicut in qbusdã diuersis specie vel numero: sicut dicimus ois hic numerus: ꝛ oẽs hee vnitates significãtes vniuersum numeꝝ: ꝛ vniuersas vnitates: omne enim ꝛ vniuersum idẽ dicim⁹ hic igitur de toto dicta sint a nobis.

ℂ Cap. 5ᵐ. Et est di. de. quot modis dicitur vniuersale.

Oportet aũt nos hic digressioneȝ facere vt vlis nãm cõsiderem⁹: qõ iã vniuersuȝ qõdã eẽ diximus. Et hic enĩȝ faciliter erit doctrina taȝ ꝑcedẽtiũ q̃ sequẽtiũ: qꝛ aũt subtiliter vlis nãm ingrere intẽdimus pmo quot modis vlẽ diciť distinguem⁹: ꝛ vnde ortuȝ hẽat vlẽ ostendemus.

ℂ Dicimus igiť vlẽ q̃tuoꝛ modis dici ꝓprie ꝛ hoc q̃cunqȝ mõ dicať trib⁹ modis vel q̃tuoꝛ cõsiderari. Diciť enim vlẽ actu ꝛ potẽtia ꝛ nã ꝛ opione. Actu aũt idem est ꝙ actu eẽ de multis ꝛ in multis ſm eẽ nõ diuisum ab illis: sicut hõ: potẽtia aũt vlẽ est: ꝙ lȝ actu nõ sit: tñ nihil ꝓhibet ipm eẽ vel fieri tam in arte q̃ in nã sicut domus octãgula que forte nulla est: sed tñ põt eẽ vel corp⁹ regulare viginti basiũ. ita ẽt in nã

Vlẽ q̃tuoꝛ modis dicitur.

ꝓpter renouatiões figuraꝝ celestiũ nihil ꝓhibet aliqd fieri ꝙ nõ est: ꝙ si eẽt saluareť in multis ꝛ eẽt vlẽ. ℂ Vlẽ autẽ nã est sicut id qõ quãtũ de se ꝛ nãm suã est vel põt eẽ in multis lȝ aliqd ipediat ipm: ꝙ nõ est de nã sua: sicut sol: qm̃ nã sue forme nõ ꝓhibet eẽ de multis ꝛ in multis: sed hoc ꝓhibet mã in qua est: que tota est pfecta p formã: ꝛ iõ forma nõ multiplicať: qꝛ forma nõ multiplicať nisi p mãe diuisionẽ: ꝛ sic est de luna ꝛ de oib⁹ stellis alijs quaꝝ quelibet in specie ẽ vna nõ multiplicata p numerum. ℂ Vlẽ aũt ſm opionẽ qdã dicũt vlẽ nõ tñ vere est vlẽ: ꝛ hoc est qm̃ aliqd ſȝ sui qdẽ nãm est icõmunicabile eẽ multis. putať tñ cõicabile esse iõ ꝙ ptes eius vel opatiões a qb⁹ nomẽ accipit sunt cõicabiles. Et pmi qdẽ exẽpliũ est mũdus q multiplicari nõ põt ſȝ sui nãȝ tñ qꝛ ptes plures cõicabiles sunt. Multi putauerũt multos eẽ mũdos: cũ tñ mũdus ipso noie dicat pfectionẽ q̃ multiplicatiõi ꝯdicit sic ondim⁹ in pᵒ de celo ꝛ mũdo. Scõm aũt exẽpliũ est deus cui⁹ opatiões sunt ꝓuidere ꝛ gubernare ꝛ hmõi: ꝛ qꝛ ista cõicabilia sunt multis: multi putauerũt deũ eẽ qõdã vlẽ qõ ꝑdicať de multis: cuȝ tñ nã diuina dicat qõdã incõicabile simplex: ꝛ primũ ꝛ soluȝ. ℂ His ergo modis cũ dicať vlẽ ante rem. vȝ. ꝛ in re ꝛ post reȝ: ꝛ in rõne vniuersalitatis. Ante rem aũt diciť vlẽ dupliciter: cũ enĩ oia sicut iam multotiẽs dixim⁹ sint in itellectu prime cause sicut in formali ꝛ primo lumine: ꝛ ipsa sit hoc mõ forma oiuȝ: que tñ sũt in ipsa vita ꝛ lux: eo ꝙ hec est vita q̃dã existẽtib⁹ oib⁹ ꝛ est lumẽ ois noticie ꝛ rõnis oium. Dixerũt tñ stoici q̃ peripathetici hui⁹ causas: vlia esse prima ꝛ rões ꝛ formas q̃ oium sũt forme vlr ꝑhabẽtes ꝛ imãliter ꝑhabẽtes: ꝛ simplr hñtes oium apud se rões. Cõceptus aũt ꝛ notio vlr hũs ꝛ simplr ꝛ imãliter vocať vlẽ. Hoc igiť mõ acceptuȝ vlẽ hȝ qõdã eẽ spãle: ꝙ est eẽ cause itellectualis hoc mõ quo lumẽ intellect⁹ eius est forma reꝝ a se fluentiũ p itellectũ vlr agẽtem ꝛ facientẽ existẽtias reꝝ. ℂ Alio aũt mõ dicitˀ vlẽ: ante rem nõ tpe sed suba ꝛ rõne: ꝛ hec est forma aut cã formalis accepta cõstituens eẽ rei. Actus enĩȝ talis forme: ꝛ ꝓprius effectus est eẽ in omni eo ꝙ est: hoc aũt cũ indifferens sit in oibus que sunt eiusdẽ speciei vel forme ꝛ quãtuȝ est de se sic indiuisum hȝ vnã ad oia vel multa relationem: ꝛ sic accipit vlitatis quãdã nãm ꝛ rõneȝ: vlẽ aũt ꝙ dicũt esse in re est eadem forma pticipata a multis actu vel potẽtia: ꝛ hec qdeȝ diciť vlis eo ꝙ de se semper est cõicabilis ꝛ ꝓpagabilis in multa ex vno: ꝓpter qõ etiã gen⁹ vno mõ diciť vnũ ex quo est ꝓpagatio oiuȝ alioꝝ: vlẽ aũt qõ est post reȝ est forma in esse abstractionis: ſm ꝙ diciť ꝙ experientia facit vlẽ ꝛ memoria: sicut nos in ꝑncipio hui⁹ doctrine docuim⁹. ℂ Esse aũt vlis in rõne vlitatis est sic accipiẽdũ. In vli qdeȝ aliud est id qõ est ipm vlẽ: ꝛ aliud est vlitas siue vniuersitas ipsi⁹. sicut in hoc vli hõ aliud est ipsa nã que homo est: ꝛ aliud est cõitas ipsius siue cõmunio: qꝛ ipm in se nec vnũ est qõ multitudini ꝯdicat vel multitudini opponať: nec multa est qua multitudine opponať vnitati solius: ꝛ iõ hoc mõ dicũt Auicẽna ꝛ Algazel: ꝙ vlẽ nec ẽ vnũ nec ẽ multa: vniuersalitas aũt ipsius que magis ꝓprie diciť vniuersitas est ex respectu sui ad supposita: qua respicit illa sicut vniens: ꝛ iste respectus est vniuersitas: quãuis forte tñ sit in vno: qꝛ non vnũ vt vnuȝ nec multa vt plura siue multa sic respicit: neqȝ finita vt finita neqȝ infinita: sed respicit vt vniuersum ĩesse omniũ: ꝛ ideo hoc modo est vniuersum: ꝛ pȝ ꝙ in rõne huius vniuersitatis aliud hȝ esse q̃ sit eẽ eius ante rem vel in re vel post reȝ acceptũ. Igiť isti sunt modi vlis ꝛ nõ totius sicut in sequentibus erit manifestum.

Non eẽ vlis ĩ rõne vlitatis ẽ accipiẽdum.

ℂ Cap. 6ᵐ. Et est digressio declarãs originẽ ꝛ cãm vlis.

Rigo aũt vlis: ꝛ cã duplex est: vna qõ prima ꝛ altera cõiuncta ꝛ quasi causata. Origo qdẽ prima est: qꝛ ois talis nã ꝛ forma est lumẽ qõdaȝ intelligẽtie ꝓcedens in suba. In prehabitis se diximus ꝛ in sequẽtib⁹ ostendemus: ꝙ ois intelligentia lumine suo ambit totã illaȝ nãm quã mouet motu sphere sue: ꝛ iõ necesse est ꝙ lumẽ suũ toti illi vniuersitati sit cõicabile: ꝛ cũ forma sit lumen itelligẽtie agẽtis: ꝛ lumẽ ipm sit hypostasis ꝛ radix ei⁹ ex illo hȝ vlẽ ꝙ vlẽ esse põt qꝛ ex hoc ad plura hȝ cõicabilitateȝ. ℂ Amp. vlẽ in gñe nõ hȝ nisi duplex eẽ: sepatũ. vȝ. ꝛ pticipatũ in hoc aliqd: cõstat aũt ꝙ ex hoc ꝙ est participatuȝ cũ hoc aliqd nõ hẽat cõmunicabilitatẽ:

Que sit pma origo vlis.

cōmunicabilitatē: hʒ igit ex hoc q̄ ē separatū: primū aūt eē se-
paratū q̄ hʒ est in itellectu agēte ambiēte mām: ex hoc igit
ꝛ nō ex alio hʒ cōicabilitatē. ¶ Dicet aūt fortasse aliquis q̄
cōicabilitatē hʒ ex hoc q̄ cōparat̄ pluribꝰ actu vel poᵃ plura
existibꝰ: sed hoc oino est absurdū. Nō eni cōparatio qua cō
parat̄ pluribꝰ cā est eius q̄ p intellm est ante hmōi cōpara-
tionē: nihil aūt cōparat̄ pluribꝰ nisi q̄ est cōicabile. Cōicabi
litas igit̄ cā est q̄ cōparat̄ pluribꝰ ꝛ nō cāta a tali cōparatiōe
ad plura. Cū igit̄ nihil sit primū ambiēs multa in cōformādo
ab ipsa nisi itellectꝰ agens: q̄ forma aliq̄ ambiat multa per
cōicabilitatē sui ad ipsa hʒ ab itellectu pmo agēte cuiꝰ ipsa
lumē existit: ꝛ iō nitimꝰ in scia de itellectu agēte: q̄ ipsa est
ad ea q̄ ambit sicut ars ad mā: hec igit̄ est pma cādit vli-
tatis in oibꝰ que vlia sunt. ¶ Cūm autē hʒ vle sue vlitatis
cōiunctā: ꝛ hoc est q̄ ipm̄ aptū eē de multis poᵃ vl actu: hec
aūt est cōpacatio ad multitudinē eoꝛ quoꝛ eē est id cui ac-
cidit vle eē: quāuis eniʒ forte nihil taliū sit ipm̄: tā aptitudi
nē hʒ suū esse ꝯsequētē q̄ oibus talibꝰ suppositis cōparet̄: ꝛ
hec aptitudo facit ipm̄ vle: lʒ aūt habeat hoc in itellu exis
ꝛ nō hēat ipm̄ extra itellm in re existēs: tñ nō hʒ p hoc q̄ in
intellectu est: neq̄ ēt hʒ hoc p hoc q̄ est in re ipsa. in re autē
existēs hʒ esse reale ꝛ hoc ꝑpriū est p idiuiduātia q̄ accidūt
ei in re ipsa: ꝛ sic nullo mō hʒ eē in pluribꝰ potētia: vel q̄ sic
vle sm̄ vnūq̄dq̄ʒ est alterū ꝛ alterū sicut in primo de aia dixi
mus. In itellectu aūt existēs est sepatū ꝛ ab esse qdē separa
ti nō hʒ cōparari pluribꝰ vel respectū vlitatis lʒ nō hēat eūʒ
nisi separatū. Separatū eni est p hoc q̄ accipit̄ nō ꝯiunctū:
ꝛ nō cōiunctū existēs ad hoc q̄ accipiat vniuersā rōnē opʒ q̄
accipiat ad multa de qbꝰ est relationē: a tali igit̄ relatiōe hʒ
vniuersā rōnē: ꝛ iō vle duobꝰ cōstituit̄ nā. vʒ. cui accidit vli-
tas: ꝛ respectu ad multa q̄ cōplet illā nām in rōne vniuersi.
¶ Dubitabit aūt fortasse aliqs de his q̄ nullā subiectā hñt
suppositoꝛ multitudinē: an ipsa ad multa referant̄: videt̄
enim ad multa nō referri q̄ multitudinē nō hʒ ad quā re-
ferat̄. ¶ Sed ad hec ꝛ his similia p antedicta pʒ rñsio. suffi
cit eniʒ vli in eo q̄ est vniuersūʒ qōdā qō ipm̄ de se ambiat
multa siue illa sint siue nō sint dūmō sint de potētia sui ambi
tus: sicut pʒ in forma solis que de nā sui ambitꝰ ꝛ ptāte mul-
ta ambit: lʒ nunq̄ ꝓcedat in actuʒ hmōi multitudo. Sicut
enim ars ꝛ itellectus agēs multa ambiūt de ptāte sua q̄uis
forte nunq̄ aliqd eoꝛ q̄ ambiūt ꝓcedat in actuʒ. Hoc igit̄
de origine vlis ꝓut ipm̄ vle est tm̄ dictū sit a nobis.

Cōicabilitas cā ē q̄ vle pluribꝰ cōparat̄ ꝛ nō ecōtra.

Que est ei cōiuncta vlis.

Vle duobꝰ cōstituit̄ vide p hoc Auer. 7. meta. cō. 46.

¶ Cap. 7ᵐ. Et est di. de. nām ipsaʒ q̄ est vlis: ꝛ accñā genera
ipsius p q̄ efficit̄ in aia ꝛ in rebꝰ ꝛ vnū ꝛ multū: ꝛ cōe ꝛ ꝓpriū
p que oia concludit̄ ipsius differētia totius ꝛ vniuersalis.

Natura autē illa que est vle simplex nā est sm̄ se
ipsaʒ existēs ex suis cōstās diffinientibus: aut si
ipsa est primū diffiniēs: tūc ipsa cōstitit absolu
ta in sua qdditate: ꝛ nō accipit̄ cōiuncta alicui
ꝓprietati vel accidēti vel respectui q̄ cōsequūt̄-
tur eē suū: sicut si dicamus q̄ hō sm̄ ipm̄ q̄ hō
est vel q̄ est hō: sic. n. nō pēdet eē suū ex itellu eē vel in suppo
sito eē: q̄ sʒ hoc nihil ē de eē suo: qō nō igredit̄ in suā rōneʒ
diffinitiuā: ꝛ iō hoc mō: neq̄ ē ꝓpriū neq̄ cōe neq̄ vnū neq̄
multa: q̄ nihil hoꝛ est i rōne diffinitiua q̄uis nō repugnet
quin qlibet istoꝛ ꝯueniat ei p aliqd adiunctū nāe sue siue
sube. Accidit ei eniʒ eē in hoc ꝛ in illo ꝛ p hoc efficit̄ ꝓpriū.
Accidit enim ēt eidē referri ad multa: ꝛ p hoc efficit̄ vle si-
ue cōe: accidit ēt eidē esse separatū: ꝛ p hoc efficit̄ itelligibile:
accidit ēt ei terminatū eē ꝛ indiuisum: ꝛ p hoc efficit̄ vnū: ꝛ
accidit eidē adhuc diuidi p mãe diuisionē ꝛ per hoc efficit̄
multū. ¶ Si ḡ q̄rat̄ a nobis. Cū hō sʒ id qō est hō accipit̄.
Utrū sit cōe vel ꝓpriū vel vnū vel multa: dicimus q̄ sm̄ q̄
hō est hō nihil est hoꝛ q̄ nihil hoꝛ diffinit ipʒ. ¶ Sed oia
hec cōsequunt̄ eē ipsius: si aūt sic querit̄ verū hō in eo q̄ hō
est: sit vnū vel multa: vel cōe vel ꝓpriuʒ dicimus q̄ locutio
duplr̄ intelligi pōt. Si eniʒ cū dicit̄ in eo q̄ hō est hō in pre-
dicato itelligat̄. tūc dicimus sicut prius q̄ hō in eo q̄ hō ni-
hil est illoꝛ: sed potius in eo q̄ hō est aial est rōnale. Si aūt
hō in subto sit ꝛ esse ꝑdicet̄: tūc sensus est hō in eo q̄ est hoc
est in eo q̄ hʒ esse: cū eē multipliciter dicat̄ nihil ꝓhibet tūc
hoiem in eo q̄ est vnū vel multa esse cōe in re. Cū aūt dicit̄
hō est hō ꝛ hō in eo q̄ est hō est hō nō aliud esse iportat̄ nisi
q̄ est ex diffōne: ꝛ iō si oino simplex talis nā accipiat̄ nō ha-
bebit diffinitionē: ꝛ in talibus idē querit̄ per qōneʒ an est ꝛ
p qōnem qd est ꝛ tale nec vere vnū nec vere multa est neq̄
cōe neq̄ ꝓpriū sicut est in cā prima. ¶ Hoc igit̄ mō accepta
nā sm̄ se vere est cā eoꝛ quaꝛ illa cā est: ꝛ hoc mō sm̄ nām
est ante rem ipsaʒ: sicut aūt diximus vle lʒ ab hoc q̄ est i in-
tellectu nō sit vle nō est tñ vle nisi eas in itellectu: ꝛ hoc ꝓba
tur sic: hoc eniʒ mō est vle: ꝓut accipit̄ vnū de oibꝰ: vnum
aūt de oibꝰ nō est in esse q̄ hʒ in rebꝰ: q̄ sic vni ꝛ eidē rei ac
cideret multe indiuiduatiōes: vel oēs qō esse non pōt. Opʒ
igitur q̄ sit vnū de oibus: ꝓut vnū est separatū ab oibus:
hmōi aūt sit per itellectum cuius ꝓbatio hec est. Due eniʒ
forme eiusdē speciei in vno sm̄ idē inesse nō possunt. Acci-
piat̄ ergo hō a sor. ꝛ accipiat̄ a platone sine oibꝰ indiuiduā-
tibus: aut sunt due forme aut nō: si sint due ꝛ sm̄ idem sunt
in itellectu: tūc due forme eiusdē speciei insunt eidē qō iā di
ximus impōle. Si aūt sunt eadē: tūc eadē rōne de oibꝰ indi
uiduis acciperet̄ idem: igit̄ idē qō in itellectu est vnū ꝛ idē
q̄ tñ est de multis sic igit̄ nō est vle nisi dum intelligit̄: ꝛ hec
est veritas. Lʒ qdā ex sola ignorātia ꝓbe hoc negāt. ¶ Est
aūt hic qōdā aduertēdū valde notabile. ex quo eniʒ vna ꝛ
simplex est nā que sm̄ se neq̄ est in itellectu: neq̄ i rebꝰ: hec
pro certo qn̄ ēt est de se est vna vbiq̄ ꝛ semp: ꝛ p hoc q̄ est
in aia nihil hoꝛ amittit: nō enim p aliud est in itellectu nisi
per hoc q̄ est esse separatū ꝛ hoc nō opponit̄ alicui dictoꝛ:
in itellectu igit̄ existens nō videt̄ esse singulare lʒ hoc dicat
Auic. nō enim est in eo sicut in subto oino sicut alibi ostēdi-
mus. Videt̄ igitur in ipso sicut vbiq̄ ꝛ semper: ꝛ tūc nō erit
aliud in vno ꝛ aliud in alio. De his aūt alibi: ꝛ ꝑcipue in li
bro de pfectione aie determinatū est: ex iductis aūt quo ad
ꝓpositā intētionē est hoc accipe q̄ nā illa cui accidit vlitas
in se est vnū qd: ꝛ sm̄ q̄ accidit ei cōpari ad multa est vniēs
multa ꝛ esse ipsoꝛ. ¶ Et ex hoc accipit̄ differentia totius ꝛ
vlis: qm̄ totū ex hoc q̄ est totū nō est nisi in rebꝰ significatis
singularibꝰ: vle aūt ex hoc q̄ vle nō est in ipsis. ¶ Adhuc āt
totū ex hoc q̄ est totū numerat̄ partibꝰ suis: ꝛ quelibet ptiū
est aliqd substātie ipsius. Vle aūt nec numerat̄ ptibus: nec
sunt ptes aliqd de suba ipsius: adhuc aūt nā totius nō cōsti
tuit ptes suas sed nā vlis ꝯstituit oēs ptes suas: totū enim
ꝯstituit̄ ex suis ptibꝰ: vle āt ꝯstituit suas ptes ꝛ nō ꝯstituit̄
ex ipsis: ꝛ iō totū nunq̄ pōt fieri pars ptis sue: sed vle q̄ cō-
stituit ptes suas pōt fieri pars essentialis sue ptis. ¶ Amp̄.
totū nō est totū vnicuiq̄ parti sʒ se: vle aūt totū est cuilibet
parti sm̄ se. ¶ Amp̄. totū nō est totū nisi ptibꝰ ptibꝰ: vle āt
est vle p̄sentibꝰ ꝛ absentibꝰ. ¶ Amp̄. totū est totū finitarum
partiū: vle autē respicit partes ifinitas vel non finitas q̄ntū
est de se. hec igitur de vniuersali sint sic dicta.

Vle lʒ ab hoc qō est i itellu nō sit vle: nō est tñ vle nisi eas in itellu.

Que diffa est iter totū ꝛ vle.

Vide cō. 19. tertij de aia.

¶ Cap. 4ᵐ. De eo qō dicit̄ colobon q̄ quidē toti opponit̄.

Habita dñia totius ꝛ vlis facile est scire qd ē di-
minutū sm̄ q̄ opponit̄ toti in eo sensu quo ta-
tū idē dicimꝰ qō pfectū: hoc igit̄ greci significā-
tes dicūt colobon: qō sonat diminutū mēbrū:
sed mēbrū generaliter vocat̄ pars que deter-
minat sitū aliquē in toto etherogeneo: qō pro-
prie totū vocat̄. ¶ Dicit̄ eni Colobon eē de numero q̄ntita
tū nō q̄ntūlibet: sed potiꝰ illud qō est colobon opʒ esse q̄nti-
tatē que suo noie ꝛ situ sit partialis: ꝛ suo noie sit totū conti
nēs ptes tales multas: ꝛ hoc est qn̄ etherogeneū totū cuius
pars aliq̄ trūcata est totū nō destruēs: ꝛ hoc est qō nos ꝯsue
uimus vulgariter vocare mutilatū: lʒ nō ꝓprie: q̄ mutilatū
est amputatū naso: si eniʒ duo diuidant̄ ꝛ altera vnitatū au
ferat̄ ab altera nō est colobon: q̄ neutrū est pars alteriꝰ: in
colobon aūt amputatū oʒ eē ptēʒ ꝛ diminutū siue mutilatū:
siue colobonitū opʒ eē totū. Nunq̄ eniʒ colobonitū est eq̄le re
licto ex amputatiōe: ꝛ vt̄ nullius q̄ntitatis nūerus detrūca
ta aliq̄ pte ipsiꝰ ex hoc nō efficit̄ colobonꝰ: i colobonijs eniʒ
subam formalē q̄ est spēs opʒ manere post ptis detrūcatio-
nē: pte aūt aliq̄ a quolibet numero amputata resultat alia
numeri spēs: tā in trūcato q̄ in diminuto: ꝛ hoc est sicut si di
camus q̄ cilix siue archa est coloba: tūc eni post trūcationeʒ
adhuc manet archa lʒ sit aliq̄ parte diminuta. Numerꝰ aūt
sicut diximꝰ dēpta aliq̄ pte nō manet idē. ¶ Adhuc āt q̄ di-
cta sunt opʒ addicere q̄ illa sunt coloba proprie que sūt par
tium dissimiliū: sicut diximus: aut ēt neq̄ hec oia que dicta
sunt sufficiūt adesse colobi. Numerus enim est vt diximus

Idem asserit Auic. l. 5. sue meta. cap. 5. Equitas ē tm̄ equinitas ꝛc.

Lex. cō. 32.

nõ est colobon q̃uis dissimiles hẽat ptes: vt dualitatẽ z trinariũ. Sed gñaliter dicemus q̃ nullũ talium totoꝝ est colobon cuius ptiũ situs ipso noie ptiũ nõ facit dĩiaz: sicut manus q̃ suo noie dicit põnẽ extrinsecus in latere: z oculus suo noie dicit põnẽ supius: z cor suo noie põnẽ interius: z sic de alijs sicut supius determiatũ est: z iõ homogenea sicut aq̃ z ignis z huiusq̃ue in ptibus nõ hñt põnez nisi p accñs nõ sunt colobia si diminuant: ea eniz que dñr colobia .opz talia eẽ q̃ in suba ptiũ p se hẽant põnia dĩiaz. ¶ Amp. cũ oĩbus iductis opz q̃ntitatẽ eẽ cõtinuã partiũ eo mõ quo ↄtinuũ dicit colligatuz ad vnũ p nãz vel p artẽ: aliq̃ eniz q̃ sũt dissimiliũ ptiũ hñt q̃dã ermoniã: z nõ ↄtinuationẽ: z in cõpositiõe illa hñt cõpositorũ põnez q̃ vnũ est extra z aliud intra: z tñ illa nõ sunt colobonia: q: nullũ diminuit ex alio cũ oĩa distincta sint abinuicez fm suas totalitates: z nullũ eoꝝ cõtinuũ cũ altero. Ad hoc aũt que dicta sũt opz scire: q̃ nõ quelibet tota ↄtinua dicuntur colobonia: z ea tota q̃ colobõia dñr: nõ sortiunt hoc nomẽ cuiusq̃ pticule p̃uatiõe. Si eniz auferant ea q̃ nõ sũt ppria sube sicut ab aue plume vel pili ab boie: nõ dñr colobonia pp taliũ priuationẽ: hec eni sunt nõ de eẽ totius fm q̃ totũ s3 q̃dã supflua que recrescũt ablata: z si nõ recrescũt hoc est p accñs in q̃busdã. Adhuc aũt etiã si sunt ppria sube totius tñ nõ adhuc dñr colobonia: si auferat aliqd vbilibet: i tali eni loco põt eẽ positũ in toto qđ ablatũ nõ diminuit sed destruit totũ: z in tali loco põt esse ablatũ q̃ est de influẽtibus z effluẽtibus fm mãm: que nõ determinat aliquã ptẽ que positionis determinatã hẽat dĩiam in toto: z hoc est sicut si diceamus: q̃ clitr siue archa pforet in fundo: nõ eni ex hac pte põnez hñte diminuit: sed pars aliq̃ ledit in ipa archa. Sed colobõ siue colobonium vocat si auris amputat ab aiali siue oculus aut extremitas aliq̃ pedũ vel manuũ: ex hoc eniz nõ destruit aial fm subaz: sed manet adhuc aial s3 trũcatũ vel mutilatũ: hoc tñ totũ nõ dicet colobonium si qs ab eo priuet carnẽ aliquã: q: caro est pars fm mãz influẽs z effluens nõ determinãs sitũ in toto fm põnia spãlez dĩiam. nec est colobonitũ si diminuat cor aut splen aut epar: q: illa sũt intra z priuata destruũt totũ: z iõ illoꝝ subtractio iterfectio est z nõ diminutio: z iõ nõ dicit colobonitũ nisi diminuat extremitatez aliquã que est de ppria suba totius: z qua ablata nõ destruatur totũ. Adhuc aũt nõ ppter oẽm ablationẽ cuiuslibet extremitatis dicit colobon s3 opz q̃ priuatũ nõ recrescat. Aliter eniz eẽt de influẽtibus z effluẽtibus fm nãm: z q: opz colobonitũ diminutũ eẽ in aliquo qđ est de ppria suba totius iõ calui nõ sunt coloboni. Sic igit pz q̃ colobon cuidã toti accidit: z nõ omni nec accidit vli q̃ suas ↄstituit ptes z saluat i quolibet eoꝝ: z id qđ est totuz pars est vlis: hec igit dicta sint de colobon. ¶ Opz aũt scire: q̃ si colobon fm diminutã rõnem ipsius accipiat: tũc q̃libet iductoꝝ aliquo mõ i pprietatis colobon põt appellari: semp tñ accidit toti z nõ vniuersali.

¶ Cap. 9m. De modis q̃bus determiat generis mltiplicitas.

Tex. cõ. 3.

Rursus ex q̃bus est aliqd q̃dã sunt p̃n fm eẽ: z de his habitũ est: q̃dã aũt sũt p̃ncipia fm cognitionez z hec sũt genus z dĩia: z de his opz terminare q: aliter nõ possumus venire in cognitionẽ sube: z qd est. determinemus igit p̃mo modos gñis z modos differẽdi s3 genus: z postea accipiamus ppriũ modũ generis: z ppriũ moduz dĩie: z ordinamus nãs ipsoꝝ. ¶ Genus g̃ dĩ vno mõ a gñatiõe: qñ eoꝝ q̃ sũt vnius spẽi ppagatio vel gñatio cõtinua est: z hoc mõ oĩa illa que multiplicant sub forã vna gñatiõe vniuoca dñr esse genus vnũ: hec eniz oĩa sunt vnius potẽtie: z vnius forme: z eoꝝ ppagatio est sub forma vna: sicut dicit hoĩuz esse genus vnũ: eo q̃ cõtinua eoꝝ gñatio ex vno nõ itercipit aliquo generãte vel generato fm formã aliaz: z ex hoc pz q̃ oĩum eoꝝ quoꝝ est genus hoc mõ dictũ vnũ ppagatio est vnã ex vno fm nãz q̃cũq̃ sit illud: hic eni q̃dã ponũt ↄstellationẽ quãdã: q̃dã aũt īdiuiduũ eiusdẽ gñis vnũ: q̃dã aũt rõnẽ nãe vnã: q: virtus gñantis est a nã illa: z v̄tus q̃ est in mã imago est v̄tutis illius: z iõ tres opiones tãgũt mouẽs primuz z agẽs p̃m z determinatũ z formã primã v̄tutes z actus iformãtẽ z quo ad hoc q̃libet sic opinãtiũ aliq̃ mõ dicit veꝝ. ¶ Alio aũt mõ dĩ genus ex quo aliq̃ sũt sicut ex primo mouẽte mãm ad gñationẽ ipsoꝝ: sicut eniz dĩ vulgariter: q̃ q̃dã sunt elines gñe: z q̃dã Joues eo q̃ priores ab Elino p̃mo patre: sequẽtes vo a Joue primo generãte sunt traducti: z magis q̃dẽ denoiant ↄtia a generãte patre q̃3 a mã siue a matre. Aliqñ tñ denoiantur a matre femina: sicut a Pyrrea siue pyrra pyrrite vocãtur: huiusmõi aũt cã i libro de aialibus assignata est: q: .vz. mater est sicut mã: pater aũt est sicut factor z spẽs in gñatiõe. ¶ Amplius aũt tertio mõ z genus qđ est q̃si id in quo sũt spẽs sicut in subiecto subalterni sibi fm imaginationẽ z sensuz: z hoc est simillimũ cũ mã sicut supficies dĩ genus figuraꝝ supficialiuz: z solidũ siue corpus dicit eẽ genus figuraꝝ corporaliũ: sed in hec est dĩia: qđ hec sine trãsmutatiõe figuris supficialibus vel corporalibus determiant: figuraꝝ eni est aliq̃ supficialis: z hoc q̃ est supficies q̃dã talis vel talis: hoc est sic vel sic figurata: figuraꝝ vo alia est q̃ est solidũ siue corpus talis vel talis: hoc aũt siue sit supficies: siue solidũ subm est differẽtijs z idifferentijs q̃ cõstituũt figuras esse subm tñ sine sui trãsmutatione. ¶ Amp. aũt genus dĩ ppriissime: q̃ est genus sicut dĩ genus in orationibus diffinitiuis in his eni id qđ p̃mum iest: z q̃ in qd p̃dicat hoc dicit eẽ genus: z hoc est q̃si fundamẽtũ oĩum alioꝝ siue sint subalia siue accñtalia: hoc eni est subm primũ nõ existens in aliquo sicut in subto: z huius q̃dez ipse dĩie f̃ñales dñr eẽ q̃litates: z hoc differt ab eo qđ ante dictũ ẽ: qm̃ supficies q̃dẽ realiter est in quo fm aliquã ptẽ sui siũt figure: z solidũ est in quo fm aliquã ptẽ sui siũt figure corporee: z nõ fm totũ: q: figura nõ est nisi fm exterius in solido z figura nõ est nisi in termino supficiei: z hoc q̃dã nõ ↄsiderauerũt: z iõ nõ nisi tres modos gñis eẽ determinauerũt: genus aũt in oronibus diffinitiuis est ipsa suba eius cuius est genus: nõ s3 ptẽ ipsius s3 fm totã ipsius nãm z subm: z dĩie sũt sicut q̃litates eẽntiales istius gñis z hoc est genus pprie dictũ. ¶ Capitulariter g̃ pstringẽtes q̃ dicta sũt dicimus q̃ genus tot modis dĩ sicut dictũ ẽ: p̃us eni mõ dĩ fm gñationẽ ↄtinuã eiusdẽ nãe s3 spẽm z hoc est gñis siue: sub vna cõi nã. ¶ Aliud aũt fm genus dĩ fm gñationẽ ex vno p̃io mouẽte. ¶ Aliud aũt dĩ sicut forma siue figura supficiei vel corporis. ¶ Aliud aũt 4° mõ dictũ dicit genus sicut mã: nõ tñ oĩno idẽ cũ mã: id eniz cuius dĩia est z eẽntialis q̃litas specificãs ipm z determinãs hoc est subiectũ q̃dã: qđ aliquo mõ dicimus materiam.

¶ Cap. 10m. Et est digressio declarans naturã generis: z distinctionem eius a materia z a differentia.

Hec aũt vt plenius itelligant opz nos determinare nãm gñis subtili determiatiõe sicut aliã iam patuit: nã gñis est cuius q̃litas eẽntialis est dĩia. ¶ Nã igit que in suis subalibus cõsistit ad eẽ suũ nõ idigẽs dĩia est genus: qm̃ si adesse suuz vt genus est dĩia idigeret: oporteret q̃ in oi generis diffõne reciperet dĩia z hoc falsum est: qm̃ s3 aliqđ genus diffiniat hoc tñ accidit ei nõ inq̃ñtũ q̃dẽ genus est: s3 potius vt est spẽs q̃dã ex gñe supiori: z dĩia cõstituta. si eni genus fm q̃ genus hẽret diffõnẽ: oẽ genus hẽret diffõnẽ qđ falsum est: z cõstat ex p̃cedẽtibus: q: id qđ simplr est genus z nõ ẽ nisi genus: nullã hz penitus diffõnẽ. ¶ Jã eni ostẽdimus q̃ cũ dicimus suba est ens p se exñs: p se existẽs nõ dicit nisi nõ i alio existere: z hoc nõ addit sicut dĩia aliqd sup ens z iõ realiter idẽ est ens veꝝ z suba z oĩa alia sunt modi q̃dã entis. Constat igit q̃ genus in eo q̃ genus ad eẽ sui fm ipm q̃ genus est nõ idiget dĩia: ad eẽ igit suũ fm q̃ genus est nõ est natũ recipere alteꝝ: est igit sicut exñs in se ipso in eo q̃ est genus. Igit hoc mõ est in se existẽs in nullo existẽs vt in subto: z exinde hz q̃ in qd p̃dicat z est suba eius cuius est genus: q: eo cuius genus est nõ idiget aliquo ad esse suũ in eo q̃ genus est. Mã aũt nõ cõparat ad id cuius mã est sicut nõ idigẽs aliquo: s3 potius sicut impfectũ idigẽs forma: z iõ nõ cõparat nisi sicut pars: que est in po° aliud fm eẽ: z iõ in se subsistẽs nõ itelligit nisi per analogiã ad formã: z iõ differt a gñe in hoc ipso: z hoc ẽ vna cãꝝ q̃re mã nõ p̃dicat de eo cuius est mã: cũ tñ genus p̃dicet de eo cuius est genus: genus eniz cũ sit suba nõ determinata p dĩias sed determinabilis: z nõ designata p mãz s3 designabilis: z hec suba est totũ qđ i qd dicit eoꝝ quoꝝ est: oz q̃ sicut suba p̃dicat de his q̃ sũt sub ipsa: q̃ ita ẽt genus p̃dicet: hõ eniz est suba aiata sensibilis: et si nõ itelligat designari p accñs indiuiduãtia: z si nõ itelligat determinari p dĩiaz rõnalẽ est eniz hõ suba cõfusa q̃ est qd ipsius sicut est subñtia determinata z designata. De his autez in ↄsequẽtibus sequẽtis post istud capitulũ plenius agemus. Quãtum .n. ad p̃ntẽ ptinet speculationem

Mã in q̃ gen° differt a mã. vide ẽt p hoc Auer. s̃ meta phys. cõ. 17. z 13. met. c. 14.

speculationē nō intēdimus ostēdere nisi qđ sit generis nā: ⁊ q̄liter differt a mā. ¶ Quāuis igiť sic differat a mā sicut dictū est: tñ plurimā cū mā hʒ 9ueniētiā: ⁊ īter ceteras 9ueniētias quas hʒ cū ipsa p̄cipue hʒ tres. Quaꝝ vna est: q̄ est aliaꝝ: cū ꝙ gen⁹ est forma hui⁹ cōpositi ꝙ est ꝓpinqua mā vel remota: siue enim mā remota accipiať siue prima semꝑ est cōposita ⁊ mā forme hui⁹ cōpositi ꝙ est ex mā q̄ est subs q̄dā ⁊ po° q̄ est bitualis icboatio forme: est sola id qđ vocam⁹ gen⁹ ⁊ in hoc hʒ affinitatē cū mā: id enim qđ nec forma ē nec formā hʒ nec hʒ analogiā ad formā: nō est designabile p nomē aliqđ: ⁊ sui nulla pōt eē penitus noticia. ¶ Scđa aūt 9uenientia est q̄ oriť ex ipsa ꝙ sicut mā nō est aliqđ nisi in po° ita genus in eo ꝙ gen⁹ nō est aliqđ existēs determiatū nisi in po°. ¶ Tertia aūt 9ueniētia est ꝙ sicut mā in po° est hñs formas: ita gen⁹ p̄tāte hʒ differētias q̄ sunt q̄litates ipsius sicut forma subalis eēntialis q̄litas est mãe. Unde aūt hēat genus qđ p̄diceť de toto cū tñ nō sit nisi pars eē toti⁹ posteri⁹ dicemus. ¶ Qđ aūt iaʒ dixim⁹ de nā gñis ꝙ est qđ determinabile differētijs ⁊ designabile mā ⁊ idiuiduātib⁹ in oī eo cui⁹ est gen⁹: ita dicim⁹ ꝙ est eēntialis vniuscuiusqʒ q̄litas q̄ est dīa: hoc eni pōt accipi dupl'r. vno qdē mō in se absolute accepta: sicut si rōnale ipsaʒ dicemus rōnabilitatē ⁊ hoc mō q̄dē pōt eē pars eius. s. hoīs: ⁊ gñaliter loquēdo eius cui⁹ est dīa: sʒ nō hʒ dīe rōneʒ nec hoc mō de re cui⁹ pars ē p̄dicať. Hoc eni mō nō est p̄dicabile de aliquo nisi forte de se ipsa. Scđo aūt mō accipiť: sicut eē determiati act⁹: ⁊ hoc mō est dīa qʒ hoc mō p diuisionē erit a genere ⁊ est in ipso p̄tāte ⁊ est q̄litas eius: ⁊ sic lʒ nō sit eadē nā cū gñe tñ hoc mō p̄dicať de spē quā 9stituit: qʒ ipsa est eē ipsius fm actū sicut gen⁹ est esse ipsius fm potētiā. ¶ Est aūt attēdēdū ꝙ genus in eo ꝙ genus: nō est nisi subm primū in eē ei⁹ cui⁹ est genus sʒ fm ꝙ sit determinatū ad actū vel nō determiatū vel sic designatū idiuiduātib⁹ vel nō designatū hoc nō 9uenit ei fm se per es q̄ accidūt: sicut supra dixim⁹ de vli: ⁊ iō vnū ⁊ idē in suba est determinatū ⁊ nō determiatū ⁊ designatū ⁊ nō designatū: similiter ēt accidit ei eē in itellectu vł nō eē in itellu. ¶ Quātū enim est de sūa sua nō est nisi suba qđ existēs nō in alio per hoc ꝙ est gen⁹: ⁊ iō p hoc ipm ꝙ est subm p̄mū est: qʒ id qđ simpl'r nō hʒ in alio existere est subm: pp qđ accidit ēt ei cōe eē: qʒ hoc hʒ inquātū est nō designatū vel nō determiatū: cū aūt gen⁹ sit sic subm respectū po° hñs ad dīas: seqtur necīo ꝙ oino simpl'r nō est gen⁹: neqʒ hʒ gen⁹ oino simplicē nāʒ sicut deus. ⁊ si itells in oino simplici ponit gen⁹: opʒ ꝙ intells sic ponēs genus respect⁹ diuersitatis gñis ⁊ potētie ponat in semetipso accipiēdo simplex ad modū cōpositi: lʒ aūt dixerimus dīaʒ 9tineri in ambitu generis siue p̄tātis eius: tñ genus nō idiget eis ad sui subam: eo ꝙ oēs sunt post subam ipsius. hoc igiť est qđ de generis hic dicere volumus nā.

¶ Cap. xi^m. De his que sunt in potestate generis: ⁊ sunt vere differentie ipsius.

Tex. cō. 33.

Est hec aūt 9siderādūʒ q̄ recipiant in genere sicut eēntialia ipʒ ad spēʒ determināti a. Posset eni aliqs dubitare qʒ ex quo dīe 9sequunť nām gñis ⁊ subaʒ ⁊ hoc qđ 9sequiť nāʒ alicui⁹ ⁊ subaʒ eius q̄litas est ⁊ accñs videť. Qđ dīe eēnt accñia gñis: hoc aūt oino est falsuʒ ⁊ ipoīe qñ accñs nō p̄ficit in eē id cui⁹ est accñs. ¶ Dīa aūt lʒ non p̄ficiat genus in eē gñis: tñ p̄ficit ipm in eē: sicut ⁊ forā q̄ nō 9ficit eē mām in eē mãe: tñ p̄ficit ipsaʒ in eē: qʒ tā eē generis q̄ eē mãe est eē potētie: oīs aūt po° indiget aliquo p̄ficiēte alio a seipsa: vñ notādū est ꝙ cū diuidiť gen⁹ diuidentia talia debēt eē quoꝝ vnū nō p̄mutetť in aliud fm eē vel fm rōnē saluata suba diuidētis: neqʒ vnū ⁊ idē hʒ saluata rōne substantie sub formis duaꝝ diuidētiū īueniri: qʒ aliter genus nō diuidēť: si eni vnū diuidētiū mutať ad formaʒ alteri⁹ saluata rōne sue sube: tūc forma alteri⁹ diuidētis est in eo non sicut q̄dā pars eē ipsi⁹: est igiť accñs ⁊ ꝙ in vno est accñs in nullo est suba: igiť hoc ēt in alio aliquo aliq̄ nō potuit eē sola substātialis: idē aūt seqē si dareť ꝙ idē eēt sub forma duoꝝ diuidētiū. ¶ Amp̄. 9siderādū est ꝙ sūt imediate a gñis p̄tāte exeūtia: hoc aūt est si gen⁹ sequanť fm ipʒ qđ est: vñ si qs diuidat subaʒ dicēs ꝙ est ens susceptibile mot⁹ vel ens nō susceptibile mot⁹: siue is susceptibile motus: pʒ ꝙ ille nō sunt dīe qʒ susceptibile eē motus nō 9uenit sube fʒ ipm ꝙ suba

Nō tres cōuenientias q̄s hʒ gen⁹ cū mā.

Dīa dupl'r cōsiderari pōt.

Nō h qʒ vł dicere ꝙ dīa nō sit eadē nā cū genere.

Dīa ⁊ si nō p̄ficiat genus in eē gñis p̄ficit tñ ipm in esse.

Uia igitur est diffinitio ipsius qd erat esse rõ: palã est ex ꝑdictis. in hoc eniꝫ differt rõ a quid erat eẽ: qr qd qd erat eẽ dicit nãꝫ cui p se attribuit̃ diffinitio: ꝛ diffinitio dicit hui⁹ nãe explicitã rõnẽ. palã et est ex ꝑdictis qr quid erat esse aut solaꝝ est substãtiaꝝ: si ꝓprie qd erat eẽ accipiat̃: aut est substãtiaꝝ maxime ꝛ primaꝫ ꝛ simplr: maxime qdẽ qr ipm est cã qdditatis accidentiũ: primũ aũt qr ipsaꝫ est primũ cadẽs in itellectũ accidẽtiũ: simplr v̇o qr ipꝫ nõ refert̃ ad nãm alienã: ad itellectũ aũt oium eoꝝ que dicta sũt ꝛ vt pfecte distinguat̃ quidditas accidẽtis a qdditate substantiaꝝ. ¶ Attendẽdũ est q accidẽs qñ diffinit̃ duplr põt accipi: aut eniꝫ accipit̃ vt spẽs subiecta aut vt passio: ꝛ si accipit̃ vt spẽs subiecta: sic qdẽ itelligit̃ suba in eius diffinitione: sꝫ nõ accipit̃ ꝛ sic dicit Auic. q intellect⁹ accidẽtis itellectus est absolutus. Si aũt accipiat̃ vt passio sic suba ꝛ itelligitur ꝛ accipit̃ in eius diffinitiõe: ꝛ primo qdẽ mõ diffinitio dicit̃ a qbusdã pn^m demõstrationis extra demõstrationeꝫ. Scdo aũt modo diffinitio accepta est demõstratio põne differens: in tali eniꝫ diffinitiõe accipit̃ subm qd est suba: ꝛ cã accidẽtis q̃ est mediũ: ꝛ accidẽs ipm qq est ꝑdicatũ. ¶ Sũt aũt qui negãtes diffinitionẽ eẽ passionis aliter obijciũt: cuꝫ enim accñs diffinit̃ ex genere ꝛ differentia sue coordinationis dicũt q est diffinitio formalis que dat̃ de accñte prout ipm est spẽs. Tales aũt diffinitiones dialectice sunt ꝛ vaneões sicut in principio de aĩa dictuꝫ est. ¶ Et si aliqs ad hoc dicat q sicut dictũ est et in talib⁹ diffinitionib⁹ intelligitur suba: lꝫ nõ ponat̃ expresse que substãtia in esse cõstituit accidens quã qdẽ percipit primus phus q de vnoquoq꜄ annũciat put ipsuꝫ est eo q ipse est doctissimus cause. Sed dialecticus q nõ accipit nisi q extrĩsecus adheret rei de signis ꝛ icoris nõ pcipit subam que intelligit̃ ꝛ itrinsecus ꝯstituit. Et iõ dialecticus in talib⁹ est vanus: qr per id qd accipit ad esse accñtis cõstitutũ nõ deuenit. primus aũt phs in eadem diffinitiõe nõ est vanus: qr per subam quã in accidẽtis genere ꝛ differẽtia intelligit puenit ad veꝝ eẽ accñtis. ¶ Adhuc aliter obijcit̃ de eodẽ videt̃ eniꝫ accñs verã hẽre diffinitionẽ: qm̃ id qd verã hꝫ demõstrationẽ hꝫ verã cãm: ꝛ q hꝫ verã cãm verã hꝫ diffinitionẽ: qr cã ꝛ diffinitio sũt idẽ. ¶ Amplius sicut dicit Auic. accñs duob⁹ modis diffinit̃: aut eniꝫ diffinit̃ vt essentiale cuius spẽs est absoluta: eo q fm eẽ nõ depẽdet nisi ex sue coordinationis principijs: ꝛ sic diffinitur fm formã. aut diffinit̃ fm eẽ: ꝛ tunc diffinit̃ vt est passio substantie: ꝛ qñ sic diffinit̃ diffinitio facit scire cãm ipsius: vera aũt est diffinitio que facit scire cãm verã: igitur videt̃ hẽre diffinitionẽ. Neutra tñ istaꝝ videt̃ posse esse mediuꝫ in demõstratione: qr prima nõ dicit cãm cũ mediũ demõstrationis debeat esse cã. Si aũt videt̃ data esse per mãm ꝛ illa hꝫ mediũ per qd põt cõcludi ꝛ demõstrari: ꝛ sic etiã illa non est mediũ demonstrationis. ¶ Amplius aut accñs diffinit̃ fm spẽm facta diffinitiõe aut fm mãꝫ: facta aũt diffinitiõe que est demõstratio põne differẽs: ꝛ iam qdẽ ostẽsum est q prima nõ põt eẽ mediũ neq꜄ scda. ¶ De tertia aũt silr videt̃ q nõ possit eẽ mediũ: qr illa in se ꝯtinet oẽs tres demõstrationis terminos: cõtinet enim subm q est extremitas minor: ꝛ si illa diffinitio eẽt medium tñc minor extremitas eẽt medium vel pars medij qd est falsuꝫ: cũ minor extremitas nihil sit cause: nulla igit̃ diffinitio ipsius erit mediũ: ꝛ sic videtur nullã habere diffinitionẽ: qr cũ ipa sit maior extremitas si hꝫ diffinitionẽ illa esset diffinitio primi termini: sine maioris extremitatis vt in posteriorib⁹ dictũ est. Forte aũt dicet aliqs q mediuꝫ in demõstratione nõ est diffinitio minoris extremitatis: qr si hoc daret̃ in demõstratione semp eẽt maior ꝓpositio falsa ꝛ et cõclusio. ꝛ hoc iõ est: qr minor extremitas est aliqd abstractũ: ꝛ illius diffinitio cuꝫ sit abstracti est

Documentum

Objectio

Tex.cõ.20.

Tex.cõ.19.

etiā abstracta: ꝛ huius diffinitio nō pdicaẜ de concreto ꝙ ēst subm. ℭ Forte aūt ad hoc rñdebit aliqs ꝙ si passio fm ꝙ in abstractiōe est poneretẜ in demfone: tūc eēt maior ꝓpō falsa ꝛ cōclusio sīr: nō aūt sic poniẜ ꝛ iō maior est vera ꝛ etiā cōclusio: sed hoc est falsum cū mediū in demfone sit diffinitio maioris extremitatis. Maior aūt extremitas fm sic respōdētē est aliqd cōcretū de quo nō erit vera diffinitio abstracta. ℭ Sed qꝛ hec nō multū sunt ad ꝓpositū cū nō intendamus hoc demōstrare sꝫ poti⁹ de distinctiōe diffinitionū ꝛ qdditatū opꝫ attēdere ꝙ in vitate accñs diffōnē ꝛ simplr diffinitionē nō hꝫ: ꝛ lꝫ eā ꝛ diffinitio sint idē eo ꝙ diffinitio daẜ per eām tñ diffinitio ꝛ eā differūt fm rōnē: ꝛ iō pōt alicuius eē eā simplr cui⁹ tñ nō est diffinitio simplr: sicut demfonis in qua demōstraẜ accñs de subiecto: ꝛ in vitate verū est ꝙ accñs duplr pōt diffiniri: mālr. vꝫ. ꝛ formalr. Sed diffinitio mālis accñtis sola est que est mediū in demfone potissima: diffinitio aūt formalis minoris extremitatis pōt ēt eē mediū in aliqua demfone que simplr demfatio est. Vñ notandū ꝙ tam suba ꝗ̄ accidēs pōt demōstrari ꝛ formaliter ꝛ mālr: sed diffinitio mālis substātie pōt demonstrari ꝛ hꝫ mediū quo demōstreẜ p diffinitionē formalē sui sꝫ spēm factā ipsius sube: sicut dixim⁹ in scdo de aīa de ipsius aīe diffinitionib⁹. ℭ Diffinitio aūt fm spēm data sube nō pōt demōstrari demfone ꝓpter qd dicte. Sed si demōstraẜ hoc erit demōstratio qa: mālis aūt diffinitio accidētis cū dicat qd ꝛ ꝓpter qd est mediū in demfone potissima: ꝛ iō demōstrari hoc est demōstratiōe cōcludi nō pōt. Et si diciẜ aliqñ demōstrari hoc erit itelligēdū sic ꝙ ex demfone pōt elici ꝛ sciri: qꝛ scito medio ꝙ est eā sciẜ ꝙ illud ē diffinitio. ℭ Diffinitio aūt accidētis fm spēm facta cōcludi pōt per demonstrationē: sicut ꝛ ipsa passio siue accñs. adhuc aūt diffinitio mālis accidētis duplex est: est enim mālis illa in qua accipitur subm sub noīe ꝓprio subti: ꝛ est mālis in qua nō solū accipitur subm sub noīe subti. sed poti⁹ rō subiecti accipitur ꝛ hoc est mediū in demōstratiōe potissima. ℭ Attendēdū tñ est ꝙ in mathematicis que abstracta sunt ꝛ in qbus est demōstratio potissima in qua oēs termini sunt in rectitudīe: subm qdē ē qd abstractū sicut linea vel triāgulus: passio āt que est maior extremitas est qd cōcretū: ꝛ diffinitio mālis que est mediū est diffinitio accidētis: ꝛ iō nō totū medium pōt esse mā passionis circa quā est passio: sed aliqd eius est mā passionis: ꝛ iō mediū cōpositū est ꝛ primū qd in ipso est sicut genus passionis: ꝛ hoc significaẜ in cōcretiōe ꝛ que sequunẜ sūt mā passionis circa quā est passio: ꝛ hec mā est necessitas passionis: hec aūt sunt formalia subiecti inqꝫtū subiectū est: ꝛ iō diffinitio talis mālis passionis cōposita est ex eo ꝙ ē passionis ꝛ ex eo ꝙ formale est subm inqꝫtū ē subm: qꝛ subm per formā suā eā est subiecti: ꝛ sic pꝫ ꝙ accñs dicit hoc alicui⁹ siue hoc in hoc sicut diximus in ꝓbabitis. ℭ Si aūt aliqs dicat ꝙ sic oēs termini cadūt in rectitudine: sicut cū diciẜ nasus simus ꝛ diffinitio simi dicto mō cōposita sit mediū: tūc erit nugatio sꝫ eā q̄ supra dicta sūt. ℭ Dicemus ꝙ hoc nō sequiẜ: qꝛ nō dicim⁹ ꝙ subm cadēs in diffinitiōe passionis sit genus ꝛ id qd est nāe accidētalis sit differētia: ꝛ iō nō est de pmo itellectu passionis ꝓp qd non est nugatio. ℭ Sed forte cōtra hoc iterū obijciet aliqs sciens ꝙ si a. sit spēs accidētis diffinita diffinitiōe formali siue fm spēꝫ dicta: ꝛ sit. b. genus eius ꝛ. c. dīa eo ꝙ diffinitio fm spēm data daẜ p genus ꝛ dīam cū tam. b. ꝗ̄. c. sint accidētia neutrū erit sine itellectu subiecti: est aūt. b. de itellectu. c. eo ꝙ gen⁹ est aliquo mō de itellectu differētie: ergo subm ꝙ est de itellectu. b. est etiā de itellectu. c. ꝛ similiter ipm simplr. c. in itellectu suo hꝫ subm: hec ergo subiecta que sunt de itellectu. c. aut opposita in spe ꝙ esse nō pōt qꝛ sic vnū nō eēt de itellectu alterius aut sunt idē: ꝛ tūc idē bis diciẜ ꝛ erit nugatio. sꝫ ad hoc dicēdū ꝙ subm. b. ꝛ subm. c. re vera sunt sube ꝛ ꝙ in. c. intelligiẜ subm. b. sꝫ illa sobta se hūt ad inuicē sicut gen⁹ ad dīam: ꝛ iō est vnū determināſ alterū: sicut dīa determinat genus. Et iō subm. b. se hꝫ ad subm. c. sicut primū se hꝫ ad id qd est ꝯsiter sicut vegetatiuū se hꝫ ad sensitiuū. In talib⁹ aūt primū est in scdo in potētia tñ ꝛ nō actu: ꝓpter qd nō accidit idē bis dicere sicut pꝫ ex supius habitis: talis tñ diffinitio accidētis nō ꝓpter hoc mālis vocaẜ: qꝛ illa est ex genere ꝛ differētia sue coordinationis: sed potius illa que dicta sunt prius ex qua cū formanẜ tres termini demōstrationis pmus modus dicēdi p se erit in ꝓpōne scda: ꝛ secūdus modus dicēdi p se erit in pma. Tertius ēt modus dicēdi per se: erit in scda. Et quartus modus dicēdi p se erit in cōclusione si replicaẜ cā quare primum insit minori extremitati. ℭ Tñ igiẜ dictum sit de differentia diffinitionum accidentis ꝛ substātie ꝛ diffinitionū accidentium ad inuicem.

Solutio. (beside "Sed qꝛ hec nō multū sunt…")

Nō qr diffō formalis sube lꝫ nō possit demfari p mālē demfone ꝓp qd: pōt tñ demonstrari demfone quia. (beside "erit demōstratio qa…")

Obo ꝫ pdcā. (beside "hoc alicui⁹ siue hoc in hoc…")

Solutio. (beside "…sit mediū: tūc erit nugatio…")

ℭ Incipit tractatus secundus septimi libri qui est de cōparatione quidditatis ꝛ diffinitionis ad aliquid cui attribuitur quidditas ꝛ diffinitio fm idem vel diuersum.

ℭ Cap. pm. De eo de quo est intentio ꝛ sunt in eo solutiones sophismatum Platonis.

Trum autē idem aut

Tex. cō. 20.

diuersum sit qd erat esse ꝛ vnumqdq3 designatorū sub ipso suppositorū nature cōi nūc aūt deinceps pscrutādū est: ꝛ hec est querere verū nā illa que est qdditas oīuꝫ eorū que qd sunt ab ipsa ꝛ sub ipsa sit eēntialiter idē cū ipsis fm eē: aut aliqd aliud separatū p esse ab ipsis: hoc enim est aliqd qd est ꝓlibādū ad pscrutationē de suba: singulū enim suppositorū alicui⁹ nāe non aliud videẜ eē ab illa qdditate que est sibimet suba qua ipꝫ est id qd est: ꝛ idē est dicere qd erat eē singulorū: ꝙ est dicere subā singulorū: qd nō eēt verū: si qdditas eēt suba q̄dā fm esse sepata a suppositis illis in qbus est qdditas. ℭ Anteq̄ aūt hoc ꝓbeẜ tāgamus aliqd de pōne Platonis q hoc negat dicēs substātias q̄ sunt rerū qdditates eē sepatas a substātijs sensibilib⁹ sicut icorruptibile separatur a corruptibili. ℭ Arguit aūt Plato sic ꝙ icorruptibile nō est corruptibile: qdditas aūt icorruptibilis est: sensibilis aūt hec suba ē corruptibilis. ℭ Adhuc aūt qdditas est pdicata de pluribus ꝛ accipiaẜ exēplū in hoīe: qd āt pdicaẜ de plurib⁹ nō est aliqs hō: igiẜ nō ē hō: ꝛ sic quidditas hoīs nō est hō vt videtur. ℭ Amplius qdditas hoīs nō est suba vt in sequētib⁹ patebit: ꝛ ꝙ nō est suba nō est hō: qdditas igiẜ hoīs non est hō. ℭ Adhuc si qdditas hoīs est hō tūc eadē rōne qdditas sortis est sor. ꝛ si sor. currit qdditas sortis currit: ꝛ si hō currit qdditas hoīs currit: ꝛ hmōi sophismata multa iducit valde. ℭ Adhuc dicit si hō est spēs cui⁹ est qdditas tūc conuersim est verū ꝙ spēs est hō: ꝛ si est hō tūc est aliqd appellatum hoīs ꝛ hoc est falsū: qꝛ nullius noīs pmū significatū est appellatū eiusdē. ℭ Hec aūt oīa q̄ ifinita sunt soluunẜ p ea q̄ dixim⁹ in qnto hui⁹ sapie. vbi de vli locuti sum⁹. Si enim ipsa nā simplr accipiaẜ fm se illi multa accidūt: ꝛ fm qbꝫ accñs hꝫ q̄dā sibi attributa q̄ non attribuunẜ eidē fm ꝙ est sub alio accñte: ꝛ hoc qdē cuilibet facile pꝫ: cū igiẜ nā hoīs accipiẜ in hoc noīe hō hoc pōt fieri qꝫtū ad primū signatū: vel qꝫtū ad zm. primū aūt signatū est ꝙ pmo cadit in intellectu ꝛ illi rñdent applicata ipso noīe q̄ sunt sub illo signato. Scdariū aūt signatū est id cui iponiẜ hoc nomē ꝛ hoc cōpositū: primū aūt signatū est forma simplr siue ꝗlitas eēntialis ꝙ signat hō. ꝛ hec forma duplr ꝯsideraẜ: qꝛ lꝫ in se simplr sit tñ accipiẜ in multis ꝛ oppositis modis significādi. ℭ Accipiẜ enim aliqñ fm ꝙ est absoluta p itellectū a suis appellatis: sicut qñ dꝛ hō pdicaẜ de plurib⁹ nihil enim est in appellatis ipsius ꝙ de plurib⁹ pdiceẜ: tale eni pdicatū ꝯtingit forme ita ꝙ nō ꝯtingit appellatis: accipiẜ ēt forma inqꝫtū est multiplicabilis ꝛ sic poniẜ: cū dꝛ oīs hō est oīs hō. multiplicabilitas enim ꝯtingit forme ꝛ nihil est multiplicabile nisi forma. ℭ Silr aūt scdariū signatū qd est cōpositū cui iponiẜ nomē accipiẜ duplr: aut. n. accipiẜ absolutū a suis suppositis aut inqꝫtū est sua supposita: ꝛ absolutū qdē accipiẜ qñ dꝛ hō p se diffiniẜ: vt sua supposita exñs accipiẜ qñ dꝛ hō currit vel hō est aīal vel aliud hmōi: vñ cū dꝛ qdditas hoīs est hō: hec ē simplr loquēdo falsa: qꝛ cū dꝛ qdditas est qdditas hoīs absoluti a suppositis cui p se attribuiẜ diffō: ꝛ si illa eēt hō eēt aliqs hō qꝛ qdditas hoīs ē singulare sub hoc cōi qdditas: ꝛ cū de ipso pdicaẜ hō opꝫ ꝙ eēt aliqs singularis hō: ꝛ ē ac si diceres diffō hoīs est hō ꝙ falsū est: qꝛ diffō hoīs est oratio p eēntialia dicēs eē hoīs ꝛ hoc nō est hō: lꝫ aūt hec sit falsa. qdditas hoīs est aliud ꝗ̄ hō: tñ hec est vera. qdditas hoīs non est aliud ꝗ̄ hō: qꝛ si eēt aliud eēt aliqd aliud designatū

Rōnes Plō. ꝓbātes qdditates rerū sepatas eē a rebus quarū sūt qdditates. (beside "…qdditas. ℭ Anteq̄ aūt hoc ꝓbeẜ…")

Solutio doctoris. (beside "ℭ Hec aūt oīa…")

Forma duplr sumi pōt… (beside "…modis significādi. ℭ Accipiẜ enim…")

Cōpositū duplr sumiẜ. (beside "ℭ Silr aūt scdariū signatū…")

Ista ꝓpō. qdditas hoīs est hō simplr loquēdo ē falsa. vide Cō. i cō. 21. huius. (beside "simplr loquēdo falsa…")

separatum

Quidditas hois ẽ subã. ẽ propositio distinguenda.

separatũ ab hoie sicut dixit Plato: et hoc nõ est verũ. Cũ at dicit qdditas hois est subã distinguẽdũ est: aut enim qdditas hois stat pro diffõne aut pro forma: si pro forma adhuc dupliciter ↄsideratur: aut .n. dicit formã q̃ est alia a mã subã cũ mã ↄstituẽs hoc aliqd: et sic qdditas hois est subã: aut stat pro esse mãe accñtali et substãtiali: et sic qdditas hois nõ est subã sed eẽ substãtiale. Ex hijs aũt iam patere põt q̃ iste due sũt vere. qdditas rei nõ est aliud a re cui⁹ est qdditas: et qdditas rei est eadẽ rei cui⁹ est qdditas: et tñ hec est falsa. quidditas rei est res ipsa cui⁹ est qdditas. C Et accipiam⁹ hoc i hoie gratia exẽpli q̃ eniz qdditas hois nõ sit aliud ab hoie pz p hoc q̃ qdditas hois in actu q̃ pticipatur ab hoie nõ est i alio nisi po⁹ inchoatiue pticipatur ab alio idiuiduo: sicut et dicimus q̃ gen⁹ et dña sunt vnũ in actu et duo in po⁹ inchoatiue gen⁹ põt determinari ab alia dña. Qd aũt sit eadẽ rei cui⁹ est qdditas ex hoc pz q̃ vere pticipatur ab eo cui⁹ est qdditas: nec tñ sequit si qdditas hois non est aliud sed eadẽ hoi q̃ qdditas hois sit hõ ppter hoc q̃ supra dictũ est: qr signatũ hois nõ ẽ aliqd appellatũ eius: qr hoc solũ qdditas hois est significare sic diffõ hois: et cũ diceret eẽ hõ oporteret q̃ esset aliqs hõ singularis. Similr cũ dicit hõ est spẽs est vera sive spẽs accipiatur in rõne illa q̃ pdicat de plurib⁹ sive in illa q̃ ponit sub assignato gñe: sed pmũ ↄtingit forme: zm aũt cõposito: et tamen talia sint subã q̃lia pdicata eẽ pmiserint hõ in subẽo cũ dicit hõ est spẽs stat pro forma vel cõposito: sz ↄuersa est falsa spẽs est hõ qr ibi hõ in pdicato stat pro nã multiplicata per sua supposita sive singularia vel appellata: nec hec est ↄuersa istius. hõ est spẽs: sed si ↄuertat sic debet ↄuerti species ẽ homo qui diffinit vel absolutus a suis appellatis et tũc ẽ vera hec: hec igit et hmõi sunt que Platonẽ deceperũt qr non vidit q̃ eidẽ multi modi signãdi accidunt fm quos est species et vle et qdditas et hmõi: et q̃ attribuit ei fm vnũ modũ signandi nõ convenit ei fm alium modum significandi. Et ideo putabat illas res esse diuersas.

Nõ q̃ ↄuersa istius hõ ẽ spẽs nõ est illa spẽs est hõ. In conuersis .n. et conuersiõe oz remanere ↄsĩlis dimensio et esset conuersio ppõnis et nõ ↄuersio vt dic Lõ. in pdicamẽtoz ca. 2.

C Cap. 2m. De rõnibus qbus probantur quidditates non esse diuerse ab alijs quoz sunt quidditates.

In hijs aũt q̃ pdicant fm accidẽs diuersum eẽ videbit qd est a subẽo de quo pdicat: qr qdditas subiecti nõ est qdditas accñtis nec ecõuerso sicut alb⁹ hõ inchoatiue hõ est diuersuz est sz qdditatẽ: et albũ hoiez eẽ inchoatiue est alb⁹: si eniz daret q̃ idẽ est hoiez eẽ in eo q̃ ẽ qd et albũ hoiez esse in eo q̃ alb⁹ est erit idẽ fm qdditatẽ hõ in eo q̃ hõ et albus in eo q̃ alb⁹: et hoc qdã iaz dixerũt dicẽtes formas substãtiales eẽ accñtia sicut in antehabitis supius inductũ est: igit sequitur alterũ duoz q̃. vz. aut albũ hoiez et hoiez fm qdditatẽ sit idẽ eẽ: aut q̃ nõ est necesse q̃ ea q̃ pdicant fm accidens sint eiusdẽ qdditatis cũ hijs de qb⁹ pdicant: hoc aũt adhuc pbat p hoc q̃ si duo vel plura accñtia accipiant vt extremitates cõposite cũ vno subẽo: si vnũ accidẽtiũ cũ subiecto est eiusdẽ qdditatis: tũc eadẽ rõne et scdz est eiusdem qdditatis cũ eodẽ et que vni et eidẽ sunt eadẽ ipsa sũt eadẽ: sequeret igit q̃ illa accñtia eẽnt eiusdẽ qdditatis adinuicẽ. Sed hoc est falsum: qr nõ videntur extremitates eẽ eedẽ sibi inuicẽ fm qdditates sicut videntur eẽ eiusdẽ qdditatis cum subẽo: qr sic albũ eẽ eẽt sz qdditatẽ musicũ eẽ qd absurdũ ẽ: qr oib⁹ manifestũ est hoc nõ eẽ verũ. C In hijs aũt pdicatis que dñr fm se semp necesse est idẽ eẽ fm qdditatẽ subam et id cui⁹ est subã: a substãtialib⁹ eniz subẽis nõ sũt diuersa substãtialia pdicata: cũ eniz verbũ substãtiuũ q̃ est nota cõpositionis vnionẽ significet pdicati cũ subẽo talẽ notat vnionẽ qualẽ pñt hẽre cõposita: et in accidẽtaliter vnitis notabit accidẽtalẽ: in subalr aũt vnitis vnionẽ subalẽ denotabit. Substãtie g̃ pdicatoz q̃ formalia sũt et qdditates nõ sunt diuerse fm eẽ a suis subiectis nec sunt nãe priores et diuerse sz eẽ que tpe pcedãt ea quoz sunt sube: q̃les substãcias dicũt eẽ illi q̃ ponũt substãtias rez eẽ ideas. Si enim sicut illi dicũt sunt diuersum bonũ in sube qdditate: et bone esse in re nũll tũc erũt alie et et separate sube p se aial et aial eẽ: et ens aliqd et ens fm se: et hec erunt nãe q̃dã et idee pter eas que predicte sunt q̃ sunt res iste q̃ sunt apud nos: et sũt ille priores tpe q̃ iste sube sensibiles eo q̃ sũt facientes istas: et hoc totũ sequit ex hoc q̃ qd erat eẽ ponit esse suba fm se separata ab eo cui⁹ est suba. C Cõstat aũt q̃ falsum est: qr nihil primius generationi q̃ hoc aliquid: et substantie cões generant p ↄfis: qr hoc generat hũc et p ↄfis hoiez et aial: et sic de alijs. C Amplius aũt si ponamus istas substãtias qdditatẽ. vz. et id cuius est qdditas eẽ absolutas abinuicẽ tũc erũt destructe abinuicẽ: qr ea quoz sunt qdditates nõ erũt hoc q̃ sunt sine suis qdditatib⁹: et ipse qdditates nõ erũt fundate inesse rato in nã et hoc aliqd sine hijs quoz sunt qdditates: et tũc sequitur q̃ eaz rez quaz sunt qdditates nulla erit p subam suã qr non sciunt ista scia ppter qd et qd nisi p suas qdditates. C Alie aũt sube q̃ sunt qdditates nõ erũt entia pfecta et fundata in esse: et sic sunt destructa cũ nõ sint nisi in itellectu. Dico eniz destrui tales substãtias qdditatuz si nec bono huic realiter vt nõ diuersum ab eo inest bonũ q̃ est qdditas p quã bonũ est hoc q̃ est in bonitate sua: nec eẽ bonũ inest huic bono qr que diuersa sũt abinuicẽ fm eẽ hoz vnũ nõ inest alteri substãtialiter et tũc hec nõ sciunt p suas qdditates. C Scia eni cuiuslibet vã est scia qua scit quid erat eẽ illud et in bono et in oibus alijs nõ similr se hz: qr lz accidẽtia faciũt ad sciam eius q̃ qd est hoc nõ est nisi de scia q̃ est: et nõ de scia quid est: igit si nec bonũ eẽ est bonuz eo q̃ qdditas boni est a bono separata: sequit q̃ nec ens sit ens: qr quidditas qua ens hoc est ens est ab ente sepata et sic sequit q̃ nec vnũ ẽ vnuz. est enim simul rõ de oibus: et oĩa vel sunt suis qdditatibus nõ sepatis ab eis vel nullũ penitus si sue ab eis sepate sunt qdditates: vñ si nec ens aliqd est ens p suã qdditatẽ sue entitatis: sequit q̃ nec alioz aliqs est hoc p suã entitatẽ et qdditatẽ. C Amplius cui nõ inest bonum eẽ sive qdditas qua bonũ est nõ est bonũ: eadẽ igit rõne sequit q̃ benignuz non est cui nõ inest benignũ esse: cõstat aũt q̃ sũt aliq̃ bona et benigna: opz igit vt benignũ eẽ et benignũ et bonũ eẽ et bonum sint vnũ fm esse et nõ sepata abinuicẽ fm esse: et similr est de oibus pdicatis essentialib⁹ que nõ fm aliud vt accidentia sed fm se dicunt et sunt prima: sicut cũ que est forma et qdditas principiũ est ad id cui dat esse qd fm q̃ ipm qd est: hoc enim sufficiẽs est ad esse et ad sciam talis prioritas quibus nõ sint spẽs ideales sepate. C Adhuc aũt et si ponit eẽ idee fm aliquẽ modũ tũc adhuc tales forme magis sufficiũt ad esse et sciam q̃ idee in hoc q̃ iste sunt in reb⁹ quaz sunt qdditates et forme: idee aũt nõ: per id aũt q̃ nõ est i re res ipsa nec est nec scitur. C Est aũt attendere q̃ in hijs oibus qdditas accipit sicut nos superius diximus: pro eo. vz. cui p se attribuit diffinitio et hoc modo qdditas nõ est diffinitio: et lz hoc mõ multa accidãt ei ipsa tñ fm esse est in appellatis et suppositis: et ab ea sunt ea que sunt: et extra ea nõ est quidditas fm eẽ simplr nec est absoluta ab eis nisi potẽtia fm quã in nullo sic est quin possit eẽ in alio: et Plato vidẽs hãc absolutionẽ ipsius et accidẽtia que accidũt ei fm se putabat esse quidditates separatas a rebus sz esse: ita q̃ haberẽt eẽ distinctũ ab ipsis. C Cũ aũt dicit ens eẽ est ens et bonũ eẽ est bonum duob⁹ modis intelligi põt: si enim enũtiabile sit bonuz esse et ens esse: tunc verũ est bonũ eẽ nõ esse bonũ et ens eẽ nõ esse ens: et subam eẽ nõ eẽ subam: sicut actus nõ est id cuius est actus ppter diuersuz modũ significãdi: enuntiabile eniz sic formatũ nõ est res in aliquo pdicamẽto qr non dicit rem absolute ad actum rei et est sic singulare: opz q̃ si subam esse esset suba q̃ eẽt aliqua suba: et lz ens nõ sit distinctũ per differentiã ab aliquo ente tñ in mõ significãdi differt q̃si significatur p ens et esse: sed in preinducta disputatiõe nõ sic accipitur sed potius dicit ens esse et bonũ eẽ id qd est homini fm esse fundatũ in ente rato fm nãz: et hoc est bonũ id qd est p qditatẽ que est bonũ fm se. C Adhuc aũt diligẽter aduertendũ est q̃ quidditas predicto mõ sumpta si sub hoc accidente accipit q̃ est potẽtia eẽ in suppositis predicat de suppositis et sic opz ipsaz formaliter accipi: quia si fm esse mãle accipiat sic acta est in hijs in quibus est et sic nõ predicat de aliquo. Et hijs sic itellectis plana sunt ea que inducta sunt.

Quõ itellr de eẽ pbi prio õia. tex. cõ. 11. dicẽtis accñtia magnã ptẽ cõferunt ad cognoscendum qd quid est.

Documẽtum primum.

Secundum.

C Cap. 3m. De iprobatione positionis ideaz p hec ipsuz q̃ ponunt eẽ sube subẽoz et principia sciẽtie ipsorum.

Tex. cõ. 21.

Ex hijs aũt que inducte sunt simul cũ dictis patiam est qr si fuerint idee quas quidã dicũt esse rez quidditates et quidditatũ partes: tunc sequitur q̃ subiectũ sive suppositũ illaz substantiarũ nõ sit substãtia subiecta: nõ eni sunt substantie nisi p substantialẽ formã et quidditatez

que in ipsis sicut in subiectis sunt ⁊ suppositis: ideas autez sm hãc positionẽ necesse est eẽ substãtias p se existẽtes ⁊ nõ de subto aliquo in quo eẽ hẽant pdicatas. Si enim sint de subto in quo sunt ex hijs rõnib⁹ que iducte sunt seqtur q̃ sz participationẽ sunt vnũ in eẽ cuz hijs de qbus vt subiectis vel suppositis pdicanf: ⁊ hoc est cõtra hypothesim: ⁊ cuz dicunf vnũ cũ subiectis erunt vnũ ⁊ idẽ sm eẽ singula non sm esse accidẽs: sed ita q̃ sint eẽ singuloꝝ subtoꝝ ⁊ qd erat esse ipsoꝝ: ⁊ qr sicut iam ostẽdimus q̃ scire singula p potissimã sciaz hoc est scire qd erat esse ipsoꝝ ⁊ singula sciunf suis qdditatib⁹ nõ sepatis ab eis necesse est expositiõe ipsaꝝ sequi q̃ qdditates vniuscuiusq; sunt vnũ cũ ipso ⁊ nõ separatum qd ab ipso: hoc eniz sequif ex ipsa hypothesi dicẽte q̃ singula suis sciunf qdditatib⁹: vñ ex quo Plato putabat astruere ideas ex ipso destruunf sm suã positionẽ: qr võ nõ omnia que adherẽt substãtie sunt qdditates ipsius per quas ipsa subiecta siue supposita sint hoc q̃ sũt ⁊ sciunf: sed tñ ea que sm primũ modũ dicendi per se pdicanf de suppositis. Ideo ea que sm accidẽs: dicunf de subiectis vt musicũ ⁊ albũ: pp ea qr duplicẽ hñt significationez in eo q̃ denomiatiue dicta duas diuersas dicũt naturas: idõ nõ ẽ veꝝ dicere de illis q̃ idẽ sit qd esse ipsoꝝ ⁊ id subm de quo pdicanf. ℂ Diuersuz enim qd est id subm est id subm cui accidit ⁊ ipm accidens q̃ accidit. Et idõ pdicatũ de subto aliqñ sm qdditatẽ idem est subiecto ⁊ aliqñ nõ est idez cũ ipso: quidditas enim eadẽ nõ est hoi ⁊ albo homini incõtum hõ albus est: eo q̃ diuerse sunt nature hõ ⁊ albedo ⁊ nõ est vnuz nũ alterius: sed tñ hõ est idẽ subto passioni de se noiatiue pdicate: qr hec sũt vnũ per accidẽs: ⁊ si homo est albus: aĩal rõnale est albũ sm esse acceptũ: sicut diximus in quinto vbi distinximus vnũ p accidẽs. ℂ In oibus igitur hijs que sunt qdditates vel pres quidditatũ semp opz predicatũ per se inesse subiecto: ita q̃ ipsuz predicatũ sit de esse subiecti: absurdũ enim apparebit si quis vnicuiq; substãtie siue insit siue nõ nomẽ imposuerit quo qd erat esse vocef: qr si separatũ est per esse a subiecto: tũc nõ est aliqd de esse subiecti: ⁊ sic equũ eẽ equũ erit diuersum ab equo: qr id quo equus est id qd est separatuz est ab ipso. Si aũt equus est equus aliquo cõstituente ipm inesse equi erit equus: ⁊ silr de alijs est substãtijs apud nos subiectis ⁊ sensibilib⁹ existẽtibus: hoc aũt quo equus est equus est qdditas ipsius: qd igif phibet quin etiã nũc statim sine separatoꝝ põne eẽ qdditatẽ siue quid erat eẽ in suba sensibili qua ipsa est qd est si suba sensibilis est quid erat eẽ si predicatũ de ipa nõ tñ est vnũ suba cũ subiecto siue supposito. ℂ Sed ẽt rõ talis pdicatoꝝ est vnuz cũ supposito eo q̃ ipsa predicata sunt quid de subiecti rõne existẽtia sicut satis palam est ex hijs que dicta sunt: in talib⁹ enim nõ est accidẽtalis vnio subiecti ⁊ pdicati: sicut nõ hz accñs est vnũ eẽ ⁊ vnũ qd hoc p cãm dicentẽ qd intelligif: tũc eniz vnuz eẽ sit ab eo q̃ est vnũ sicut dico lucẽ solẽ esse dicit. Si enim actus essentialis vnius est vnũ eẽ ⁊ actus essentialis entis est ens esse ⁊ actus ẽentialis hois vel quidditatis hois est hoiem eẽ ⁊ siliter est in oibus alijs: ⁊ hoc nõ est si quidditates ⁊ sube separate sunt qr tũc act⁹ eaꝝ nõ sunt in istis sensibilibus. Et idõ nõ dant eis eẽ substãtias. ℂ Amplius si aliud ⁊ separatuz fuerit quid erat eẽ ⁊ aliud qd est tũc opz q̃ sit forma forme: ⁊ si forma est forme: hoc ibit in infinitũ: qr separata ponunf hoc aliqd eẽ: ⁊ opz q̃ aliquo sint hoc aliquid ⁊ hoc est iteruz separatũ: ⁊ cũ eẽ sepatũ hz esse necessario sit hoc aliquid pp illud qd supradiximus: qr. vz. nõ est de subto aliquo in quo sit: idõ iteꝝ est illud hoc aliquid ⁊ aliud a se hẽbit quo ipm sit ⁊ hoc ibit in infinitũ: qr vt dicit Boetius q̃ est hz aliquid quo ipz est id qd est: quo est aũt nihil hz admixtũ: qr si quo est hẽret aliquid quo ipm eẽt iret in ifinitũ. Et idõ opz ponere q̃ quo est esse hẽat in subto ⁊ nõ separatũ: qr si separatuz esse hẽret eẽt hoc aliquid ⁊ abiret hoc in ifinitũ: qr hoc quidẽ quid erat esse qd cõstituit rem in eo q̃ est opz vnũ eẽ cuz re hoc est nõ separatũ ab ipsa: ⁊ sicut dicit ponẽs ideas hoc indiget alio separato q̃ nõ sit vnũ cũ re que est hoc aliquid: igif ⁊ in separatis erit eadẽ rõ q̃. vz. qd in illis ẽ hoc aliqd indigeret alio qd cõstituit ipm ⁊ cũ illud sit separatum erit iterũ hoc aliquid ⁊ indiget alio vsq; in infinitũ: omne. n. qd separatũ eẽ hz distinctũ est hoc aliquid: ⁊ idõ dicit Boetius q̃ quo est nihil hz admixtũ: ⁊ qr nihil hz admixtũ idõ separatũ eẽ nõ põt. Palã igif est ex oibus que dicta sunt q̃ in primis substãtijs que ꝓprie ⁊ principaliter ⁊ maxime sube dicunf ⁊ que dicunf esse sm se de ipsis ⁊ nõ sm accidens: hoc enim sm primum modum dicendi per se dicuntur de ipsis vnũquodq; sic dictoꝝ quid erat esse: ⁊ vnũquodq; q̃ est ipsa quidditate idem est ⁊ vnum non separatum ab ipso.

Boetius in libro de hebdomadibus.

ℂ Cap. 4m. De solutione sophisticorum elenchorum ad positionem istam inductorum.

Tex. cõ. 26.

Hoc aũt modo dicẽdo: q̃. vz. qdditas sit eẽ ei⁹ q̃ nõ est sepata ab ipso oẽs sophistici elenchi soluunf q sunt ad eandẽ potẽtiã astruẽdã que est de ideis: palã eniz ex dictis est qr eadẽ que nũc dicta est soluunf solutiõe. ℂ Si eiz syllogizet hijs que dicta sunt ꝯtradicẽs sophisma sic si qdditas est id cuius est qdditas: igif socratẽ eẽ est socrates eadẽ rõne: sed socratẽ eẽ in eo q̃ hõ est est idẽ cũ eẽ aĩal rõnale ⁊ aĩal rõnale est duo igif socratẽ eẽ in eo q̃ hõ est est socratem esse duo. Adhuc socratez eẽ in eo q̃ hõ est est aĩal rõnale esse: ⁊ aĩal rõnale est diffinitio socratis: igif in hoc q̃ hõ est est diffinitio. ℂ Sũt aũt ⁊ alij multi elẽchi sophistici sicut si qdditas hois est hõ: qdditas aũt est icorruptibilis ⁊ simplex ꝯsm̃ sciẽtie ⁊ huius multa que accidũt quidditati vel diffinitioni: igif hõ est oia illa qd falsum est: oẽs. n. elenchi illi peccãt sm accñs sicut cuilibet patere putam⁹. ℂ Soluuntur aũt oẽs ex hijs que dicta sũt: qr qñ dicimus qdditatẽ hois esse idẽ homini nõ itelligif q̃ oino sit idẽ sz itelligif per cãm formalẽ eẽ dictum: qr. vz. actus forme ⁊ qdditatis ẽentialis est eẽ hois ⁊ hõ per cãm ⁊ nõ est idẽ per oimodam indifferẽtiã: ⁊ idõ multa accidant vni que nõ accidũt alteri: ⁊ cũ dicif q̃ aĩal rõnale ẽ duo: dico q̃ accidit diffinitioni assumit. Est enim diffinitio actu vnũ sed accidit ei duo eẽ potẽtia inq̃tũ genus põt esse cũ alia differẽtia sicut superius diximus: esse aũt vnũ quo hõ est vnus est ab vnitate diffõnis qua ipsa actu est vnũ: aĩal enim in diffinitiõe hois ꝓut ipm est de qdditate eius sm eẽ actu accipif: ⁊ hoc est ꝓut differẽtia hois est determinatũ ad actũ ⁊ eẽ actuale: in genere aũt acceptũ nõ dicit aliqd actu existẽs: ⁊ idõ hoc modo est potentia alterũ ⁊ alteꝝ. Similr aũt cũ dicitur aĩal rõnale est diffinitio ⁊ est idẽ homini: ergo hõ est diffinitio. ⁊ hõ hz diffinitionẽ: igif diffinitio hz diffinitionẽ ⁊ hoc ibit in ifinitũ. Diximus aũt iam q̃ aĩal rõnale per cãm formalez est hõ: ita q̃ causa formalis accipiaf nõ forma designata p nomen hois: sed tota natura cõposita cui diffinitio attribuif: ⁊ nõ diximus q̃ oino nulla differẽtia sit inter hoiez ⁊ eius qdditatez: accidunt ergo multa qdditati que nõ accidũt hoi ⁊ ecõuerso sicut cõpositũ esse ex carnib⁹ ⁊ ossib⁹ accidit homini ⁊ nõ accidit diffinitioni: ⁊ hẽre diffinitionẽ accidit homini q̃ nõ accidit diffinitioni ⁊ hmõi sunt multa que facile est determinare hz dicta. Et idõ ante istã disputationẽ qdã prelibamus de talib⁹ elenchis sophisticis. ℂ Oẽs eni hmõi elenchi de qb⁹ põt aliqs eẽ iterrogatus in opponẽdo ⁊ ex qbus veris sentẽtijs põt soluere eosdẽ nihil penitus differũt ab hijs que nũc dicta sunt: oẽs eniz peccãt sm accidẽs: ⁊ vnã ⁊ eandẽ q̃ nũc dicta est hñt solutionẽ. Sic igif dictũ est a nobis quõ qd erat esse est idem cum eo q̃ est: ⁊ quomodo non est idem cuz singulo eo q̃ est: ⁊ soluti sunt elenchi sophistici.

Ita senties etiã Auer. in pñti loco.

Multa accidũt qdditati q̃ nõ accidũt homini ⁊ cõ.

ℂ Cap. 5m. De hijs que de principijs eoꝝ que fiunt premittuntur ad ostendendũ ideas ad generationẽ non prodesse: ostendif etiã in hoc capitulo q̃ generatio est a cõueniente.

Tex. cõ. 22.

Ad oñdẽdũ aũt q̃ ille forme nõ ꝓsunt ad gñationẽ opz nos pmittẽ de ꝑncipijs ex qb⁹ fit hoc qd gñaf: ⁊ verũ gñaf ex ꝯuenienti ei qd gñaf: ⁊ verũ generatur cõpositum vel mã vel forma. hijs eniz prelibatis ostẽdemus q̃ forme separate nihil ꝓsunt ad gñonẽ. ℂ De pmis igif dicimus q̃ eoꝝ que fiunt alia fiunt a nã alia ab arte: alia autem sunt athomata siue per se facta. Dico autẽ per se facta que nõ habẽt cãm per se sed fiunt a cã per accidens siue a casu ⁊ fortuna. ℂ Omnia võ que fiunt quocũq; mõ fiant fiunt ab aliquo efficiẽte per se vel per accidẽs: ⁊ fiunt ex aliquo sicut ex materia ⁊ fiunt quid siue aliquid sm aliquam formaz distinguentẽ in esse substãtiali vel accidentali: quid enim hoc dico large eẽ sm quãlibet cathegoriã aut. n. fit hoc aut q̃tũ hoc aut q̃le hoc aut qñ aut aliqd alioꝝ pdicamentoꝝ generati.

rati. ¶ Rationes aūt nāles in hijs q̄ fiūt hec sūt quoꝝ gnō est ex mā ꝛ ex māli pricipio sicut ex q̄ fit: ꝛ hoc pn^m dicim^9 mā; a quo aūt dicim^9 pn^m efficiēs nāle a quo fit aliqd eoꝝ q̄ fiūt aliqd de mōo entiū p nā; qd vō nāle dicim^9 ꝙ fit qd ꝛ hoc aliqd fm formā nāle vt hō: aut plāta aut aliqd aliō taliū: ꝛ hoc dicim^9 eē subā q̄ diuidunt q̄ prio ꝛ principalr ꝛ maxie dicit esse subē: oia vō facta aut nā aut arte hñt mām: ꝛ hoc pbaṫ ex hoc ꝙ qdlibꝫ eoꝝ pōt eē ꝛ non eē. pn^m aūt tale qd se hꝫ ad eē ꝛ nō eē potētia in vnoq̄qꝫ est mā: vlter aūt loquendo in oib^9 nālib^9 ꝛ artificiatis illud: ex q̄ res est mā est. ꝛ illud pn^m fm ꝙ fit hoc qd est nā siue forma est cuiusꝫ vt plāta: aut aial aut aliqd aliud hijs sile: a q̄ aūt fit sicut mouēte aut efficiēte est nā siue nāle pn^m fm siitudinē eiusdē spēi dictū: q: gñans aut est vniuocū aut reducit ad vniuocum: qū est gñans pprie: ꝛ si nō est sile in spē tn̄ est ꝯforme: sicut qū mulus gñaṫ ex equo ꝛ asina vel qñ fit gnō ex putrefactione. ¶ In hijs. n. semētinū mouēs ꝯformitatē hꝫ ad gñati spēꝫ: hꝫ nō plenā hēat similitudinē: hoc āt in nālib^9 est ostēsū. ea vō que sic sunt mouētia gñant in alio qd est mā: in gñantibus. n. pprijs ꝛ mouētib^9 hō gñat hoiem: sic. n. ꝯuenientia in spē sunt genita cū suis gñantib^9 pp mā; spēi gñantis que potētia sile sibi isluit mīe. alie aūt gnōnes q̄ nō sūt nāles: sꝫ artificiales pprie dicūt ptātes: oēs. n. ptātes siue facture sūt ab arte aut ptāte idustrie alicui^9 pter artes sicē aues faciunt nidos: aut sūt a mēte que nō adhuc ꝯcepit artē sicut multi hoies ad aliq̄ idustriā hñt ex ipa nāe aptitudine: hoꝝ ēt q̄dā fiūt que dicūt automata siue per se facta sicut que fiūt a casu ꝛ a fortuna: hec. n. duo reducunt ad cām efficiētē: sicut ēt a cā efficiēte fiūt ea que fiūt a nā. q̄dā tā a casu q̄ a nā fiunt eadē vel ꝯueniētia suis efficiētib^9. Et aliqñ fiūt ex semine siue ex spermate mouēte ad sibi sile: aliqñ aūt fiūt sine seminib^9 siue spermatib^9 sicut in hijs q̄ fiunt vtute stellaꝝ ꝛ ex putrefactiōe. ¶ De hijs q̄ oib^9 fm suas diuersitates in posteriori ab ista scia pscrutādū est: ꝛ pꝫ ꝙ oia illa fiūt ab aliq̄ efficiēte ꝛ mouēte fm formā ꝛ spēꝫ cū eo ꝙ gñaṫ: ab arte vō fiūt q̄rūcūqꝫ pria spēs mouēs ꝓconcepta est in aia: q: ars est factiuū pn^m cū rōne: spēm aūt dico id qd erat eē cuiuscūqꝫ artificiati: ꝛ pria subā formalis. si. n. artificiatū diffinīaṫ dicet ꝙ est illud qd attingit spēm que est in intellectu actiuo artificis ꝛ forma que est in intellectu ꝛ in artificiato differunt qdem fm esse: sed non fm rōnem: qt ipsa spēs que facta est in re artificiata fm iperfectā ichoationē est in itellū. Sic. n. ꝯtrarioꝝ q̄dāmō est vna ꝛ eadē spēs in itellū sicut spēs sanitatis iudex est sani ꝛ egri: priuatiōis. n. spēs est illa spēs que est suba siue forma opposita: sicē iā dixim^9 sicē sanitas species sani ꝛ est ifirmitatis q̄dāmō sicē in p:io lib. isti^9 sapie dixim^9 qd nihil phiber idē eē cām duoꝝ oppositoꝝ: q: absentia spēi sanitatis ondiṫ ifirmitas: eo ꝙ ifirmitas ꝓuatio est ꝛ spēm ppriā nō hꝫ: sanitas aūt est rō factiua que est in aia medici ꝛ est spēs in scia factiua ꝛ nō speculatiua. ꝛ hec ē eadē rō ifirmitatis per hūc modū: q: huic scie sanitatis si vē ꝛ recte sanū siue sani rō fuerit inēē hui^9 qd est rō sanitatis p ꝓsentiā ꝛ rō ifirmitatis per absentiā. hec aūt rō est sicut eq̄litas: q: rō sanitatis ꝯsistit i eq̄litate humoꝝ sicci ꝛ calidi: ꝛ illi^9 ꝓuatio idicit ieq̄litatē que est cā ifirmitatis ꝛ ipa infirmitas: fit aūt semp a ꝯueniēti siue a nā siue ab arte fiat. ¶ Si. n. ponam^9 aliquē frigiditate laborare nō fiet eq̄litas que est sanitas nisi fiat caliditas: ꝛ caliditas nō fiet nisi fiat expulsio humoris frigidi: ꝛ expulsio fri. nō fiet nisi poteṫ caliditū frigidi dissolutiuū: ꝛ ita semp itellectus actiu^9 pcedit oia ꝯsiderando fm ordinē inter media vsqꝫ ad hoc ꝙ idē vltimū qd per speciem primum est in intellectu valet perficere. Et postq̄ omnia sic ordinauit ꝛ disposuit fm rationē tunc deinde iam ab hijs motus incipit qui vocatur potestas hoc est factura cū artis ratione. ꝛ hec omnia fiunt post sanitatē in anima medici ꝛ ad sanitatem que aūt in complexiōe animalis: ꝛ omnia media sic disponunt ꝙ aliquid conuenientie habent cum primo ꝛ vltimo que sunt eadem ratione. Igitur in talibus accidit modo quodaꝫ ex sanitate sanitatem fieri: ꝛ domuꝫ ex domo: accidit enim ex domo que sine materia est in intellectu fieri sanitatem vel domuꝫ que est in materia perfecta extra mentem artificis. ¶ Dico autem hoc exponendo ꝙ subs̄tātia siue forma sine materia est quid erat esse qua diffiniṫ artificiatum sicut prediximus. generatiuū autē ꝛ motiuū in talibus est duplex. primum enim in talibus generatiuum vocatur intelligentia actiua: 2^m autem qd mouetur ab illo ꝛ est medium mouēs ꝛ motum. ꝛ hec vocatur potestas siue factura cuꝫ ratione: hoc autem qd est intellectiua est mouēs a principio hoc est a specie quā ꝯcipit que est finis mouens: ꝛ hoc est sanitas in mente: illa vō mouentia secūda que inducunt sanitatē potestate sua moueṫ oia specie prima que finalis est intelligentie mouētis: q: illā finaliter intēdit: ꝛ hoc est qd diciṫ ꝙ vltimū operis siue potestatis primū est in intentione: similiter aūt hijs sunt ꝛ singula media mouentia que infra siue media vocanṫ siue ifima sicut sunt in singulis que fiunt ab arte vel a natura: sic igitur de principijs eoꝝ que fiunt ꝛ ꝙ omnia a conuenientibus sibi efficientibus fiunt dictuꝫ sit. hec enim sufficiunt ad propositam intentionem.

Tex.cō.23.

¶ Cap. 6^m. Q: oē qd fit ex ꝯueniēti fit fm efficiēs ꝛ fm māꝫ.

Dico aūt adhuc ꝙ opꝫ ꝙ oē qd fit fiat a sibi ꝯueniēti nō tm̄ in efficiēte sicut iaꝫ dcm̄ est: sꝫ ēt ex mā sibi ꝯueniēte. In mouēte. n. primū mouēs rōnē mouēdi isluit oibus medijs que mouēt sicut istrumēta. hec. n. oia ad motū prima spē mouētis informanṫ. ¶ Dico aūt hec fieri vt ꝯualescit aliqs ex infirmitate frigida opꝫ adeq̄ri. ꝛ sic pꝫ ꝙ qd siue q̄ditas sanitatis est id adeq̄ri ad geometricaꝫ pportionē siue medietatē. hoc aūt qd est adeq̄ri erit si calefiat: eo ꝙ excessus frigoris cā fuit ineq̄litatis. hoc. n. exiſtit ꝙ est id qd est adeq̄ri. ¶ Id aūt qd est adeq̄ri p calidi iductionē fit ab aliq̄ actiua ptāte: ꝛ ptās hec siue fit p mi agētis siue medij iā faciens is eo ꝙ fit sanū: actiua. n. ptās est pn^m trāsmutationis in aliud fm ꝙ est aliud. ꝛ iō illa ptās est illud vn̄ icboat motus sanādi. Et si illa potestas est ab arteꝫ tūc pn^m motus est spēs que est in aia. Si aūt est inchoatio illa ab automate siue a per se fiente siue a casu vel fortuna: tūc icipit ab hoc qū qdē faciendi pn^m est ab arte sicut est in mederi: tunc forsitā pn^m mot^9 est a calefactione. Calorem aūt facit forte fricatione. Et tūc fricatio est inceptio potestatis ꝛ calor est initiū sanitatis: ꝛ est aūt ps talis sanitatis si manet in ipsa: aut sanitas sequiṫ ipm si calor nālis qui est ps sanitatis ꝯualescit ꝛ vigoraṫ a calore accītali excitato p fricationē: tunc. n. sequiṫ cū aliqd tale qd est ps sanitatis. ꝛ hoc fit aut per plura media aut per vnū. hoc aūt qd est vltimū finē icludēs vocaṫ vltimū faciēs: ꝛ qd est ita finem vltimū includēs ps est sanitatis ꝛ sanitati sile. Similiter aūt ꝛ dom^9 fit ex aliqb^9 similib^9 sibi que sunt ptes figure ipsi^9 sicē lapides sic cōpositi ꝛ alioꝝ vnūqdꝙ ex quo fit dom^9. Si eni lapides ꝛ lignea sic disponanṫ fiet ꝯtignatio ꝛ cōpago parietū ꝛ tecti est ps figure domus: ꝛ ꝯtignatio nō fiet nisi ita disponanṫ que sūt ps ꝯtignationis. ita vō non disponenṫ nisi sic dolenṫ: ꝛ sic dolatio ps est dispōnis: ꝛ sic semp ꝓcedēs est in sequēti vt pars q̄dā ipsius.

Tex.cō.24.

¶ Propter qd sicut dcm̄ est ipoſe est aliqd fieri si nō ꝓexistit in suo simili qd est q̄dā ps formalis ipsius: q: igiṫ sic ps ꝯueniēs ei qd fit ꝓexistit facto ex necessitate: palā est ex dictis: ꝙ hoc nō tm̄ est in forma efficiētis: sed ēt in mā: mā nāqꝫ ps est: mā. n. inest ꝛ fit ꝛ inquātū inest est ꝓncipiū facti: iquātū aūt fit ꝛ trāsmutaṫ est pn^m fieri: aliud q̄ pn^m ei^9 qd fit ꝙ est aliud a mā est de nnō eoꝝ que sunt in rōne: ꝛ hec est forma que nō est pn^m nisi facti: vtrūqꝫ vō hoꝝ hec est compositū ex vtroqꝫ dicimus factū sicut sunt erei circuli. Sic eni dicimus quid sunt inquantū sunt erei circuli: sic eni ꝛ mām dicimus quia es ꝛ spēm dicimus: q: figura talis qd ex medio pūcto ad superficiē vndiqꝫ equales hꝫ lineas: hoc ꝙ dicimus figurā est genus non mā ad qd primo differentia spēm figure constituens: ꝛ cuꝫ dicimus noie cōgregato ereus circulus hoc totum in rōne sua diffinitiua cōcipit mām: sicut supra in sexto hui^9 sapiētie libro diximus de oibus nominibus ꝓbabitis. Sed opꝫ distinguere in eo ex quo fit aliquid: q: id ex quo aliquid fit sicut ex mā fieri dicunṫ: ꝛ illa ex mā fieri dicunṫ quādo non fiunt illa materia: sed fiunt illius materie per transmutationem ꝛ alterationem ꝛ materie assimilationem ad illud qd fit. Non eniꝫ statua fit lapis: sed lapidea. ꝛ ideo mā nō in recto predicatur de eo cuius est mā: sed per denominationē: in priuatione aūt etiaꝫ diciṫ: ex quo fit aliqd sicut dicim^9 fieri sanū ex ifirmo. ¶ Et ꝓuatio: neqꝫ in recto neqꝫ p

Quare mā dēnominatiue pdicat de materiato.

denominationẽ pdicat de eo q fit ex ipsa: homo eni conua lescens: non dicit denominatiue illud ex quo fit sicut ex pri uatione. Tex.cõ.15. ¶ Causa vero huius est qr hoc q fit ex aliquo dupli citer dicit. fit.n. ex aliq̃ sicut ex priuatione: & fit ex aliq̃ sicut ex subiecto qd subiectũ dicimus mãm sicut dicimus q hõ fit sanus sicut subiectũ & laborans fit sanus sicut subiectũ sub priuatione existens: magis etiã dicit fieri ex priuatione vt ex laborante sanus q̃ ex homine: qr priuatio sicut dissi mile & cõtrariũ abijcitur: subiectũ autẽ sicut assimilatũ ma net: ppter qd laborans nõ dicit denominatiue sanus: qr ni hil eius manet cum sanato: sed dicit homo & sanus homo: & nõ denominat sanus ab homine: qr subiectum est idem ipsi sm accidens: & nõ est transmutatũ: sed sua quidditate existens. ¶ In hijs autẽ que dicunt tñ materiã oportet de nominatiue dici materiã sicut homo nõ dicitur caro & san guis: sed carneus & sanguineus. In omnibus autem mutat materia ex priuatione: sed aliquoꝝ priuatio nõ est manife sta: neq nominabilis pprio nomine: sicut in ere figure cuius libet: siue idoli: siue sphere: vel cuiuslibet alteri⁹ figure: nisi forte in talib⁹ ex infigurato dicamus figuratũ fieri: sed non dicimus ex idolo fieri idolũ vel ex inhoie fieri hoiem: & hoc modo ex cemẽtis & lignis fit domus nõ ex indomo dicẽtes fieri domũ: tamẽ in talib⁹ ex hijs subiectis priuationi videt fieri q fit sicut illic in hijs que priuationẽ hñt: sicut sanum fit ex laborãte siue infirmo: pp qd sicut nec illic dr in recto illũ qd fit ipm ex quo fit: sed in obliquo per denoiationẽ subie cti & nõ priuatiõis: sic nec hoc dr statua lignũ in recto: sed ex li Tex.cõ.26. gno pducit statua lignea: & nõ pducit lignũ & pducit statua enea: & nõ pducit es & lapidea. sed non lapis ex lapide: & do mus cemẽtaria sed nõ cemẽtũ. ¶ Sigs eni hoc subtilr inspe xerit intus nõ dicit q simplr absq mutatiõe & priuationis abiectiõe fit ex ligno statua: aut ex cemento domus: qr opz ista fieri ↄtinue permutãdo id ex quo fit & nõ dicit illud fie ri simplr: sicut ex substinẽte formã in se sine mutatiõe: & hu ius cã est q ita dr illud qd fit ex ipso fieri. ¶ Si autẽ sic fit ex ipso q ↄtinue abijcit dissimile & ↄtinue accipit simile: palã est qm omne qd fit fit ex ↄueniẽti sm mãz. Omne eni appe tẽs aliquid nõ appetit ipm nisi per siltudinẽ & ↄuenientiã quã hz cũ ipso: ppter qd pbat omne qd fit ex ↄueniẽti sibi fieri sm mãm & oẽs formas generatoꝝ eẽ in mã per ichoa tionẽ & nullã esse separatã. Sic igit dem̃ sit a nobis q omne qd fit fit a conuenienti sibi sm mouens & materiam.

¶ Cap. 7m. In quo ostẽdit q nõ fit nisi compositum.

Deinceps autẽ ostẽdemus nõ fieri nisi cõpositũ & nõ mãm in esse materie nec formã in esse for me: sz cõpositũ in eẽ cõpositi sm q ipm est hoc aliqd: formã autẽ nõ fieri nisi per accñs sm q ipsa est in hoc cõposito qd fit sm eẽ compositi. Tex.cõ.26. ¶ Dicamus igit q illũ qd fit ab aliquo fit oẽ qd genitũ est: hoc autẽ a quo fit dico eẽ id vnde est pncipiũ mot⁹: & hoc est mouẽs & faciẽs & generãs: opz ẽt fieri ex ali quo sicut dixim⁹: hoc autẽ qd fit & generat nõ fit priuatio: qr non manet in genito: sed abijcit & est tota abiecta in factuz esse id qd fit sed fit ex mã. Jam autẽ diffiniẽdo siue distiguẽ do diximus sm quẽ modũ hoc ex hoc fieri dicimus: & quo fit hoc qd fit ex ipa mã assimilata: hoc autẽ qd fit gratia exẽ pli ẽ sphera: aut circulus: aut qdcũq aliorꝝ euenit fieri quẽ admodũ dicimus q sic faciẽs qui est pncipiũ motus: nec fa cit es q est sbm per se: nec fac̃ spherã sz se: siue formã sphe ricã: nisi sm accñs inqʒtũ est sphera siue sphericitas i hoc q est cõpositũ: sz facit id qd est enea sphera simul: & hoc est cõ positũ: illã eni eneã spherã facit. ¶ Cui⁹ pbatio est qr fac̃ aliqd ex totalr subiecto: siue ex eo q totũ manet in facto est facere hoc aliqd. Nõ enim totũ subiectũ fit ex totalr subie cto: qr sic idem eẽt ex seipso q nõ põt eẽ: qr sic idẽ eẽt & non eẽt simul. Similr forma non fit ex totalr subiecto: qr sic for ma hẽt mãm partẽ sui ex qua eẽt: & sic non esset simplex sed cõposita: & eẽt hoc aliqd. Relinqtur igit q ex totalr subie cto nõ fiat nisi hoc aliqd. ¶ Dico autẽ exponẽdo hoc qr be ne ↄtingit facere efficiẽtẽ es rotũdũ simul q est cõpositũ per istã rõnẽ: sed nõ ↄtingit eũ facere rotũdũ: siue ipsam rotũdi tatẽ facere: & es rotũdũ facere nõ est ipsaz rotũditatẽ face re vt spherã siue sphericitatẽ: sz fac̃ es rotũdũ est fac̃ aliũ aliqd ab ipsa rotũditate sicut spẽm ↄstitutã: & hãc spẽm fac̃

Probatio ducta ad probandũ cõpositum p se gñari nõ mãm aut for mam.

in alio q ẽ mã: & hoc est per accñs & nõ per se spherã facere: per se autẽ cõpositũ. nam si facit aliqd id qui facit: tũc opz q ex aliquo alio fiat sicut diximus: & hoc est subz: sic dicimus eũ facere eneã spherã: & hoc cõpositũ ita dicim⁹ eũ facere: qr ex hoc q est es siue mã hoc cõpositũ facit q est sphera. ¶ Si igit etiã hoc q est sphera siue sphericitas fac̃: tũc opz q illud silr faciat ex duob⁹ sibi ↄuenientibus: qr ex parte effi ciẽtis erit ↄueniens in forma: & ex parte eius ex quo fit erit siltudo in mã: & sic erit forma forme: & hoc ibit in infinituz: qr eadẽ rõne qua generat vna forma generat & alia: & hoc vadit in infinitũ. Aut opz dicere q pma forma generet ex nõ forma: & si hoc dat tũc opz q generet ex nihilo q nõ acci pit aliqs intellectus. ¶ Palã igit qr nec spẽs fit nec aliqd Tex.cõ.27. qd in sensibili suba est q formã vocare opz: & pcipue ppter primã rõnẽ quã induximus: forme eni nõ est gñatio per se: sz per accñs sicut diximus: nec generat qdditas que est qd erat esse hoc q facit esse hoc q est. ¶ Hoc autẽ q est forma & qd erat esse est q per accidẽs in alio fit: & fit aut ab arte: aut a nã: aut ab aliqua alia potestate effectiua. ¶ Multum autẽ differt in alio fieri & ex alio: qr qd in alio fit non fit nisi ex ↄñti & factio non est per se de ipso: nec ad ipm trãsmutat mã: sz qd fit ex aliquo est directe terminus efficiẽtis: & hoc est cõpositum: facit igit factor eneã spherã eẽ eo q facit cõ positum q est ex hoc ere & sphera. Nã si artifex facit hoc de mõstratũ cõpositũ hãc spherã eẽ cũ hoc demõstratuz & desi gnatũ sit sphera enea ex mã & forma cõposita ↄstat q hoc cõ positũ facit spherã eẽ spherã. Spherã autẽ eẽ vlr si est gene ratio sphere enee: opz q illa generatio sit ex aliq̃ sic ex ma teria: & sic oẽ genitum egebit eẽ diuisibili & oportebit eẽ hoc genitum demõstratũ eẽ hoc & hoc mãm & formã: siue cõposi tum ex materia & forma: qr iam ostẽsuz est q mã manet in oi genito & facto. ¶ Dico autẽ hoc qdem mãm eẽ in geni to: illud autẽ eẽ spẽm: qr hec duo sunt principia facti & gene rati. Si autẽ ↄcedat diffinitio sphere eẽ & qdditas q sphera est corpus qd eqle est ex medio cẽtro pductis lineis hui⁹ q dez sphere sic diffinite hoc q est vna pars eius erit in quo erit ista formalis qdditas que facit spheraz eẽ spherã: siue hoc q est sm eẽ sphere: hoc eni est in illo & nõ est sine mate ria. Aliud autẽ est omne siue totũ quod factũ est ex mã & for ma sil sic q ẽ enea sphera. ¶ Ex oib⁹ autẽ que idicta sũt pa lam est: qr in hoc cõposito facto hoc qdam q est qdditas dña cõposito eẽ spherã est quasi spẽs: deinde autẽ ẽt quasi sub stãtia hoc mõ quo artificiales formas & quidditates voca mus subas: qr dant nomẽ & eẽ & rõnẽ artificiatis: & hoc nõ fit nisi per accñs sic sepius diximus. Synodus autẽ siue con gregatio totius ex mã & forma cõposita & dicta sm eaz sub stãtiã siue formã que nõ sic illa per se fit ab efficiẽte & gene rãte: & qr pter subam que est qdditas materia vnũ est com ponẽtiũ q manet in ipso: & hoc qdẽ componẽtiuz est hoc sic materia: & hoc aliud est hoc: sicut suba & qdditas opz q oẽ genitũ sit diuisibile in duo sm potẽtiã lz sit vnuz in actu: qr lz quidditas pdicet de ipso sola mã: tñ etiaz pdicat de ipso per denoiationẽ q nõ fieret si nõ maneret in ipo: q igit nõ fiat vl gñet p se nisi cõpositũ & nõ mã siue for⁹ sit dem̃ a nob.

¶ Cap. 8m. In quo pbat q idee nihil ↄferunt ad gñõnem.

T.cõ.28. Omnibus autẽ hijs prelibatis queramus vtrũ necesse sit ponere quãdã idealẽ vel extra rem separatã spherã que sit pter has sensibiles: si ue materiales & factas spheras: & verũ necesse sit ponere domũ idealẽ que sit preter cemẽ tum & alia que sunt materia domus: aut nũq̃ facta est aliqua talis sphera: aut domus imaterialis siue i sensibilis. ¶ Si eni in artificialib⁹ non est necessarium do mũ ponere exẽplarem extra faciẽtẽ & materiaz: tunc multo minus hoc necessariũ est in pzebabilis: qr natura est omni arte certior & nõ indiget aliq̃ extra faciẽte & dirigẽte & reti ficãte opus suũ. ¶ Si.n. isti qdni videns dicat aliqs q oz eẽ exẽplaria extra: illa exẽplaria erũt hoc aliqd siue qd hoc: di co autẽ hoc qd eẽ qsi sunt prime forme & qdditates istoꝝ: sz qr hoc qd sic qd dicim⁹ signat tale in cõi. & hoc nõ est deter minatũ & designatũ pticulare in substãtia nõ signat hec qd ditas aliqd pticulare: sz qdditatẽ dñgnat in cõi: qd ãt desi gnat in cõi qdditatẽ simplicẽ & separatũ est & nõ tãgit mãz: & qd nõ tãgit nõ agit & qd nõ agit nõ alterat neq trãsmutat.

Prima rõ.

Iste tales forme igitur neq₃ alterant neq₃ trāsmutāt māmcum in pcedētibus habitū sit φ nō fit aliquid nisi ab eo φ māmtrāsmutat. ¶ Amplius forme subales simplices nō sūt alicui 3ꝛie neq₃ actiue sunt neq₃ passiue: ꝛ ideo ignis simplr nō agit neq₃ patit ab aliquo: sed actiua ꝛ passiua sunt q̄lita tes: pp qd̄ ꝛ ea que sunt formas subales ex solo situ ptium māe 3ꝛiis neq₃ actiua sunt neq₃ passiua ppꝛie: sic rax ꝛ densum ꝛ cāta ab hijs leue ꝛ graue. ¶ Si igit idee que sūt substātiaꝝ qdditates sunt forme subales simplices neq₃ agunt neq₃ patiunt: ꝛ sic iteꝝ nō trāsmutāt māmm. Iste sunt igitur due cause qbus demōstrat formas hmōi ad generationez nihil pdesse. Id eni qd̄ facit artificialr ꝛ φ gnāt nālīter fac ꝛ generat ex hoc demīato māli pncipio tale hoc particulare factū vel genitum 3ueniens in forma cū generāte ꝛ materia: sicut in antehabitis est pbatū. Et quādo qd̄ generatū est tūc complete est tale gnātū hoc cōpositū quale est generās in actu: ꝛ ex quo generat in potētia: ꝛ hec potētia nō est māLis tm̄: sicut sepe diximus: sꝫ est formalis sicut forma inchoata ꝛ 3fusa que 3tinue pcedit ad perfectū ꝛ determinationē: sicut ex vita ad sensuz ꝛ ex sensu ad rōnē: sicut sepius in nālibus libris pbatū est: ꝛ in antehabitis scie istius: ꝛ sic pꝫ q̄liter a 3ueniendi sm spēm ꝛ formā pcedit a cōueniendi sm formā ꝛ spēz tā ex pte efficiētis q̄ꝫ ex pte māe. ¶ Omne vō qd̄ sic fit ꝛ ex quo fit est indiuiduū designatū in gn̄e sube sicut callias ꝛ socrates sicut in artificialib: oē qd̄ fit est compositū designatū in mā: sicut sphera enea vel lignea est hoc aliqd designatū: hō vō ꝛ aial in hijs que fiūt per nām est sicut sphera enea nō designata: sꝫ totalr siue vnlalr accepta: ꝛ hoc ēt dicūt formas 3ceptas cū mā sensibili sicut ꝛ sphera enea: ꝛ nō dicūt formas a mā sensibili separatas: ꝛ ille sunt in qbus denotat essentialis 3uenietia huius geniti ad generans hoc: ꝛ sic pꝫ φ nec termini gn̄ationis qui sunt a quo ꝛ ex quo fit gn̄atio ꝛ idē qd̄ generatur: nec forma 3uenietie que est iter eos est nisi in mā sensibili: manifestū est igit: qꝛ specierū idealiū cā si que sunt spēs p̄ter singularia extra materiā sensibilē existētes sicut qdā pōit Platonici 3sueti sunt dicere spēs ideales esse causas gn̄ationis sunt ad generationē nō necessarie. Cum oē qd̄ exigit ad gn̄ationē 3ceptū sit in ipsa mā sensibili. ¶ Adhuc aūt qꝛ nec si eēnt alique tales separate spēs ppter ipsas essent ille substātie genite singulares quas nos eas que sole substātie sūt sm se distincte substātias appellamus: qꝛ sicut iam paulo ante diximus: nec actiue essent nec passiue nec māmm gn̄abiliū ꝛ corruptibiliuz tangerēt quocūq₃ tactu vero vel metaphorico sic forme tāgere dicunt qn̄ subiecto 3iungunt ꝛ alterāt ipꝫ: sicut dicimus φ frig tāgit nos qn̄ alterat sicut determinatū est in primo libro de gn̄atione ꝛ corruptiōe. ¶ Si aūt obijciat quis φ si hoc semp est ex hoc ꝛ tale hoc ex tali illo 3ceptū cū mā ex cōcepto cū mā hoc erit in infinitū in ante sumēdo ꝛ sic īfinita erūt acta qd̄ est ipossibile. hec dubitatio nō est ad ppositaz intentionē in qua nihil amplius intendimus nisi hoc φ forme separate nō psunt ad generationē: ipa aūt dubitatio tacta est a nobis ꝛ soluta in octauo physicoꝝ.

¶ Cap. 9m. De verificatione huius propositionis. 3ueniēs fit a conueniendi in naturalibus.

Ulla vō iā diximus φ oē generatū fit cōueniēs a 3ueniēti sm formā ꝛ spēm. ꝛ hec ppō videt in qbusdā hēre instantiā: ꝛ vificabimus eā prio in hijs que fiunt per nām ꝛ postea ēt in alijs. Diximus igit palā esse in multis qꝛ gn̄ans sꝫ formā tale est q̄le est gn̄atū: siue sit gn̄ans primū sicut hō gn̄ans: siue sit gn̄ans primū sicut semē gn̄ans: nec tn̄ est idē numero: neq₃ vnū sed est vnū in specie diuersuz numero ppter māe diuersitatē. ꝛ hoc qdē pꝫ in gn̄antibus primis physicis pfectis: hō nāq₃ gn̄at hoiem ꝛ leo leonez ꝛ sic de alijs: manifestū est aūt etiā in gn̄antib primis: qꝛ sicut in sextodecimo ꝛ qntodecimo de aialib pbauimus gutta femine in aialibus nō est nisi mā: sed sperma masculi est actiuū qd̄ resoluit in spiritū formantē qui intra viscositatē feminis 3tinet ꝛ ingredit in ipm sicut aia in corpus ingredit: in seminib aūt plantaꝝ idē est qꝛ in hijs due virtutes sūt 3iūcte ipregnās. vꝫ. ꝛ ipregnata. ¶ Est aūt hec formatiua virtus que radicat in suba que est quidditas seminis sm φ ipm semen est ꝛ in gn̄e cause efficiētis ꝛ nō māe: sic. n. hꝫ virtutes oium partiū similium ꝛ dissimiliū. Et iō virtus eius est sicut virtus intellect actiui siue practici. Omne. n. qd̄ ad similitudinē sui diuersa operat sm formā ꝛ spēm est pricipiū operationis sicut intellectus ꝛ nō sicut nā: que vnū solū operat: virtutē aūt illā 3stat valde diuersa sm formā ꝛ spēm operari: ꝛ iō dicit φ hec virtus a qbusdā phis vocat intellectus in semine: ꝛ hoc diximus ꝛ declarauimus in sextodecimo libro de aialib: vnde etiā hec virtus vocat artifex: ꝛ pp vim creatricē quā hꝫ in formis mēbroꝝ ꝛ virtutibus eorūdē a nonnullis vocat diuina: ꝛ ab hijs qui subtiliores sunt pipatheticoꝝ vocat aia ꝛ artifex. Anima qdem qꝛ oia que operat facit ad vite potētias. Artifex aūt qꝛ oia 3ducit ꝛ pducit ad modū intellect artificis qui est forma eoꝝ que pducit. nō. n. dicit ars que aliūde didicerit formā artificiati. Sed potius que ipsa per suam qdditatē est spēs ꝛ rō formarū quas pducit in sibi 3iuncta mā: ppter qd̄ dictū est a qbusdā phis arabū peritis φ cōparat ad subaz spermatis siue seminis sicut intelligentia cōparat ad suū orbē: ꝛ māmm quā mouet suus orbis eo φ etiā illa substātialis est ars formarū quas motu orbis pducit in ptes māe subiecte: sicut ꝛ ista primo format coꝛ vel mēbrū qd̄ est loco cordis ꝛ motu illius ꝛ virtute in partes māe pducit formas mēbroꝝ: ꝛ hec est cōparatio huius virtutis ad subaz seminis: ꝛ nō cōparat ad eū sicut nauta ad nauē sicut qdā mentientes dicūt. sic. n. cōparat aia ad iā factū corpus: sed cōparat ad ipm sicut factor nauis ad māmm nauis: ꝛ iste sunt due virtutes diuerse ꝛ diuersarū cōparationū: qꝛ vna est de gn̄e architectonice ꝛ altera est de gn̄e visualis: sed id qd̄ ad p̄sentez pertinet intētionē hoc est: φ qdditas seminis in tali virtute prime est generans: ꝛ est cū gn̄ato 3ueniēs sm aliquē modum spēi quo sm spēm 3uenit artifex cuꝫ artificiato ꝛ sic ex ipso pcedunt tam vegetabilia q̄ꝫ sensibilia. ¶ In alijs aūt generatis que inaiata sunt virtus formans est a lumine de celo desup influente qd̄ est sicut nā nō sicut artifex: aliqd simile sibi in potentia producens in effectu generatū. Sic igit pꝫ φ in physicis 3ueniens generat a 3ueniendi sicut homo ab hoie nisi aliqd fiat p̄ter naturā ex duarū specieꝝ cōmixtione sicut generat equus mulū ꝛ leo leopardū ꝛ leopardus leunzaz ꝛ sic est in multis aialiū cōmixtionib. In hijs tamē similiter cōueniens fit a 3ueniendi sicut in simplicib: qꝛ prime gn̄ans φ cōmune est super equū ꝛ asinū quoꝝ virtutes mixte sunt in semine: nō est nominatū quo ad formā generis primi ex quo 3uenientia generantis accipit ad genitū: ambo autez ista mixta essent forsitā vocanda mulus in potētia virtutis formantis. Si talis formatiua virtus nomen ppriū hēret: ꝛ sic pꝫ φ in hijs 3ueniens fit a 3ueniendi sm formā. ¶ Dubitari aūt pōt de hijs que ex putrefactione generant: vtrū ne ipsa fiant a 3ueniendi sm spēm ꝛ formā. Sed nos iaꝫ de hijs i metheororis ꝛ alijs libroꝝ naturaliū locis reddimus cām: qꝛ videlicet humido viscoso educto ꝛ exspirāte necesse est ad frigus 3tinentis aeris pellē circa 3stare: qua circūstante necesse est intra ipsam in humido 3uolui exspirantē spiritū ꝛ cū 3uoluit pulsare incipit: virtus aūt radiationis stellarū in talib idncit humido putrefacto virtutē formatiuā: ꝛ cū sit in mobili ꝛ spiritu pulsante materia necesse est aial fieri ad spēm virtutis formātis: ꝛ sic patet φ in oibus physicis 3ueniens fit a 3ueniendi intra materiā physicā cōcepto: nec aliud est generans physice nisi huiusmodi conueniens. ꝛ ex hijs vlterius palam est φ in precedenti. c. 3clusimus φ videlicet nō oportet nos probare siue approbatum accipere id qd̄ quasi exēplar ponit formās qd̄ est spēs separata idealis φ ad 3ueniens sibi formet generata. In hijs eni substātijs sensibilib generandis ꝛ formandis ab hmōi exemplarib maxime exquisite sunt separate species ideales eo φ indiuidua talia maxime primo ꝛ pricipaliter sunt sube: vnde si in istis nō sunt necessarie in oibus inutiles ad generationē esse probant: sed sm ea que dicta sunt generās in mā existens sufficiens est facere oia que fiunt: ꝛ sufficiēs oino ad gn̄ationē est cā spēi ꝛ forme in q̄ est 3uenientia gn̄antis ꝛ geniti sit in mā: ois āt iā talis in mā 3cepta spēs est singularis ꝛ indiuidua sicut callias ꝛ socrates gn̄antes: ꝛ nihil taliū est idea vlis ꝛ separata: gn̄ans aūt ꝛ gn̄atū nūero qdē sunt diuersa: pp māmm nanq₃ diuisaꝫ per actū generationis sunt diuersa sed ambo sunt idē specie: spēs. n. indiuidua sm

2º rō.

Tx. cō. 28.

Nō qdo virtus iformatiua ex[illegible] sicu i semie assimilat intellectui practico ꝛ artis aie ꝛ deo.

essentiam est in vtroqз licet sit diuisa scdm esse.

¶ Cap. 10m. Quod ppositio que dicit id quod fit a cōueniēti nō hз instātiā: in hijs q fiūt ab arte et nā neqз in hijs que fiunt ab arte vna simplici neqз in hijs que a duabus fiunt artibus.

Tex.cō.19.

Q Uia vero quedā sunt que fiūt simul a nā et arte et in hijs nō videt cōueniēs a cōueniēti fieri eo qд nō pōt idē scdm idē duob' differentib' cōuenire. Ideo dubitabit aliqs qre alia sunt simul ab arte: et ab automato: siue per se existente gñante sicut sanitas et agricultura et mīta que p celestē effectū fieri pcurat astronom': de quo dicit Ptolomeus qд sapiēs iuuat celestē effectū sicut iuuat terra aratione et seminatione: qdam aūt nō fiunt nisi ab arte sicut domus. ¶ De hijs. n. q tm̄ fiunt a nā iā habitū est: cā vero eius qд quedā fiūt a nā et arte quedā aūt ab arte solū est: qз quorūdā mā in se habēs agēs et form io pricipiū talis est qд quidem sufficit icipere et facere et fieri aliqd istoꝝ que fiunt ab ab arte in qua arte existit aliq̄ pars rei nālis que facere incipit nā: sicut in arte ꝑilbatis diximus: et in talib' ars ministrat expediens ad actū et remouēs ipedimenta. Nā aūt est que opat: ideo hec qdē talis mā potēs est moueri ab arte. Alia aūt cui' mot' nulla pars ptingit ab arte illa nō pōt ab arte moueri nec mutari neqз iuuari: et hec sunt pauca vires artificiū excedētia: sicut est generatio montiū et terremot' et tonitrui et hmōi. Et alia sunt que nullā hñt vtutē motū incipientia in mā: et in hijs opз qд mot' fit ab arte et hmōi mā que a sola arte mouet ad formā ad quā nō sunt aliq̄ mouēdi principia in nā: alia moueri pōt sic vt ars hēt potestatem mouendi ab arte simplici: sicut mā edificationis. Et alia nō pñt ita moueri vt potestatē mouēdi hēat artis precepta nisi iuuet ab alia arte: qз lз vna ars mouere possit nō tm̄ sic mouet vt cōuenit nisi iuuet ab altera et regat sicut est ars tripudiādi que nō perficit absqз musica: qз ad modulos musicos tripudiatis q saltat. In oib' tm̄ hmōi que a duab' vel plurib' sunt pricib' siue sunt artis et nāe simul siue sint duarū artiū vna est forma in facientib' et hijs que fiunt ad cuius cōueniēs fit hoc qд fit. vnde illa duo principia nō sūt scdm formā differētia: sed vnū sunt in forma. ¶ Et iō idē ipm̄ qд fit pōt hēre cōueniētiā cū vtraqз: et hec est sicut dixim' in 8° physicoꝝ qд mot' localis in hijs que mouent a nā motu recto est a generāte vel ab eo qд remouet phibēs. In omnib' hmōi virt' incipiēs motū est nāe et artis est remouere phibens dūmō illa ars hēat partē eius qд fit vel aliqd qд cōsequit id qд fit: sicut est calidū respectu sanitatis sicut diximus in superi' ꝑilbatis. quorūcūqз igit factoꝝ talis est mā qд cōueniēs facto vltimo nullo mō est in ipsa scdm nāe pricipia sicut se hñt lapides ad domū hoc impossibile est moueri nisi ab alio qд māe est extrinsecū. et iō et nō trāsmutat māmnisi extrinsecus scdm figurā solā: et sic qdē et dicim' esse ignē et nāe istrumētū in qbusdā sicut in hijs que ab igne accipiunt speciē ignis et artis esse instrumētū in alijs sicut in fabrilib' de ferro in qbus mollificat ignis mām vt a malleis pducant in figuras gladioꝝ ea que fabricant. ¶ Et iō sepi' diximus in diuersis libris qд in talib' forma que est in mēte fabri in-

Sola que est in mēte fabri informat istrumenta qb' operatur faber.

format instrumēta qbus operat faber et in motib' istoꝝ efficit sicut est forma que est in mā in principijs nāe: et iō cōueniens in talib' ad qд fit factū nō est forma sepata per se existens que nō sit in istrumētis tangentib' mām et mēbris artificis in que deriuat a mēte ipsius: qз alr nullo mō tāgeret mām aliquo tactu: et sic nō esset itelligibile qд moueret: hec igit est vera cā qд quedā nullo mō fiunt sine artifice habēte artem. Alia vo sunt sine eo per nām. Ab hijs. n. principijs que nō sunt habētia artē quedā mouent que absqз oi arte certius per formā quā int' hñt moueri pñt qм mouēs cōtingit mobili per imediationē: sicut diximus in seminib' simul mixtis mouētib' et mobilib' que sunt in pregnās et in ꝑgnantū cōiuncta: alia vo nō hñtia hui' pricipiū aut nō sufficiens sicut cōuenit habētia mouent ab habētib' artē aut in toto aut in parte. ¶ Ex oib' aūt que dicta sunt palam est: qз mō quodā oia fiunt ex cōueniēti sibi vniuoco cuius nomē aliqм nō sit positū sicut dixim' supra de nā cōi sup equū et mulum. Sicut et de nālib' dixim' supra: aut si nō fiūt ex vtraqз parte ex vniuoco et efficiēte. vз. et mā: tm̄ nō fiūt ex oino equoco sed ex eo qд in parte vniuocū est et in parte equocū: sicut dicim' domū fieri ex domo aut itellectu artificio et in illa pte fieri ab vniuoco. Sed qз mā scdm nāe pricipia nihil in se recipit forme talis: iō in illa pte nō est vniuocū: et sic fit ex pte equoca dom' ex domo aut ex itellectu. ars. n. est spēs tm̄ nihil habēs māe et sic fit ab arte tm̄ simplici: aut a parte artis per aliq̄ partē que in mām per artē īducta hз aliq̄ partē cū eo qд fit: hec aūt oia sūt vra nisi aliqд scdm accn̄s fiat: et de talib' postea determinabim'. In talib' aūt vbi ps facti sine faciendi est ps facta per artē ipsa ps est cā scdm se faciēdi primū sine primū illi sicut supra diximus. calor. n. in motu facto vel fricatiōe calorē nālē facit vel excitat in corpore: et ille aut est sanitas: aut ps sanitatis: aut seqt eū ps aliq̄ sanitatis: aut sanitas ipa ex itegro pp qд et ars et artifex dicit sanitatē facere: qз illud facit medicus qд cū opere nāe facit sanitatē: et ex opere medici accidit calor cuius excitationē sequit sanitas. ¶ Sic igit manifestū est qд ppō illa qд cōueniēs fit a cōueniēti scdm formā: et qд hoc cōueniēs est itra principiū agēs et mām: vel extra pricipiū agēs tm̄ nō hз in aliquo instantiā: et sic vlterius pз qд forma separata a mā et ab efficiente nihil penit' pdest ad generationē nāliū vel ad facturā artificialiū. ¶ Sed hoc aduertēdū est qд cū diximus sanitatē esse in aia medici siue in intellectu que tm̄ sanitas est res nālis: eo mō dicim' quo oīum rerū veritates dicim' esse in itellectu.

Quō sanitas dicitur esse i aia medici.

Lз. n. dixerimus in libro de aia qд lapis nō est in aia sed similitudo lapidis: itellexim' hoc de lapide scdm eē lapidis: qз scdm hoc nō est nisi in mā. et cū dicit similitudo lapidis esse in aia itelligit hoc de similitudine lapidis essentiali que est in ipsa simplr nā lapidis et forma ip' vel qdditas: cui iquātum est itelligibile qдdā lumē accidit eē in aia et est vniuersale in ipso itellectu: lз nō ex hoc hēat vniuersalitatē sicut in aliis habitis determinatū est. ¶ Sunt tm̄ qui pcedūt huius locutiōes: hō est in aia: sanitas est in aia: lapis ē in aia: eo qд in talib' noia illa stant pro suis primis significatis vel secūdarijs: sed nolunt pcedere cōuersas istarū q. vз. id qд est in aia sit hō vel sanitas vel lapis: et rō ipsoꝝ est: qз pdicatū dicit iherētiā: et cū dicit id qд est in aia est hoc vel illud id qд est in aia significat vt singulare: et cū pdicatū illi significatur inherere opз predicatū esse denotans suppositū: et sic sequeretur qд si id qд in aia est esset hō qд esset aliquis hō hoc vel ille: sed qз hoc non est de intentione pposita non curamus. ¶ Sed hoc est nō pretereundū qд in hijs formis que nullo modo sunt in potentia māe intellectus est forme prima cā: in illis autem que sunt ab arte et a natura. Natura est cā et intellectus apprehensor et minister.

Ista fuit Galeni (?) i microtegni.

¶ Cap. xim. Quod syllogismi quid est scire facientes et generationes ab eodem procedunt principio.

Tex.cō.30.

E X oibus aūt inductis pз qд processus ois eius qд generat et fit est a cōueniēti scdm formam que est ipsa et' qд fit suba: quēadmodū igit in syllogismis vere scire faciētib' est pcessus ab oīum pncipio qд est suba et qdditas: ita et in istis sūt pcedētes generatiōes: oēs eni syllogismi qd est demōstrātes et sciaз qd est faciētes mediū hñt subam q est qdditas: et silr se hñt cū hijs ea que fiūt: et pcipue illa que fiunt a nā cōstituta: sperma eni facit a formatiua spē sicut ea q fiūt ab arte fiūt a formatiua et faciēte spē. ¶ Sperma enim hз spēm potestate nō mālī: sз effectiua sicut pdiximus et ab illi' potestatis spē ad factū: siue faciēdū est in pte equocū: et in pte vniuocū sicut et forma artis. Sз tm̄ ali' est modus equocatiōis: nō eni est sperma paruuз aial: sic dixit Plato: sз est virtute factiua et gñatiua aial: sic forma artis nō est artificiatū: sз virtute factiua est gñātū: et iō nō vna rōne cōuenit māe spmatis et māe aialis: et quo ad hoc est nomē equocū sic ondim' in 15° libro aialium. Et iō qм dicim' qд cōueniēs fit a cōueniēti: nō opз oino sic qrere cōuenienn scdm oīmodam vniuocationē: sicut qм dicimus qд ex hoie est homo: femina vo fit ex viro per dissimilitudinem aliquam principioꝝ generantiaз: et ideo forma patris generantis non omnino per eandem virtutem semper saluatur in spermate que est in viro generante: et hoc etiā est causa qд mulus nō fit mulo prima sine progenitor: quia lз mulus habeat semen: nō tamen omnimodam retinet virtutem illius speciei qui est communis equo: et asino: sed deficit ab ea: et si quando proficit ad generationem: hoc fit adiuuante calore extrinseci

Quō sperma aial dici possit vide et Cōmētatorē hic cōmen. 31. et 12. meta. cō. 18.

Nõ q̄llo q̄ñq̃ põt ɔtigẽ mulam cõcipere posse.

circunstantis: vnde in calidis locis aliquando mula concipit ⁊ generat. Oĩa võ que fiũt ab automato siue per se ipsa ꝓpria ⁊ cõmixta specie illa fiunt: sicut illic diximus esse in arte ⁊ syllogismis. ⁊ hec sunt quorũ mã a se ipsa moueri põt eo mõ quo sperma mouet a virtute formatiue spẽi: que sicut itelligẽtia agẽs est in orbe sic est in mã sibi ɔiuncta: quorũcũqꝫ võ mã nõ per se moueri põt: sic ea impossibilia sunt fieri aliter q̃ ex eis formis artiũ quas diximus. opꝫ.n. ista fieri ab altera duarũ artiũ siue simplr siue nã est faciens vel que est sicut nãe minister. In oĩbꝰ tamẽ quo ad generationem substãtie ꝓcedunt generationes ⁊ facture ex q̄dditate sicut syllogismi: ⁊ ideo quoad scientiã q̄d est eadẽ sunt principia scientie ⁊ rei ſm nãm: ꝓpter qđ ex eisdẽ ex quibus est res per eadem scitur ⁊ cognoscitur: propter scire igitur non oportet ideas inquirere.

¶Cap.12m. Q̄ tam in suba q̃ in alijs p̄dicamẽtis qđ fit est compositũ: sed in alijs accidentibus non semper fit hoc q̄ fit a conuenienti.

Tex.cõ.32.

Non solũ aũt de suba est verũ qđ diximꝰ: q̄.vꝫ. fieri earũ nõ est ſm generationeꝫ quã faciant species separate: sed hoc est verũ de oĩbꝰ primis generibꝰ entis ſm eandeꝫ similitudinẽ: ⁊ ratio cõmunis vna est de oĩbus siue fiant ſm substãtiã siue ſm quãtitatẽ ⁊ in alijs cathegorijs similiter: in oĩbus.n. id qđ fit fit in mã sicut enea sphera in qua fit nõ sphere forma nec es qđ est mã sed cõpositũ ⁊ forma sphere ſm eẽ in ere fit ⁊ nõ ſm se: ⁊ sic forma fit per accidẽs: ⁊ si per se fieret forma ⁊ per se es siue mã tũc ex forma ⁊ mã nõ esset vnũ sed duo: q̄ queꝫlꝫ sunt duorũ efficiẽtium termini duo sunt nõ vnũ. ¶Adhuc aũt nõ possent eẽ vnius rõnis efficiẽtia si vnũ faciat formã ⁊ alterũ materiã ⁊ sic iterũ vnũ nõ posset esse cõpositũ. ¶Amplius distincta in efficiendo distincta sunt in esse: q̄ per efficientiã efficientis procedunt ad esse: ex duobꝰ aũt in esse distinctis nunq̃ fit oĩno vnũ: opꝫ igit̃ si ex duobꝰ vnũ fit q̄ alterũ sit in altero sicut esse ⁊ id cuius est esse. ⁊ hec se habent sicut potentia ⁊ actus: neutrũ ergo fit per se sed cõpositũ sicut superiꝰ determinatũ est. In omni eñ faciendo opꝫ preexistere materiaꝫ semp ⁊ spẽm per aliquẽ modũ: ⁊ sicut hoc est in quid substãtie ⁊ in generatione ita est in qualitate ſm alteratione ⁊ in quãtitate ſm augmentũ ⁊ diminutionẽ ⁊ in vbi ſm loci mutationẽ ⁊ in alijs similiter cathegorijs. In nullo eñ horum fit species nisi fiat in mã: nõ enim fit quale forma separata: sed fit quale lignũ vel aliud tale: nec fit quãtũ separata quãtitate sed fit in mã sicut quãtum lignũ: sicut neqꝫ fit aĩal separatũ: sed aĩal carneũ ⁊ osseũ. ¶Sed ꝓprium substãtie in quo differt ab alijs p̄dicamentis ex hijs est accipiendũ: q̄ in generatione substãtie semp necesse est p̄existere ante id qđ fit aliã substantiã que existat per se cõmunis ad id qđ fit ſm cõuenientiam que facit ⁊ generat sicut necesse est preexistere aĩal si id qđ fit sit aĩal: sed quale ⁊ quantũ: quãdo fit q̄le vel quãtũ nõ est necessariũ preexistere ſm actũ: sed potestate solũ. ⁊ huius cãm iam in principio huius septimi assignauimus: q̄ videlicet causa accidẽtis per quã est ⁊ diffinit̃ est substãtia que est prima sub tali esse qđ est esse accñs. ¶Ex hijs igit̃ ostensum est sufficiẽter de substãtia que est quidditas q̄ opꝫ ipsaꝫ separatã nõ esse: ⁊ q̄ error est si quis ponat ipsam separatã esse ideaꝫ: ostensum etiam est ideas ad generationem non prodesse.

Vtrisqꝫ sitt duoꝝ efficientium termini duo sunt ⁊ nõ vnũ: ex hoc õ ducas ɔsequẽter Com. i cõmẽ.31. contra Auic. si aliud eẽt disponens mãꝫ ⁊ aliud eẽt inducẽs forãꝫ: tũc forã ⁊ formatũ nõ eẽnt vnũ in actu.

Nõ cãꝫ q̃re i substãtijs opꝫ p̄exiſtẽ aliquã subãꝫ in actu nõ q̃ vt ɔueniẽter gñet. nõ aũt i accidẽtibꝰ p̄supponi dꝫ aliqđ accñs actu s; ptãte solũ.

¶Incipit tractatꝰ tertius septimi libri metaphysice qui est de comparatione partiũ diffinitionis ad partes diffiniti.

¶Cap.pm. de duabus questionibus que sunt circa hoc ⁊ rationibus questionum illarum.

Tex.cõ.33.

Quoniam autem omnis diffĩõ rõ est fines siue terminos esse rei cui est gens ⁊ oĩs talis rõ partes hꝫ. Queramus vtrũ sicut tota rõ se hꝫ ad totuꝫ esse rei: ita se hẽant partes diffinitionis ad partes rei vel nõ. Adhuc aũt cuꝫ ex partibꝰ cõstituat̃ totũ ⁊ esse totius p̄dcat ab esse partiũ. ¶Dubitabit aliquis etiã preter inductã questionẽ an opꝫ partiũ rõneꝫ esse in totius rõne diffinitiua an nõ. ¶Responsio aũt istius secunde q̄õnis est: q̄ in q̄busdã rõnibꝰ totoꝝ videt̃ inesse partiũ ratio: in q̄busdã aũt nõ videt̃ inesse. Circuli.n. ratio totius in se nõ habet eaꝫ rationẽ que est incisionũ siue portionũ circuli que sunt partes eius: sed potius ecõuerso: q̄ portiones circuli ⁊ ipse semicirculus diffiniunt̃ per circulũ. Dicit̃.n. q̄ portio circuli est pars circuli semicirculo maior vel minor: semicirculus aũt circuli medietas est linea per centrũ ducta q̄ vocat̃ diameter. ¶In alijs aũt rõnibꝰ totoꝝ videt̃ inesse rõ partiũ: q̄ cuꝫ syllaba sit q̄dda totũ diffinit̃ per rõnes elemẽtoꝝ ſm q̄ ipsa est vox cõposita ex duabus vocibus sonãte ⁊ ɔsonãte: vnde dicit̃ q̄ syllaba est comprehẽsio litteraꝝ indistãter ꝓlata: argumẽtalr aut gñalr. ad hoc dices q̄ si priora q̄dã sunt partes toto: eo q̄ ɔstituentia sunt priora ɔstituto. tũc cũ angulus rectꝰ sit totũ ad acutũ angulũ ⁊ acutꝰ sit pars recti ⁊ inueniat̃ aliq̄ñ sine recto ⁊ aliq̄ñ cuꝫ ipso sicqꝫ videat̃ prior esse nã: ⁊ sic digitꝰ hoĩs in hoĩe sit pars eiꝰ nec extra hoĩem digiti hẽat rõnẽ: videbit̃ alicui forte q̄ in diffinitione totoꝝ debeãt rõnes hmõi partiũ ineẽ: cũ tñ illa que sunt tota istaꝝ ⁊ similiũ partiũ sunt priora ſm rõnẽ diffinitiuã istis partibꝰ: q̄ acutꝰ diffinit̃ per rectũ sicut ⁊ expansus in primo geometrie. acutꝰ.n. est recto minor ⁊ expãsus est qui recto maior est. Silr aũt cũ digitꝰ sit ps manus. manus aũt sit istrumẽtũ ⁊ organũ opatiui itellectꝰ. Intellectus aũt sit de potẽtijs nãlibus ɔsequentibꝰ esse hoĩs pꝫ q̄ ⁊ digitus est de hijs que esse ɔsequunt̃. ⁊ iđ diffinit̃ per suũ totũ. Angulus aũt rectus in eo q̄ rectus est formaliter efficit̃ a rõne medij: ⁊ cuꝫ omnis a medio deuiatio cognoscat̃ ⁊ sit medij deuiatio acutus ad minus ⁊ obtusus ad maius opꝫ angulũ rectũ esse vt diffinientẽ acutuꝫ ⁊ expansum: ⁊ iđ huius partes ſm rationẽ dicimus esse diffinita ex illis que sunt sua tota. Sed si hec accipiant̃ vt res absolute ⁊ non in in rõne ptis ⁊ totius ſm relationẽ: q̄ si vt relatiua accipiuntur tunc adinuicẽ sunt priora: q̄ tunc adinuicem diffiniũt̃.

¶Cap.2m. De solutione secunde questionis.

Ad oẽs aũt hmõi q̄õnes soluẽdas dicemus distinguẽtes q̄ ps dicit̃ multiplr̃. Et vnus q̄dẽ modus est q̄ pars dicit̃ illud qđ mẽsurat vel mẽsurat ſm aliq̃ quãtitatẽ que pars accipit̃ in mathematicis: que dicũt̃ quedã esse nãe ⁊ esse substãtialia principia. sed hic modus pretermittit̃ a nobis: q̄ nos querimus partes essentiales esse rei cõstituẽtes q̄ indicat diffinitio: ⁊ multotiens iam ostendimus q̄ mathematica nõ sunt talis esse pricipia: sunt aũt partes ex quibꝰ substãtia vniuscuiusqꝫ cõposite rei est: sicut ex partibꝰ ⁊ de illis est perscrutãdũ. Si igit̃ ſm ea que premissa sunt q̄dã in re est sicut mã in qua vl̃ ex q̃ est res ipa: aliud aũt in eẽ rei est sicut spẽs ⁊ forã. tertiũ aũt est sicut cõpositũ ex hijs: tũc sicut in p̄missis dixĩmꝰ ẽt suba est istis tribꝰ modis. ¶Est.n. suba mã a substãdo ⁊ fundãdo dicta: si ue sit mã in q̃ siue ex q̃ est res: s; hec suba nõ facit esse rẽ id qđ est ſm.n. q̄ eẽ rei que est ab eẽntia est hec suba nihil penitus est de esse rei: sed ipsa est in qua est eẽ eiꝰ qđ est: ⁊ hoc mõ dicta suba nõ est q̄ sit aliq̄d de esse rei: s; q̄ substat ipsi esse: ⁊ ex hoc pꝫ ipsam nõ accipe nomẽ sube nisi per aliquaꝫ analogiã ad formã que vere suba est: ⁊ est ipse modus analogie q̄ substat esse formali. ¶Est ẽt suba ⁊ vẽ suba spẽs. ⁊ hoc sicut superius dudũ diximus est duplex: p̄mũ. vꝫ. signatum qđ est forma a q̃ nomẽ iponit̃ ⁊ est simplex que cuꝫ mã cõstituit compositũ: ⁊ q̄ pars est non est de toto p̄dicabilis est etiã species compositũ ex potentia que est genus ⁊ actu qui est differẽtia ɔstituens que est nã ⁊ spẽs cui per se ⁊ primo attribuit̃ diffinitio ſm q̄ absoluta ⁊ separata intelligit̃ ⁊ est a suis suppositis particularibus. ⁊ hoc q̄ totũ est ⁊ nõ pars predicat̃ de suppositis q̄ñ intelligit̃ vt multiplicabilis per supposita. Sic.n. est in multis ⁊ de multis. ⁊ hec omnia constãt ex superius determinatis: ⁊ partes illius sunt partes ex quibꝰ est rei esse ſm q̄ quelibet res est id qđ est ⁊ nõ ſm q̄ ipsa res hoc demonstratuꝫ est vel illud. ⁊ huius quidem materia nulla est penitus pars: s; ipsa sit fundamentũ in quo fundatur ſm q̄ in hoc est vel in illo per demonstrationẽ dsignato. Est etiã substãtia qđ ẽ ex hijs mã. vꝫ. ⁊ forma sicut hoc aliq̄d in suba per nutũ demr̃ antẽ designatum. patet igit̃ q̄ aliquãdo mã pars alicuius eẽntialis esse dicit̃ ⁊ aliquãdo nõ: est eñ pars eiꝰ q̄ ipso suo noĩe designat ma-

terià. hec enĩ nõ habet eẽ nisi mãe sicut in genere substãtie callias ⁊ socrates qui dicũt id qd est ex hijs carnib⁹ ⁊ hijs ossibus: ⁊ in genere accidentiũ symmus q dicit concauũ in hac mã que est nasus ⁊ gibbus q dicit cõuexum hui⁹ mãe que est dorsũ: ⁊ multa alia sunt talia. Non aũt mã designata est pars illorũ que noie nõ dicũt designatã mãm. ⁊ hec sunt que noie suo quãtũ ad secundariũ nois signatũ qd est id cui ipm nomẽ imponit nõ dicũt nisi id compositũ in quo est spẽi ratio: q: hoc est vnũ actu ⁊ duo vel plura potẽtia sicut in premissis diximus. Et iõ illud vere diffinit: ⁊ hoc in genere substãtie est sicut homo ⁊ aial ⁊ hmõi: ⁊ in genere accidentis est sicut concauũ vel conuexũ. hec enĩ lz nõ sint fm esse nisi in mã tñ nominib⁹ suis nõ designãt nisi mãm intellectualẽ. ¶ Designatio aũt mãe intellectualis sicut in tertio huius sapiẽtie libro supra diximus est per formã generis: eo q mã generis nõ dicit aliqd in actu existens: sed in potẽtia solum. ⁊ q: tale qõdã genus respectu figure est superficies ⁊ generaliter quãtitas. ideo quidã dicũt quãtitatẽ esse intellectualẽ mãm. ⁊ hoc qdẽ verũ est. Sed dictũ ipsum nõ est sufficiens: q: fm ea que hic dicta sunt designatio intellectualis mãe aliquãdo est designatio mãe sẽsibilis: sicut aial designat intellectualẽ mãm. Aliquãdo aũt est designatio mãe imaginabilis sicut cõcauũ vel cõuexũ vel rotũdũ vel trigonum designat mãm vnde cõcaui fm esse cõcaui nõ est pars caro: sed illa ex quib⁹ est formalr cõcauitas. Caro aũt vel aliud tale subiectũ est materia in qua sit que nulla est pars esse cõcaui fm qd est concauũ. Symmitatis võ fm ea que dicta sunt pars aliq̃ est mã: q: cũ eiusdẽ sit diffinitio cui⁹ est nomẽ ⁊ nomẽ dicat eẽ ex hac designata materia que est nasus opz q diffinitionis pars sit nasus. hoc etiã mõ in artificialib⁹ totius quidẽ statue designate pars est es qd est materia: statue võ absolute accepte pars nõ est es: q: statue accidit esse in hoc ere: ⁊ nõ accidit ei hoc fm eẽ statue sed potius fm q est hec statua designata: q: sic principiũ eius indiuiduationis est es. hoc igit mõ specie qualibet absolute accepta ipse differẽtie cõstitutiue sunt spẽs inquantũ speciẽ hẽt vnũquodq entiũ: ⁊ ille sunt diffinitiue ipsius ⁊ pdicate de ipso put sunt actus eius: q: sic sunt termini determinãtes genera ⁊ sic dicũt esse totũ ⁊ potius dicũt eẽ q̃z ens ⁊ genus hoc mõ determinatũ differẽtijs dicit eẽ ⁊ nõ ens ⁊ predicaf de toto. sed mãle principiũ nõ est dicẽdũ aliq̃ predicatione fm se: sed poti⁹ denominatiue sicut ereũ ⁊ carneũ. vt pz ex supradictis. ¶ Hec igit cã ẽ q circuli rõ diffinitiua nõ hẽt eaz rõnẽ in se que est partiũ que partes sunt incisiones portionũ: sed rõ diffinitiua syllabe fm q est vox cõposita ex duabus vocibus sonante. vz. ⁊ cõsonãte hz in se rationem elemẽtoꝝ litterate vocis: cõsonans. n. accipit vt potẽtia ⁊ terminaf ad vocalẽ sicut ad actuz eius: sicut pz in hoc sono hui⁹ syllabe da. in qua. d. nõ sonat nisi elemẽto terminato ⁊ in actu facto per a. nec. a. sonat nisi vt act⁹. d. ⁊ vtraq littera hoc mõ dicũt totũ esse syllabe: sed differẽter: q: d. dicit vt potẽtia terminata in sonãdo ⁊. a. dicit vt actus terminans cũ tñ. d. ⁊. a. littere sint diuerse. ¶ Sic igit elñta sũt partes rõnis diffinitiue syllabe quasi spẽs ⁊ forme quedã ⁊ nõ vt materia: incisiones võ huius circuli demonstrati sic sunt partes quasi materia huius integri qd est hec rotũda quãtitas siue rotundũ quãtũ ⁊ sunt partes in quib⁹ fit ipse formalis circulus: ⁊ sunt hec partes ppinquiores forme q̃z mãe sensibilis que est es quãdo in ere fit rotũditas circuli: sed tñ sunt in mã imaginabilis: q: lz quãtitas per rõnẽ diffinitiuaz abstrahat a materia sensibili: tñ est dispositio siue mensura materie: ⁊ ideo distinguũt qdã inter materiã que vere est mã ⁊ materiã que est vt materia: ⁊ materia quidez que vere est mã est que est subiectũ oium ⁊ fundamẽtũ formarũ. Id aũt qd est vt materia est quãtitas cuius mensuram sequunf forme corporales que sunt in maiori subiecto maiores ⁊ minori minores. sicut q̃litates sunt que dicunf passiones vel passibiles qualitates: vtriusq aũt partes dicuntur partes fm materiã ⁊ nõ referunf ad diffinitionem: sed referunf ad totũ itegrũ qd cõstituũt: ⁊ partib⁹ qdẽ quãtitatiuis similes sunt partes totius potestatiui: ⁊ totũ ipsuz est sicut totũ integrũ potestate suarũ partiũ perfectũ: ⁊ iõ ⁊ partes illius totius quodãmõ sunt partes fm materiã.

Nõ qd sit mã itelligibilis vi de Auerroez ĩ hic cõmen. 34. ⁊. 35. ⁊ ab isto doctore infra capĩo. 5. h̃ sentis tractatum.

¶ Cap. 3m. De solone instãtie que daf circa solonẽ inductã.

Videnf tñ quedã eoꝝ que dicta sũt habere instantiam. cõtingit enĩ sic cõsiderare syllabã q neq elemẽta oia sunt in ratione diffinitiua syllabe: vt si cõsideretur syllaba scripta in cera vel charta vel audibilis que in aere sonat. sic enĩz syllaba audibilis in aere sonãs est motus cõpositus ex duobus motib⁹ nãli. vz. ⁊ aiali: quoꝝ quidẽ naturalis est tremor fracti aeris aialis siue spũalis est alteratio auditus sola forma simplici sine aere: ⁊ hoc mõ etiã syllaba scripta est integrũ cõpositũ ex figuris distinctis quarũ nulla est vt potentia vel actus ad alterã. ⁊ iõ oẽs partes syllabe hijs duob⁹ modis accepte sunt partes fm materiã: ⁊ iõ hoc mõ nõ ingrediunf syllabe diffinitionẽ: sed superius dicto modo syllaba est discreta quãtitas ⁊ mensuraf producto ⁊ correpto: ⁊ hoc modo littere sunt de ratione ipsi⁹. hoc autẽ modo quo hoc loquimur de syllaba. Syllaba est qualitas quedã moti aeris: ⁊ ideo iam vt sic cõsiderata syllaba est elementũ quedam pars eius sicut mã. ¶ Huius aũt signum est q linea accepta vt quãtitas quedã integra corrũpit ⁊ resoluit in indiuidua: ex quib⁹ etiã prout tale totũ est cõponit sicut homo corrũpit siue resoluit in carnes ⁊ ossa ⁊ neruos ex quib⁹ materialiter cõponit. Et iõ etiã talia tota integra sunt ex hijs materialib⁹ partib⁹ fm qd sic vtimur partib⁹ substãtie materialis: sunt aũt ex hijs quasi ex mã ⁊ quasi ex partib⁹ integri qd integraf ex ipsis. ¶ Spẽi võ que nõ est ex talib⁹ ⁊ illius nãe cuius est ratio diffinitiua per se nõ est aliq̃ talis pars fm mãz dicta: q: quidditas ipsa tota est ante hoc: cũ mã ⁊ integruz nõ sint in esse nisi ab ipsa quidditate: ⁊ q: quidditas est ante hec omnia: iõ etiã partes quidditatis que sunt genus ⁊ differentia sunt ante omnia ista. ⁊ ideo in rõnibus nominũ nominantiũ suũ totũ essentiale nõ integrũ nõ sunt taliũ partiũ rationes. Taliuz igit partiũ ratio inerit quibusdã que videlicet sunt itegra suis mãlibus partib⁹ cõstituta: quibusdã aũt nõ inerunt: q: sunt tota ẽentialia cõstituta principijs esse que sunt genus ⁊ differẽtia: vnde in nullis talibus accipit mã vel mãe pars que dicãt formã fm id qd secũdario significat nomẽ nisi sit nomẽ nominãs formã cõceptã cũ mã ipso noie designatã: ⁊ hic sunt noia quorũdã accidẽtiũ sicut est symmũ ⁊ gibb⁹ ⁊ claudus ⁊ huius: pp hoc. n. quedaz diffinibilia sunt ex hijs in que corrumpunf per resolutionẽ quedã aut nõ. Quecũq igit sunt sicut cõcepta spẽs in mã vt symmuz ⁊ eneus circulus hec qdẽ in eadẽ ex qbus sunt quoꝝ alterũ est mã per resolutionẽ corrumpunf: ⁊ cũ vnũqdq ex eisdẽ sit fm suũ ppriũ esse ex quib⁹ cõponit pars illoꝝ est mã: illa võ que nominant talia que si resoluanf nõ corrũpunf vel resoluunf in mãm sed sunt sine mã designata dãtia sibi eẽ actu sicut sunt rõnes que solũ sunt spẽi nõ cõcepte cuz mã designata illa in mãm nõ corrumpunf resoluta in sua principia aut oino ad mãlia nõ resoluunf sicut separate substãtie: aut si resoluantur nõ ita resoluunf sicut ista quoꝝ principiũ cõstituens est mã. hec. n. nõ resoluunf ad mãz nisi per accidẽs hoc est per eẽ q habẽt in mã: ⁊ nõ resoluunf ad mãm sicut ad pricipiũ q cõstituat eẽ ipsoꝝ pp qd mãlia ⁊ q̃titatiua sunt qdã pricipia ⁊ partes illoꝝ que sunt sub eis. Spẽi võ nõ cõcepte cum mã nec sunt principia neq partes: ⁊ sic resoluit lutea statua eo q cũ luto cõcepta est in lutũ: ⁊ sphera enea corrũpit in es siue resoluit: ⁊ callias resoluit in carnez ⁊ ossa sicut in mãm sensibilẽ designatã. ¶ Amplius aũt circulus resoluit in icisiones sicut in partes vt mãe put. n. circulus noiat q̃titũ itegrũ rotũdũ circulus est aliqd qd simul cõcipit cũ hmõi mã put aũt circulus nõ dicit nisi eẽ circulariõia sic hz alia principia cõstituẽtia: ⁊ sic nõ resoluit ad incisiones: sz ad figurã planã vna linea cõtentã vt ad genus ⁊ ad id qd in medio cui⁹ est pũctus qd centz vocaf a quo oẽs linee ad circũferentiã ducte sunt eq̃les sicut ad differẽtiaz ¶ Ex hijs aũt que dicta sunt pz q nomẽ pprie est illius nãe formalis cui per se attribuit diffinitio ⁊ idiuiduo designato q per mãm idiuiduũ est attribuit per accñs: ⁊ sic equoce dicit circulus ille q simplr ⁊ per se circulus est: ⁊ illi q sũt singuli siue singulares in mã designati circuli eo q nomẽ spẽi nõ est ppriũ ⁊ p se ⁊ fm ipm singuloꝝ siue singulariũ circuloꝝ. lz. n. rõ logice qdẽ pdicet fm esse de idiuiduis. ⁊ si phyfice cõsideref esse qdẽ primũ sit indiuiduoꝝ ⁊ posteri⁹ sit eoꝝ que sunt in ipsis: tñ cõside-

Nõ dtiez iter cõsideratones phici ⁊ meti.

ratione primi pbi primo et per se ↄuenit illi q per se est substantia et primo: et hec est natura formalis et qdditas et equiuoce illis ↄuenit quor nō per se est ipm nomē: sed per accidens sicut diximus: logic9.n.ↄsiderat rōnē phẏsic9 aūt eē mobilis: et primas phs tꝫ qd est per se subā faciēs eē id qd est.

ℭ Cap. 4m. De manifestatiōe et declaratiōe solonis iducte.

Quamuis aūt fm veritatē per pdicta sit soluta qō scda tamē solutio hec nō satis clare soluit questionē primā. et iō de eisdē de quib9 diximus amplius adhuc dicemus manifestius ea que dicta sunt repetentes. ℭ Cōstat aūt q in rōne isunt ille partes que sunt ipsius rōnis et quidditatis partes fm qd est rō et quidditas: ab illis eni partib9 sicut a principijs dependet esse diffiniti: et ea in que sicut in partes et ipsius esse principia diuidit ratio diffinitiua ea sunt ipso quid est et diffinitione priora fm naturā aut oia aut quedā: dico aūt oia sicut in hijs que nullo mō sunt in mā sensibili nec ↄcepta sunt ipso nomine cū ea sicut diuina: quedā aūt dico sicut in hijs que ↄcepta sunt cū materia. ℭ In hijs eniꝫ nō oia sunt formalia: sed qdā opꝫ designari materialiter. hoc aūt in sequētibus istius tractat9 erit manifestū: ea aūt in que nō diuidit quidditas nec quidditati attributa diffinitiua ratio sicut in pncipia ipsius esse fm se sunt mālia: que nō recipiunt in rōne diffinitiua: lꝫ fm esse sint in tali materia: recti vō ratio diffinitiua nō diuidit in acuti rationē sicut in principiū cōstituens angulū rectū fm hoc ipsum q rect9 est: sicut patet per antedicta: sed potius ratio que est acuti anguli diuidit et resoluit in rōnem recti. qui eni diffinit acutū in diffinitione vtit recto sicut pncipio cōstituente acut9: est enim acut9 qui minor est recto. ℭ Similiter aūt adinuicē se habēt circulus et emicicliū siue semicirculus: emicicliū eni diffinit per circulū. et simlr se habent adinuicē digitus et homo: et ideo digitus diffinit per suum totū qd est homo. est eni digit9 pars hominis talis hoc est cōtemperata carne et osse ad opus et tact9 subtilē discretionez. ℭ Talia aūt sunt qcūqꝫ sunt pars vt mā et in que diuiditur quātitatiuū integrū sicut in materiā ex quib9 partibus est cōpositū. Quecūqꝫ vō sūt partes vt rōnis diffinitiue principia et substātie que est quidditas sunt fm rationē et nām priora sicut principia sunt priora pncipiato: aut oia aut qdā sicut supradiximus: hoc aūt vt clarū fiat cōsideremus in ipsa animaliū aia: animaliū eni est aia fm vitā manifestā: aia eni est substātia animati a qua est ipsa substātia aiati: a qua est ipsa aialis quidditas. est eni aia fm rationē substātia et species et quid erat eē talis corporis qd est phẏsicū potentiā vite habens sicut in 2o de aia diximus: considerata eni aia hominis fm q ipsa est cū corpore cōstituens hominē sic est forma: cōsiderata aūt fm q ipsa est principiū vite sensitiui ad rōnē sicut ad actū vltimū terminati et perfecti est ipsa anima quidditas: cōsiderata aūt in principijs essentialibus ipm esse aie declarantib9 est ipsa diffinitio: et ratio hominis aliquo mō: qꝛ sic attribuit ei explicans esse diffinitio. Et qꝛ aia per hec talis est fꝫ se et fm eēntiā qd est principiū hui9 vite in tali vel in tali corpore: ideo sicut tota aia se habet ad totū corpus sic partes se habent ad partes corporis: et sicut totū integrū cōpositione membrorꝫ corpus nō diffinit bene nisi per aiam que est act9 ei9 et nihil tamē est de esse ipsius aie. Ita quelibet pars nō bene diffinit sine particulari virtute ipsius que est pars anime nihil existēs de esse ipsius act9: vnde pupilla nihil existēs de quidditate visiue virtutis nō pōt diffiniri nisi visiua virtute. et q nihil sit de visiua virtute ostendit: per hoc q si senior accipiat oculū iuuenis videbit vtiqꝫ sic iuuenis qd nō esset veruꝫ si pupilla esset de quidditate visus. aial eniꝫ cuius actus est aia nec in toto nec in partib9 mā̃e existit sine sensu. partes igit aialis fm q est aial priores sunt ipso aiali: aut omnino et vniuersaliter si aial fm se accipiat: aut quedaꝫ ei9 partes priores sunt ipso si accipiat aial nō in simplici aialis natura sed participans ipsaꝫ naturā simplicē aialis. hoc eni habet corpus et habet quasdā partes mālcs: que nō sunt priores ipso sed posteriores: et ideo diffiniunt per ipsum totuꝫ sicut est digit9 et oculus et huiusmodi. sicut aūt diximus de aiali sic et similiter est vnūqdqꝫ aliud totū qd diffinit: corpus eni et partes corporis sunt mālia et posteriora tali substātia totius et totū aial diuidit in ea sicut in materiā: et q diuidit in hoc nō est quidē substātia que est quiditas sed est ipsuꝫ integrū qd est cōpositū ex aia et corpore participās illā substātiā que est quidditas. qꝛ aūt qlibet pars suo toto prior est: eo q cōstituit ipsum: ideo etiā tales mā̃e partes sunt integro toto quātitatiuo priores: sed nō sūt priores quidditate qꝛ nō sunt partes eius. sunt igit quodāmodo ante aial: et alio mō nō sūt ante ipm. partes eni tales sicut diximus nullo mō habēt esse separate a toto et ab actu toti9. ℭ Digit9 enim aialis nō est digitus aliter quocūqꝫ modo contingat esse figuratū digituꝫ aiā sit aialis digitus nisi quis dicat q sit digitus equiuoce sicut lapideus vel pict9: et ideo diffinit per actū aialis: sicut eni partes sunt limargice icisiones circuli: lꝫ nō determinēt sibi materiā sensibilē specialē quātitatis aūt quedā partes materie sunt que posite ponūt totū et destructe destruunt ipm integrū que vocant principales: et iō vident nō posteriores esse toto: sed simul et que sunt ꝓprie partes in quib9 prio est ratio substātie que est actus fm q participat a mā. Ut si gratia exēpli dicamus q hoc est cor: aut sicut quidā dicūt q hoc est cerebrū nihil refert vel differt quātū ad ꝓpositā intētionē: qꝛ nō loquimur hic de prioritate tēporis: sed de illa que est fm rōnē et nām fm quā diffiniēs prius est diffinitione et diffinito. Sic igit clare patet q partes rōnis sunt ea in que resoluit ratio et ille sunt rōne priores et partes mā̃e sunt in que resoluit integrum q rōne participat: et illa sunt integro quidēꝫ priores: sed quidditate posteriores. Et hoc mō declarata est inducta solutio.

ℭ Cap. 5m. Qꝫ diffinitio nō est nisi vniuersalis et nō particularis nisi per posterius et equiuoce.

Ex hijs aūt que dicta sunt ꝑpendi pōt q illius qd est vniuersale et quid absolutuꝫ est diffinitio particularis aut per se: nec nomen est nec diffinitio nisi equoce et secūdario: homo eniꝫ et equus ↄut in particularib9 cōsideranf siue singularib9 et nō in ipsa nā absolute vniuersaliter loquēdo de oibus similib9 nō est substātia per se et primo que est quid vel quidditas importata per nomē cuius est diffinitio: sed est totū quodā quātitatiuū et integrum in mā designatū: et ex mā in actu existēte perfectuꝫ. Diximus eni q partes hui9 mā̃e nō sine actu suo sunt partes: est igit tale totū ex hꝫ materia et hꝫ formā et sic participata rōne et vniuersaliter in oibus loquēdo. Singula vō particularia sub qualibet cōmuni mā vt supposita accepta sunt ex vltima per sensibilē demōstrationē designata et in actu existente mā: vt Socrates et de alijs singularib9 oibus est similiter: igit fm pdicta est pars quedā que est pars spēi: ita q dicamus speciem ipm quid erat esse sine qdditatē: pars etiā quedā est integri ex specie et mā cōpositi: sed ille que sunt rōnis partes sunt partes spēi solū: et ipsa rō est vniuslis hoc est eius qd est vniuse: lꝫ nō sit eius ratio fm q est vniuse: sed fm q est esse vniuersum: ita q de essentialib9 nihil est extra ipm. esse eni. rerū pendet a pncipijs substātie que est qdditas. sic.n. circulū esse fm q circulus et ipse circulus fm q circulus sunt in hoc idē q ad idē hoc est ad idē esse et eadē ipsius esse pncipia referunf: et hoc eodē mō oia supra dicto mō cōsiderata in aie esse per qdditatē sunt idē hoc est ad idē relata: integri vō vt est hic circulus et singulariū aliorꝫ alicui9 siue sit sensibile singulare q sensibili mā iduiduatū est: siue sit intellectuale q intellectuali mā induiduatū est sicut sunt singularia mathematica illius nō est nomē neqꝫ rō: qꝛ in talibus hic circulus nō est idē q huius circuli esse: nec hec caro est idē q huius carnis esse: nec hic homo est idē q hui9 hois esse: qꝛ hic homo est ab indiuiduatione mā̃e huius: et ab hoc nō est esse ipsius: sed potius a rōne et qdditate hominis sic pticipata per esse q accidit ei in hac mā: sicut cuilibet patere pōt ex pdictis vbi diximus q in talib9 pars nō bene diffinit sine suo actu sic participato. Intellectualia vō singularia dico vt singlaria mathematica: sensibilia aūt dico vt erea vel per aliā mām mobilē iduiduata sicut lignea et lutea et similia: et horū nō est diffinitio primo nisi equiuoce et secundario: vnde ista nō sciunf per suas veras diffinitiones: sed potius cognoscunf intellectualia cuꝫ intelligentia mā̃e imaginabilis: et sensibilia cognoscunf cuꝫ sensibili mā per sensum: et abeūtia a sensibili vel imaginabili ꝑfectione

1.6 aia.t.c.5.

Nō quasi aia hēt diuersimo de cōsiderata rōnē foṙegd ditatiōt diffinitionis.

pmo de aia. Tex.co.65.

Indiuidua mathematica intellectualis mā designata sunt.

mãe ꝛ a pñtia sensus nõ palã est vtrum aliqñ alicubi sunt aut nõ sunt: qꝛ singulare extra sensum positũ est incertum: vniuſe aũt est vbiqꝫ ꝛ semp: ꝛ locus eius est itellectus: alia aũt que sũt particularia semp denominant ꝛ sciunt vniuſli nomine ꝛ rõne que per posterius ꝛ per accidẽs ꝯuenit eis. ꝛ huius cã est: qꝛ mã quidẽ si fm se ipsam accipiat ignota est nec est etiã principiũ cognoscẽdi aliqd nec noscit ꝛ scit nisi per analogiã ad formã sicut superius dixim⁹. ¶ Et iõ etiã mãe partes nõ sunt principia cognitionis fm rationẽ: materia duplex est: sensibilis qdẽ ꝛ itellectualis. sensibilis quidem est que sensibiliũ quidẽ q̃litatib⁹ actiuis ꝛ passiuis distinguit: vt es ꝛ lignũ ꝛ q̃libet materia mobilis in qua sunt principia motus ad formã. intellectualis võ est ꝙ per rõnẽ itellectualẽ abstracta est a motu ꝛ mã. fm esse aũt est in sensibilibus nõ in q̃tũ sensibilia sunt: sed inquãtũ q̃titatem discretã vel ꝯtinuã habẽtia sicut sunt mathematica. ꝛ hec ẽt partes habẽt que nihil sunt quidditatis speciei que est circulus ꝛ triangulus ꝛ hmõi. Sic igit a nobis dictũ est quomodo se habet de toto ꝛ parte de toto inquã essentiali ꝛ de toto integro ꝛ de parte integrali ꝛ essentiali ꝛ de prioritate partis ꝛ totius.

Mã fm se ipsaz ignota est nec vt sic ẽ ꝓpriũ cognoscẽdi alicui⁹ vide sctũ doctorẽ i 2. phy. sup tex. 27. ꝛ 28. hoc subtilr declarãtẽ pondera ẽt qd sẽsibilis mã qdue itelligibilis dicat

¶ Cap. 6ᵐ. De mõ respondendi qõnib⁹ factis a principio.

Eclarata aũt sic ipsa veritate opꝫ etiã interrogationi siue qõni ꝛ obiectioni obuiare qñ aliqs interrogat vtrũ rectus angulus ꝛ circulus ꝛ aĩal ꝛ alia hmõi sint priora que sunt tota quedã: aut partes sunt priores hijs in quas diuidunt ex quibus sunt: ꝛ qꝛ hec interrogatio potẽtia plures est eo ꝙ totũ ꝛ pars non vno mõ dicunt: iõ nõ simpliciter ꝛ vna rñsione respondẽdũ. ¶ Si eni sicut in prehabitis diximus aĩa est aĩal: ꝛ ipm aĩatũ est etiã aĩal: ꝛ singulũ est aĩal aut singula sũt aĩalia aĩal ipm in oib⁹ hijs modis diuersimode accipit. cũ. n. dicimus aĩam esse aĩal: tunc aĩal est viuũ sensitiuũ ad rõnale sicut ad actũ terminatũ. hoc. n. mõ aĩa est aĩal qd est vniuſe fm se absolute acceptũ. Cũ aũt dicimus aĩatũ esse aĩal tunc ipm est qd est aĩal a suba corporea mãli participatũ. hoc aũt accipit prout fm esse actu est in vno ꝛ sic singulum est aĩal aut ꝓut actu est in vno potens esse in alijs: ꝛ sic est in singulis. ꝛ hoc mõ singula sunt aĩalia. ¶ Similr aũt dõm est quãdo querit de circulo: ꝛ de hoc qd est circulũ esse in eo ꝙ est circulus. ꝛ similiter est si querit qd est rect⁹ ꝛ rectũ esse: ꝛ que sit substãtia recti que est qdditas: ꝛ qd sit ipꝫ qd cui qdditas attribuit: ꝛ cuius sit fm participationẽ in quo hꝫ esse: ꝛ huius qdẽ cuius est dicendũ est rectũ ꝛ circulũ posterius esse ꝛ rõne ipsorum esse ipsoꝝ prius que sunt in rõne diffinitiua: ꝛ est esse alicuius particularis recti sicut eius qui est cũ mã eneus rectus ꝛ eius que est in lineis que sunt intellectualis materia qñ accipiunt linee singule siue singulares. Rectus aũt ꝛ circulus qui est sine mã formalis rectus ꝛ circulus est qd posterior eis partibus formalibus ꝛ essentialib⁹ que sunt in rõne sua diffinitiua: prior aũt est eis partib⁹ que insunt singulis siue singularibus: simpliciter igit nõ est respondendũ: si vere sit rõ diuersa que nõ sit oino aĩal: sicut dixerunt qui separata posuerunt: vno quidẽ mõ igit hec sunt dicẽda priora toto: alio autẽ modo dicendũ est ꝙ nõ sunt priora. Sed tota priora sunt ipsis. sic igitur patet solutio duarum qõnuꝫ que a principio de partibus facte sunt.

¶ Cap. 7ᵐ. De inquisitione distinctionis partiuꝫ formaliũ ꝛ speciei a partibus mãlibus ꝛ materie.

Tx. cõ. 27.
Tex.cō.51. ¶ Ex his aūt eisdē que dicta sunt manifestū qd euenit inconuenientium his qui ponūt ideas que sepata dicūt entia: ꝛ substātias rerum singularīū: ꝛ dicunt ꝙ spēs cōstituunꝰ simul ex genere separato ente: ꝛ differētijs separatā eē habitibus. Scđm hec eni dicta querimus de aīali illo ꝙ est genꝰ separatū: ꝛ est in hoīe ꝛ in equo: aut eniꝫ hō ꝛ equus in illo aīali idem ꝛ vnū numero sunt: aut diuersum numero in il-

lo est homo ab equo. ¶ Nõ eni querimus vtrũ in ipso aiali
sint hõ ⁊ equus vnum rõne: palam nãq; est q̃a in ipso sunt
vnum rõne: cum ⁊ nomẽ vnum sit: ⁊ rõ substãtie est eadem:
dicens enim aialis rõnem in vtroq; eandem dicit rõnẽ. Si
igit̃ homo qui est vniuẽe est aliq̃s homo s̃m se separatum
esse habẽs: tũc necesse est q̃ etiã ea ex q̃bus cõponit̃ ille ho-
mo: sint etiã separata s̃m se: ⁊ sic hoc aliq̃d significatũ: quia
omne qd̃ hʒ esse actu ⁊ separatuʒ ⁊ distinctuʒ est hoc aliqd:
hec igit̃ sunt separata: ⁊ sunt de nũero substantiaruʒ s̃m se
existẽtiuʒ. Igitur aial genus s̃m se existit sicut ⁊ hõ: ⁊ sic ani
mal nõ est substãtia hominis: q̃a id qd̃ est substantia alte-
rius nõ separatum s̃m se existit: sicut in antehabitis p̃batũ
est. ¶ Adhuc autẽ s̃m se hoc animal q̃ est in equo: aut ideʒ
equo ⁊ aiali sensibili q̃ est equus: aut diuersuʒ: ⁊ si est diuer
sum: tũc p̃positio est falsa: cuʒ dicit̃ hoc aial q̃ est equus est
aial. Si autem est idẽ tunc animal separatũ est in nõ sepa-
rato sensibili: sicut si tu idẽ in teipso sis. ¶ Ostẽdimus autẽ
in quarto phẏsicoꝝ. q̃ intellectus nõ admittit̃ aliqd esse in
seipso. ¶ Adhuc autẽ queramus q̃mo erit vnum in his que
actu ⁊ separatiʒ sunt existẽtia. hoc eni nuper ex rõne Demo-
criti ostẽdimus ĩpossibile esse. ¶ Adhuc queramus q̃re il-
lud aial qd̃ ẽ genus ⁊ separatũ existit nõ existit per seipsuʒ:
sed ponit̃ esse in aiali sensibili ⁊ substãtia ei᷒ existere: oẽ eni
qd̃ per seip̃m separatum hʒ esse illud existit per seip̃ʒ nõ in
digens alio ad existẽdum. ¶ Demũ iterũ obijcit̃ cõtra po
sitionẽ istam: cõstat eniʒ q̃ vnũ genus qd̃ est pedale aial cõ
stituat oppositas spẽs participatiõe bipedis ⁊ multipedis:
⁊ ex hoc seq̃t̃ impossibile si differẽtie ille sint separate: opʒ
q̃ sint actu. Nõ autẽ sunt nisi in genere vno: ergo vnum ge-
nus actu simul habebit oppositas differẽtias actu existen-
tes. ergo cõtraria simul actu inerunt eidẽ vni ⁊ eidẽ enti q̃
distinctũ hʒ esse ⁊ separatum: si autẽ cõtradicat aliq̃s obie
ctis istis ⁊ dicat: q̃ genus quidẽ est res per se existẽs: ⁊ sub-
stantia nõ esse substantiale sicut diximus: sed nõ hʒ distin-
ctum eẽ a rebus: quoꝝ est substãtia: sed est in eisdeʒ. Tunc
queramus q̃s modus est per quẽ est substãtia quãdo dicit
aliq̃s aial bipes: aut animal habẽs pedes s̃m quẽ moduʒ.
v[illegible] cõiungit̃ aial bipedi ad cõstituendũ spẽm: sicut res con-
iungitur rei ⁊ ens enti: ex quo nõ est eẽ: sed ens per se: sicut
ista positio dicit: forsan eni dicit aliquis q̃ cõponitur sicut
pars parti: aut copulat̃ sicut pars cõtinui copulatur conti-
nuo: aut q̃ forte miscet̃ sic miscibilia que alterant̃ ad vnuʒ
mixtionis mediũ: sed oĩa hec incõueniẽtia sunt: q̃a in his
oĩbus est cõitas rei ⁊ entis s̃m se: in vniuẽsibus autẽ esse cõe
non cõsiderat̃ sed rõne: in cõpositis eni ex forma ⁊ mã vł ex
mẽbris diuersis q̃libet cõponẽtiũ est res quedã: ⁊ non esse
rei qdd̃ã: ⁊ silr̃ est in copulatis in cõtinuo: ⁊ silr̃ est de mixtiꝭ
in mixtiõe: oĩa autẽ hec inconuenientia sunt de vniuẽsi dcã:
q̃a omnibus dictis trib᷒ modis diuersuʒ s̃m eẽ cõpositum
⁊ copulatũ vel cõmixtuʒ est in vnoquoq; cõpositoꝝ ⁊ copu-
latoꝝ ⁊ mixtoꝝ: ⁊ nõ est vnũ in quolibet: isti aũt qui separa
ta dicũt vniuẽsia dicũt vnũ eẽ in vnoquoq; sui ambit᷒ parti
culari. Si aũt sic cõponit̃ vel copulat̃ vel miscetur: sed infi-
nita sunt copulata cõposita ⁊ mixta: quoꝝ dicit̃ aial eẽ sub-
stãtia: nõ eni põt dici q̃ hõ sit aial s̃m accidẽs: igitur opʒ q̃
aial multiplicet̃ in illa ⁊ in oẽs partes cõpositoꝝ copulatoꝝ
⁊ mixtoꝝ: igit̃ aial q̃ est substãtia taliũ est multiplicatum in
infinitũ in hoc ⁊ partes eoꝝ: ergo nõ est res vna cõis aiali-
bus. Et si res est diuersa ratio rei diuersa est: ergo aial non
est vniuocũ ad illa: ⁊ sic nõ est genus. ¶ Hec aũt rõ Aristote
lis valde est aduertẽda: q̃m in cõpositis ⁊ copulatis ⁊ mixtꝭ
nulla est forma: que s̃m eẽ nõ sequat̃ nãm mixti: ⁊ ideo dici
mus q̃ nõ est aial ⁊ equus simul: neq; in sano ⁊ iuuenis sit:
neq; iuuenis ⁊ senex simul sine vir: ⁊ etiã s̃m prudentiam di
ctus intellectus hoc mõ nõ videtur equaliter inesse oĩb᷒ ho
minibus: sed potius in sedẽdo ⁊ quiescendo sit aia sciens ⁊
prudẽs: ⁊ cũ in vnoquoq; fieri sint infinita facta: videtur q̃
quelibet forma hmõi sit infinita quodãmõ potẽtia ad actũ
procedẽte: nec sit eadẽ in vna hora que est in alia: sicut non
est eadẽ sanitas in mane ⁊ in vespere: ⁊ si aliq̃ forma est que
huius nullã recipit alterationẽ per accñs videbit̃ illa sepa-
rata eẽ ⁊ nõ vna eẽ oĩum: intellectus aũt immixtus ⁊ separat᷒
videt̃ taliter eẽ separatus: ⁊ ideo idẽ eẽ omni: hec aũt ⁊ hu
iusmodi in lib. tertio de aia sufficienter satis determinata

4.ph.t.c.24.
Tex. cõ. 51.
Documentum
Tñó phoc. 7. phy.t.c.20.

sunt: tñ a silr̃ huius dixit Plato ideas esse separatas: ⁊ for
mas que sunt in indiuiduis dixit imagines eẽ ideaꝝ: sic eni
vnus dicit̃ intellect᷒ per suũ lumẽ agens ambiẽs oẽs intelle
ctus cõtinuo ⁊ tẽpore cõiunctos: ita dixit ideã vnã vt radiũ
quẽdã agentis itellectus in ipso itellectu existẽ ambientem
omnes formas sensibiles eoꝝ quoꝝ est vna cõitas. Et for-
te non oĩno dicit falsum: sed de hoc pertractare est alteriꝰ
p̃tis. nũc eniʒ non suscipimus explicare nisi dicta ⁊ opinio-
nes Peripatheticoꝝ: ⁊ ideo adhuc reuertẽtes ad p̃positũ
obijciemus cõtra eos qui dicebãt vniuẽsia eẽ quedã separa
ta: dicimus igit̃ q̃ s̃m hoc idẽ aial separatuʒ multa erit: eo
q̃ vnũ ⁊ idem separatũ aial erit substãtia in vnoquoq; ani
mali sensibili: ⁊ hoc q̃dem sequit̃ ex hoc q̃ sensibile aial nõ
dicit̃ animal vniuẽe: s̃m aliud aliquid accidentalẽ: cũ dicit̃
hoc aial nisi s̃m ipsam separati aialis substãtiam: si autẽ
sic nõ dicatur: sed q̃ s̃m aliud dicit̃ aial: tunc sequit̃ q̃ ho-
mo sensibilis erit ex illo aiali s̃m q̃ dicit̃ animal: ⁊ tũc illud
idẽ s̃m q̃ dicit̃ animal erit genus ipsius: cũ dicit̃ hõ est ani-
mal ⁊ separatum non erit genus ipsius. ¶ Amplius aũt s̃m
eos qui ponũt ideas esse oĩa ex quibus est hõ formalr̃: ⁊ s̃ʒ
diffinitionem sunt idee: est autẽ substãtia hoĩs idea ex quo est
s̃m subaʒ. igit̃ idea ex qua est homo nõ est aliud: ⁊ aliũ sub-
stãtia hominis sed idem: esset eni impossibile dicere: q̃ hõ
sub aliter esset ex idea: ⁊ q̃ tamẽ cũ illo aliud eẽt s̃m substã-
tiam hõ q̃s idea: ex hoc autẽ sequit̃ q̃ ideʒ idea aie animal sit
vnũquodq; aial per substãtiam: ⁊ sic omne aial in animali-
bus sensibilib᷒ existẽs est idem aial per subaʒ: ⁊ ea sunt vnũ
numero que sunt eadẽ per substãtiã: igit̃ oĩa animalia sunt
vnũ numero animal. ¶ Amplius queramus ab istis ex q̃-
bus separatis illa sunt sensibilia: ⁊ q̃mo sũt illa animalia ex
per se aiali separato: aut q̃mo potest intelligi q̃ possibile sit
esse aial qd̃ ideʒ est q̃ substãtia istius sensibilis aialis: ⁊ ta
men sit separatũ preter animal hoc sensibile. ¶ Amplꝰ que
ramus q̃mo ea sint separata: ⁊ tñ sint in sensibilib᷒: hec eniʒ
omnia sunt: ad quoꝝ positionẽ sequitur multo absurdiora
dictis: si autẽ impossibile est sic se habere p̃pter incõueniẽ-
tia que sequũtur: palã est q̃a non est idea istoꝝ sensibilium
separata ab eis sicut q̃dam dicũt. ¶ Opʒ igit̃ q̃ vniuersa-
le in esse vniuẽsis sit dispositio particularis: ⁊ sic substãtialis
particularium similitudo: ⁊ ideo nõ est substãtia eoꝝ: sicut
eniʒ iã sepius diximus: natura ipsa que forma est vt nũ con
siderata multiplicabilis est in multa: ⁊ tunc multa est ⁊ diui
sa ⁊ singularia: q̃ tamẽ est essentialis similitudo intellect᷒
ãgit eam ex multis ad vnũ: q̃a vnuʒ est qd̃ abstrahit̃ ab oĩ-
bus: ⁊ hec cõitatis vnitas p̃cedit a singularitate sua in ma
teria: inquãtum est causa similitudinis essentialis: ⁊ hoc mo-
do vniuẽe in intellectu est: ⁊ posterius ⁊ nõ causa rei parti-
cularis: sed causatur ab ipso per intellectũ abstrahenteʒ: et
sic patet q̃ est esse qdd̃ã: sicut dispõ est esse eius q̃ disponit̃
per ipsam: si quis igit̃ ponat ipsum ens qdd̃aʒ in se cõsistẽs
⁊ cãm rei particularis: tũc obuiabũt oĩa inconuenientia in-
ducta: ⁊ hoc modo dixerunt existens per se eẽ illi qui posue
runt ideas: sicut manifestum est ex omnibus inductis.

¶ Cap. 4m. Q̃ idee sensibiliũ sũt singularia de quib᷒ nec est
diffinitio neq; demõstratio ex quo sequit̃ q̃ nõ vlia sunt.

Quoniam autẽ sicut in antehabitis est expositũ
est diuersa substãtia id qd̃ vocamus integruʒ:
⁊ id qd̃ vocatur rõ sine vniuẽe q̃ diffinitur: opʒ
igitur iteruʒ ex hoc cõsiderare vtrum separato
rum sit diffinitio vel demõstratio: si eni non est
diffinitio ipsoꝝ vel demonstratio cõsequit̃ q̃
non sint vniuersalia: sed particularia per modum integro-
rum: dico autem q̃ hoc qd̃ sic est substantia: sicut integrum
est cum materia cõcepta ratio sine forma: sicut diximus in
antehabitis. ¶ Alia vero substãtia est: que est s̃m formam: ⁊
vniuersale est tota ratio: cuius nulla pars est materia: que
cum ita dicta sint: constat q̃ harum substantiarũ que sunt:
sicut integra est per se corruptio: eo q̃ etiã generatio est hu
ius rationis: sine forme dantis rationem: que est cõcepta cũ
materia. illius autẽ rationis que est tota ratio nõ est sic ge-
neratio: vt etiam corrũpatur s̃m se: ⁊ hoc pʒ quia in artifi-
cialibus que imitãtur naturalia nõ sit domus vniuersalis
s̃m se accepta preter particulares domos: sʒ sit hec dom᷒:
⁊ ab hoc artifice veruʒ illa que sunt tota ratio sine genera-

Tex. cõ. 53.

tione sunt et nõ sunt: qa non per se fiunt vel destruuntur: sed potius fm essentiam ingenerabilia sunt et incorruptibilia: fm esse autẽ q habẽt in integris generãtur et corrũpũtur illis generatis et corruptis: ostẽsum est enim in antehabitis: qa nullus talia generat vel facit per se: ꝑpter qđ substãtiarum sensibilium et singulariũ: nec diffinitio est vera neq demõstratio: qa omnia sensibilia habẽt materiã: cui⁹ hec est natura q per eam cõtingit ea aliquãdo esse: et aliquãdo nõ esse: dico autẽ sensibilia que qualitatibus tactus sunt determinata: et sicut in pmo celi et mundi ostẽdimus. q potentiaz habet ad nõ esse non est potẽs esse semper: et ideo oia singularia sensibilium sunt corruptibilia. Si ergo sicut in analeticis posterioribus ostẽsum est: demõstratio est necessariorum que semper sunt: diffinitio sciẽtialis que est demõstrationis principiũ: est etiã necessarioꝝ semper existentium: et hec nõ contingit eẽ et non esse: sicut nec ipsa scientia que effectus est demõstratiõis: quãdoq sciẽtia est: quãdoq ignorantia: sed potius de sic cõtingẽtibus est opinio: que est tremens vnius partis cõtradictionis habitus: ꝑpter formidinem alterius. Ita ergo cõtingentis nõ contingit esse demonstrationem nec diffinitionez: sed potius opinio est de ipso: palam igit q nunq̃ erit talium singulariũ sensibilium diffinitio: nec demõstratio: corrupta enim sciẽtiã habẽtib⁹ verum nõ sunt manifesta quãdo habentur a sensu saluatis veris eoꝝ rationibus vniuersalibus in anima: qa non propter hoc qđ in sensu accipit est sciẽtia ipoꝝ: sz per hoc q in anima est vniu'le eorũdem: igitur subarum sensibilium nõ erit demõstratio neq diffinitio vera: que est per partes q̃litatiuas sicut diximus: quapropter quãdo qs diffinit oportet illum ad tãtũ studẽtem esse: vt si diffinit singulare vt nõ ignoret vniu'le: q semper et incorruptibiliter est actu: et hoc est vniuersale: q totum est ratio. si eñi hoc ignorat nõ contingit diffinire: igit nec ideam aliquã est diffinire: est enim idea de numero singularium ex quo separata eẽ fm se ponitur vt dicunt ponentes ideas. iam enim ante diximus q vniuersalia sensibiliũ nõ possunt esse sine intellectu sensibilis materie: singularia igit sensibiliũ omnia sunt corruptibilia: et ex hoc sequit ideas esse sensibiles e corruptibiles ex quo singularia quedã esse dicũtur: e sic illa opinio destruit seipsam per hoc q separate ponit ideas sensibiliũ: hoc ẽt alio modo est necessarium: iã eniz superius diximus nomẽ vniuersalis nõ esse particularis nisi equiuoce: rõnem autẽ oẽm diffinitiuam necesse est esse ex nominib⁹ ipsam naturã vniu'lis fm seipsam nominãtibus: vnde si aliquis sic nomẽ non sciat diffinitũ erit ignotuz: qa non diffiniet per ea que per se et fm ipsum cõueniunt ei: sed dicto modo posita noia sunt cõmunia oibus sui ambitus: igit ista nomina nõ erũt singulariter existentis vnius: sed e alioꝝ eiusdem cõitatis existẽtium. et hoc est si quis te diffiniat nõ diffiniet te per nomen ꝑprium q ab indiuiduatiõe imponitur: eo q hoc non dicit id qđ vere est substãtia qua tu es id qđ es: sed diffiniet te per cõmunia tibi inherentia: sicut si dicat q tu es aial gressibile: e ponamus hoc eẽ diffinitionẽ in qua aial est genus et gressibile est differentia: aut dicat q tu es aial albuz vel aliquid huiusmodi q nõ per se distinctum sit ens: sz q in alio sit e esse dicat: patet igitur q separata singularia que sunt vt entia nõ in alio existentia: nõ sunt noia per que fiat diffinitio aliqua. Si qs autẽ ad hoc respondere volens: dicat nihil ꝓhibere: quin ea que separatim existẽtia sunt cõmunia multis simul cũ hoc huic soli inesse: et sic esse substantiam eius: et ita dicat q idee in eo q sunt separate sunt cõmunes: in eo autẽ q in istis sunt substãtie sunt singuloruz. ℭ Contra hoc primũ dicendũ: q simil'r sicut ista cõueniũt speciei: ita cõueniunt ambob⁹ illis que cõstituunt spẽm hoc est generi et differẽtie: sicut si dicamus q si homo cõis est separatus actu existens: ita erũt ista duo animal et bipes separata actu existẽtia: et etiã esse ipsa in sempiternis que esse dicũtur: et fm hoc necessariũ est: q ipsa per se existẽtia sint priora: et q sint sicut partes cõpositi que sunt priores cõposito: sz q sint sepabilia et sepata si hõ ponit eẽ separat⁹: aut eñi nihil ẽ cõiuz separatũ aut neceẽ q ambo ista separent. Si aũt nihil ẽ cõiuz separatũ: sz sp hz eẽ in alio: tũc seqt q gen⁹ nõ erit in eẽ aliq̃ pter spẽs: et hoc est falsuz. qa intellectus generis non pẽdet ex specie: intellectus autez est separati fm eos qui formas ponũt esse separatas. Si võ genus est separatũ preter species: tũc eadez ratiõe differẽtia erit separatim existens: qa ipsa magis substãtia est. hoc igit est primuz qđ sequit ex illa positione: et fm hoc differẽtia est per se: nõ in genere intellecta: et cum magis substãtia sit erit prior genere que omnia absurda sunt: deinde sequit etiaz ex dictis: eo q ista ponũtur esse priora specie: et fm hoc in seipsis saluari: qđ non cõtrario auferunt: nõ enim seqtur fm hoc si genus nõ est differẽtia nõ est: nec sequit q si nulla differentiarũ est gen⁹ nõ esse: qa ponunt illa diuisim habere esse adinuicez. Sequit etiã ista nõ declarare seinuicẽ: qa fm hec differentia nõ distinguit genus: nec determinat ipz: qa fm hec rõnabilitas nihil est animalitatis: cuz dicit animal rõnale. ℭ Amplius si fm dicta ex spẽbus compositis sunt idee: per resolutiõez compositi in cõponentia: ex quo eñi separata simplicia magis sunt et verius sunt q̃ cõposita fm inductam opinionez: tunc etiaz in separatis magis et verius sunt ea que sunt incõposita et simplicia istis: ex qbus sunt per resolutionem: et hec sunt cõposita. ℭ Amplius etiã illa simplicia ex qb⁹ composita est speciei idea: sicut genus et differẽtia separata egebunt etiã predicari in multis: cum sint vniu'lia sicut aial: et bipes: qa si daretur q non predicãtur in multis nõ cognosceret q essent vniuersalia. ℭ Si autẽ in multis predicantur: cum separata sunt abinuicẽ: predicabit animal in multis: cum sit tamẽ singulare separatum ens ea de quib⁹ ꝑdicatur erunt animalia: nulla differentia vel specie aialis distincta: et idẽ sequitur de differentia: idea eniz est quedam separata idea: quã impossibile est ꝑdicari. Et ideo nec de multis predicatur nec de vno: cũ non dicat alicuius esse: sz ens distinctũ fm seipsum: et hoc nõ videt esse consonũ veritati: qa omnis idea participabilis eẽ a subiecto aliquo ponit. Et idẽ ex ista opione opposita: et seipsa ðstruẽtia sequit.

Celi t.c. 134. a infra.

Tex. cõ. 54.

Tex. cõ. 55.

ℭ Cap. 5m. De causis erroris ponentium ideas etc.

Tex. cõ. 55.

Dicitur quẽadmodum paulo ante diximus ponens hanc positionem obliuiscitur non attendens q in sempiternis singulariter existentibus impossibile est diffinire: qa singulare non diffinit nec diffinit: siue sit sempiternũ siue nõ. Talia autez sunt quecũq sunt fz suas species vnica in vnico indiuiduo existẽtia vt sol et luna que si diffiniũtur non diffiniuntur vt indiuidua: sed vt vniu'lia eo q aialia sunt vniu'lia: vnicũ vel nullum indiuiduũ sub se habẽtia: sicut diximus in qnto huius sapientie libro: isti enim nõ solũ peccãt diffiniẽdo in hoc: q talia ponũt in diffinitione quibus ablatis nõ ꝑpter hoc auferetur diffinitum: sed ẽt peccant in hoc q diffiniunt per singularia: que vniu'lia esse non possunt: qa si forma simplex sit singularis ista nunq̃ potest eẽ vniuersalis: et hoc mõ dicunt de ideis q quelibet est singularis separata: putabãt enim cõmunionez nõ fieri nisi per actum nature: quo simile propagat a simili per generationem quãdam: et ideo in multis talibus inuenitur forma vna: sed in his que non generantur dicebant esse singularitatem solam non attendentes q omnis forma de se cõmunicabilis est: et q etiam nomẽ indiuidui a formis cõicabilibus imponit: sed principium indiuiduationis in ipso est materia. Sicut igitur diximus dupliciter peccabãt diffiniendo: qa. vz. in diffinitione ponebant ea quibus ablatis nõ auferetur diffinitum: et quia per singularia diffiniebant: vñ solem sicut singulare qđdã diffinientes dixerũt sol est astrũ perigeon aut moxephes: hoc est per inferius terre vadens aut latens nocte: et hec diffinitio nulla est: qr siue sol stet sub terra latens: siue appareat non minus est sol: id qđ est per substãtiam suam et formaz: et absurdum est si diceret nõ eẽ quando latet: et q omni die creetur sol nouus: quia sol dicit substantiam quãdam vt diximus que non auferetur ex hoc q latet vel apparet: ista igitur vna fuit eis causa erroris ℭ Amplius quecũq fm potestatem sue forme contingunt esse in pluribus illa non sunt singularia solũ. Si enim ponamus solem aliũ esse diuersum ab isto: talis erit fm formam qualis est iste: palam igitur quia ille etiam sol erit: et sic sol de istis predicabitur vniuoce: igitur quantum ad potestatem forme solis de sole est cõmunis ratio: hec igit sicut diximus est secũda causa erroris: qa fm istos sol est de singularibus: sicut clion aut socrates: quoniam si non sunt

idee singulares:tūc queramus ab eis:quare nullus tñ auferet idee:ꝙ neqꝫ habeat naturam quādam cōmunem diffinibilem:si enim hoc fieret ab aliquo ipsoꝝ profecto manifestum fieret ei ꝙ hoc est veruꝫ qđ nunc a nobis dictuꝫ est: ꝙ.vꝫ.singulare vt singulare nō est diffinibile. ℂAdhuc autem alia causa fuit eis erroris:qa non discernere sciuerunt inter ea que cōcepta sunt cum materia:ꝛ non intelliguntur sine ea:ꝛ inter ea que cuꝫ materia concepta non sunt:manifestum est eni ꝙ substātiarum que estimantur esse separate plurime sunt potestate:ꝛ educūtur de materia concepte cum ipsa:nec diffiniūtur sine itellectu materie:sicut est animal ꝛ ipse aialium partes:quarum nulla habet ratione separataꝫ:sed potius separate ab eis:quoꝝ sunt partes ꝛ nomen amittunt ꝛ rationem:nisi dicantur equiuoce:ꝛ quando separantur nō remanet nisi materia:in quaꝫ resoluūtur que est sicut terra ꝛ ignis ꝛ aer:nihil eniꝫ istorum est vnum in se distinctum ꝛ separatuꝫ:sed vt coacervatio sunt:sine cōposita cum suis totis integris:ꝛ ideo nec nomen habent in generatione:nec esse separatum aliqđ ꝙ in potentia existētia anteqꝫ manifestantur educta ad actum:ꝛ fiat per generationem aliquid ex eis vnum per formaꝫ cum materia cōceptam:ꝛ non esse separatum habētem. maxime autem fit causa erroris:si quis suscipiat per considerationem partes quorūdam animatorum:ꝛ ea que sunt anime ꝛ talium animatorum partium:ꝛ qđ cōsideret ꝙ ambe partes diuise ꝓpinque sūt entes ꝛ potestate endelechia sine actu:ꝛ hoc est sicut in scientia animaliū determinauimus:ꝙ ea que sunt similium partium:ꝛ viscosi humoris quādo sunt viuū actu ꝛ motiuum potestate sunt duo ꝛ sūt actu duo:quando diuidūtur:ꝛ tunc vtraqꝫ pars viuit ꝛ mouetur.ꝛ putabant isti ꝙ non viuerēt partes anima cōiuncta corpori cum corpore inciso destruatur talis anima:sed ꝙ viuerent ꝛ mouerētur anima separata:que est numerans seipsum mouēs:quia dicebant ꝙ partes diuise ab aliquo habeant principia sui motus:ꝛ hoc est maxime in animalibus curuis: siue rugosis: hac enim de causa quedam animalia diuisa viuūt: horum autē causa a nobis in sciētia aialium sufficienter determinata est:attamē quātum ad presentem sufficit intētionem est:ꝙ hec omnia ꝙ potestate sunt diuisa:quādo etiaꝫ ipm animal est vnum natura ꝛ cōtinuitate sm actuꝫ:ꝛ ideo separata anima nō est eis causa vite ꝛ motus quādo diuidūtur. In copulatiōe tamē quando colliguntur partes diuise non conualescunt:qa talis diuisio est eis lesio organoruꝫ in quibus sunt opera vite:que sunt cibū accipere ꝛ digerere ꝛ huiusmodi:ꝛ cū in omni aiali mot⁹ ꝛ sensus fiunt ex vno et referatur ad vnum:talis ordo ad vnum leditur in diuisione. Has igitur sui erroris causas acceperunt.

ℂCap.6^m. Q: ens ꝛ vnum ꝛ principium ꝛ causa ꝛ elementū non sunt substantie existentium.

Tex.cō.56.

Tex.cō.57.

Quoniam vo vnum dicit esse ens:ꝛ substātia vnius vna est eorum: quoꝝ substātia formalis est vna numero:que cū concepta materia constituit ens:sicut pꝫ ex predictis.palā est:qr nec vnum nec ens vniuersalissima prima contingit eē substātiam cōstituentiū reruꝫ in eē:sicut etiā hoc ipso ꝙ dico elementū principiū ꝛ vniuslia sunt substātie rerū:ꝛ huius signū est qa reddito noīe cōi de principio substātie existētiū querimus adhuc: qđ sit principiuꝫ rerū determinatū:vt trāsferamus ad notius determinatū ꝛ particulatū:ꝛ hoc hñtes quiescimus scientes hoc eē principiū:tamen eorū que sunt subē ꝓprie designate magis est principiū ens ꝛ vnū:que indistincta sunt ab ipsis formis earū qꝫ principiū ꝛ causa ꝛ elementū que dicunt quasdā cōditiones cōsequentes vel accidētales eis:ꝛ cū ens ꝛ vnū vniuersalia nō sint sensibiliū principia:multo minus eorū sunt principia principiū:ꝛ causa ꝛ elementū:nihil eniꝫ cōmuniū sm esse cōis est substātia sensibiliū:ꝛ hec causa est:qa substātia nulli inest nisi sibi ipsi:hoc nō nihil dicit nisi ad se absolute:ꝛ inest hñti eam composito:dico autē subam eā:que est causa esse que est forma. ℂAmplius cū vnum multipliciter dicatur:non potest esse ꝙ simul sm multiplicitatē illā totā sit in vno:cuius dicitur eē substātia. Cōstat aūt ꝙ vnū cōmune multipliciter dicitū est cōe:igitur subē non est:propter qđ manifestum est ex dictis ꝙ nullū vniuslē separatum existit pter singularia sm eē singulariū predicatuꝫ de eis.

ℂCap.7^m. In quo recte ꝛ in quo non recte dixerunt ponentes formas.

Tex.cō.58.

Ponentes ideas ꝛ hoc nō recte dixerunt ꝙ vnā nuō substantiā posuerūt p ēētiā i multis eē spē.

Illi tñ qui ponūt species esse separatas:vno quidem mō dicūt recte:ꝛ alio nō dicunt nō recte. In hoc eni dicūt recte:ꝙ quādo cōsenserūt ꝙ sunt subē per se existētes ꝙ separarūt eas: qa tales substātie habēt esse separatū:sed in hoc nō recte dicūt ꝙ dixerunt vnā separatā numero substantiā per essentiā in multis eē specie:non eni potest vnū nūero eē per eētiā in multis nūero. ℂCām vo hui⁹ positionis acceperūt:qa ꝓpter ignorantiā suam nō hñt reddere que sunt incorruptibiles substātie ꝛ forme que sunt pter singulares ꝛ sensibiles:hac eni de causa ideas dicūt eē easdē specie cum corruptibilib⁹:qa sicut dicunt istas corruptibiles scimus quādo per se hoiem separatum ꝛ per se equū separatū addimus sensibilib⁹:sm idem verbū siue nomē ꝛ rōnē:sicut exemplar ꝛ imago sunt eiusdē nois ꝛ rōnis:ꝛ sciē imago per tropicū eius:qui est exemplar:huius aūt dicunt esse signū:qa qñis sensu visus non percipimus astra:tamē existimo nullū dubitare ꝙ non ꝓpter hoc min⁹ existūt astra eiusdem substātie per quas nūc iocūdamur in pulchritudine celi cōtemplata. ℂA simili ergo qñuis nūc non haberemus ista que sunt sensibilia:tñ forsan esset necessariū eē ista sm incorruptibilē subam qua sciūtur ꝛ sunt apud itellectū: sed ratione eadē cōtra eos possumus vti. ℂSi eni illa sensibilia non hñt esse per intelligibilia separata quibus sciunt: que quidē nō separata sunt nisi in intellectu:ꝛ cū in intellectu nō sint separata nō sunt:ꝛ cū separata nō sunt:tunc simpliciter nō sunt:sicut isti dicūt a primo arguendo sequit ad vltimū:ꝙ si intellecta nō sunt:qđ simplr nō sunt:ꝛ sic entia non sunt in natura suis ꝛ principijs:sed potius ab intellectu eē accipiūt. Sꝫ cōtra hoc est:ꝙ si substantia rei per quā res est id qđ est ab itellectu ē:tūc multo magis sensibile nō est nisi quādo in sensu est:ꝛ hoc absurdū est qa astra sūt qñuis nō videant:ꝛ similr sensibilia alia qñuis nō sentiantur. ℂHāc eni opionē supra in tertio hui⁹ sapiētie libro destruximus:ꝛ ostēdimus ens nō relatiue dici ad itellectū vel sensuꝫ:sꝫ poti⁹ ecōuerso:isti tñ maxie innitebant isti rōni quam paulo ante diximus:ꝙ.vꝫ.sīle fit a sīli:ꝛ pp hoc ꝑmū simile opꝫ eē ꝑmū gñans nō gñatuꝫ:ꝛ qa est nō gñatū est etiā icorruptū:ꝛ sic ē sempiternū:vñ dixerūt illas eē veras formas: sensibilia aūt dixerūt nō hīe formas sed formaꝝ imagines. ℂEx oib⁹ igit iductis manifestū est ꝙ nihil vniuslū sm eē vniuslis est suba:ꝛ ꝙ nō est aliqͣ suba ex non substātijs:ꝛ idō nō est ex vniuslibus. Plato aūt ꝛ qdam Pithagoricoꝝ:qa vniuslia dicebāt esse pncipia ꝛ subarū singulariuꝫ:ꝛ scientie dicebāt illa semꝑ esse in intellectu agēte ꝛ possibili:ꝛ idō discere sm ipsos nō est nisi imemores recordari. ℂCū autē hoc ostēsum sit vniuslia nō esse subam:sed eē subale abstractū a rebus:sequit intelligibilia semper fieri in aīa:ꝛ sic possibilis intellect⁹ fit itellect⁹ in effectu:ꝛ hoc est nō recordari imemores:sꝫ de nouo sciaꝫ accipere. Qualr autem intellect⁹ agēs semꝑ agat ꝛ itelligat:alibi a nobis determinatū est.

ℂCap.8^m. De intellectu quidditatis ꝛ substātie vera determinatiōe per questionē quare:siue propter quid.

Tex.cō.59.

Modū⁹ aūt istis opionib⁹ iprobatis faciemus aliō initi⁹ inqsitiōis ꝑn^m:ꝛ sm vitatez Peripatetice opionis dicem⁹:ꝛ qđ ꝛ qle qđ opꝫ dicere subaꝫ que est qđditas:quā supi⁹ eē subaꝫ diximus sensibiliū ꝛ singulariū. forsan eni ex qđditatib⁹ sensibiliū subaꝝ:palā erit ēt ꝺ illa substātia q̄ sꝫ eē separata ē a sensibilib⁹ substijs:q̄ ē forma p⁹ ꝛ ois sube cā p⁹ ꝛ vera quā nos in sequētib⁹ ostdem⁹ eē lumē itellectuū agētiū sepatoꝝ:cui⁹ et in ꝑbabilis iā aliqͣ mētionē fecim⁹. Incipiam⁹ igit dicētes ꝙ ꝓ certo subē sēsibil cōposite q̄ hoc aliqđ ē:aliqđ ē ꝑn^m:ꝛ qđā cā que ē qđditas ipsi⁹:ꝛ licꝫ hāc supi⁹ ostdim⁹ p diffōnē:tñ adhuc vt certior sit doctrina: manifestabimus eādē p nāle de qlibet re qōnē:ꝛ hec ambe manifestatiōes sūt logice:hinc igit manī^m erit tales subas hīe qdā subaꝫ ꝑn^m ꝛ cām. semp eni p qōnē q̄re q̄rit sic ꝙ i eēdit ꝑn^m ꝛ cā:q̄rit eni p q̄re sic:vt q̄rat q̄re aliō qđ ē ꝑdicatū alij ꝙ alicui qđ est subm inēt:ꝛ illō ꝑdicatū eēntiale ꝫ idꝫ qđ ē cā ē ꝛ ꝑn^m subei. ℂSi eni q̄rit per q̄re tūc q̄rit:sic si dicamus

mus ꝙ querit quare musicus homo: musicus homo est: ⁊
hoc nõ est querere quare idẽ de se dicit: sȝ potius hoc est di
ctũ querere quare hõ musicus est: aut quare est aliqd aliud
qð ꝑdicat de ipso. si aliud querit ut de hoie: nõ eni facimꝰ hic
vim aliquã: si plures iterrogatiões fiant vt vna: nõ aũt con
tingit querere qõnez quare: siue ꝓpter qd: quare penitꝰ idẽ
est idipm sibi: qꝛ illius nulla cã est vel ꝑncipium sed de vno
simplici põt queri questio qd est. In qõne eniȝ ꝓpter qd si
ue quare opȝ qõnez manifestaȝ esse qa est ⁊ ꝙ ipm hȝ esse. ⁊
hoc ideo est: qꝛ questio qa: ⁊ questio ꝓpter qd sũt circa idẽ:
qꝛ vnde inest aliqd ⁊ ꝓpter qd inest de eodez sunt. ¶ Dico
aũt explicãdo: vt si dicamus qꝛ luna patit eclipsim: ⁊ qñ hoc
manifestũ est: tũc querimus quare patit eclipsim: volentes
scire principiũ essenciale istius passionis: eiusdẽ vo qꝛ idez
vna ⁊ simplex est subiecti ratio: nec intercidit aliqua cã qua
re idem sibi insit vnde vna est ratio: ⁊ vna cã in oibꝰ talibꝰ:
vt quare homo est hõ: ⁊ quare musicus hõ est musicus hõ:
vnde in qbuscũqȝ nulla est diuersitas inter ꝑdicatũ ⁊ subm
nõ põt queri ꝓpter qd siue quare: ⁊ hoc est in primo simpli
ci qð idẽ penitꝰ est cũ omni eo ꝙ hȝ. Forte aũt aliqs ad ista
instãdo dicet ꝙ singulũ eoꝝ que sunt idiuisibile est siue indi
uisum ad seipm. ¶ Indiuisum aũt est vnũ ⁊ idez esse sm ea
que in qnto determinata sunt: ⁊ sic de nullo pt fieri questio
p quare siue ꝓpter qd. Sed ad hoc rñdemꝰ: ꝙ qñuis quod
libet existẽtiaȝ sit in se vnũ sm numeꝝ ⁊ subm: tñ est aliquid
cõe de oibus ꝑdicatũ: ⁊ hoc est sm veritatẽ ꝯueniẽs eis. ⁊ de
hoc põt queri p q̃re qꝛ hoc iã inest subiecto. ¶ Queret aũt ẽt
nõ modo de accidẽte ꝙ inest subiecto: sȝ ẽt de forma substã
tiali: ⁊ recte querit querẽs quare hõ est aial tale: sȝ eniȝ iam
dudũ diximus: ꝙ in talibꝰ que sunt in pmo mõ dicẽdi per
se predicatũ p intellectũ nõ possit separi a subiecto: ⁊ iõ nõ in
tercidat cã p quã tale ꝑdicatũ de subiecto possit demonstra
ri: tñ qꝛ cũ dicit de subiecto diuersis modis põt dici de ipo.
Hoc aũt planũ ẽ ex hoc: ꝙ cũ talia sint subiecta qualia pmi
serint ꝑdicata: cũ dicit hõ est aial stat hõ pro aĩa multiplica
ta p indiuiduas: qꝛ illis ꝯuenit eẽ aial: ⁊ quo ad hoc actu aial
includit p intellectũ in hoie: tñ qꝛ bene dicitur hõ est aial: ⁊
homo est rõnale: sȝ nõ bene dicat sic. homo est aial ⁊ rõnale:
⁊ ideo significat aial potẽtia esse sine rõnali: ⁊ hoc modo di
uersum est ab hoie. ⁊ quo ad ambituȝ huius potẽtie querit
cũ dicitur: quare homo est aial: ⁊ ambitus huiꝰ potẽtie im
pedit cõuersionẽ ꝯtrarie: cũ dicit. si hõ est aial est ⁊ nõ ꝯuerti
tur: hoc aũt qð est idẽ de se penitus nõ querit. ⁊ hoc palã est
ex dictis: vnde aial nõ est oino homini idẽ: iaȝ eniȝ nõ que
ritur quare illud existit. ¶ In oibus aũt in qbꝰ quare que
ritur opȝ eẽ manifestũ qꝛ existunt ⁊ sunt: nã si hoc nõ sit ita:
tũc penitus nihil querit quare sit sicut querimus: quare est
tonitruũ relinquẽtes esse manifestuȝ qꝛ est sonitus in nubi
bus: nisi enim hũc eẽ sciremus: nõ quereremus ꝑncipium ⁊
cãm huius soni: sic enim semp aliud de alio est questũ. ¶ Cũ
querit quare hoc est: sicut cũ querimus dicentes: quare ce
mentũ ⁊ lapides sunt domus: palam enim est qꝛ sic querẽs
querit ꝑncipiũ ⁊ cãm que est ipsa qdditas domus sic ex mã
facte: huius aũt cã quã querit est qd erat esse domus in illa
mã: sic enim logice loquẽdo declarat quidditas: in qbusdã
aũt per ꝓpter qd ⁊ quare querit ꝑncipiũ ꝙ est cuius causa:
⁊ hoc est finis vt forsan in domo aut scãno in quibꝰ determi
natus attendit finis vltimus: sicut iam dudũ determinatũ
est in libris antehabitis: in qbusdã vo hac eadẽ qõne queri
tur qd mouit primũ ꝙ est causa mouẽs: hec enim ẽt est vna
de nũero causaꝝ ꝓpter quã ẽt res sit. Sed cã moueas in sie
ri querit ⁊ corrũpi factoꝝ ⁊ corruptoꝝ. ¶ Altera aũt cã que
est forma ⁊ qdditas querit in esse rei cuiilibet: questũ aũt p
causam ꝓpter quid siue quare obliuiscit: ⁊ latet: maxime in
his que nõ dicunt sm nature diuersitatẽ adinuicẽ: ⁊ hoc est
in substãtijs sm primũ modũ dicẽdi per se dictis: vel idem
cõpositũ de se dicit ac si ipm penitus est simplr: ⁊ hec causa
est simpliciter dici talia: qꝛ nõ ita deprehendit diuersitas in
his que vnius nature sunt: sicut in his que sunt nature di
uerse: qꝛ ea que vnius nature sunt ꝑdicata ⁊ subiecta sunt
idem actu ⁊ duo potẽtia: ⁊ ideo sm ꝙ sunt idẽ ꝑdicatũ non
ponit in numerũ cũ subiecto. In subiecto ẽt ⁊ accidẽte sunt
duo actu: qꝛ subiectũ ponit in numerũ cũ ꝑdicato: ⁊ ideo in
his minus latet: ⁊ hmõi obliuio est: sicut cum hõ qd est hoc

quãdo per quare queritur de quidditate hois: ⁊ nõ querit
dissimile quare homo est hoc: aut hoc qð vt diuersuȝ predi
catur de ipso: sed in talibꝰ opȝ nos querere tangẽtes qõnez
ostendẽdo aliquã sm potentiã predicari ad subiectũ diuer
sitatẽ. Si aũt ad subiectũ aliqð nihil sit cõe sicut est in pmis
simplicibꝰ: tunc nihil est querere: cũ quedã sic p quare que
runt: qꝛ illa sunt simplicia ⁊ cãm nõ habẽt: qñ sm dicta opȝ Tex.cõ.60.
talia subiecta habere aliqd essentiale cõmune ⁊ existere sm
esse illa. ¶ Palã: qꝛ querẽs per quare querit mãm ⁊ naturã
huius ꝙ existit sic sm mãm: sicut queramus dicẽtes: quare
est hec domus: dicemus rñdẽtes mãm dicendo qꝛ hec exi
stunt ex qbus est: ⁊ sic quid erat esse domũ materie adiungi
mus. Et si queramus quare est hic homo. Dicemus mãȝ
cũ forma: qꝛ ex tali corpore talis figure ⁊ talis cõplexionis:
per quare igit querit cause materie per quã est in actu. hu
ius est aũt spẽs siue forma cui inest esse quid: ⁊ hec species
⁊ forma est ipsa rei substantia. ¶ Ex dictis antẽ palã est: qꝛ
in vere simplicibus ⁊ primis nõ est aliqua questio per qua
re nec doctrina demõstrationis est in talibus: sed diuersus
est modus questionis talium.

¶ Cap. 9m. De ꝓbatione ꝙ in omni cõposito aliquid est for
ma substantialis preter componentia.

Unc aũt in fine huius disputationis de substã Tex.cõ.60.
tia que est qdditas dicimus: ꝙ oẽ qð est cõpo
situȝ ex aliquo: si vere cõponit sic cõponit vt oẽ
fiat vnũ ita ꝙ vere sit vnũ: in qnto aũt dedimꝰ
differẽtiaȝ inter totũ ⁊ omne: hoc aũt loqmur 5° met. tc. c. 31
de vnitate vniuersi que magis est forme ⁊ qli
tatis q̃ quãtitatis: vnitas aũt qua cõpositũ ꝙ natura cõpo
nit sit vnũ nõ est vnitas coacervationis: sicut est in acervo
granoꝝ ⁊ lapidũ: sed est vera vnitas qua qdditas: ⁊ ipm ꝙ
quid dicit est vnũ ⁊ nõ multa: sicut superius in hoc eodẽ li.
est ostẽsuȝ. Hec aũt vnitas est sicut syllaba est vna vl dictio
vna que cõponit ex duobꝰ sonis: ⁊ syllaba qdẽ nõ est ipsa ele
mẽta mãlia in ea: sicut eniȝ dicã ba. syllaba ipsa nõ est idipȝ
b. ⁊ idipm a. nec caro est ignis ⁊ terra que sunt mã ipsius: qꝛ
cũ illa sint multa actu: nõ est vnũ ab illis: sed ab aliqua vni
tate que est alia ab ipsis. ¶ Huius aũt signũ est: qꝛ dissolu
ta syllaba ⁊ carne sunt ⁊ manẽt illa ex quibꝰ sunt: ⁊ cũ sic ma
nent nõ sunt in actu caro: ⁊ in actu syllaba: si aũt syllaba ⁊ ca
ro nihil eẽt ꝑter ea: oporteret etiã ꝙ post dissolutionẽ factaȝ
in ista essent caro ⁊ syllaba: cõiunctio enim ⁊ separatio isto
rũ nõ inducit eẽntie varietatẽ: ⁊ si ista essent syllaba ⁊ caro
cõiuncta etiã post dissolutionẽ eẽnt idẽ: sicut pȝ in acervo la
pidũ qui post separationẽ est lapides: sicut in ipsa coacerva
tione: eo ꝙ acervus nõ dicit aliã vnitatẽ collectiuã: ⁊ nos de
illa nõ loqmur: sed de vnitate nature qua vere est vnũ cõpo
situ: multi tñ qui formã nihil eẽt dixerũt vnitatẽ nature nõ
dixerũt esse nisi coacervationis. ¶ Dicimus igit ꝙ illa ad
que sit resolutio cõpositi sũt elementa: vt ignis ⁊ terra: opȝ
igit ꝙ aliqd sit syllaba: nõ solũ elemẽta cõposita vocale ⁊ cõ
sonans: sed diuersum ab illis: ꝙ est ratio ⁊ forma cõpositi.
⁊ similiter caro nõ est solũ terra ⁊ ignis aut calidũ ⁊ frigidũ
alterata ab excellentijs ad mediũ: sed est diuersuȝ ꝙ est qd
⁊ spẽi eius sm ꝙ ipsa est caro sm actũ: sȝ eniȝ mixta alteren
tur adinuicẽ: ⁊ ad mediũ veniant: tñ ex hoc nõ hñt formas
substãtiales: qꝛ forme substãtiales nõ miscent cũ sint simpli
ces: sed ipsa mixtio sm rationẽ sue ꝓportionis qua misceat
forma que est actus materie efficiunt ꝓpriaȝ subm: sed tñ
ipsa mixtio nõ est forma subalis: cũ eniȝ ois mixtio que sm
ꝓportionẽ est: ⁊ ꝑcipue sm ꝓportionẽ geometrice medieta
tis sit ad aliqd: ⁊ illud ad qð ẽ siue ꝓpter qð nõ sit aliq̃ pars
materialis mixtoꝝ: qꝛ aliter eẽt idem ꝓpter seipm oportet
ꝙ mixtio corpoꝝ nãlium sit ꝓpter aliquid ⁊ hoc est forma.
¶ Amplius aliqd est ꝙ vnit mixta: ⁊ si quis dicat ꝙ hoc ẽ actꝰ
medij hoc esse nõ põt: qꝛ ille non est nisi alterationis extre
moꝝ: sm ꝙ mediũ est: nos aũt inferius ostendemus: ꝙ for
ma substãtialis accidẽs nõ est. Si aũt quis dicat: ꝙ mediũ
est qð educit de extremoꝝ mixtiõe quasi de potẽtia ad actũ
⁊ nõ est de natura extremoꝝ: ⁊ ex hoc sequit nostra intẽtio:
ꝙ. vȝ. forma specialis que nullũ mixtoꝝ ẽ: nec omnia simul
sic educta de potẽtia vel substãtia ad actũ ⁊ sit vnitas cõpo
siti nãlis: qꝛ sicut in antehabitis diximus hoc est in potẽtia
in materia prima: ⁊ designatio illius potẽtie est genus pro

rimū: ⁊ in potētia remota est in mā remota: ⁊ designatio illius potētie est gen⁹ remotū: ⁊ sic semp egredit᷑ act⁹ de potētia: eo ꝙ oēs differētie in ambitu alicui⁹ generis ꝯtinent᷑: ⁊ educunt᷑ de illo: ⁊ iō cū ꝓducunt᷑ in eē res nō fit forma ex nihilo: ⁊ cū resoluunt᷑ entia nō cedit forma in nō esse. ¶ Hec aūt forma generis que ī choatio formaꝝ est īrriſecū mouēs est ad gñationē nālez qñ excitat᷑ ⁊ ꝯualescere icipit p motuz efficiētis q est in actu pfecto. ¶ Ex dictis igit᷑ ꝯstat: ꝙ oē cōpositū est qd aliud a suis componētib⁹: hoc aūt quid aliud a cōponētib⁹ elemētis forte diceret aliqs esse aut elemētuz aut ex elemētis. ⁊ sic subaz cōpositi nō eē nisi mām: hoc aūt sic iprobat᷑: si enim hoc est elemētū iteꝝ eadē ratio est de isto sicut de alijs: q₂. v₃. caro in hoc ⁊ alia resoluit᷑: ⁊ sunt non caro: ex his aūt que sunt non caro non fit caro nisi aliquo alio addito: ꝙ facit carnē esse carnē: igit᷑ opꝫ illis iteꝝ addi. addatur igit᷑ tertiū elemētū illis: hoc iteꝝ post resolutionem ⁊ ante gñationē carnis sunt nō caro: iteꝝ igit᷑ nō fit ex illis caro: nisi aliquo alio addito: ⁊ tūc iteꝝ quero si hoc sit elm̄tū: ⁊ hoc modo ꝓcedā ināfinitū addēdo: ex hoc enim ⁊ igne ⁊ terra ⁊ alijs oībus elemētis: ⁊ amp. alio ꝙ est preter ea additū eis caro: erit ergo illud sic ꝓcedēdo vadit in īfinitū: ⁊ si dicatur ꝙ est ex elemētis illud additū: tunc nō est ex vno elemēto: sed ex plurib⁹: nihil enim est ex vno cōpositū: hoc igit᷑ aut illud idē erit cōpositū ex elemētis: ex eo ꝙ ex ipso sit cōposito ex elemētis cōponit᷑: aut erit aliud: ⁊ postq̄ ipm est per compositionē: tūc cū elemētis cōponit aliud qđ est ex ipso: ⁊ quocunqꝫ hoꝝ duoꝝ modoꝝ dicat᷑ in ipso eandē diximus rōnez quā diximus de carne ⁊ syllaba: hoc enim resoluit᷑ in componētia que sunt nō illud igit᷑ non fit ex ipsis nisi quodā addito: ⁊ sic idē sequit᷑ ꝙ primo. Si aūt qs dicat ꝙ dato ꝙ cōpositū est ex forma ⁊ materialib⁹: idez sequit᷑ sic: sit enim cōpositū ex. a. ⁊. b. ⁊. c. materialib⁹ ⁊. d. sicut forma: ⁊ sit cōpositū totuz. e. dico igit᷑. e. totū cōpositū est ex. a. b. c. ⁊. d. ergo resoluit᷑ in illa: illa aūt nō sunt. e. ergo. e. nō fit ex illis nisi aliquo addito sit illud. f. ¶ Iteꝝ ꝓcedo sicut prius. e. enim resoluit᷑ in. a. b. c. d. f. que nec oīa nec singula sunt. e. E. igit᷑ non fit ex ipsis nisi aliquo addito: ⁊ hoc ꝓcedit in īfinitū sicut prius: videt᷑ igit᷑ nō ꝯcludere ratio īducta. ¶ Ad hec āt rn̄dētes dicimus ꝙ ratio īducta de necessitate ꝯcludit: sꝫ cū additū sit elemētis forma dans eē cōpositū nō resoluit᷑ in formā ⁊ mālia manentia: q₂ forma nō manet nisi ꝯm potētiā sicut dixim⁹ ante: ⁊ iō postea ex ipsa ⁊ illis mālib⁹ ⁊ alio addito nō fit vnū sed potius formā de mā educit generās: ⁊ ipsa dat eē ⁊ nomē composito: ⁊ est quidditas ipsius: vnde hoc additū elemētis videtur esse elemētū: ⁊ cā quare hec est caro: ⁊ hec syllaba. Dico aūt elemētū non māle sed itrinsecū ꝯstituēs ⁊ sic hoc additū est totū ipsius esse: q₂ post subā eē non nisi mā est: que nihil est de esse: sꝫ esse quoddā ā sit in ipsa sicut ante dixim⁹ de causa ⁊ substātia carnis ⁊ syllabe: ita est ī oībus alijs ex materia ⁊ forma cōpositis: siue vocent᷑ simplicia sicut elemēta: siue vocent᷑ composita sicut materialis ⁊ plante ⁊ animalia. forma enim materie addita substātia est singuloꝝ: hec enim forma est prima ⁊ proxima causa ipsius eē quo vnūquodqꝫ est id qđ est: esse enim ꝓprius est actus ipsius.

¶ Cap. 10ᵐ. De natura formaꝝ accidentaliuz: ⁊ qualiter distinguuntur a forma substantiali.

Tex. cō. 60.

Quomodo vero quedā forme que etiam addite sunt elemētis in cōposito nō sunt sube: eo ꝙ nō dant eē simplr̄: sed potius causant᷑ a subiecto in quo sūt: sic forme accidentales. ¶ Opꝫ ꝙ quecūqꝫ forme que sunt substātie reꝝ sint sube ꝯm ipsam rei nām: ⁊ ipsa forma rei cōstitute nā est ꝓpria ⁊ cū nā ꝯstiterit ꝯm actuz ꝯstituta: tunc manifestabit᷑ qb⁹ accidentib⁹ ipsa nō est substās substātia: vt subm cui⁹ esse qđdā est forma accidētalis: sicut in pncipio huius septimi dictū est. Ab ipsa enim substātia cōposita per formā nāz continētē ⁊ terminātē fluunt virtutes in mā: ⁊ ab ipsis causant᷑ forme accidētales in cōposito. Et ideo quedā istarum formaꝝ sequunt᷑ formā: sicut potētie nāles. qdā aūt sequuntur mām: sicut nāles ipotētie. ⁊ quedā causant᷑ a passionib⁹ vel actionib⁹ subiecti sic ꝯstituti. ¶ Oēs autez tales forme sunt esse ꝯstātes: ⁊ non hñt qdditates absolutas a substātia: ⁊ ideo etiā non hñt absolutā a substātia diffinitionē: ⁊ hui⁹ cām iam in antehabitis diximus: q₂. v₃. vnūqđqꝫ diffinitur per se constituēs in esse principioꝝ. Et ideo cū hui⁹ forme in esse ꝯstituant᷑ p substātiā: opꝫ ꝙ etiā p substātiā diffiniantur: ⁊ ideo ēt absolute eēntie nō sunt: quaꝝ actus sit eē: sed potius ab eē dicunt᷑ eētie: si nomē essentie eis attribuatur iproprie. forma aūt substātialis: que vere substantia est non ꝓprie dicit᷑ elm̄tū sed pn̄ᵐ: ⁊ cā ꝓprie vocat᷑ eo ꝙ ipsa totius esse est cā ⁊ pncipiū ⁊ aliquo mō finis: elm̄tū vero est māle pncipiū ꝓprie loquēdo: in qđ diuidit᷑ ⁊ resoluit᷑ id qđ ex materialibus cōpositū est sicut in mām manentē ⁊ incorruptā: sicut syllaba ba. resoluit᷑ in sonans ⁊ ꝯsonās. a. ⁊. b. forma aūt non est in qđ resoluit᷑ compositū ex mā ⁊ forma: q₂ forma nō manet: sed sicut generat᷑ per accidens. ita etiā corrumpitur per accidēs in potētiā mae: ex qua educit᷑ per generationē: sic igitur demōstratur ꝙ forma est preter mām aliquid additum composito: ꝙ multi negauerunt.

Fo᷑a subalis nō ꝓprie elm̄tū sed pn̄ᵐ di. vide. 5. meta. cōmen. 4.

¶ Incipit prime phie liber. viij. que ē de substātia: ꝯm ꝙ ipsa est forma ⁊ act⁹ ⁊ natura.

¶ Tractat⁹ prim⁹ ei⁹ est de manifestatiōe ꝙ mā est suba: ⁊ ꝙ foꝛa est talis substātia.

¶ Cap. pᵐ. Que sit libri intentio ⁊ quis modus in ipso.

Tex. cō. pmū.

Ex eis que dicta sūt de substātia ad quā refert᷑ diffinitio syllogizare opꝫ ⁊ colligere de suba ꝯm ꝙ ipsa est forma ⁊ actus ⁊ nā eius cui⁹ est substātia. Copulatim igit᷑ colligētes ⁊ syllogizātes ex pncipijs substātie pinductis ostēdem⁹ eādez substātiā ad quā refert᷑ diffinitio eē formā ⁊ actū ⁊ nām diffiniri: ⁊ hoc facto finē intentū attingim⁹ in sermone de substātia: hoc enim solū dicēdū remāsit de principijs substātie sicut pꝫ ex diuisione que in pn̄° septimi libri in hac eadē scia īducta est. ¶ Hec igitur nostra est intentio in hoc octauo prime phie libro. dictuz est. n. in antehabitis: q₂ in hac sapia vere entiū hoc est substātiaꝝ querunt᷑ cause ⁊ pncipia ⁊ elm̄ta q₂ sine hijs ens vere nō cognoscit᷑ cui pn̄ᵐ sit id a quo fluit res primo cui ꝯuenit vnūqđqꝫ analogū per primā ipsius rōnē ⁊ alia sunt modi ipsius liqde colligitur ꝙ siue hoc insit rei siue nō: sed modus ei⁹ sine hoc nō pōt sciri id cuius ipm est pn̄ᵐ de cā est hoc magis euidēs. cā enim est quā sequtur aliud sicut ostēsum est in primo ⁊ scđo huius sapiētie libro: ⁊ iō sine insit cā p eētiā siue nō sine ipsa nō scit᷑ id qđ querit᷑. ⁊ hoc ēt in multis ad ꝓprietatē hui⁹ sapie spectantib⁹ planū est videre: q₂ nec sinētia a prima cā ⁊ ab alijs separatis cognoscere possumus nisi illis cognitis: cū tñ nulla illaꝝ causaꝝ elemētū sit sui causati sed lumine suo constituat ipm sicut in sequētib⁹ ostēdet᷑: nec etiā accidētales forme cognoscunt᷑ sine cā sua que est substātia subiecta: cum tñ substātia subiecta nō sit elm̄tū accidētis: ⁊ in substātijs sensibilib⁹ multa causant᷑ ex celestibus: cū tñ nullū celestiū sit elemētū iferioꝝ ⁊ sic se hꝫ influētia itelligētie supra animaz ⁊ in causalitate vite ⁊ sensus ⁊ imaginatiōis ⁊ desiderij ⁊ motus que causant᷑ ab aīa in corpore: tales aūt cause querunt᷑ in hac sapiētia: ⁊ sine eis nō pōt sciri qđ querit᷑. elemētū aūt est qđ ingreditur in esse rei sicut diffinientia ingrediunt᷑ diffinitū: ⁊ constat ꝙ sine illis substātia sciri non pōt. ¶ Ex oībus igitur hijs planū est videre ꝙ volentib⁹ nobis inquirere substātiā que est actus ⁊ nā: ex talibus inquirere opꝫ.

¶ Cap. 2ᵐ. De diuersitatibus substātie que est nā rei ⁊c̄.

Substātie aūt que sunt nature reruz dupl̄r ab antiquis determinant᷑. quedā substātie cōiter cōcesse sunt ab oībus eē substātie. iō ꝙ primo substāt ⁊ in se subsistāt. Alie aūt sunt nec ideo dicte substātie q₂ substāt: sed q₂ subaz faciant esse id qđ vere est: ⁊ de illis nō est adeo manifestū ꝙ sint sube: ⁊ iō de illis qdā priuatos ⁊ proprios enunciauerūt sermōes: quidā. n. illas negauerūt esse subas que non substāt alijs entib⁹. ¶ Quidā aūt ꝯtrario rōcedūt has eē substātias: tñ qdā eoꝝ eas dixerūt esse numeros: ⁊ qdā mathematica: ⁊ qdam armoniā: ⁊ quidā separata que vocant ideas: sicut sepi⁹ in antehabitis dictū est. Ille vero sube que sube esse cōfesse sunt ab oībus sunt phice que subijciuntur motui ⁊ mutationi: vt ignis ⁊ terra ⁊ aq̄: ⁊ alia corpa simpli-

tia que fm diuersos diuersimode ponunt: ꝛ in scdo loco eõ firent esse substãtias que sunt ex his sicut sunt plãte ꝛ ptes plantaꝝ ꝛ aialia ꝛ partes aialiū tam homogenee ꝙ ethero genee: ꝛ corpora que sūt oīū finis ꝛ extremitas ꝯtinēs que nulli nituntᷓ sicut celū ꝛ partes celi. proprijs aūt ꝛ priuatis ꝛ nō cōiter ꝯfessis sermonib⁹ quidā dicūt eē substãtias ꝛ naturas reꝝ spēs ideales: ꝛ hoc iō dicūt: qꝛ etiã mathematica ꝙuis sint separata a rebus dicūt esse substãtias reꝝ: ꝛ naturas: alias aūt subas seqūtur esse substãtias ex ipsis sube rõnibus: qꝛ. vz. sunt pncipia ꝯstituētia subaȝ designatã ꝛ cõpositam sicut diffinitio qd erat esse significãs siue quidditas ꝛ subm cuius est differētie ꝛ actus. ℂ Amp. aūt fm hãc eandem rõnē genus ꝙ fm sui nãm est qd substãtie speciei magis ꝛ per prius est suba ꝙ spēs ꝛ vle magis est suba ꝙ singularia: sed hoc est aliter siue p aliã substãtie rõnē ꝙ superius inducta sit. nã enim ab eo ꝙ est primo substare suba dicta est: idiuidue aūt sube designate dicte sūt eē substãtie: qꝛ primo ꝛ principalr ꝛ maxime substãt: sed spēs ideales ꝛ mathematica: iō dicte sunt substãtie: qꝛ cū in se sepate sint cā sunt alijs ꝙ sunt ꝛ dicuntᷓ substãtie. ℂ Genus aūt ꝛ vle substantie sunt: qꝛ sunt in rõne sube qꝛ non diffinitᷓ neqꝫ diffinit nisi vle: ꝛ primū vlium diffinientiuȝ est genus ꝛ vltimū diffinitiuȝ est spēs que est totū esse singularis. Et iō in hac rõne substãtie magis est suba genus ꝙ spēs: ꝛ magis est suba vle ꝙ singulare: vli vō ꝛ generi etiã idee copulantᷓ fm eos qui ponūt ideas eē reꝝ formas ꝛ naturas: qꝛ fm eãdē que dicta est rationē videntᷓ esse substãtie. q eniȝ ponūt ideas dicūt eas esse reꝝ singularium pncipia: quia aūt sermo diffinitiuus q significat qdditatē est suba: ꝛ hec ratio designãs ipm ē diffinitio: ideo in antehabitis de diffinitio siue de suba ad quã primo ꝛ per se referᷓ diffinitio determinatū est. ℂ Adhuc autē qꝛ diffinitio nō est simplex: sed rō cõposita est: ꝛ oīs ratio talis hȝ partes. Ideo necesse est nobis ꝯsiderare de partib⁹ diffinitionis: vtrū. vz. designata oībus partibus sint substãtie ꝛ nature reꝝ vel nō: ꝛ que sint de ipsis partib⁹ diffōnis partes substãtie ꝛ que nō: ꝛ opꝫ ꝯsiderare si easdeȝ partes diffōnis diffiniri opꝫ aut nō. cū. n. substãtia que vere diffinibilis est diffinitᷓ videntᷓ partes diffōnis esse substãtie: cū aūt accidens diffinitᷓ nō videtᷓ sic esse: similr aūt ptes diffinitionis nō prime diffinibiles eē videntᷓ: prime aūt nequaꝙ. ℂ Amp. autē fm supius hec determinata: nec vle est suba in rõne vlis nec genus in rõne generis: qꝛ nature simplici que est substãtia rei accidit vle esse p hoc ꝙ est separata p itellectū: ꝛ cuidam tali nature accidit eē genus p hoc ꝙ est prima potētia ambiens dr̃ias que sūt eius ꝙlitates: sicut pꝫ ex supius determinatis: ꝛ iō de huiōi hic dimittimus cū nō queramus hic nisi subaȝ que est nã rei fm suū esse vel fm ꝙ ipsa est id qd est: de ideis vō ꝛ mathematicis: vtrū sint substãtie rerū vel nō posterius pscrutãdū erit in vltimis huius sapiētie libris duodecimo. vz. ꝛ tertiodecimo: hoc aūt auctores earū dicūt esse preter sensibiles substãtias: nūc aūt tractabimus de manifestis substantijs que ab oībus confesse sunt: ꝛ hee sunt substãtie sensibiles: nec tractabimus de eis fm ꝙ sensibiles sūt: qꝛ hoc ptinet ad physicū: sed potius tractabimus de sensibilibus fm ꝙ ipsoꝝ substãtia pendet ex substãtie pncipijs primis que sunt actus ꝛ natura sensibilium.

ℂ Cap. 3m. De substantijs que sunt vera rei natura ꝛ qualiter probatur ꝙ materia talis sit substantia.

Sed sensibiles sube sicut oēs cõfitentᷓ mãȝ quidem hñt. sicut quãdã nãm sui: hoc eniȝ ꝙ dico mãȝ hēre cū oīs mã in moto corpore cõsideretᷓ sicut in scdo hui⁹ sapie libro pbatū est: ideȝ est ꝙ mãm situalē in potētia ad vbi ꝛ formaȝ aut in potentia ad vbi hēre: ꝛ hoc est cā eius ꝙ est sensibile ꝛ sic per se est ita sensibilis suba hȝ mãm ꝛ pdicatū eius in rõne subiecti. Substãtia nã aliter qdē est mã ꝛ aliter est rō ꝛ forma quaꝝ vtraqꝫ est nã sensibilis specie designate. ℂ Dico aūt mãm in quolibet cuius ipsa mã est nã quedaȝ que nō est aliqd ens actu ꝛ pfectū ptãte vō est hoc aliquid. sicut enim in pcedentibus diximus si accipiatᷓ mã vt altera pars cõpositi nō est predicabilis de eo cuius est mã qꝛ sic est actu ens: ꝛ accipitᷓ vt ens quoddã ꝛ nō vt eē ꝓpter qd de nullo fm rectū predicabilis sed oblique: ꝛ si accipiatᷓ vt in potestate ad formã: tūc ipsa nō accipitᷓ vt ens sed vt eē: ꝛ sic dei-

Quali[ter] ꝯsideratio de sensibilib⁹ subijs i metaphysica differat a nãli de eisdē consideratiõe. vide et Cõ. 12. meta. pmo. t. 29. cõ. t. 7. met. cõ. 5. t. 9.

Tex. cõ. 2.

tatem numeroꝝ ʒ idē arum non contingit reddendo veraʒ
vnitatis cām soluere dubitationem inductā:que enīʒ dicūt
vere sunt plura:ʒ nō vnum nisi ſm quid.¶ Si autē est veꝝ
sicut nos dicimus ꝙ in diffōne lʒ plura sint:tamē in ea est:
hoc qdem sicut materia subiēs potestati ad actū:illud vō
est in ea sicut actus ʒ forma:ʒ ideo hoc qdem est potestate:
illud vō actu:tūc adeo manifesta est causa vnitatis:ꝙ etiā
quesitum non videbit habere causam dubitatiōis:ista enī
aporia siue angustia ʒ ambiguitas est eadem cū hoc si dica
mus ꝙ teres dicēs rōnem teretis siue sphere est: q̄a teres
est ea rotūdum:hoc enim nomē teres est signū diffinitiōis:
ʒ ponitur loco eius: ꝑpter qd̄ cū dicit̄ quid cause:quare sit
vnum vere rotūdum ʒ eo nullatenus videt̄ esse dubitatio:
q̄a statim videtur hoc quidē esse materia potestate sphera
siue teres:hoc autem forma actu teres exiſtēs:qd ergo cau
se est:ꝙ idē qd̄ potestate est ens est ens actu: nisi generatio
ʒ faciēs causa que sic educit ipm̄ de potestate entis ad actū
ens ꝙ non largit̄ ei aliquam diuersitatem ʒ multitudinem
aut pluralitatē:sed id qd̄ potestate est ens facit existere ſm
actum:nulla enim penitus potest esse causa diuersa que fa/
ciat potestate spherā actu esse spheram:sed vtraq̄ horum
est quid erat eē rei ʒ diffinitio:ʒ ideo diffinitio est vnum et
nō multa. ad esse enīʒ diffiniti refert̄ diffinitio ʒ non ad di/
uersas naturas materie ʒ forme:sicut nos in sb̄stantiis se/
pe declarauimus.¶ Si autē quis obiiciēdo dixerit ꝙ non
omnia sunt cōcepta cū materia:q̄a diffiniūtur mathemati/
ca que per diffinitionē separata sunt a materia:dicemus si
cut ʒ in sexto huius sapiētie libro determinatū est:ꝙ mate/
riei alia est intellectualis ʒ alia sensibilis ſm ꝓprietatem il/
lam intellectus qua intelligit cū continuo ʒ tempore:ʒ ideo
in omni rōne diffinitiua:hoc quidem mā illud vō forma:ʒ
actus ʒ mathematica lʒ nō sint concepta cū materia sensibi
li:sunt tamē concepta cū materia intellectuali sicut circulus
qui est figura superficialis:ʒ in hac rōne superficies est ma
teria intellectualis:figura vō talis est sicut perfectio ʒ actꝰ:
quecūq̄ vō non habēt mām intellectualem vel sensibilē:si/
cut ipsa substātie principia que sunt mā ʒ forma illa: ʒ sunt
vere vnū:sed non habēt aliquā cām aliam sue vnitatis : si/
cut habēt illa que sunt composita:sed seipsis sunt vnuʒ:esse
enim ipsoꝝ statim sine alio causante est vnum:sicut ēt vnū/
quodq̄ talium ens hoc ipm̄ inquātum est quale quid:siue
quale aliqd ens:sicut enīʒ materia est aliqd ʒ forma aliqd
per seipsam:ita etiā vtrūq̄ istorum est aliquid vnuʒ:ita ta/
mē ꝙ ens ʒ vnū non sunt eoꝝ genera per que sunt vnum.ʒ
hec est causa quare ens ʒ vnū non ponūtur in diffinitiōibꝰ:
vt potētia ʒ actus:q̄a dicūt aliquas naturas distinctas eiꝰ
de quo p̄dicant̄.¶ Similr̄ autē est de eo ꝙ est quid erat
esse:siue quidditas:siue forma:hoc enī per seipsaʒ statiʒ est
ens ʒ vnum:ita ꝙ ens ʒ vnū non dicūt ea ex quibus compo
nitur ꝑpter qd̄ nulli eoꝝ principiorum est aliq̄ alia a seipsis
causa per quā sint ʒ vnum sint.statim enim per seipm̄ vnū/
quodq̄ talium est ens quid ʒ vnū:nō ꝙ sit in ente ʒ vno:q̄/
si in genere diffinitiuo vt diximus:nec est in vno ente sicut
in naturis distinctis ʒ sepabilibus ab ipsis singularibꝰ quo
dicunt̄ ens ʒ vnū:q̄a ens ʒ vnū etiā per itellectū non pōt se/
parari ab aliquo.hec igit̄ vera solo est iducte dubitatiōis.

¶ Cap.5m. De errore antiquorum male soluentium indu/
ctam questionem ʒ de causa erroris.

Tex.cō.16.

PRopter hanc autē dubitationem que inducta
est diuersa valde dixerūt phi.ʒ causa diuersita
tis eoꝝ est:q̄a posuerunt partes diffōnis actu
diuersa quedā esse:ʒ similr̄ materiaʒ ʒ formā:
ʒ ideo quesiuerūt media cōiūgentia extrema:
que tamē diuersa esse supposuerunt.¶ Vide/
bat̄ enim eis ꝙ actus ʒ potentia sunt ʒ contraria mutuo se
expellentia ab eodē susceptibili:ʒ ideo dicebāt illa nō posse
coniūgi nisi aliquo medio ꝙ vtrūq̄ participat:sicut album
ʒ nigrū coniūgantur in pallido ʒ calidūʒ ʒ frigidūʒ i mixto:
ʒ hoc mediū vocabant participationem:ʒ querunt postea
que sit causa eius participatiōis:ʒ quid sit sic participare.

¶ Alij autē cāʒ vnitatis corporis ꝙ est mā ʒ anime que est
forma dicūt cōsubstātialitatem quādam:ita ꝙ suba vna cō
posita sint per mixtionē duarū substātiarū diuersarum aie
ʒ corporis sicut dixit Licofron:vnde dicit ꝙ istoꝝ duorum
actiones ʒ oppōnes sunt cōmixte sicut ʒ substantie cōmixte
sunt: ꝑpter qd̄ ēt dicit sciam non esse operationē vel specu/
lationē anime ſm se:sed operationē mixtam.ʒ dicit eaʒ eē
scientiā corporis ʒ aie:ita ꝙ anime ʒ corporis ʒ causa veri/
tatis in ea sit aīa:causa autē falsitatis sit corpus:ʒ silr̄ dixit
ꝙ itelligere est cōiūcti:ʒ ꝙ nulla opationū aut passionuʒ sit
aie ꝑpria.¶ Alij vō magis errātes cum quoꝝ errore multi
cōueniūt modernoꝝ dicūt ꝙ aīa cōiungit̄ cū corpore medi/
ante vita:ita ꝙ aīa rōnalis cum corpore cōiūgitur mediā/
te vegetabili ʒ sensibili:ʒ sensibilis cōiungit̄ cū corpore me/
diante vegetabili:ʒ vegetabilis cōiungit̄ cū corpore medi
ante spiritu vitali quē dicunt esse corpus subāle distensum
per totū corpus:ʒ maiorē cōuenientiā habere cū aīa vege/
tabili q̄ʒ corpꝰ terrestre phicū organicuʒ.¶ In oībꝰ aūt hiis
est vna ʒ eadē rō que prius:siue enī illud qd̄ dicit eē mediū
sit cōualescere qōdaʒ corporis ad vitā:aut sit cōsubstantia/
litas quedā:aut cōpositio quedā extremoꝝ:aut cōiūctio q̄/
daʒ diuersoꝝ aie ʒ corporis:siue sit forma sanitatis:aut eq̄
liter cōplexionis mediū qōdam cōtingēs aīam ʒ corpꝰ:vna
est rō que prius q̄re sit vnū ʒ nō multa:quāto enī plura sunt
que cōueniūt ad cōpōnē:tāto videt̄ minus esse vnū ʒ videt̄
magis eē multa:ʒ sic est q̄a eo eē trigonū cōpositio est eris
ʒ trigoni:ʒ albū vnū eē cōpō est supficiei ʒ albedis. Si igit̄
mediū q̄rūt cōpōnis aie ʒ corporis debēt querere medium
in oībꝰ cōpōnibus: ʒ mediū erit ſm hoc mediās iter cōposi
tionē medij sicut iter cōpōnē extremi:ʒ hoc mō mediū erit
medij:ʒ hoc ꝓcedit in isinitū.¶ Adhuc aūt iste compōnes
trigoni ʒ eris ʒ albedinis ʒ supficiei nō faciūt vere vnū:sʒ
vnū per accñs qd̄ est cōgregatū:ʒ sic adhuc redibit ꝑma qō
qualr̄ ex mā ʒ forma fiat vere vnū ʒ nō vnum cōgregatum.
¶ Causa aūt huiꝰ erroris q̄a potestatis ʒ endelechie que/
rūt vnionis rōnē:quasi vtrūq̄ istoꝝ sint differētes a reliq̄:ʒ
ꝙ vnūq̄dq̄ istoꝝ sit actu ʒ sit differētia:ex duobꝰ aūt quorū
vtrūq̄ est in actu nūq̄ͬ fit vere vnū:nec ēt intellectꝰ hoc pōt
accipere.vera autē cā vnitatis est:q̄a sicut sepe dcm̄ est mā
vltima que est ꝑma:ʒ dicit̄ a qbusdā necessitas illa inest
per subaʒ in diffōne:ʒ est idē cū forma potestatis: q̄a pote/
stas est actꝰ vltimi inchoatio vel necessitas:sʒ aliud est a for/
ma actu:si enī vtrūq̄ separatū accipiat̄ ſm actū:tūc sūt mā
ʒ forma aliud ʒ aliud. Sile igit̄ aliqd est querere que sit cā
vniꝰ ꝙ in veritate est idē prius in potētia ʒ postea in actu:ʒ
querere que sit cā q̄re cōpositū ex mā ʒ forma est vnū ʒ non
multa.vnū enī aliqd est qōlibet istoꝝ:ʒ qd̄ est ꝑmo ptāte ʒ
qd̄ est postea in actu:ʒ hoc est vnū quoq̄ mō:huiꝰ igit̄ nulla
alia cā est vt aū diximus:nisi id qd̄ est mouēs ipm̄ ex ptāte
ad actū: ʒ mouēdo ipʒ ex potētia ad actū nō largit̄ ei nouā
eēntiā aliquā.Et ideo nō facit ipʒ multa sʒ vnū in actu:est
eiʒ hoc vnū actu ʒ potētia duo si sepet̄ mā ʒ forma.¶ Que/
cūq̄ vō simplices sube nō hñt mām:ʒ sunt separate sic itel/
lectus siue intelligentie hec nō habent mām:ʒ hec nō edu/
cantur de potentia ad actum:ʒ hec simplr̄ per seipsas sunt
vnum qd tm̄ ʒ non multa:hoc enīʒ nulli nituntur materia/
li principio:sed de hijs in libro quinto queremus.

Idē Auroīs cō.15.ʒ.16. huius.

¶ Cap.6m. Et est digressio ponens rationem eoruʒ qui ma
teriam ʒ formam dicunt esse vnam essentiam:ʒ ideo diffi/
nitionem esse vnum ʒ non multa.

OPortet nos autē digressionē hic facere: ʒ sub
tiliter adhuc de dicta questione interius per/
quirere:q̄re diffinitio sit vnuʒ ʒ nō multa ʒ dif
finitum silr̄:hec enim que dicta sunt multis cā
fuerūt erroris.¶ Alij enī diuertentes a causa
diuersitatis ʒ formidātes dicere diffōnem esse
diuersa dixerunt idem in essentia esse materiam ʒ formaʒ:
ʒ ad hoc sequūtur infiniti errores.¶ Alij autē secedentes
ab hoc dixerūt totam generationē non esse nisi congrega/
tionem:ʒ nihil vere ʒ per essentiā vnā esse vnum.¶ Alij au
tem multa media querentes cōiunctionis anime ʒ corpo/
ris ʒ forme ʒ materie risibilia dixerunt de medijs ꝯiūgēti/
bus que suo mēdacio cōfinxerūt:sic enī dixit Arist.in 12°ꝑ/
me phie:fictū est oē qd̄ p̄ter rōnē ponit̄.¶ Dij aūt qui māʒ

Rõnes ponẽtiũ mãz ꝛ formã eẽ idez.

ꝛ formã vnã dicunt esse subãm ꝛ essentiaz: bno ꝓse inducũt rõnes: dicũt eni ꝙ vniuꝛ̃le ꝑdicaꝛ̃ de pluribꝰ: ꝛ ꝙ nihil ꝑdicentur nisi forma: dicitꝛ̃ aũt ꝙ mã est suba ꝛ forma est substãtia: igitꝛ̃ suba est cõe ꝑdicatũ de mã ꝛ forma. ℂ Cuz aũt nihil predicetꝛ̃ nisi forma cõis ꝛ nõ ꝑdicentũ per accñs: sʒ substãle: videbitꝛ̃ mã sʒ esse subale eẽ forma. Igitꝛ̃ mã ꝛ forma sũt idem per essentiã: mã eni de nullo ꝑdicaꝛ̃: sed qcqd predicatur est forma: cũ eni dicitꝛ̃ mã est suba ꝑdicatũ ꝙ est substantia est nomẽ appellatiuũ qõ qualitatẽ cõez significat: que qualitas nõ est forma accidentalis sed subalis: Qualitas aũt substãtiuis forma subalis est: ꝛ cũ ꝑdicatũ nõ sit alia eẽntia separata ab essentia subiecti videtꝛ̃ istis ꝙ mã sit ſm eẽntiam idẽ subali forme. ℂ Si qs aũt dicat ꝙ ex hijs nõ seqtur ꝙ mã sit forma: qa cũ dicitꝛ̃ ꝙ mã est suba: ꝛ suba ẽ forma: nõ predicaꝛ̃ suba de mã vt ens vel essentia: sed vt eẽ: ꝛ idẽ cuz dicitꝛ̃ mã est suba idẽ est: ac si dicaꝛ̃ mã informata est forma sube: ꝛ in hac resolõne forma cadit oblique. Et ideo nõ seqtꝛ̃ ꝙ mã sit forma per eẽntiã. ℂ Cõtra hoc iteꝝ obijcientes dicũt: ꝙ quecũqꝫ sunt vnius generis participãt vnã naturã cõem: mã aũt ꝛ forma vt dicũt sunt vniꝰ gñis: qa vtrũqꝫ hoꝝ est suba: participãt ergo nãm vnã. ℂ Cũ aũt vtrũqꝫ eoꝝ sit simplex neutrũ eoꝝ aliqd addit supra nãm illaz: nisi forte modũ quẽdaz: sicut in quinto diximus. ℂ Cũ igitꝛ̃ forma vere sit suba ꝛ mãm per eẽntiã constat eẽ subaz hec duo que sunt mã ꝛ forma erũt vna ꝛ eadẽ simplex essentia ꝛ nã: hoc aũt cõfirmãt per hoc ꝙ essentiã cõem que potestate habet ꝛ ambit multa nõ diuidit ꝛ distinguit nisi actꝰ: mã autẽ accepta sub hoc cõi qõ est suba: neqꝫ est actꝰ: neqꝫ hʒ actuz. Igitur nõ diuidit eẽntiã predicati cõis. Cum igitꝛ̃ sit idẽ cũ essentia forme vt debitur mã in nullo diuidi ab eẽntia que est forma. ℂ Adhuc aũt qa si mã ꝛ forma nõ differunt nisi ꝑ potẽtiã ꝛ actũ: ꝛ illa nõ faciunt differre ſm essentiã eo ꝙ idẽ qõ est ꝑus in potẽtia postea est in actu: videtꝛ̃ ꝙ mã in se accepta nõ differt a forma ſm se accepta: circũscribaꝛ̃ eni potẽtia a mã ꝛ actus a forma: ꝛ cũ in alio nõ differãt: videtur tãc ꝙ circũscriptis hijs que faciũt dr̃iaz ab vtroqꝫ qõ remaner sit idẽ per eẽntiaz: ꝛ hoc maxime videtꝛ̃: qa cuz oẽ qõ nominaꝛ̃ vel significaꝛ̃ nõ noietur vel significetꝛ̃ nisi noie habitus vel priuatiõis: ꝛ si mã noiatur noie habitus: cũ habitus sit forma: videtꝛ̃ ꝙ in hoc nõ diuiditꝛ̃ ab eẽntia forme: si aũt noiaꝛ̃ noie priuationis: sequitꝛ̃ idẽ qa priuatio non est pura negatio: sed relinqt aliqd forme. Si igitꝛ̃ circũscribitꝛ̃ id qõ est priuatiõis ꝛ potẽtie nõ remanet aliqd per hoc ꝙ diuiditur ab eẽntia forme: ꝛ sic mã ꝛ forma sunt eẽntia idẽ. ℂ Amplius actus ꝛ potẽtia sunt duo ꝑma cõtraria in quolibet genere: sicut in sequẽti huius sapiẽtie libro ðclarabitur. Sũt igitur duo ꝑma cõtraria in genere sube: habẽt eni vnũ cõe predicatũ qõ neutrũ eoꝝ diffinit: actus aũt diffinit ipm ad vnũ ꝯ̃riũ ꝛ potentia diffinit ipm ad alteꝝ. ℂ Circũscriptis igitꝛ̃ hijs que determinãt ipʒ non remanet nisi nã cõis: igitꝛ̃ mã ꝛ forma circũscriptis potẽtia ꝛ actu sunt vna nã ꝛ essentia cõis: aut igitur cõmunis natura est essentia: alia ꝛ alia: aut vna ꝛ eadẽ: nõ põt aũt dici ꝙ sit eẽntia alia ꝛ alia: qa circũscripta sunt distinguẽtia: ꝛ cessante distinguẽte remanet idẽtitas: igitur mã ꝛ forma sunt vna ꝛ eadez radicaliꝛ̃ essentia. Hec ꝛ alia quedã absurda qdã errãtes ꝛ in errorẽ suuz alios inducẽtes inducũt cõcedentes ꝙ mã prima quã vocant necessitatẽ ꝛ forma sunt idẽ in eẽntia: ꝛ ꝙ generis non est alia essentia ab eẽntia differẽtie: qa cum dico ꝙ ex aere fit ignis: sicut ꝛ nos in ꝑcedentibꝰ diximus ignis ſm icboationẽ est in mã aeris: ꝛ ideo aer est in potẽtia ignis: ꝛ ille habitꝰ incboatus per virtutes agẽtis ingressas in aerẽ conualescit ꝛ ꝓxime ꝓficit ad necessitatẽ: ꝛ tãdẽ terminaꝛ̃ in ignẽ. Et ideo dicũt totam mãm eẽ idẽ forme ꝛ genus differentie ꝛ nõ esse has naturas diuersas: ꝛ cũ dico ignis fit ex aere dicunt ꝙ ꝓpositio notat circũstantiã mãe perficiẽtis ad actũ.

Improbatio.

ℂ Sed si hoc est veꝝ qõ dicũt sequitꝛ̃ oia esse vnũ ꝛ idez per essentiã: quecũqꝫ eni vni ꝛ eidẽ sunt eadẽ per eẽntiã ipa sũt sibiinuicẽ eadẽ: sed rõnale est idẽ aiali per eẽntiã ꝛ irrõnale est idẽ eidẽ. ergo rõnale ꝛ irrõnale sunt idẽ per eẽntiã: ꝛ non differũt nisi pēr modũ quẽdã ꝛ accñs: ꝛ hec iã inueniuntur cõcessisse qdã modernoꝝ phoꝝ. ℂ Amplius aũt si hoc est veꝝ qõ dicũt sequitꝛ̃ oia eẽ eadẽ per eẽntiã: qa mã ꝑma erit vna ꝛ eadẽ cũ oibus differẽtijs ſm inductã rõnẽ: ꝛ diſe erũt adinuicẽ eedẽ: ꝛ sic oia erũt eadẽ. Si aũt ad memoriam reducanꝛ̃ que nos in ꝑhabitis diximus nihil hoꝝ sequitꝛ̃ incõuenientiũ: qa idẽ lʒ sit formaliꝛ̃ ꝙ est in potẽtia ꝛ actu: ꝛ nõ differũt nisi per eẽ ꝛ eẽ: tñ mã nõ est idẽ cũ forma: qa mã dicit subm vtriusqꝫ: ꝛ hoc nũqꝫ idẽ est cũ forma: sicut ꝓbatuz est in scdo phicoꝝ. ℂ Adhuc aũt quecũqꝫ sic se hñt adinuicẽ ꝙ vnũ est prius nã ꝛ alteꝝ posterius illa nõ sunt vna nã ꝛ vna essentia: sic aũt se hñt adinuicez genus ꝛ dr̃ia: videtꝛ̃ igitꝛ̃ ꝙ hec nõ sit vna nã: hoc idẽ arguitꝛ̃ ex hoc ꝙ genus est quid ꝛ differẽtia est quale: ꝛ ꝙ genus nihil diffinire eorum que cõtinet: differẽtia nãr diffinit: adhuc aũt qa genus est cõpositũ ꝛ differẽtia simplex: ꝛ alia talia sunt ifinita que ad hoc possunt iduci.

Opiõ ꝓpria.

Propter qõ a via quã dedimus in septio nõ est recedendũ ꝛ dicẽdũ ꝙ in veritate mã nullo mõ est idez forme: qa aliꝛ̃ idẽ esset agẽs ꝛ patiẽs: ꝛ cũ agẽs sit actu ꝛ patiẽs nõ sit actu sequereꝛ̃ ꝙ idẽ esset actu: ꝛ ſm idẽ nõ eẽt actu: et sic ꝯ̃dictoria eẽnt siꝛ̃ vera: vñ cõpositũ ex mã ꝛ forma ẽ vnuz sic dicit Arist. qa ptes eius referunꝛ̃ ad vnuz eẽntialiꝛ̃ ꝙ est tota rei essentia: ꝛ est totũ ſm id qõ est. nõ eni accipitꝛ̃ materia vt disticta in actu ꝛ forma vt per se disticta: qa sic ex eis nũqꝫ fieret vnũ ꝛ vnũ nõ referꝛ̃ ad alteꝝ: sed accipitꝛ̃ materia sub potẽtia que est habitualis incboatio forme ꝛ forma sumitꝛ̃ vt actus diffusus ꝛ terminãs ꝛ finiens potẽtia illiꝰ indefinitatẽ: ꝛ sic pʒ ꝙ totũ eẽ cõpositi ꝛ diffiniti est vnũ ꝛ non cõgregatũ: qa subiectũ mãe qõ sustinet eẽ est fundamẽtũ: ꝛ nihil est de eẽ rei: sicut ꝛ̃ Boetius dicꝛ̃ ꝙ spẽs est totũ eẽ individuoꝝ.

Solo rõnum pns aducrse.

ℂ Qõ igitꝛ̃ obijcitꝛ̃ ꝙ mã est suba ꝛ forꝰ ẽ suba: ꝛ ꝙ idẽ ꝑdicaꝛ̃ de vtroqꝫ: ꝛ ꝙ hoc ẽ eẽntiale ꝑdicatũ: dicẽdũ ꝙ oia que sic obijciunꝛ̃ vana sunt ꝛ friuola signis nõ veridicis ꝛ logicis inixa: qa suba nõ ꝑdicaꝛ̃ de mã ꝛ forma vniuoce: sʒ per ꝑus ꝛ posteriꝰ: ꝛ ideo forma vere est suba: ꝛ mã est suba per relationẽ ad formã: sicẽ sepe diximus: ꝛ ideo ꝑdicatũ hoc nec est eẽntiale nec accñtale: sʒ est qdã modus eiꝰ: ꝙ ad subaz quocũqꝫ mõ referꝛ̃.

Suba ꝑdicata de mã neqꝫ ꝑdicatũ subale neqꝫ accñtale dicitꝛ̃: sʒ ẽ qdaz modus eiꝰ qõ ad substãtiã qcũqꝫ mõ referunꝛ̃.

ℂ Ex iõ suba nõ dicit vnaz nãm que sit in vtroqꝫ istoꝝ: mã. vʒ. ꝛ forma. ℂ Eodẽ mõ dicimus cũ dr̃ ꝙ forma ꝛ mã sũt in gñe vno ꝙ sit vna cõis natura in vtroqꝫ: hoc eni est falsuz sicut iã patuit. Cũ aũt dicitꝛ̃ ꝙ mã ꝛ forma nõ distinguunꝛ̃ nisi actu ꝛ potẽtia si circũscribanꝛ̃ distiguẽtia remanet vnica nã: dicimus ꝙ hoc falsum est: qa mã ꝛ forma per actũ ꝛ potẽtiã ꝓprie nõ distiguunꝛ̃: sʒ potius per potẽtiã mã referꝛ̃ ad formã ꝛ analogiã habet ad ipsaz: ꝛ hoc nõ est distiguere sʒ vnire. sʒ seipsa mã nõ est forma: qa mã est subʒ ꝛ fundamẽtũ qõ diuiditꝛ̃ diuisiõe q̃titatiua in plura subiecta: ꝛ forma nihil istoꝝ est: sʒ potiꝰ ẽ actꝰ ꝛ terminus nõ nisi diuisiõe q̃titatiua diuisibilis. Ad ea autẽ que de nã gñis ꝛ differẽtie dicũt satis pʒ solutio per ea que dicta sunt in q̃nto huiꝰ nostre prime phie libro: sic igitꝛ̃ ꝓcedẽdũ est: ꝛ declinabitꝛ̃ omnis error: ꝛ hoc est ꝙ intẽdimus.

ℂ Incipit Liber Nonus prime phie qui est de potentia ꝛ actu. Cuius primus tractatus est de multiplicitate potentie ꝛ actus.

ℂ Cap. pᵐ. Que libri intentio ꝛ que causa introductionis.

Tex. cõ. ꝑmi.

Inter oia que de principijs veri entis dicta sunt: hoc iã cõstat eẽ verissimũ ens qõ vnicuiqꝫ cõfert vere eẽ ꝛ perfecte: ꝛ ꝓbatũ est iam multis modis ꝙ hoc est actus vltimus in vnoquoqꝫ: oportet nos igitꝛ̃ intẽdere ad inuestigãdũ subtiliter actũ vltimũ. ℂ Cuz aũt actꝰ vltimꝰ sit proprie ꝛ ꝓxime potẽtie cõpletiuus ꝛ in ꝓxima potẽtia supponaꝛ̃ potẽtia ꝑma ꝛ iter medie oẽs. ℂ Opʒ ẽt docere ꝛ inuestigare nãm potẽtie: sine hijs eni nescitꝛ̃ ꝙ vere est ens: necesse igitꝛ̃ habemꝰ post libros duos huiꝰ sapiẽtie de ꝑncipijs sube iductos iducere hũc de potẽtia ꝛ actu librũ qui. 9. ẽ huius ꝑme phie: qa nisi sciatꝰ poᵃ ꝛ actu entis veri vera ꝑncipia nõ sciunꝛ̃: ergo iã de ꝑmo ente ad qõ oẽs alie cathegorie entis referunꝛ̃: hoc est de suba iã multũ in ꝑhabitis dictũ est: iã eni diximꝰ ꝙ ſm sube que vere ens est rõnez dicũtur per analogiã alia entia vt q̃titas: qa est huiꝰ mẽsura entis ꝛ q̃litas: qa vere entis dispõ ꝛ alia entia ꝑdicamẽtoꝝ sunt: sic aliq̃ mõ dicta ad subam: oia nãqꝫ per analogiã ali-

quas

quas fube hñt rōnes: ficut dixim⁹ in fermonib⁹ primis: fiue
ꝑncipijs hui⁹ fapiētie habitis in 3° ⁊ 5° hui⁹ fapiētie libris:
qñ vō fic fepi⁹ patuit entiū aliud dr̄ qđ fiue fuba: aliud q̄li/
tas aliud q̄titas: ⁊ vnūqđq3 ipfoꝝ: aut fm poteftatē: aut f3
actū: cōftat q̄ potētia ⁊ act⁹ fequunť ens inq̄tū eft ens: alia
eni entis ꝑdicamēta que funt ꝑter fuba3 ⁊ q̄litatē ⁊ q̄titatē
poti⁹ funt qdā modi entis ⁊ cōparatiōes: ⁊ iō ēt hac fcđa rō
ne determiabimus de potētie ⁊ endelechia fiue actu. ¶ Eft
igiť ⁊ adhuc rō tertia: q3 cū de ꝑncipijs fube ⁊ entis ia3 de
termiatu3 fit: ⁊ fuba nō fiat ex fuis ꝑncipijs nifi exeūdo de
potētia in actū: op3 nos hic de potētia ⁊ actu determinare:
primū igiť loquemur de poteftate: q3 poteftas ꝑcedit actū
qñ ambo funt in eodē: determinātes aūt de ptāte ꝑmu3 de/
terminatiōis ꝑn^m fumemus de ptāte que marie ꝑprie dr̄: f3
nō fit vtilis ad qđ nūc itēdere volumus eo q̄ doctrina non
erit facilis nifi ab ea iciplam⁹: poteftas ꝑprie eft in mā mo
bili ad formā: ⁊ hec eft po° ꝑhica que nō eft de nr̄a itētione
eo q̄ eft entis pticularis ⁊ nō eft entis fm q̄ ē ens: vt plus
eni ⁊ fm itētionē magis ꝑpriā eft poteftas: fir ⁊ act⁹ in hijs
folū que fūt fm motū fic dixim⁹: f3 l3 hoc fit nō f3 nr̄a3 intē/
tionē quā habem⁹ de ente loquētes f3 q̄ eft ens: tñ loquen/
tes de tali ptāte in determiatiōib⁹ ⁊ diuifiōib⁹ quib⁹ de actu
potētiā fequēte diuidētes determiabim⁹: oñdem⁹ etiam de
alijs actib⁹ vltimis q funt actus ⁊ ꝑncipia veri entis: q3 fic
dixim⁹ vere ens eft vere ens per actū vltimū: hec igiť eft ne
ceffitas q̄re op3 nos de poteftate ⁊ actu loq. Dixim⁹ eni3 q̄
vere ens eft ad qđ referť diffō: ⁊ hec eft nā ꝯftituta ex pote
ftate ⁊ actu: nec mā eft aliqđ de eē vere entis: nifi put p ana
logiā poteftatis referť ad actū: act⁹ ēt fiue forma: fiue etiam
diffa vltima nifi accipiať vt act⁹ nō eft aliqđ de eē. ¶ Si aūt
accipiť vt actus diffa vltima cōftat ex oibus preinductis q̄
fluit ex poteftate: ficut pfectio ex inchoatiōe ⁊ diffinitēs ex i/
diftincto vel determināte fiue diffiniente: ⁊ hec poteftas fic
accepta vt cōfufa nihil diffinitēs eft huic intētiōi ꝓbie ꝑme
ꝑpria l3 ꝑpter doctrine facilitatē icboemus a ꝓhica ptāte:
fcitis aūt fic ptāte ⁊ actu fciem⁹ vere entis ꝑn^a: ⁊ tunc cōple/
biť fcia de vero ente: ⁊ ingremus tūc de vno ⁊ multo vt fcia
mus qualr vere ens ē vnū ⁊ multa: ⁊ deide de ptib⁹ ei⁹ iue/
ftigabim⁹ q̄ fūt feparā ⁊ ꝯiūctā: ⁊ cōplebim⁹ doctrinā iftā.

Vidēť doctor
in ꝑdicamē/
tu abfoluta po
nere.

¶ Cap. 2^m. De multiplicitate potentie: ⁊ de reductiōe mul
tiplicitatis ad vnum primum.

Tex. cō. 2.

Quod igiť multipliciter dicať potentia ⁊ poffe
determinatū eft a nobis in hijs diftōnib⁹ po/
tētie quas in qnto pofuim⁹. ¶ Mar itētionū
potētie quas ibi executi fum⁹ ille hic ꝑtermit
tanť quecūq3 dicunť potētie equoce ⁊ fm me/
taphorā ⁊ nō fm analogiā ad vnū: metapho/
rice aūt dicte funt que non dicunť fm motū qui eft exit⁹ de
potētia ad actū: fiue act⁹ exītis in potētia fm q̄ eft in poten
tia: q̄dā eni potētia dicunť q̄dā fitudine metaphorica: fic
ea que potētia dicunť in geometria: ibi eni quedā poffibi/
lia ⁊ quedā ipoffibilia dicunť: eo q̄ aliq̄ fitudine poffūt et
nō poffunt ficut dicimus q̄ lat⁹ trigoni qđ fubtēditur recto
angulo in ortogono trigono pōt in duo q̄drata laterꝫ conti
nētiū rectū angulū: nec tñ vnq̄ per motū exibit de ifta po^a
ad effectū: ⁊ cū mot⁹ fit actus exītis in potētia: op3 q̄ illa po
tentia fit per metaphorā dicta: hoc igiť ꝑtermittať. ¶ Sed
quecūq3 poffe dicunť relata ad eandē fpēm ⁊ formā oia illa
funt ꝑncipia quedā potētie ⁊ dicunť per refolōnē ad ꝑmum
vnū q̄ eft forma feparata: ⁊ eft caufa oib⁹ alijs que potētie
quedā funt ⁊ poffunt eē: ⁊ q3 forma eft ꝑn^m agendi fm fe: iō
illud primū eft ꝑn^m trāfmutatiōis in alio fm q̄ eft aliud: fic
eni diffinita eft potētia actiua in qnto huius fapiētie libro:
nec hic op3 explanationē diffōnis iterare. Aliud aūt qđ eft
patiēdi potētia eft: ficut in cā in ꝑmo patiēte qđ eft mā pri/
ma: ⁊ hoc eft ꝑn^m mutatiōis paffiue ab alio fm q̄ eft aliō:
ficut in qnto libro ꝑdeterminatu3 eft. habit⁹ aūt fiue forma
que eft habit⁹: ⁊ hec eft forma non ꝑma f3 habita in fubie/
cto ⁊ mā eft ꝑn^m ⁊ potētia in illo fubiecto q̄ qdē patiť: f3 nō
patiť ad deterius ⁊ nō patiť fm viā corruptiōis ab alio in/
q3 ātū eft aliud q̄ eft ꝑn^m actiuū ⁊ trāfmutatiuū: talis enim
forma que eft habit⁹ fubei nō iducit in fubm nifi ptrāfmu/
tāis ⁊ agēs: q3 fic act⁹ actiuoꝝ fūt i patiēte ⁊ difpofito. ¶ Si
aūt pateref in deteri⁹ ⁊ fm viā corruptiōis: tunc forma non
habit⁹ eēt: fed poti⁹ abijceref ⁊ tēderet in nō eē. In oib⁹ en^i
hijs ⁊ hmōi terminis ipfaꝝ mediaꝝ ⁊ vltimaꝝ ineft rō pri
me potētie: fiue fit fm ordinē potentiaꝝ actiuaꝝ: fiue fit fm
ordinē potētiaꝝ paffiuaꝝ: ⁊ iteꝝ fm aliū modū diuifiōis po
tentiaꝝ dicunť potētie quedā folū faciēdi: fic ille que tñ for
maliū funt ꝑncipioꝝ: q̄dā aūt dicunť potētie folū patiēdi: fi
cut ille que funt ꝑncipioꝝ tñ māliam: ⁊ vtraq3 iftaꝝ dr̄ du/
pliciter: aut eni eft potētia fimplr̄ faciēdi: aut fimplr̄ patien
di: aut bn̄ patiēdi: aut bn̄ faciēdi: ⁊ iō op3 q̄ in fcđaꝝ poten/
tiaꝝ rōnib⁹ que fm bn̄ determinanť infint rōnes ꝑmaꝝ po/
tētiaꝝ que determinanť fm facere aut pati fimplr̄. ¶ Pa/
lam igiť eft ex dictis q3 aliqñ in qbufdā q̄fi vna eft potētia
faciēdi ⁊ patiēdi: ⁊ hec eft forma mālis in cōpofito q̄ vt for/
ma faciēdi eft ꝑn^m: vt aūt mālis ēt eft ꝑn^m patiēdi: poffibile
eni eft aliqđ habere potētiā patiēdi per fe in feipfo: ⁊ etia3
poffibile vt fit illa potētia alterius ⁊ patiať ab alio: ⁊ qđ cō/
tingit aliqñ q̄ hoc eft ipoffibile: ficut in fimplicib⁹ in qbus
nulla eft patiendi potētia in patiēte: eteni cōpofito ꝑpterea
q̄ h3 qđdā paffiue potētie ꝑn^m q̄ eft materia: aliqñ patitur
patiēs principiū paffionis hn̄s in feipfo: ⁊ aliqđ eft qđ patiť
ab alio: craffu3 eni pp potētiā cōbuftibile3 cōbuftum eft ab
alio quodā cōburente: cū tamē principiū fue paffiōis habe/
at in feipfo: hoc ēt mō fuppofitiuu3 in coitu q̄ eft incūbens
mafculinū: ficut eft eunuchizabile ab alio quodā teftes ex/
cidēte: aut ēt a fronte ꝑpria vel apoftemate. ¶ Silr eft etiā
in alijs. Quedā aūt habent ꝑn^m potentie actiue in faciēdo
aliqđ: cuius ꝑn^m eft in ipfis ficut ꝑncipium faciēdi in phyfi
cis eft calor ⁊ in artificialib⁹ eft ars edificatoria: calor enim
eft principiū agendi in calefactibile ⁊ edificatoria h3 poten
tiā faciēdi edificationē que eft alia potētia: ficut alia eft po/
tentia nature a potētia artis: pp qđ nihil per fe aptū natu3
eft aliqđ pati a feipfo: q3 potētia actiua ⁊ paffiua fūt diuer/
fe fm ꝑn^a. ¶ Qđ vnū eft ⁊ fimplex nō hn̄s aliū ⁊ aliū in po^a
agēdi ⁊ patiēdi eft penit⁹ ipaffibile: ficut p3 ex ꝑdictis.

Nullum oino
fimplex paffi/
bile ē idē Cō/
mētator hic. ⁊
ꝑmo caplo de
fuba orbis.
Tex. cō. 3.

¶ Cap. 3^m. De diftinctione priuationis que potentie acti/
ue opponitur.

Opponitur autē tali potētie ꝑuatio que eft po
tentia actiua a forma ꝑncipiū hn̄s: ideo ēt fic
in logicis dictū oīs potētia ⁊ ipotentia que eft
priuatio funt eiufdē fubiecti: ⁊ fm idē q̄ eft fu
fceptiuū habit⁹ illius ⁊ forme: ficut cecu3 ⁊ vi/
dēs opponunť circa oculū: ꝑuatio aūt que eft
impotētia dicif multiplr̄: ficut fuperius in 5° libro diftictū
eft. ¶ Diciť eni priuatū fimplr̄ nō hn̄s: fiue fit aptū natum
habere: fiue nō. diciť etiā priuatū eo q̄ caret qđ aptum na/
tum eft habere: ⁊ hoc duplr̄ diciť. vno. v3. mō quando oino
nō h3 q̄ aptum natū eft habere. ¶ Alio aūt mō diciť ꝑuatū
qđ nō h3 aliqđ in tēpore q̄ quādo aptū natum eft habere:
aut fiue illo mō nos h3 fm quē aptum natū eft habere: ficut
fi aures aliqs non habeat ad audiēdū: q̄uis habeat figu/
ram aurium: aut ēt qđ nō habeat aliqđ quocūq3 mō natu3
eft habere: fed deficiat aliqđ de mō ipfius nāli. ¶ In qbuf/
dam vō in qbus magis ꝑprie fumiť priuatio nō accipiť in
tanto ambitu cōtrario. fed dicimus priuari ea fi nō hñt ea
que apta nata funt habere: hec autem oia planiffime often
fa funt in quinto libro huius fapientie. vbi de natura ⁊ di/
ftinctione priuationis dictum eft.

¶ Cap. 4^m. De diftōne potentiarū rōnabiliū ⁊ irrōnabiliū.

Tex. cō. 3.

Quonia3 vō hoꝝ principioꝝ que funt origines
potētiarū quedā infunt hijs que funt inalata:
quedā aūt infunt aiatis que hñt aia3 que vtiť
rōne. Palā3 aūt eft: q3 etiā potētiaꝝ quedam
funt irrōnabiles: quedā autē funt cū rōne fiue
rōnabiles: ꝑpter qđ oēs artes ⁊ fciētie que di
cuntur practice hoc eft operatiue funt potētie: quedam eft
eni3 ars cū rōne principiū factiuū: artes aūt ⁊ induftrie ope
rationū funt habit⁹ cū rōnib⁹ ꝓbabilib⁹ potentes ad fieri ⁊
non fieri: q̄ ideo vocanť potentie: q3 fe hñt ad oppofita ad
effe ⁊ non eē: ⁊ fm hūc modū fapiētia ⁊ fcia ⁊ itellectus que
funt virtutes intellectuales non poffunt dici potētie. artes
autē ⁊ potētie fiue operatiue fcie funt queda3 ꝑncipia ope/
ratiua agētia in alio fm q̄ eft aliud: haꝝ autē potētiarum
quecūq3 cū rōne funt: funt eedē cōtrarioꝝ: ficut etiā fcien/
tia eadē eft cōtrarioꝝ: quecūq3 aūt funt potentie irrōnabi/

tes ꝛ sine rõne facientes sunt vnius tñ: sicut ꝛ ipsa potentia est vna: nã enim ꝛ forma nõ agit nisi vnũ: sicut calidũ nõ est nisi calefaciẽdi potentia: medicina võ que est cũ rõne est sanitatis ꝛ infirmitatis. causa võ hec est: qa rõ est sñia quedã ꝛ vna. Et eadẽ ratio ostẽdit rẽ ꝛ eius priuationẽ: qa priuatio nõ h̃z diffõnem: sed scitur per rõnẽ habitus: nõ tñ similiter est amboꝝ: sed magis est eius ꝙ existit ꝛ hoc est habitus: alterius aũt nõ est nisi per defectum ab ipso: necesse est igif tales sciẽtias potẽtiales eẽ qdem cõtrarioꝝ: ita tamen ꝙ sint vni' ꝑm se: alterius võ sint nõ ꝑm se. sicut ẽt dicit rectũ esse index sui ꝛ obliqui: qa recto ꝛ ipsũ cognoscimus et obliquũ: rõ võ qdem habitus est ꝑm se: priuationis võ est nõ ꝑm se: sed potius per defectũ ipsius: ꝛ ideo priuatiõis est mõ quodã ꝛ ꝑm accidens: rõ võ habitus ostẽdit formã sua diffinitiõe: negatione autẽ ꝛ ablatione huius ostendit contrariũ ꝙ est priuatio. ¶ Si eni priuatio est primo modo dicta que est eius ꝙ nec h̃z habitum nec natũ est habere ostẽdif negatione habitus. Si aũt est priuatio relinquẽs subiectum cũ aptitudine: tunc ostẽdif habitus ablatione: priuatio eni ꝑma est inter cõtraria eo ꝙ cõtraria reducuntur ad priuatiue opposita: ꝛ priuatio ꝑma nihil aliud est nisi ablatio habit' vbi natus est esse: qa võ cõtraria simul actu in eodem nõ sunt: ꝛ sicut iã diximus sciẽtia ꝛ omnis potentia rõnalis est potẽtia: quedã in h̃ñdo rõnem: nõ tamẽ anima h̃z huius motus tñ principiũ: aiatum eniz habet potẽtiã que in modũ nature aliquãdo mouet tñ ad vnum: salubre eni nõ facit ex parte aiati nisi sanitatem ꝛ calefactibile nõ facit nisi caliditatẽ: ꝛ etiã si sit habitus cũ rõne aliquãdo non facit nisi vnũ: sicut virtus moralis ꝛ ciuilis que est habit' in modũ nature cũ rõne cõsentaneus: sed sciẽs dixit potẽstatẽ cũ ratione nõ in modũ nature mouẽtis: sed per rõnez sumptaz ex diffõne scibilis: ꝛ ideo facit ambo: qa vna rõ est habitus ꝛ contrarij ꝙ est priuatio: est eni vna sicut dixim' amboꝝ ratio nõ silr: ꝛ hec ratio est in aia sciẽtia que per huiõi potẽtiaz h̃z mot' ꝑn̄m ꝙ est actiua potentia: ꝛ ꝓpter hoc ambo cõtraria mouebit ab eo principio formali terminans ea ambo ad idẽ qõ est rõ habitus: est enim vnũ ꝛ idẽ cã duoꝝ vnius per pñtiã sui ꝛ alterius per absentiã: ꝛ iõ ea que sunt cũ rõne potentia faciũt ꝛ agũt cõtrario mõ: hijs que sũt potẽtia sine rõne sed faciũt in modũ nature: qa cũ rõne potentia faciũt cõtraria ad idẽ terminata per diffõnez: ea autem que in modũ nature potẽtia sunt nõ faciũt nisi vnũ: vnũ eiz ꝛ idem ꝑn̄m cõtrarioꝝ cõtinetur ꝛ habef in rõne vna ꝛ eadẽ. ¶ Dissimilr tamẽ sicut diximus: ad hoc aũt ꝛ hoc considerãdũ est in potẽtijs: qa. vz. ad potẽtiam bene faciẽdi sequif potẽtia faciẽdi simplr sed nõ cõuertif: qa sequif si possum bene cytharizare: possum cytharizare: sed nõ sequitur si possum cytharizare possum bñ cytharizare. ¶ Silr autẽ de potẽtia est patiẽdi: qa ad posse bene pati sequif posse pati: sed nõ cõuertif: ꝛ hoc per se est manifestũ: necesse est eni bene faciẽtẽ facere: sz nõ est necesse facientẽ bene facere.

Vide.3. de aia t.cõ.15. ꝛ pri/mo de aia.85.

Tex.cõ.4.

¶ Tractatus Secũdus Noni Libri ꝑme p̄hie qui est de cõtradictione eoꝝ qui negant potẽtiã precedere actum.

¶ Cap.ꝑm. In quo est erroris illius et planatio ꝛ persuasio per quã in errorẽ sunt inducti ꝛ hec est digressio.

Tex.cõ.5.

Sunt autem quidã qui omnino negãt potẽtiã antecedere actũ sequẽtes dictũ quorũdã p̄hoꝝ megaricoꝝ cu iusdã Megaris discipuloꝝ: dicũt eni tũc aliquẽ solũ posse quãdo opaf: nõ posse aũt quãdo nõ operaf: vñ dicũt nõ edificantẽ in actu nõ posse edificare: sz edificãtez dicunt posse qñ edificat: ꝛ silr dicũt etiã in alijs: persuasi aũt isti videnf ea rõne quã in scdõ de p̄hico auditu: ꝛ in scdõ hui' sapiẽtie libro teligimus. dicũt eni ꝙ cũ potẽtia actiua sit causa effect' sui ꝛ cã ꝛ causatũ sint simul nõ erit potentia actiua ante op' eius vt videf. ¶ Adhuc aũt def ꝙ sit añ effectuz: ꝛ sit in potentia. Cum igif nihil veniat de potentia ad effectum: nisi per motum ꝛ mouẽs diuersum a se: oportet ꝙ potẽtia actiua per motũ efficeref agens: ꝛ haberet aliqd aliõ mouens: ꝙ si cõcedaf infinita sequenf incõueniẽtia: qa sz hoc potẽtia actiua est passiua: passiuũ eniz est qõ mouetur

Nõ rões negãtiũ potẽtiã ãtecedẽ actuz: q̃ neq; i textu: neq; in cõmẽto tangunf.

alio qõdam mouẽte. ¶ Adhuc aũt de isto mouẽte qõ actiuam potẽtiã mouet ad actũ: quero silr quid ip̃z moueat ad actum: ꝛ si etiam illud per aliud mouẽs venit ad actum de illo restat eadẽ questio: ꝛ hoc vadit in infinitũ: igif standuz est in ꝑmo ꝛ dicẽdũ ꝙ nõ habeat potẽtiã añ actũ. ¶ Ampli' idẽ eodem mõ se habens semper facit idẽ aut nũq̃. Cum igif potentia actiua sit a forma ꝛ forma sit natura eodẽ mõ se habens non erit aliquãdo agens: aliquãdo autẽ nõ agẽs sed semper agẽs aut nunq̃: ꝛ quocunq; mõ dicaf: sequif ꝙ non est potẽtia agendi anteq̃ agat. ¶ Adhuc aũt nulla natura destituif essentiali ꝛ ꝓpria operatiõe. Si igitur forma que est ꝑncipiũ potẽtie agendi est nã essentialiter operans nunq̃ destituif operatiõe illa: ꝛ sic nunq̃ est ante operationem. Eodẽ autem modo dicũt de potentia passiua persuadere volẽtes ꝙ non sit ante actũ: qa ꝙ solum est in potẽtia passiua nõ est actu ꝛ ꝙ actu nõ est: nõ est in rerũ naturã: igif ꝙ in potẽtia passiua solum est: nõ est in rerũ natura: ꝛ si sic est: nec ꝑcedit: nec sequif actũ potentia passiua: sed est cum actu que dat ei esse in natura. ¶ Attẽdendum autem est ꝙ Auer. dicit. ꝙ isti megarici supponebãt res non habere ꝓprias potẽtias: sed omnia agere per potẽtiam cause prime: ꝛ ꝙ illa agat in ipsis qcquid agunt: ꝛ qa in illa non precedit potẽtia actum: ideo dicũt potentiam non esse ante actuz: et si hoc est causa dicti: tũc ratio eoꝝ fuit hec: quicqd potest scdõm põt per primum: qa secũda causa h̃z a prima: ꝛ ꝙ est ꝛ ꝙ causa est: sicut igif est in his que aiata sũt ꝙ virtutes elementoꝝ hoc ꝙ agunt: agũt potẽtia anime ꝛ virtutes inferioꝝ agunt virtutib' celestium: sicut sepissime ostẽdimus: ita per resolutionẽ vltimoꝝ ad media ꝛ medioꝝ ad prima videbatur megaricis ꝙ omnia quecũq; agunt agũt potentia diuina. Et sz hãc rõnẽ ꝛ suppositionẽ Auer. dicat eẽ megaricorum: cõstat pro certo ꝙ ipsi nõ sunt persuasi per illã: sed potius per eas quas nos ante induximus: ꝛ hoc declaraf ex hoc ꝙ etiam passiuã potẽtiam actũ dixerunt nõ precedere: quã tñ in primam cãm resoluere nõ possunt. ¶ His autẽ non est difficile respõdere ꝙ sicut dictũ est potẽtiarum alia est actiua alia est passiua: ꝛ actiuaꝝ alia cum rõne: alia sine ratione. ꝛ illa que est sine ratiõe non agit nisi quãdo appropiquat passiuo in qõ agit: ꝛ quãdo illi nõ appropinquat est in habitu: ꝛ sic est ante actũ: ꝛ cum ex tali potentia efficif actu agens non mouef de forma ad formã: sed in eadez forma in qua est agit: ꝛ non fit mutatio in ea sed in patiẽte qõ appropinquat ei cũ nõ fuerit ante ꝓpinquum ꝛ tãgẽs. De hoc autẽ dictum est in scdõ de anima quãtũ sufficit. ¶ Patet etiã ex hoc ꝙ nã non destituif propria operatiõe: sed ꝙ nõ operatur hoc est per accidẽs: qa non est ꝓpinquũ patiẽti: ꝛ nihil penitus operaf quãdo nihil suscipit suã operationem: illa autẽ que est cum rõne potentia actiua ꝯiungif ad opus per appetitũ: qa a seipsa potest agere ꝛ nõ agere ꝙ nõ potest illa que est forma nãlis que agit per nature necessitatem: ꝛ per hoc patet ꝙ nihil est qõ dicũt de potẽtia actiua. ¶ Qõ aũt dicunt de potentia passiua nihil est: qꝛ sz potẽtia passiua nõ sit in actu quem nata est suscipere inquãtũ passiua est: est tamen in aliquo actu: ꝛ sic patet ꝙ est aliquid ens in reꝝ natura. ¶ Qõ aũt Auer. dicit esse rõnem megaricoꝝ nihil est: qa sz scdõm habeat a primo quicqd habet virtutis ꝛ potentie: tamẽ virtus primi que est in scdõ per applicationẽ ad materiam secũdi efficitur ꝓpria secũdo ꝛ determinata ad ꝓprias operatiões: ꝛ sic efficif particularis ꝛ nãlis et ꝓpria ꝛ scdõm sic agit per eam: ꝛ hoc mõ ꝓcedit ad actum: ꝛ est ante actum suum etiam quando non agit.

Auerrois hic cõ.5. & clari' cõ.7.

Solo ad rõnes preinductas.

¶ Cap.2m. De inconuenientibus que sequuntur ex illa positione megaricorum.

Tex. cõ.5.

Inconuenientia autẽ que sequũtur positionez megaricoꝝ nõ est difficile videre: palam enim ꝙ ꝑm dictũ eoꝝ non est edificator nisi quando ꝑm actũ edificat: qa ꝑm istos idem est dicere edificatorẽ esse possibile esse ꝙ edificatorẽ edificare eo ꝙ dicunt ꝙ potentia non nisi in actu est. Et similr est in alijs potẽtijs que sunt artes. ¶ Nos autem iã in scdõ physicoꝝ soluẽtes hãc difficultatez que est ꝙ causa ꝛ causatũ sunt simul: ostẽdimus ꝙ imediata cã edificij nõ est edificator sed alia: sz edificator est cã edificatiõis: ꝛ sz edificator ꝑm actũ sit cã edificationis: tñ edificator ꝑm

potẽtiã

potētiā est ante edificationē: hñs enī artē est in potētia edificans: ⁊ artē habēs: est etiam anteq̄ vtat᷑ arte. ¶Si enim pareť q̄ ante edificationē nō haberet artē ⁊ potētiā cū nos videamus q̄ tales nō habet artes qui non didicit eas: aut nō aliquo mō accepit per inuētionē: ⁊ vt generalr̄ dicat᷑ nō hꝫ artē cui qualitercūq̄ nō cōuenit aliquādo recipere eā: et si perdit eam: aut perdit obliuiōe: aut passiōe aliqua cerebrū cōmouente: sicut est apoplexia minor que ignorantiam scitor᷑ inducit: aut perdit eā tēpore per maximā etatē rōnē ad delirationē ⁊ debilitatem mouētē. ¶Si autē res subiecti in toto ⁊ in partib⁹ maneat incorrupta ⁊ semper sic vno mō: tunc sequit᷑ ſm ipsam positionē q̄ quando quiescit ab actu sine omni mutatiōe subiecti q̄ nō hꝫ artē in habitu qđ absurdum est valde: ⁊ iterū q̄ statim edificabit: ⁊ tūc queremus ab eis quādo accipit artē quā ante paruꝫ nō habuerat quādo nō edificabat: ⁊ hoc idē incōueniēs sequit᷑ in potentia inaiata. ¶Scđm enī hāc positionē nō erit aliqđ dulce: neq̄ frigidū: neq̄ calidū: neq̄ amarum: neq̄ gn̄aliter loquēdo erit aliqđ sensibile in potētia quādo nō sentit᷑: cōtingit igit᷑ his q̄ incidāt in rōnem erroris Pithagore qui dicit veritates entiū eē in apparendo in sensu vel imaginatione: cui⁹ nos errorē destruximus in hui⁹ sapiētie li. 4. ¶Sequit᷑ autē ex inducta positiōe q̄ etiā aial sensum non hꝫ nisi quādo sensu vtit᷑ ſm actum: cū sensus etiam sit potētia q̄dā sentiendi. Si ergo cecū est q̄ non hꝫ visum ⁊ aptū natuꝫ est habere ipsum: ⁊ q̄ tn̄ est ens ⁊ in esse saluatuꝫ: sequit᷑ q̄ ipsi idem qui hoc dicūt sepe ceci fiūt ⁊ surdi: ⁊ vno die ⁊ eodem quotiēs ſm actū nō vtuntur visu ⁊ auditu. ¶Ampli⁹ si hoc ſm rectā ⁊ verā rōnē est impossibile q̄ p̄uatū est potestate: tūc sequit᷑ ex ista positiōe q̄ impossibile est fieri qcquid non sit vel factum est ſm actū: sed qcūq̄ dicit q̄ hoc est vel futurum est: q̄ īpossibile est fieri mentit᷑: īpossibile eniꝫ fieri sine priuatū potestate fiēdi significat hoc q̄ hoc non potest eē vl̄ fieri: igitur qui dicit potestatē nō p̄cedere actum dicit q̄ nihil sit vel futurū est: igitur iste rōnes Megaricorū auferūt motū qui est existētia in potentia actus: ⁊ auferūt generationem que est finis motus: q2 motus ⁊ generatio non est nisi eorum que nō sunt: ⁊ possibile est ea fieri. ¶Scđm etiā istas rōnes ille qui stat nō hꝫ potētiā ad nō stādū: ⁊ sic semp stabit: ⁊ qui sedet semp sedebit cū nō habeat potētiā ad nō sedēdum: nūq̄ enī stabit si modo ſm actū sedet: q2 cuꝫ priuatus sit potētia surgēdi īpossibile est eū surgere: eo q̄ surgere non pōt ꝓpter priuationē potētie surgendi. Si autē ista incōuenientia nō contingit dicere ⁊ cōcedere. palā est q2 potētia ⁊ actus sunt diuersa: ⁊ q̄ potētia nō semper coniuncta est actui. ¶Iste vō Megaricor᷑ rōnes potentiā ⁊ actū idē ⁊ indiuisa faciunt: ꝓpter qđ nō paruū quid querit destruere ratio ista: destruit eniꝫ motū ⁊ generationem: ⁊ artē ⁊ appetitum ⁊ mām: ⁊ gn̄aliter oēm potentiam que querit iuuamētum ⁊ expellit nocumētuꝫ. ¶Oportet igit᷑ concedere q̄ cōtingit aliqđ esse possibile esse ⁊ possibile non eē: ⁊ ecōtrario q̄ aliquid sit possibile non esse: ⁊ possibile esse: ⁊ hoc non solū cōtingit in subā: sed silr̄ cōtingit hoc etiā in alijs cathegorijs: q2 possibile vadere cōtingit nō vadere: ⁊ q̄ non est vadēs est possibile vadere: est aūt hoc possibile cui si ponit᷑ inesse actus: cuius inesse dicitur potētia nihil sequit᷑ impossibile. Dico autē hoc explanādo vt si aliqđ dicatur possibile sedere vel cōtingere sedere: si huic insit actus sedendi: nihil sequit᷑ impossibile: ⁊ hoc est ſm silitudineꝫ vnā in eo q̄ possibile est moueri ⁊ mouere: ⁊ in eo q̄ possibile est stare aut statuere: ⁊ in eo q̄ possibile est eē ⁊ fieri: ⁊ in eo q̄ possibile est nō esse aut fieri: ⁊ in oīb⁹ alijs est codeꝫ mō. Et ſm autē megaricos videt᷑ q̄ actus ſm suum nomē ⁊ ſm sui nominis rōnē sit compositus ad endelechiā sine perfectionē: q2 actus dr̄ terminus actiōis ⁊ perfect⁹ terminus eius q̄ ē fieri in actiōe: ⁊ ideo act⁹ refert᷑ ad alia maxime que sunt ex motib⁹: ⁊ que fiūt per motū materie maxime sunt act⁹ ⁊ perfectiōes: act⁹ enī sicut iā diximus maxime videt᷑ eē motus eius q̄ vere mouet᷑: q2 perfect⁹ act⁹ nō est nisi finis act⁹ imperfecti qui est mot⁹: ⁊ hec est cā q̄ isti megarici non attribuūt moueri his que sunt: nec tn̄ remouēt ab eis que non sunt moueri in subā: sꝫ et ſm oēs alias cathegorias in qb⁹ est mot⁹ per se vel per accn̄s. Sn̄ alia aūt ⁊ scibilia ⁊ cōcupiscibilia dicūt nō esse nisi in aia: ⁊ ideo q2 per motū ista non sunt dicūt ista nō eē actu vel endelechia: ⁊ oīno non eē: ⁊ iō dicūt ea nō eē mota. hoc iō aūt dicūt: q2 illa sola sunt entia que sūt actu entia: ⁊ illa sūt entia actu per motū. Sꝫ q̄ sunt potētia sūt q̄dā de nūero entiū ſm q̄ hmōi sūt: ⁊ hoc nūq̄ sūt aū actū: q2 sicut iā dcm̄ ē: illō nō ē qđ nō ē endelechia ⁊ actu: endelechia aūt ⁊ act⁹ nō sunt nisi per motū: ⁊ quor᷑ nō est mot⁹ nō ē act⁹ vel eē: ⁊ sic ea que in aia sūt vt rōnales potētie: ⁊ ea que in mā sūt aū motū sūt absolute nō entia vt dicūt. ¶Si aūt cōcesserim⁹ ea que dicta sūt in p̄orib⁹ analeticis q̄ vnūqđq̄ dr̄ possibile inq̄tū sequit᷑ ad ipꝫ eē vel nō eē: tūc palā est q̄ nō cōtigit dicere q̄ aliqđ sit possibile: ⁊ q̄ nūq̄ erit oīno: q2 si nūq̄ erit oīno: tūc nō priuat᷑ ab eo oīno fieri ⁊ eē: nisi pp priuationē potētie eēndi: tn̄ possibile est aliqd qđ nō erit: sꝫ cū dr̄ q̄ aliqd oīno nō erit: hoc dr̄ pp īpossibilitatē eēndi illō: vn̄ hec duo nō sunt silr̄ vera. aliqđ possibile est eē: ⁊ q̄ illō idē oīno nō erit: ⁊ iō fugiēdū ē ab his q̄ sūt eē impossibilia: illa enī oīno nō erūt. ¶Dico aūt hoc explanādo vt si quis nō geometricus dicat q̄ possibile est diametrū cōmensurari coste: qui tn̄ oīno nō cōmēsurabit᷑: ille enī sic dicēs nō excogitat hoc īpossibile eē: sꝫ poti⁹ supponit oē finitū cū finito cōmensurari: ⁊ admirabit᷑ si nō cōmensuratur: ⁊ si sciret cām quare nō cōmēsurat᷑: q2. vꝫ. sequit᷑ numerū parē esse imparē si diametrū cōmēsuret᷑ fugeret ꝓuidus ab hoc dicto ⁊ diceret q̄ īpossibile est diametrū cōmensurari. Nihil enī ꝓhibet q̄ aliqd qđ possibile ē eē: aut fieri nō sit: aut nō fiat: sed tn̄ nō pōt dici q̄ illō oīno nec est neq̄ fiet: q2 illud qđ oīno nec est neq̄ fiet est impossibile: sꝫ tn̄ ex his que ponūt megarici. sequit᷑ q̄ illud qđ possibile est esse nullo mō est vel fiet: sic aū diximus: q2 illō qđ non est nō hꝫ potētiā vt sit: ⁊ qđ nō hꝫ potētiā vt sit īpoſle ē fieri: ⁊ qđ īpossibile ē fieri oīno nec ē nec erit: psuademur enī per rōnē possibilis q̄ illō ē: aut factū est qđ nō est q̄dē ſm actū nūc: sꝫ tn̄ possibile erat fieri: ⁊ ad hoc nō erit ꝯñs aliqđ īpossibile: nō est enim hoc falsuꝫ ⁊ īpossibile: sed potius falsum ⁊ possibile: ⁊ ideo nihil sequit᷑ īpossibile quādo dicimus eē qđ nō ē: q̄ tamē possibile est eē: simul aūt cū his que dicta sunt palā est q̄ si nos posuimus: q̄. b. sequitur ad. a. q̄ tunc seq̄tur q̄ si. a. est: tūc etiā. b. est: ⁊ si. a. possibile est esse sequitur q̄ necessario. b. possibile est esse. ¶Si enim detur consequentiā hāc non esse necessariā: sed q̄ possibile sit esse. b. a. posito in esse cum nihil ꝓhibeat hoc nō esse: id qđ tn̄ possibile est eē: sequit᷑ q̄ existente. a. pōt nō esse. b. ergo. b. nō sequit᷑ ad. a. ⁊ hoc est ꝯ hypothesim. Si igit᷑. a. possibile est esse. ergo. a. qn̄ possibile est eē si ponat᷑ in eē nihil īpossibile accidit: accidit autem si ponatur in esse ſm megaricos impossibile q2 sequtur: si. a. est. b. esse est necesse q̄ ſm eos impossibile erat eē: ⁊ hoc sic declarat᷑: si possibile est esse. a. possibile est esse. b. ex hypothesi: ponatur igitur. a. esse sequitur. b. esse q̄ erat possibile esse: sed possibile esse ſm megaricos est priuatum potentia essendi: ⁊ qđ est priuatū potētia essendi impossibile est esse: igitur si ponat᷑. a. esse sequitur q̄. b. īpossibile est eē qđ est valde absurdū: sic enim erat impossibile esse. b. q̄uis a. poneretur in eē. ¶Scđm aūt ꝯditiaꝫ qua posuimus. b. sequi ad. a. sequitur q̄ si necesse sit q̄ impossibile sit esse. a. sequitur q̄ cū ē necessariū sit impossibile eē. b. sed primū horum est īpossibile ſm megaricos: ergo ⁊ scđm: p̄muꝫ enī est q̄ si possibile sit eē. a. ⁊ ſm istos si possibile est eē. a. impossibile est eē. a. Sequitur igitur q̄ si propter potentiam ad eē a. impossibile est eē. a. q̄ etiam ꝓpter potētiam ad eē. b. impossibile sit eē. a. Si igitur. a. est possibile propter potētiam ad esse. a. sequitur necessario q̄ etiam. b. sit possibile: sic eniꝫ positum est: q̄. a. ⁊. b. se habeat adinuicem. ergo. a. existente necesse est etiam esse. b. Si autem sic se habentibus adinuicē. a. ⁊. b. sequit᷑ ſm megaricos q̄. b. nō sit ita: sꝫ potius q̄ b. impossibile sit eē: tunc etiam sequitur q̄. a. b. nō sic habēt adinuicē: vt dcm̄ est: ⁊ hoc est cōtra hypothesim: sequit᷑ enī ex hypothesi q̄ si. a. possibile est eē q̄ necessario etiaꝫ. b. possibile sit esse. Et si ponatur esse. a. q̄ etiam. b. sic est necessarium ex hypothesi: necessarium est enim q̄. b. sit possibile si a. sit possibile. Si autem possibile ſm suam rationem hoc significat qđ dictū est: tūc sequit᷑ si. a. est: ⁊ quādo. a. est: ⁊ vt a. erat possibile eē: tunc necessarium est ſm eosdem oēs modos eē: ⁊ possibile eē ⁊ illud qđ est. b. patet igitur q̄ positio Megaricorum est falsa que talem destruit consequentiā.

Arr Pitagore (margin)

Tex. cō. 6.

Idē Auerois i prin cōmēto.

Tex. cō. 7.

Tex. cō. 8.

Tex. cō. 9.

¶ Tractatus Tertius Noni Libri prime phie qui est de cōditionibus potentie ⁊ actus.

¶ Cap. pᵐ. De conditionibus potentiarum precedentium vel sequentium suos actus.

Tex. cō. 10.

Omnibus autē modis potētiarum ⁊ vt distinctū est existentibus. Opꝫ attendere ꝙ quedā sunt connate nobis ⁊ innate sicut potētie sentiendi: quedā autē acquirunt more ⁊ assuetudine: sicut potentie moralium virtutū ⁊ artiū practicarū vt que est tybicinādi vel cytharizādi potentia. alie autē acqrunt disciplina ⁊ doctrina vel inuētiōe vt virtutes ⁊ potētie intellectuales: sicut ille que sunt sciarū ⁊ artiū: ⁊ ideo indigēt experimēto ⁊ tēpore: ⁊ ideo quasdaꝫ ipsaꝝ necesse est acqrere ⁊ habere per operatiōes ꝓcedētes ipsas potētias: ⁊ ille nō sunt cum ipsis actionibꝰ: vt dicunt megarici: sed potius inascunt ex operis assuetudie: ⁊ ex talibus operibꝰ generant alīes operibꝰ potētie: tales eni sunt oēs potētie quecūqꝫ more ⁊ assuetudie: ⁊ rōne doctrine vel inuētionis fiunt: alias autē potentias actiuas que nō sunt tales ꝙ generent ex assuetudine vel doctrina: ⁊ etiam illas potentias que cōsistunt in nō agere: sed in pati nō est necesse ꝙ sue operatiōes eas ꝓcedant: qa ex operationibꝰ talibꝰ non generātur: sed potius tales potētie suas precedūt operationes. ¶ Adhuc autē qm̄ omne qđ est possibile siue potēs est aliqd potēs: ⁊ aliquādo potens hoc qđ pōt: ⁊ per aliquē modū est potens: ⁊ quecūqꝫ alia necesse est ad eē in diffinitione seu determinatione cōditionū potētie opꝫ oia addere ad hoc vt potēs sit expeditū ad id ad qđ dicit habere potentiā. ¶ Adhuc aūt alia dicūtur qdem potentia sm̄ rōnem. Alia autem dicūtur potētia irrōnabilia: irrōnabilium sunt potētie irrōnabiles: sed ipetu nature mouent ad id cuius potentiā habere dicunt. ¶ Adhuc aūt alias qdem potentias ⁊ necesse est inesse aiato: sicut augmentatiuū ⁊ sensitiuum ⁊ huius: alias aūt que sūt nāles necesse est eē in ambobꝰ: inaiato. vꝫ. ⁊ ī inaiato. ¶ Opꝫ aūt tales eē oēs dictas potētias vt possint agere vel pati quādo appropinquāt passiuo: ⁊ potenti hoc est actiuo: actiuū eni agit appropinquās passiuo: ⁊ passiuū patit quādo appropinquat potēti actiuo. quedā sunt potentie q̄s nō necesse est agere vel pati ēt cum appropinquāt passiuo vel potēti hoc est actiuo: actiuū eniꝫ agit appropinquās passiuo: ⁊ passiuum patitur quādo appropinquat actiuū. quedā eni potētiaꝝ oēs sunt sic ꝙ vna ē vnius vnū: sicut naturales potētie siue actiue potētie. ¶ Alie aūt sicut rōnales sunt potētie cōtrarioꝝ: igit si concedat ꝙ ille agūt quotiescūqꝫ appropinquāt ei circa ꝙ operant oporteret concedere ꝙ ille cōtraria faciūt simul: ⁊ hoc est impossibile: lꝫ eni potentia sit cōtrarioꝝ: tn̄ nō simul facit cōtraria. igit necesse est ꝙ istis potētijs cōueniat aliqd diuersum ab alijs ꝙ ꝓpriū est eis qđ impedit ne semper agāt quādo appropinquāt ei circa qđ agūt. ¶ Dico autē hoc eē ꝓheresiꝫ: hoc est appetitū ⁊ ꝓheresim: hoc est eligētiā: tales eni potentie que rōnales esse dicunt: ēt qn̄ sunt coniuncte ei circa qđ operant: tn̄ nō agūt nisi agere appetāt ⁊ eligant: ꝙ eni talis potētia desiderat hoc maxime facit qn̄ hoc circa qđ operatur existit in tali dispōne: sicut potētia pōt in illud: ⁊ quādo passiuo in qđ agit appropinquat possibile. igit qđ est potēs sm̄ rōneꝫ est necesse agere quādo desiderat id cuiꝰ hꝫ potentiaꝫ: ⁊ vt hꝫ hoc facere: hꝫ aūt facere ꝑsente passiuo: ⁊ ita se habēte ꝓut pōt in ipm̄: sin aūt aliter se habeat facere nō poterit. ¶ Nec opꝫ nos in cōditionibꝰ taliū potentiaꝝ addere qđ agat in id cui appropiqnat si nihil exterioꝝ ꝓhibeat: potentia eni vt est potentia faciendi: hꝫ facultateꝫ faciēdi. ¶ Diximus aūt ꝙ nō oīno hꝫ faciendi facultateꝫ: sed si hꝫ vt ⁊ quādo ⁊ quō pōt agere: ⁊ istis sic determiatis nō oporꝫet addere nisi extrīsecū aliqd ꝓhibeat: qa hoc icludit in intellectu cōditionū que dicte sūt ꝙ possit vt ⁊ qn̄ ⁊ quō. ¶ In illis eni factis sunt determiata que exterius ꝓhibēt: hoc eiꝫ que sunt exteriꝰ ꝓhibētia auferūt: q̄dā illoꝝ que diximꝰ in diffōne huc determinatiōe cōditionū potētie. ¶ Si eni extrinsecus aliqd ꝓhibeat nō erit appropinquās passiuo: vt pōt in ipm̄: ꝑꝑ qđ ēt qn̄ tales potētie ēt simul voluūt ac cupiunt facere duo aut ꝫria: tn̄ nō simul faciūt ea: qa vnū ꝫrioꝝ ꝓhibet alterū fieri: ⁊ iō aliqd extrinsecū est ꝓhibēs: ꝫria eiꝫ nō hn̄t simul suā faciendi aut fiēdi potētiā. nec ipsa faciēdi potētia est potētia ꝫria simul faciendi. faciet eni ea quoꝝ ē sic potētia eoꝝ: est aūt vniꝰ per se ⁊ alteriꝰ ꝑ absentiā ipsiꝰ: ⁊ iō simul eē nō possunt ꝫria quoꝝ est potentia rationalis.

¶ Cap. 2ᵐ. De modis ⁊ dispōnibus que cōueniūt actui.

Tex. cō. 11.

dentes in multitudinē. In his oibus est metrū ꝛ principiū
id qđ est primū vnū ꝛ indiuisibile sm illud genus cuius est
metrū ꝛ principiū. Sicut aūt hoc esse diximus in discretis:
ꝛ in his que extēdunt ex vno per modū quo numerus p ad-
ditionē excrescit ex vno: ita ēt est in cōtinuis: qꝛ lꝫ illa p diui
sionē nō deueniāt ad vnū minimū: neq; extēdant ex vno mi
nimo p additionē. tñ qñ reddit ꝛ certificat eaꝝ ꝙtitas vtū
tur in lineis vt vno quasi athomo: siue indiuisibili linea pe
dali: vel alia quecūq; minima eē ponit: sicut agri mēsurato
tes pmū ponūt digitū vt lineā idiuisibilē. ¶ Et iterato digi
to quater ponūt scđaꝫ mēsurā palmū: ꝛ iterato iterū palmo
quater tertiā mensurā ponūt pedeꝫ: ꝛ ex pede vno ꝛ semisse
quartā mēsurā ponūt cubitū: ꝛ hoc mō pcedētes duodecim
mēsuras pducunt qb⁹ oium ꝯtinuas mēsurāt quātitates:
vbiq; nāq; ꝛ in oibus primū metrū ꝛ mēsurās querunt: tale
aliqđ ꝙ sit vnū ꝛ idiuisibile: hoc aūt ꝛ idiuisibile est: aut sim
pliciter ꝛ simplr idiuisibile est sicut in numeris: aut est idiui
sibile vnū ꝗle pducēs ex se virtutes qualitatū p additionē:
sicut in graui leui veloci ꝛ tardo: aut est idiuisibile ꝙtū qđā
posito sicut in mēsuris ꝯtinuoꝝ iter mēsuras primus ponit
digitus: ꝛ in pōderib⁹ granū ordei vbicūq; in quolibet gñe
mēsurādi entis nō videt aliqđ addēdū vel auferendū hoc
dicit esse primū idiuisibile vnū ꝛ certū oium alioꝝ metrū: ꝛ
iō cū in numero sit tale vnū: cui nihil penitus pōt addi vel
auferri: cōstat ꝙ metrū numeri est metrū ꝛ vnū certissimū:
vnitatē eniꝫ numeri oēs semp ponūt primū esse idiuisibile.
¶ In alijs vō entib⁹ numerādis imitant tale vnū quale est
in numeris quātū pñt. Naꝫ a stadio mēsurādo in cōtinuis:
ꝛ talēto mēsurādo in pōderibus: ꝛ silr quolibet magno vel
maiore accepto ꝛ posito forsan fit obliuio ꝛ ignorātia: quātū
sit additū ꝛ ablatū: qꝛ icertior ē quātitas maior ꝙ̄ minor: ꝛ
ideo si iteret sup aliqđ quātitas maior nō certificabit mēsu
ratū: eo ꝙ quātitas mensure est ignota: ꝛ iō additū vel de-
terminatū in mensurādo ex quātitate magna est ēt ignora-
tum. ꝙ si ignorat principiū: ignorat etiā principiatū: sed in
minori quātitate: hec nō est que magis est certa: ꝛ iō cū ite-
ratur vel addit vel subtrahit ab eo qđ mēsurat magis cer-
tificat ꝙ̄ maior. Et ideo oēs pñi ꝛ homies faciunt hoc esse
metrū in quolibet gñe a quo primo sm sensuꝫ nō ꝯtingit au
ferre sensibilē: ꝛ nota dignā quātitatē: ꝛ hoc faciūt in humi-
dis ꝛ siccis ꝛ in dimēsionib⁹ grauis ꝛ i mensuris dimēsionis
cōtinue: ꝛ iō in humidis minimū ponūt cadū: ꝛ in siccis mo
diū: ꝛ in grauib⁹ ꝛ leuib⁹ siue pōderib⁹ granū ordei: ꝛ in di
mēsionib⁹ ꝯtinuis digitū: ꝛ tunc putāt se cognoscere totum
quātum: qñ cognoscunt p hoc mēsurās primum metrum.

¶ Cap. 4m. In quo probatur sm quem modum sit vnum ꝙ est metrum in quolibet genere.

Tex. cō. 4.

[H]Odiē aūt mō ꝛ in reb⁹ oibus pcedūt sm nām
existib⁹: ꝛ nō existib⁹ sm artē: motū. n. oēm mē
suratū simplici motu ꝛ velocissimo: ꝛ hoc ē mo
tus celi q pportiōe habita ad id qđ mouetur
paruissimū hꝫ tps: ꝛ iō in astrologia tota in qua
cursus ꝛ ꝯiunctiōes ꝛ pueutiōes ꝛ distātie stel
laꝝ mēsurant: talis mot⁹ primi mobilis q diurn⁹ vocat est
primū ꝛ metrū quo oia mēsurant: supponūt. n. ꝙ ꝛ veruꝫ est
ꝙ mot⁹ primi celi sit iter oēs magis eq̄lis ꝛ velocissim⁹ oiuꝫ
alioꝝ: ꝛ iō ad illū iudicāt ꝛ numerāt oēs alios stellaꝝ ꝛ celo-
rū motus. ¶ Silr aūt in musica primū: quo neumata mēsu
rant est discrimē siue diesis que vocat diesis quo vincit ton⁹
semitoniū: ꝛ iō diesis est iteratū primū in musicis. Silr aūt
in voce litterata est primū elēntū littere prime: ista antē oia:
cū nō sūt vnius ꝛ eiusdē gñis: ita sunt vnū in cōi dictū ꝙ il-
lud vnū qđ pdicat de eis: nō est cōe sicut gen⁹ vnū: sꝫ poti⁹
sicut dictū est p analogiā ad vnū primū idiuisibile in nume
ris: qꝛ a primo vno in nūeris sumit analogia ad oia alia q̄
in diuersis gñib⁹ vnū dicunt. ¶ Sed hic est aduertendum
ꝙ illud qđ est metrū primū in quolibet gñe nō semp nūero
idē ꝛ vnū idiuisibile est: ꝙ est metrū: veꝝ aliqñ sunt plia que
tñ ponunt vt vnū: sicut in musicis ponit pm semitoniū: ꝙ hꝫ
duo discrimina q̄ sūt due dieses: q̄ qdē nō sunt duo sm au-
ditū: sꝫ in smonib⁹ ꝛ vocib⁹ duo est: sꝫ qꝛ cant⁹ mēsurat sm
melos ad auditū relatuꝫ: iō duo illa discrimina pro vno sim-
plici ponunt. Silr aūt i vocib⁹ litteratis q̄ sūt syllabe dictio
nes ꝛ oiones nō possum⁹ ponere vnā vocē elntalē qua men
surent oēs: sꝫ sūt elnta ꝛ tpa ꝯlatiōe elntoꝝ qb⁹ mēsuram⁹
vocē pmā litteratā q̄ est syllaba. qđlibet illoꝝ tñ elntoꝝ indi
uisibile est: ꝛ si est tps lōgū mēsuram⁹ illud duob⁹ breuibus
sm ꝯlationē ꝛ tps breue ponim⁹ vt vnū idiuisibile simpler:
vñ dimēsuratio in musicis ꝛ vocib⁹ litteratis mēsurat duo-
bus: sic dictū est. ¶ Silr aūt in geometricis est: qꝛ in illis di
mēsuratio q̄ est diameter siue linea diagonalis in q̄drato vl
q̄drāgulo: altera pte lōgiori mēsurat duob⁹ laterib⁹ triāgu-
li: q ꝯtinēt angulū cui diameter subtēdit: sicut pꝫ i pmo Eu
clidis. qꝛ q̄drata duoꝝ lateꝝ valent vnū q̄dratū diameter:
hoc aūt mō mēsurat ꝛ latus ꝛ oēs dimēsiōes. ¶ Si. n. sūt li
nee rōnales ꝛ cōicātes mēsurant aliq̄ nūero ꝛ vnitate illius
nūeri: ꝛ si nō sunt tales: mēsurant pportiōe ꝙtitatis ꝯtinue
in latere: vel i diametro sumpte: eo ꝙ multe pportiōes sūt
in ꝯtinuis q̄ ad numeros reduci nō pñt: sicut pꝫ in vltimis
theorematib⁹ scđi libri Euclidis: metrū aūt oium est: sicut
vnū: qꝛ ipso cognoscim⁹ ex quot ꝛ qb⁹ est tota subā mēsura-
ti: diuidētes ipsaꝫ subaꝫ sm metri iterationē: aut sm quāti
tateꝫ aut sm spēm ꝛ formā: sicut pꝫ p exēpla añdicta. Metꝝ
aūt iō est vnū ꝛ idiuisibile: qꝛ qđ pmuꝫ est singulis est idiui-
sibile p aliqueꝫ modū: nō. n. silr ꝛ codeꝫ mō omne vnū pmū
est idiuisibile: est. n. vnū aliqđ in mensuris ꝯtinuis pes: ꝛ in
numeris primuꝫ est ipsa vnitas: ꝛ aliud est in alijs vnuꝫ pri
muꝫ: ꝛ iō aliqđ vnuꝫ est oino idiuisibile: sicut vnū in nume-
ro: alia vō vna pma sunt idiuisibilia posita ad sensuꝫ: eo ꝙ
sm sensibiliuꝫ notā nihil pōt eis auferri: hec. n. volunt men
suratores esse idiuisibilia sic dictū est: forsan. n. oē ꝯtinuum
est semp diuisibile: sꝫ de hoc hic nō suscepim⁹ disputationē.

¶ Cap. 5m. In quo probat ꝙ vnum qđ est metrum in quolibet genere est cognatuꝫ illi generi: ꝛ est in eo digressio tres excludens errores qui ex hoc oriuntur.

Tex. cō. 4.

[S]Emp ēt id qđ est metrū opꝫ esse cognatū ei qđ
mēsurat p ipm: pꝫ āt hoc p iductionē: qꝛ dimē
surationis metrū est dimēsio. Et silr vnaquaq;
lōgitudo pria simplr vel sm pōneꝫ metrū est lō
gitudinis: ꝛ ad eūdeꝫ modū latitudo latitudi-
nis: ꝛ vox pria vocis: ꝛ grauitas prima grauj-
tatis: ꝛ vnitatū vnitas. Sic. n. oꝫ accipe i oib⁹ cognatū ipsis
mēsuratis metrū: sꝫ nō opꝫ iō vnitatē nō eē metrū numeri:
qꝛ metrū nūeri nūerus est: ꝛ iō qꝛ opꝫ silr in gñe ꝯuenire me
trū ꝛ mēsuratū: quimo opꝫ in nūeris accipe metrū: ꝛ nō silr
in spē aliq̄ nūeri: sicut mēsuratū est in aliq̄ nūeri spē: qꝛ non
sunt silr digni ad nomē ꝛ rōnē metri nūerus ꝛ vnitas: qꝛ sic
in phabitis dixim⁹: ꝙuis aliqs nūerus mēsuret p numeꝝ:
tñ ille mēsurās nūerus sicut a prio mēsurāte mēsurat p vni
tatē. Et ideo vnitas dignior est noie metri: veꝝ sic dignant
vnitates eē metrū vnitatū q̄ sunt nūerus: ꝛ nō dignant vni
tatē eē metrū eo ꝙ ipsa nō est nūerus. ¶ Numerus. n. ē plu
ralitas vnitatū: ꝛ nō vnitatis: sic ēt in quolibet cognatū me
trū est ponēdū: ꝛ nō oia mēsurāda sunt vnitatib⁹ numeroꝝ:
sic qdā pithagoricoꝝ dixerūt. ¶ Ex his aūt q̄ sic a nobis de

Digressio.

vno determinata sunt: tres nō dissimulādi errores surrexe
rūt: pp hoc. n. ꝙ oē mēsurās vnū dicit ad aliquā similitudineꝫ
vni⁹ qđ est nūerus qdā fuerūt q dixerūt: ꝙ illud vnū qđ cū
ente ꝯuertit: ꝛ p analogiā circuit: oē genus ꝙ est nihilomi-
nus vnū q̄ qđlibet dicit est vnū numerale qđ est pn̄m nume-
ri: ꝛ ex hoc sequit ꝙ vnū accñs aliqđ addit sup ens: ꝛ hꝫ se
ex additiōe ad ipm: ꝛ hoc nō est veꝝ. Alij aūt dixerunt ꝙ qꝛ
vnū est qđ est primū oium ꝛ dicit ad vnū nūeri p analogiā:
ꝛ iō dixerūt ꝙ ex nūeris cōponunt entia: ꝛ iō vnitas est q̄ est
mēsura ipsoꝝ: ꝛ cōtra has duas opiones in phabitis satis ē
disputatū. Cōtra primā oiuꝫ disputatū est in q̄rto ꝯ scđam
aūt disputatū est in pmo. ¶ Est aūt tertia opio dicens: ꝙ in
quolibet gñe pmū illius gñis est illud idiuisibile qđ ē mēsu
ra alioꝝ: sꝫ cū determiāre debēt illud idiuisibile diuersificā-
tur p tres differētias: qdā. n. dicūt ꝙ pmū in gñe substātie:

Rōnes p̄ opi-niōe Auer. b̄ cō. 7. vbi asse-rit deū eē me-trū p̄dicamen-ti sub̄e.

q̄ oīa alia mēsurat est motor primus ⁊ eēntia primi moto-ris. Alij aūt dicūt q̄ primū illud est nā gn̄alissimi. ¶ Et ter-tij dicūt: q̄ hec est mā prima: hij aūt q dicūt q̄ primū in gn̄e sub̄e que est eius ver̄ ⁊ p̄fectuz est motor primus has pro se idducūt rōnes: primā.n. s̄m p̄dicta est id q̄ maxie est idiuisi-bile simpler: maxie aūt idiuisibile simpler est motor p̄mus: q̄ est idiuisibilis ⁊ impitibilis nō h̄ns magnitudinē penit⁹. ¶ Amp̄. id est metrū ad cui⁹ eē alia mēsurata gradū entis accipiūt: oīa aūt sc̄da sunt in gradu entitatis p aliquē acces-sum ad primū: videnẗ igiẗ sc̄da mēsurari p primū. ¶ Amp̄. nunq̄ in aliquo ordine primū mēsuraẗ p sc̄m sed ecōuer-so: cū igiẗ p̄mus motor sit oīuz primū videbiẗ p̄mus motor eē metrū oīum. Adhuc aūt ei⁹ qd̄ est metrū videẗ eē ppriuz q̄ sit cā: est aūt p̄mus motor p suū itellectū agētē cā: est igiẗ primū mēsurās: his ⁊ hui⁹ rōnib⁹ assentit Auerrois ⁊ sui se-quaces primā cām dicētes eē metrū entis. ¶ Obijcieẗ autē aliqs in z̄riū: q̄ id est metr̄ qd̄ iteraẗ in his que mēsuraẗ: s̄ primus motor nō sic iteraẗ i entib⁹. Adhuc aūt id qd̄ metr̄ est aliud est de sub̄a mēsurati: sicut vnitas aliqd est de sub̄a nūeri: p̄mus āt motor cū entib⁹ nō cōmisceẗ. ¶ Hi aūt qui dicūt nām gn̄alissimi eē primū mēsurās ⁊ metrū duas potis-simū idducūt rōnes: vnā qdē q̄ hoc est primū idiuisibile sim-plex in gn̄e. Alia aūt: q̄ nā gn̄alissimi est sub̄m primū itera-tū in oībus que sūt eiusdē gn̄is ⁊ hoc dicūt debere cōuenire metro. Sed z̄ra eos est q̄ nā gn̄is nihil certificat neq̄ dif-finit: metrū aūt certificat ⁊ diffinit id cui⁹ est metruz. ¶ Illi v̄o q dicūt q̄ mā est primū mēsurās dicūt hoc triplici rōne. vna qdē est: q̄ metrū ⁊ mēsuratū nō cōueniūt sp̄e sed gn̄e ⁊ p̄ātē: ⁊ hoc p̄z in nūero q mēsuraẗ vnitate q̄ z̄uenit cū eis nō sp̄e sed potētia solū: q̄ sicut dicit in arithmeticis vnitas p̄ātē est oīs nūer⁹. ¶ Alia āt rō est: q̄ metrū est iteratuz in his quoz̄ est metrū: nihil aūt iteraẗ in entib⁹ nisi sub̄a māe. ¶ Tertia rō est: q̄ mā est sola p̄ma q̄ subijciẗ oī sub̄e: ⁊ cum primū sub̄m debeat eē p̄mū metrū ei⁹ qd̄ fit ex ipso: sicut nu-merus ex vnitate videẗ p̄mā mā eē metrū. ¶ Obijciẗ etiā z̄ istos: q̄ mā p idē nō iteraẗ in sub̄a s̄ poti⁹ p diuisionē. Ad-huc āt: q̄ mā icerta est: ⁊ nō itelliḡr nisi p analogiā ad formā: ⁊ q̄ est icertū diuidiẗ ⁊ nō h̄z metri rōnē. Adhuc multitudi-nis in nūero nō est cā nisi diuisio māe: igiẗ mā in entib⁹ h̄z se sicut nūeratū ⁊ nō numerās. ¶ His igiẗ oīb⁹ sic digestis: vi-deẗ dici melius cū Auer. q̄ p̄mus motor p itellm suū ē me-trū entis q̄ est in sub̄a: itellect⁹.n. suus sicut in sequētib⁹ p-babiẗ est cā entis: ⁊ lumē itellect⁹ sine forma est hypostasis entiū iteratū in ipsis entibus: ⁊ z̄ferēs oī enti eēntialitatē: ⁊ ad ip̄m mēsurata entia entitatē h̄nt lōginquorē vel ppinquo-rem: ⁊ illud lumē s̄m q̄ est in ppriis eēntialib⁹ ⁊ nālib⁹ ma-iorē ⁊ minorē accipit determinationē. Et ideo eius determi-natū mēsuraẗ a p̄mo penit⁹ simplici: cui nulla facta est oppo-sitio: ⁊ qn̄ dicit q̄ metrū est aliqd de sub̄a p̄z iam eē verū q̄ l̄z p̄mus motor p sub̄az nō sit de nā entiū: tn̄ p lumē itellect⁹ substātificat entia sicut colores substātificanẗ p lumē qd̄ est in p̄spicuo. In se aūt est certissimū simplicissimū ⁊ māifestissi-mū s̄m nām: l̄z quo ad nos sit occultū pp nostri itellect⁹ de-bilitatē. ¶ Illi aūt q ponūt nāz gn̄alissimi eē metrū pua ⁊ exi-gua rōne moti sunt: ⁊ adhuc nec videẗ cōsentiēdū eē dictis eoz̄: isufficiētī.n. crediderūt signu: q̄ simpler ⁊ p̄mū s̄m itel-lectū nō necīu est metrū: nisi ⁊ alia z̄currāt que z̄ueniūt me-tro: ⁊ hoc est q̄ reddāt ⁊ certificēt ea quoz̄ metra sūt in q̄ti-tate: quātitatē aūt dicu s̄m accessum ad ens primū ⁊ veruz vel s̄m recessuz ab illo. ¶ Hac eni extēsionē ad similitudinē quātitatis h̄z oē ens: qd̄ p̄cedit ab itellectu p̄mo: s̄ de hoc multū diximus: ⁊ adhuc in sequētib⁹ plura dicemus. ¶ Hi aūt q mām posuerūt eē metrū oīs p̄ter rōnē dixerūt ppter rōnes que in z̄riuz adducte sunt: l̄z eniz metrū in sp̄e nō z̄ue-niat cū mēsuratis: tn̄ rōnē mēsurātis nō h̄z prima mā: s̄ po-tius prima forma sicut diximus: ⁊ dico primā q̄ est s̄m esse prima ⁊ nō s̄m rōnē tn̄. Et ex his p̄z solutio dubiorum.

¶ Cap̄. 6m. In quo per rationez Pithagore ostendiẗ quid sit primū mensurans in entibus.

Tex. cō. 5.

Sunt qdā Pithagore vestramēta sequētes q metrū rez̄ dixerūt eē sciam ⁊ sensuz: eo q̄ sicut diximus in q̄rto hui⁹ sapie libru rez̄ ponūt eē in apparēdo hoī p sensuz: ⁊ sciam: ⁊ q̄ res se-quunẗ ea que sunt in aīa potius q̄ econuerso. Dicti aūt istius cā fuit: q̄ cognoscim⁹ magis id qd̄ mensu-rat q̄ cognoscam⁹ mēsuratū: id eniz p qd̄ certificaẗ icertuz certū est: ⁊ cognitū: certificaẗ aūt mēsuratū p mēsurā certaz. Supponebāt aūt isti q̄ id qd̄ est in aīa certissimū est ⁊ no-tissimū: sed tn̄ istud dictū falsuz est: s̄ poti⁹ cū res extra aīaz existēs sint cā nostre scie poti⁹ res extra aīam existēs mēsu-rāt aīaz s̄m sensuz ⁊ cognitionē q̄ ecōuerso: ⁊ in talib⁹ acci-dit nobis. sicut si dicam⁹: q̄ aliquo alio a nobis nos mēsurāte nosipsos cognoscim⁹ s̄m q̄ quāti sumus cū cubituz nos mē-surātē nobisipsis superponimus. ¶ Sic enim sp̄ēs rez̄ acci-piendo nostrū itellectū ⁊ inuenimus ⁊ cognoscimus: sicut sub-tiliter in sc̄do libro de itellectu ⁊ itelligibili nos ostēdimus: Pithagoras v̄o oīum rez̄ dixit eē metrū hoīem sciētē: ho-mo enim talis est sciēs ⁊ sentiēs: metrū aūt est sciens ⁊ sen-tiens: idō q̄ sentiēs h̄z sensum: ⁊ sciens h̄z sciam ⁊ sensum: ⁊ sciam dicimus eē metra subiectoz̄ sensibiliū ⁊ scibilium: q̄ sensus est sp̄ēs sensibiliū ⁊ itellectus est sp̄ēs scibiliū: sicut in libro de aīa tertio est ostēsum. ¶ Dicimus eniz q̄ sensus ⁊ scia nihil sunt supabundās sup formas sensibiliū ⁊ scibiliū: ⁊ idō dicētes hāc positionē rōne inducta aliqd dicere viden-tur: ⁊ l̄z falsum dicāt sic oppināres: tn̄ ex rōne dicti eoz̄ acci-pimus: q̄ vnū in rōne noīs est qd̄ maxime dicimus esse me-trū: ⁊ hoc est primū idiuisibile notū ⁊ certū: ⁊ hoc qdē p p̄us z̄uenit quātitati: ⁊ deinde z̄uenit āt qualitati p posterius: ⁊ hoc est palā p predicta: tale aūt qd̄ h̄z ⁊ nomē ⁊ rōnez metri erit in aliquo tale si est indiuisibile s̄m quātitatē: ⁊ in alio si est idiuisibile s̄m qualitatē. vnde necesse est: q̄ illud vnū qd̄ est metrū sit idiuisibile: aut simpl̄r aut inquātū vnū ⁊ primū est pōne: sicut in antehabitis determinatū est: q̄ v̄o vnū sic poniẗ p qd̄ quātitas mēsuraẗ vniuscuiusq̄ necesse est diuer-sa poni: que qdē l̄z in se idiuisibilia sint: tn̄ ad pōdus vel ali-ter ad mēsurā relata supponunẗ certe ⁊ idiuisibilis eē quan-titatis. Oīa eni extēsa ex vno aliquo principio s̄m eē intel-ligunẗ: ⁊ s̄m extensionē hāc h̄nt s̄m suā nām quādā quātita-tē: ⁊ inquātū talia sunt mēsurabilia p vnū: ⁊ hoc qdē vnū ex quo extēdunẗ in sensibilib⁹ sp̄ēm sensuū: ⁊ in scibilib⁹ speciē intellectus dixit eē Pithagoras: ⁊ idō dixit sensuz ⁊ itellectū esse mēsurā oīum. Est aūt hoc primū vt diximus lumē itelli-gētie determinatū ad nām entis in gn̄e: ⁊ q̄ hoc sicut p de-terminationē factā ad genus diuersuz est. Ideo primū men-surās in generib⁹ entis est diuersuz: ⁊ p similē modū diuer-sum efficiẗ in specie: qn̄ ad sp̄ēm determinaẗ: ⁊ idō in sp̄ēbus diuersis sunt metra p̄ima diuersa: ⁊ aliqn̄ est accipere sub specie aliqd idiuiduū q̄ simplicius ⁊ purius illā accipit nāz: ⁊ illud idiuiduū aliqn̄ dicit metrū eē alioz̄ que sunt in eadē sp̄e: eo q̄ ad modū ei⁹ mēsuraẗ nā sp̄ēi in alijs: l̄z.n. species ⁊ gn̄a nō s̄m magis ⁊ minus dr̄ de substātijs: tn̄ qn̄ accipiū-tur s̄m esse ⁊ s̄m q̄ sunt nature subiectoz̄ in cōsequentib⁹ se potentijs nālibus habenẗ s̄m magis ⁊ minus.

3. de anima tex. cō. 38.

¶ Cap̄. 7m. In quo determinatur que sit vna nā in quolibet gn̄e prima verū sep̄ata vel z̄iuncta: ⁊ si z̄iuncta que sit illa.

Tex. cō. 6.

Est autē nūc ingrendū qd sit illud vnuz qd̄ est principiū ⁊ metrū entiuz s̄m sub̄am ⁊ naturaz: vtz̄. vz. se h̄eat vnuz illud quēadmodū supius in tertio libro in q̄ōnib⁹ tractauimus de ipso: vel nō. vbi inq̄situ est qd est illud vnū s̄z sub̄az ⁊ nām: ⁊ q̄uo nos opz loq de ipso: vtrum. vz. lo-quēduz sit de ipso quasi de sub̄a aliqua existe que sit substan-tia vna eiusdē vni⁹ de quo loqmur sicut oēs prius Pitha-gorici dixerūt vnitatē esse p̄ncipiū oīum quasi vnā substan-tiam existentē oīum: ⁊ sicut posterius post Pithagoraz di-xit Plato ponēs vnuz q̄ est idea eē principiū oīuz: aut ma-gis sit illud vnuz q̄dā nā que supponiẗ p̄ iāce. Et opz quere-re de vno s̄m quē modū opz notabilius ⁊ significātius dici: sicut quidā nālium dixerāt q nō posuerant principia ma-thematica: physicoz̄ enim alius illud vnuz qd̄ est oīuz prin-cipiuz: dixit esse amorē eo q̄ amor est vnitiu⁹ amātiū. Alius aūt magis respiciens ad mām dixit illud esse aerem ppter humiduz subtilis cōtinuās q̄ est aeris ppriū. Alius autē di-xit illud esse ifinituz: eo q̄ nihil est extra ip̄m. ⁊ idō cōuenit ei maxime esse vnuz. ¶ Obijcientes autē contra eos qui ma-thematica ponebant dicimus q̄ si est sicut in septimo supra p̄bauimus ⁊ in q̄nto: q̄ nulluz vl̄ium pōt eē sub̄a rerū sicut diximus in septimo cū sermo habereẗ de sub̄a ⁊ ente: tunc

etiā eē nō pōt φ hoc vl̄e vnū qđ Pithagoras ⁊ Plato po-
nūt eē genus oīū3 ut sub̄a rex: vl̄e.n.nō est vnū qđ p̄ter mul
ta in qbus h3 eē: ⁊ est cōe ad illa ſm p̄dicationē solū: ⁊ nō ſ3
esse ⁊ substātiā vnā que saluaṫ in oībus illis: ⁊ palā est ex ibi
dictis sicut ens φ est p̄dicatū cōe nō est substātia entiū: ita
nec vnū qđ ↄuertiṫ cū ipso ꝓpter eandē rōnē: hec enim duo
ens ⁊ vnū maxime ⁊ vl̄iter p̄dicanṫ de oībus. qꝛ igiṫ genera
que sunt minus vl̄ia nō sunt nature quedā ⁊ substātie sepa
rabiles ab alijs: ideo nec vnū ⁊ ens que sunt magis vl̄ia cō-
tingit eē naturas separatas ab alijs: ⁊ pp easdem causas nec
ens nec vnū nec genera alia sunt sub̄e q̄dā3 ⁊ nāe separate.

Tex.cō.7.

¶ Amp̄. aūt necesse est φ in oībus sil̄r se h̄eant ens ⁊ vnum:
qm̄ igiṫ in quolibet gn̄e entis est aliud ⁊ aliud vnū sicut est
alia ⁊ alia nā entis sicut ⁊ in quātis est vnū φ est de nā quā-
titatis palā est ex predictis: in oībus eni3 illis totaliter siue
vl̄iter queriṫ qđ in quolibet gn̄e vnū: sicut queriṫ qđ est nā
entis in ipso. ⁊ hec questio iō est qꝛ nō est sufficiēs dicere φ
hoc idē vnū φ est primū ⁊ vl̄e sit ꝓp̄ia vniuscuiusq3 generis
nā. ¶ Sed sicut querim⁹ de colorib⁹ qđ est color vnus ⁊ pri
mus ⁊ dicim⁹ illū eē albū: ⁊ deinde ꝓducim⁹ alia que sūt de
genere coloris: ex hoc p̄mo colore ⁊ ei⁹ ↄ̄rio nigro. Ex hijs
enim duob⁹ oīa que sunt de genere coloris videnṫ esse geni
ta: ⁊ nō sūt genita sicut ex duob⁹ principijs: sed potius sicut
ex habitu ⁊ priuatiōe: qꝛ dicimus φ nigrū est priuatio albi:
sicut tenebra est priuatio lucis. Ita dicimus φ est vniuscu-
iusq3 nā vna prima ex qua sicut ex principio ꝓcedūt oīa que
sunt generis illius: vnde si entia oīa eēnt colores entia eēnt
qdā numerus ꝓcedēs ex vno primo φ est color albus. palā
aūt est qꝛ quoꝝdā entiū sicut dictū est vnū est esse sicut colo
rū. ¶ Si tn̄ in colorib⁹ sicut dictū est aliqđ φ vnū h3 esse pri
mū vt albū: hoc enim forte verius est lumē φ est color sub
stātia: sed de hoc hic nō facimus vi3. Sed qđ diximus gra-
tia exēpli est inductum. Simil̄r aūt si oīa entia eēnt melodie
tūc numerus entiū nō eēt numerus separatus: ſ3 poti⁹ nume-
rus entiū eēt discrimē primū φ est diesis siue semitoniū: se-
mitoniū enim h3 duas dieses: siue vnū discrimē diesiū ⁊ nu
merus separatus nō eēt sub̄a eoꝝ ⁊ vnū primū qdē3 eēt aliqđ
separatū: sed esset sub̄a entiū: nō enim tūc vnū φ est separa
ta vnitas eēt entiū sub̄a ſm hāc positionē sed primū discri-
mē diesum ex qbus est semitoniū. ¶ Simil̄r se h3 ⁊ in sonis
elemētoꝝ. Si enim entia eēnt numerus sonoꝝ: ⁊ vnū p̄mū3
de soni nā esset substātia rex φ est forte elemētū vocale qđ
est p se sonās primū ⁊ eodē modo si entia essent figure otto-
gonie hoc est rectilinee: tūc entia eēnt nō numerus separat⁹
sed numerus figuraꝝ: ⁊ vnū illius numeri esset primū otto
goniū qđ est trigonū ex quo fieret oīs figura: eadē aūt ratio
est ēt in alijs generib⁹ entiū: ⁊ ꝓpter hoc si sic ꝓcedaṫ i alijs
sicut in passionib⁹ ⁊ quātitatib⁹ ⁊ qualitatibus ⁊ in motu: ⁊
dicaṫ φ entia p̄dicto modo numeri sunt ⁊ vnū aliqđ primū
est in oīb⁹ ex quo ꝓducunṫ: tūc p3 φ entia nō sunt numerus
simpl̄r sed numerus qdā ⁊ vnū nō simpl̄r ſ3 aliqđ determi-
nate nature vnū est p̄n̄m ⁊ sub̄a eoꝝ. Si vō hoc idē vnū3 est
sub̄a: tūc etiā in substātijs siue in gn̄e substātie necesse est si-
militer se h̄ere: sicut eni3 dicimus sil̄r se h3 in oīb⁹ qđ dictu3
est: palā igiṫ est φ vnū in quolibet genere est cuiusdā natu-
re: ⁊ hoc qdē vnū qđ est p̄n̄m ⁊ vl̄e nullius generis determi-
nati est nā: sed est multiplicatū p analogiā ⁊ diuersū3 in oī-
bus: ⁊ est sicut in colorib⁹ color vnus primus: manifestū est

Tex.cō.8.

igitur φ vnū ip̄m φ sicut in substātia est primū ip̄m est vna
substātia prima in genere substātiaꝝ. ¶ Quia vō vnū ⁊ ens
significāt idē3 l3 mō diuerso. iō vtrūq3 istoꝝ sequiṫ ⁊ circuit
oēs cathegorias: ⁊ qꝛ p vnā ⁊ eandē rōnē nō sunt hoc in ali-
qua vna cathegoria manifestū est ex predictis: nō eni3 sunt
vniuoce de oīb⁹ predicata ⁊ in quid siue sub̄a: neq3 in quale
predicanṫ de oībus neq3 in quātū: ⁊ sic de alijs. sed in p̄dica
tione simil̄r se h3 vnū tanq̄3 ens ⁊ neutrū addit aliqđ distin
guēs aut distinctū super his de quo p̄dicaṫ nisi forte in mo-
do q in priuatione cōsistit: sicut nos in superiorib⁹ huius sa
piētie ostēdimus: ⁊ iō cū diciṫ vnus hō nihil dicit diuersū
ab hoīe hoc qđ additur vnū quēadmodū nihil diuersū di
citur cū diciṫ hō ⁊ hō ens. ¶ Nihil ergo diuersū dicūt ens
⁊ vnū preter qđ ⁊ preter quale ⁊ p̄ter quātū: ⁊ in his omni-
bus idē est quid vnū esse φ est qđ esse: ⁊ quātū3 vnū esse: ⁊
quātū esse: ⁊ quale vnum esse: ⁊ quale esse.

¶ Tractatus secundus .x. libri p̄ime philosophie qui de op
positione vnius ⁊ multi ⁊ eiusdem ⁊ diuersi: ⁊ equalis ⁊ in-
equalis: ⁊ similis ⁊ dissimilis.

¶ Cap. p̄m. De oppositione vnius ⁊ multi ⁊ est in eo di. de
quatuor genera oppositorum.

Tex.cō.9.

His habitis oꝫ nos de-
terminare oppositionē que est īter vnum ⁊
multa: ⁊ qꝛ vnū in sub̄a est idē ⁊ vnū in q̄nti
tate est equalis: ⁊ idē in q̄litate est sil̄e. Op3
nos ēt loqui de oppōne que est īter idē ⁊ di
uersum ⁊ de ea que est īter equale ⁊ inequa-
le ⁊ de ea q̄ est īter simile ⁊ dissil̄e. ¶ Dica-
mus igiṫ icipiētes φ vnū ⁊ multa qbusdā modis opponun
tur: vnū eni3 ⁊ pluralitas que est multitudo q̄dā3 se hn̄t ad
inuicē: sicut diuisibile ⁊ idiuisibile. Omne eni qđ est plurale
⁊ multū diciṫ: aut diuisū3 in plura si p̄ralitatē habet actua
lem: aut diciṫ vt diuisibile si pluralitatē habeat in potentia:
vnū aūt aut diciṫ simpliciter indiuisibile oīno: aut si quide3
est diuisibile ſm potentiā tn̄ supponiṫ vt idiuisū3 ſm actu3.
¶ Quoniā ergo iam scimus ex hijs que in logicis determi
nata sunt φ ↄ̄trapositiones siue oppositiones quatuor mo-
dis dicunṫ: quoꝝ vnus est oppositoꝝ ſm priuationē ⁊ habi
tum. Alter aūt ſm ↄ̄trarietatē. Tertius ſm ↄ̄dictionem. Et
quartus sicut opponunṫ relatiua: l3 nos hic de cōtradictio-
ne ⁊ oppositiōe relatiuoꝝ nō idigeamus ad p̄ns. Dicamus
igitur φ ſm p̄dicta apparet φ vnū ⁊ multū que se hn̄t vt in-
diuisibile ⁊ diuisibile nō opponunṫ ſ3 ↄ̄tradictionē neq3 op
ponunṫ vt ad aliqđ dicta: vnū aūt dicitur ⁊ ostendiṫ esse ex
cōtrario suo φ sibi opponiṫ sicut ex diuisibili diciṫ ⁊ ostendi
tur indiuisibile: sicut oīs priuatio diciṫ ⁊ ostendiṫ ex suo ha
bitu. Diciṫ eni priuatio per diffinitionē habitus ⁊ ostendi-
tur ex ipso: qꝛ habit⁹ est p̄ncipiū cognitiōis priuationis ⁊ sic
indiuisibile ostēdiṫ ex diuisibili: pluralitatē eni3 ſm sensum
magis q̄3 vnitatē cognoscimus ⁊ diuisibile magis est sensi-
bile q̄3 indiuisibile: ⁊ ideo ſm rōnē que accipit a sensu diuisi
bile ⁊ pluralitas sunt prius q̄3 idiuisibile ⁊ vnū. ¶ Est aūtē
hic valde attēdendū φ cū nos ante determinauerimus φ
vnū idiuisibile est metrū certificās eē entiū: ⁊ priuatio nihil
penitus certificet φ vnū nō pōt esse priuatio nec opponi vt
priuatio multo. Sed potius cū vnū sit simplex ⁊ aū se nō ha
beat aliqđ prius nō pōt exponi p aliqđ positiuum siue affir-
matiuū: sed exponiṫ per cōsequētē3 negationē que nihil est
ipsius: sed nā que ip̄m est procedit affirmata ⁊ posita: ⁊ iō l3
ſm suū nomē dicaṫ a priuatiōe tn̄ ſm nām habitus est ⁊ po
tētia affirmatiua: ⁊ ideo oppositio que hic determinata est
inter vnū ⁊ multa ostēsa est eē ſm nomē. Nomē aūt iam di-
ximus iposītū esse a negatiōe ↄsequēte. ¶ Et eadē ratio est
in eo φ diciṫ primū ⁊ in eo φ diciṫ p̄ncipiū: quoꝝ vtrūq3 ex-
poniṫ per ↄ̄sitē se negationē ⁊ hec est interpretatio nominis
quo ad nos facta ⁊ nō ſm rem ipsam. ¶ Scias aūt φ vnu3
noiatū statim in intellectu relinquit formā suā: ⁊ ſm hanc for
mā opponiṫ multo ſm modū ↄ̄trarietatis ⁊ nō ſm suppositu
m: ⁊ hoc p3 qꝛ vnū est de cōstitutione multi φ nō posset esse.
Si opponereṫ ei ſm suppositū. ¶ Sic igiṫ in forma opponi
tur cōtrarie ⁊ in noie opponiṫ priuatiue ⁊ in supposito nō
opponiṫ: sed est cōstituēs multū: hoc aūt qđ est multū oppo
si h3 ad paucū sicut opponunṫ relatiua: ad vnū aūt h3 op-
positionē ↄ̄trarietatis ⁊ priuationis: qm̄ multū est recedēs
ab vno p diuisionē: ⁊ diuisio priuatio est vnitatis potius q̄3
vnitas priuatio diuisionis: diuisio.n. oīs in rōne priuatio-
nis ↄsistit. ¶ Et iō Pithagoras posuit eā eē de nō entib⁹.
Si aūt opponiṫ φ ↄ̄traria nata sunt fieri circa ide3 vnitas
aūt ⁊ multitudo nō ordinanṫ ad idē: dicendū ista nata sunt
fieri circa idē: qꝛ oīs multitudo ꝓcedit ex vno: ⁊ hoc vnū in
generib⁹ diuersis diuersū3 est vt dixim⁹ paulo ante: ⁊ talis
ordo ad vnū sufficit ↄ̄trarietati in genere. Si aūt accipianṫ cō
traria p̄hica que sunt agētia ⁊ patiētia: tūc ↄ̄ria sūt circa idē
φ est mā subiecta: sicut p3 ex determinatis a nobis in p̄hicis.
¶ Attēdendū est ēt φ nō ens nō opponiṫ nō enti nec poten-
tia potētie: ſ3 ens enti opponiṫ ⁊ act⁹ actui opponiṫ ⁊ actus
potētie: ⁊ ſm oppositionē entis ad nō ens qm̄ ad idem refer
tur est sumpta oppositio ↄ̄dictionis. ¶ Scdm̄ oppositione3

Diu⁹ est p̄n̄m cognitiōis priuationis. 3. de aīa. tex. cō. 25.

Documētum primum. S3 ↄsidera si p hoc qꝛ vi ↄ Cōmē. hic.

2m documētū. Vnū ſ3 formā opponiṫ multo ↄ̄rie ⁊ ſm nomen opponiṫ priuatiue.

Nō ens nō opponiṫ nō enti. 5. ph̄. te. cō. 7

ante quā actus actui opponit̄ est sumpta oppō relatiuor̄: in qua p oppōnem respectuū oppō est: qꝛ vtrūq̄ refert̄ ad reliquū: ⁊ iō vtrūq̄ est de alteri⁹ rōne. Fm oppōnē aūt actus ad potētiā est duplex oppō: aut enī potētia dicit diminutionē in actu tn̄: aut in actu ⁊ in pncipijs subiecti fm q̄ subm̄ receptibile est habit⁹: ⁊ pmo qdem mō est oppō ɔ̄riearis: ⁊ iō vnū ɔ̄trarior̄ vt priuatio se hȝ ad reliquū ⁊ est mot⁹ de vno ad aliud ⁊ ecōuerso: fm reliquū aūt modū est oppositio que dicit̄ priuationis ⁊ habitus ⁊ est motus de habitu ad priuationē sed nō regressus de priuatione ad habitū: sicut iam in antehabitis in nono libro determinatū est: nec possunt esse plura genera oppositorū: ⁊ qꝛ prima non sunt nisi ens ⁊ non ens ⁊ potētia ⁊ actus: ⁊ ista adinuicē ⁊ ad vnū pluribus modis fm cōpositionem cōparari non possunt: hec aūt subtilius ⁊ plurius in logicis sunt determinata.

¶ Cap. 2ᵐ. De oppositione eiusdem ⁊ diuersi ⁊ similis ⁊ dissimilis ⁊ equalis ⁊ inequalis.

Tex. cō. 10.

Sicut aūt iam ante descripsim⁹ vbi distinximus ɔ̄traria in quīto hui⁹ sapie libro vnius qdem in substātijs pprius effect⁹ est idē ⁊ in q̄litate sile: ⁊ in q̄titate equale: ⁊ pluralitatis vō siue multitudinis in substātijs qdē est diuersū: in quātitatib⁹ aūt ineq̄le ⁊ in qualitatib⁹ dissimile. ¶ Cū aūt idem dicat̄ multiplr̄: vno qdē enī mō dicit̄ idē q̄ ⁊ rōne forme ⁊ numero mā̄e est idem: ⁊ hoc vocat̄ idē numero sicut tu tecū es idē numero: hoc enī ⁊ spē forme ⁊ numero mā̄e est vnū ⁊ idē. ¶ Amplius aūt dicim⁹ idē si est vna rō prime sube fm formā: sicut fm spēm linear̄ dr̄ linee q̄ sunt equales rectilinee dicunt̄ eedē cū illa ⁊ eq̄lia inter se trigonia eadem trigonio sibi equali quāuis sint plura fm numer̄: sȝ in talibus id qđ facit idētitatē est vnio quā facit eq̄litas: quia p nullā formā equalitatis abinuicē separant̄.

Tex. cō. 11.

¶ Similia vō fm spēm sunt illa que nō sunt eadē simplr̄ fm numer̄ entia nec fm subaȝ differētia ⁊ tn̄ ipsor̄ est vna qualitas: ⁊ iō maior minori est sile q̄uis sit aliud ab ipso ⁊ inequale qꝛ vnius sunt q̄litatis sicut inequales recte linee: hee nāq̄ sunt qdem adinuicē similes sed nō sunt simplr̄ eedem. ¶ Alia vō dicuntur similia si hn̄t eandē spēm ea in qbus magis ⁊ minus est: tn̄ in illa specie nō sunt magis ⁊ minus: qꝛ tūc spēs illa est similitudo eētialis eor̄: sic hoies siles sunt adinuicē lȝ vnus sit maior ⁊ alter mior: vt puer ⁊ gigas ⁊ nanus. ¶ Alia iter̄ silia dicunt̄ si ea: sic eadē passio inſit eis fm spēm q̄uis illa passio inſit eis fm magis ⁊ minus: sicut duo alba quor̄ vnū est magis albū reliquo. ¶ Alia aūt iter̄ silia dr̄: que lȝ plura habeāt ⁊ in vno nō simplr̄ ɔ̄ueniāt: aut etiā hēant simplr̄ altera abinuicē tn̄ pcbira sūt hoc est premanib⁹: ⁊ in prōptu est facile reducere eā inconuenientiā sicut stannū simile est argēto aut auro rubicūdo ignis ⁊ crocea simile est rubeū: ⁊ cholere rubee ignis: qꝛ per facilē additionē premanib⁹ est reducere stannū ad argēti ɔ̄uenientiā: ⁊ aurū ad ruborē ignis ⁊ croceū ad ruborē ⁊ cholerā ad ignis rubedinē: palā est igit̄ qꝛ diuersum ⁊ dissimile dicit̄ multis modis ⁊ aliud ēt dr̄ oppositionis mō ad idē qꝛ aliud est diuersum. Et iō sicut omne ad oē ⁊ q̄libet ad q̄libet ē idē vel diuersū. Ita omne ad omne ⁊ q̄libet ad q̄libet est idē vel aliud.

Quot modis aliqd dr̄ aliud ab aliquo.

¶ Aliud aūt dicitur ab aliquo: si nō hȝ secū idētitatē in rōne forme ⁊ numero mā̄e: qua propter ēt tu pplingo tibi diuersus es ⁊ aliō ab eis. ¶ Alio aūt mō dicit̄ aliud ⁊ diuersum vt in mathematicis p oppōnē ad illū modū eiusdē que dicimus eē rectarū linear̄ ⁊ equaliū trigonior̄: sicut linea curua aliud est a recta ⁊ quadratū a trigono. Diuersum igit̄ ⁊ idē dicit̄ omne ad omne. ⁊ cā est: qꝛ omne qđ est ens ē ⁊ vnū ⁊ idē causat̄ ab vno ⁊ opponit̄ ei diuersū ⁊ aliud: ⁊ hoc supponūt ens ⁊ neutrū eor̄ ɔ̄uenit nō enti: qꝛ inter idem ⁊ diuersū siue aliud nō est oppō ɔ̄tradictionis vt vnū sit ens ⁊ alter̄ nō ens: ⁊ iō neutrū eor̄ dicit̄ in hijs que nō sunt entia q̄ sint idē vel diuersa vel alia.

In nō entib⁹ nō est idētitas neq̄ diuersitas.

Sed in entibus omnib⁹ dicitur alter̄ eorū: sicut enim sequit̄ q̄ omne ens enti est vnū cū ipso aut non vnū aptū natū esse cū ipso: ⁊ ens ⁊ vnū conuertunt̄. Ita dicere opȝ q̄ idem ⁊ diuersum est omne ens enti. Idē igit̄ ⁊ diuersum talē habēt adinuicē oppositionē qualis determinata est: ⁊ aliud est idem cū diuerso: qꝛ aliud ⁊ diuersū distantiam dicūt fm substantiā ⁊ vtrunq̄ illor̄ causat̄ a diuisione que est causa pluralitatis ⁊ multitudinis: ⁊ ideo vtrunq̄ talem ad idem habet oppositionē qualis est inter vnū ⁊ multū. ⁊ hāc iam in antehabitis sufficiēter determinauimus.

¶ Cap. 3ᵐ. De differentia ⁊ diuersitate ⁊ contrarietate.

Tex. cō. 13.

Differētia vō ⁊ diuersitas aliā quādā hn̄t diuersitatē siue determinationē: eo q̄ ista aliū hn̄t respectū ⁊ resolutionē q̄ȝ idē ⁊ diuersum. ¶ Diuersum enī cū sit diuersū ab aliquo nō ē necessariū eē diuersū alicui i quo ɔ̄ueniat secū: ⁊ hoc est iō qꝛ idē ⁊ diuersum sequunt̄ oē ens. Omne. n. ens omni enti est aut idē aut diuersum: siue cōueniat in aliquo cū ipso: aut nō. Sed qꝛ ois dr̄ia aliqd vnū in quo est ptāte diuidit: iō pprie loquēdo id qđ est differēs ab aliquo p differētiā est differēs alicui vni q̄ diuidit cū opposita sibi differētia: pp qđ necesse est q̄ idem aliqd sit cū illo a quo didit p dr̄iam: hoc aūt idē in quo dr̄ia ɔ̄ueniunt est aut genere idē gn̄alissimo aut subalterno: aut ē specie idē si habeāt dr̄iaȝ qualitatū actiuar̄ vl passiuar̄ accidētaliū: omne nāq̄ differēs aut differt gn̄e aut spē. ⁊ gn̄e qdē differētia dicunt̄ nō qdē quor̄ nō est vna coelemētatio cathegorie: sed potius quor̄ nō est vna cōis mā̄ que sit subm̄ priusū: ⁊ horū nō est trāsmutatio adinuicē: pōt tn̄ eē in vna cathegoria eo q̄ ois differētia pprie loquēdo est in genere predicamenti. Quor̄ aūt nō est aliqđ vnū nisi ens ⁊ vnū sunt qdē diuersa abinuicē: sed nō differētia pprie loquēdo. ¶ Alia tn̄ ⁊ diuersa sunt ⁊ largo mō differētia quecūq̄ fm figurā cathegorie sunt alia ⁊ alia. ¶ Specie vō sunt dr̄ia quor̄ idem est genus primū. Si aūt idē est genus remotū adhuc dr̄ eadē spē sȝ minus pprie: ⁊ hoc mō si sunt spēs diuerse dr̄ ēt min⁹ proprie differētia spē. Genus enī dicit̄ illud fm qđ ea que differūt specie ambo idē ⁊ ɔ̄uenire dr̄. ¶ Cōtraria vō dicunt̄ esse dr̄ia: ⁊ ipsa ɔ̄rietas dicit̄ q̄dā esse differentia: qꝛ aūt hoc bene supponimus sicut ver̄ eē palā erit p inductionē: oia aūt quecūq̄ differētia sunt pprie vident̄ in aliquo eadē eē: ⁊ nō solū esse diuersa in oibus sed quedā diuersor̄ sunt genere diuersa: q̄dā aūt nō: sed sunt in eadē coelemētatione cathegorie. Que aūt sunt eadē specie sunt in eodē gn̄e: in alijs ūt determinatū est que sunt eadē gn̄e subiecti vel diuersa: hoc enī in logicis logice ⁊ in libro celi ⁊ mūdi phice determinatū est.

Tex. cō. 14.

¶ Ex hijs enī que ibi dicta sunt scit̄ que sūt eadē genere vel diuersa: pȝ igit̄ ex dictis q̄ ɔ̄rietas q̄dā est differentia: qꝛ vō differētie ɔ̄tingūt ea que sunt abinuicē differētia plus ⁊ minus: opȝ q̄ aliqua maxime sint dr̄ia que maxie distant a medio ɔ̄tactu in quo se differētie ɔ̄tingunt: ⁊ hoc est id in quo sunt ptāte mā̄e ⁊ hoc est vtrinsq̄ subm̄: illud enim diuidētes separant̄ abinuicē maxime hāc maximā differētiā que maxime distat dicimus esse ɔ̄rietatis: vnde ɔ̄trarietas est duor̄ sub vno gn̄e differētiū maxie distātia: ⁊ hoc est verū de pura ⁊ prima ɔ̄rietate: qꝛ vō distātia est i spatio loci p se ppter hoc ɔ̄rietas in loco causa est ɔ̄rietatis in alijs: ⁊ iō ponit̄ distātia vt cā in diffinitione ɔ̄rior̄ vlī. ⁊ hui⁹ cām nos iam assignauim⁹ in libro de nā̄ loci ⁊ locati ⁊ in celo ⁊ mundo: qꝛ vō cōtrarietas maxima est differētia ⁊ maxie distās palā erit ex inductiōe: ea enī que genere distāt nō proprie hn̄t maximā abinuicē distantiā: eo q̄ nō hn̄t viaȝ ⁊ spatiū quo moueant̄ abinuicē: maxime aūt distātiū via est cōmunis media: ⁊ huius signū est qꝛ diuersa genere: si aliud non impediat sūt in eodē subiecto nec mutuo se expellūt. ¶ Sȝ talia tn̄ diuersa fm genus large loquēdo distāt magis ⁊ nō sunt ɔ̄uenientia sibi plus q̄ȝ ea que differūt specie: ⁊ qꝛ nō habent viā adinuicē sed sunt distātiā vltra viam: pȝ qꝛ generationes sunt ex cōtrarijs vltimis: aut si sunt ex medijs opȝ q̄ mediū accipiat̄ vt participās vltimū: ⁊ iō illor̄ ɔ̄riorum est via adinuicē: inter aūt cōtrarietates in quolibet genere acceptas illa est maxime que est vniuersalior: ⁊ primo diuidit generalissimū: dictuȝ aūt est q̄ maxima distantia est cōtrarior̄: maxima aūt in quolibet genere est illa que est finalis extremi ⁊ impmixti ɔ̄rij ad suū finalis extremū ⁊ impmixtū cōtrariū.

Vide p hoc 5. ph. te. cō. 6. ⁊ cōmē. 52.

¶ Dicim⁹. n. aliqd eē eē maxie cui⁹ nō est hyperbole hoc est excessus: ⁊ dicimus aliud eē finalis ⁊ in fine extra vel vltra qđ nō amplius aliquid distantius est accipere vel habere possibile. Finalis enim differētia habet ⁊ tenet finem distātie: sicut ⁊ oia alia finalia finē habere dicuntur. Cōstat autē q̄ extra vel vltra finem nihil est: finis enim in omni eo q̄ est vltimū est ⁊ cōplementū: ⁊ ideo nihil est pe.

nitus qd̄ egeat aliquo vlterius q̄ ponit̄ finale rex. Ex his igit̄ q̄ dicta sūt satis palā est q̄ zrietas finalis q̄dā est distātia. ¶ Cū aūt zria dicant̄ multipl̄r sequit̄ q̄ id qd̄ finaliter est ita sicut dictū est q̄ hz maximā distantiā. Sunt eniz zria media τ extrema sicut diximus: τ hoc est vt si ita dicam⁹ q̄ esse zraria insit eis que maxime τ finaliter distant.

¶ Cap. 4m. Q̄ tm̄ vnum vni est contrarium fm̄ oppositionem vere contrarietatis.

Tex. cō. 14.

His aūt sicut dictū est existib⁹ palā est: q̄ tali genere oppōnis plura vni opponi vel zria eē possibile nō est. τ hui⁹ cā ē τ rō: q̄ vltimo nihil est vlteri⁹: q̄ qd̄ p supabūdantiā dicit̄ zuenit vni soli: nec p̄t eē q̄ vna distātia ab vna pte plura hēat vltima ad q̄ terminet̄: τ hoc qdē est vex: si vera est zrietas distātia vera duox terminox τ vnū τ finale est termin⁹ ex pte vna. ¶ Si v̄o hoc est in loco in quo prima est zrietas: tūc necessariū est q̄ ēt aliox zriox sint veri τ simplices vltimi termini. Finalis enim dr̄ta est illa q̄ plurimū differt: quecūq; eni sunt gn̄e dr̄ta illa nō est exteri⁹ extra distātiā accipe in sp̄e sua: q̄ illa sunt nō hr̄ia viā sicut paulo ante diximus: ostdim⁹ eni q̄ ad ea q̄ sunt extra gen⁹ non est dr̄ta hox q̄ p distātiā ztinuā hn̄t viā adinuicē: hec enim distātia que zriox est ztinue vie est τ is eodē gn̄e ea, que sic plurimū distāt sunt zria: maxima nāq; distātia hox sicut se plus dixim⁹ est finalis: τ finalis est q̄ in eodē susceptibili plurimū differt: zrijs eniz vna τ eadē est mā. Nec sunt plurimū dr̄ia nisi ea q̄ sunt sub eadē potētia mā: τ hec nō p̄nt eē nisi simplicia τ extrema: τ sic nō pōt opponi vnū nisi vni simplici.

Obiectio hōa

¶ Si aūt qs obijciat q̄ hoc i ethicis dicit̄ fallax signū: q̄ vnū qd̄ est volūtariū opponit̄ duob⁹ inuolūtarijs: vni qdē p ignorantiā dicto: reliquo aūt p violētiā.

Solutio.

¶ Dicēdū q̄ in veritate p maximā distātiā nō opponit̄ nisi vnū vni sicut pbatū est: sed q̄ duo ztinet in se oē volūtariū: ois eni voluntas est in rōne appetit⁹ extis qdā: τ idō p formā rōnis opponitur inuolūtario p ignorātiā: τ p formā appetitus opponit̄ inuolūtario p violētiā: τ sic iter quattuor formas rōnis. vz. τ ignorati: τ appetit⁹: τ violēti sunt due distātie maxie: τ in vtraq; opponit̄ vnū vni tm̄.

Instātia subtilis.

¶ Qd̄ aūt diximus q̄ localis distātia pma est distātia zrietatis fm̄ quosdā hz calūnias: q̄ cū primū gen⁹ qd̄ ē subm̄ τ cā oiuz aliox sit suba videt̄ q̄ zrietas que est in suba sit prima zrietas τ cā zrietatū aliox: τ sic nō videt̄ eē prima zrietas que est fm̄ sitū e locū.

Solutio.

¶ Sed hec τ similia nō difficile est soluere: q̄ cū dicimus locū eē gn̄ationis pn^m τ zrietatē que est in loco eē cām aliax zrietatū non accipim⁹ locū vt spatiū mathematicū: sed poti⁹ corpora que sunt locus locās alia corpora phīca: τ sic hn̄e q̄dā locātes τ q̄litates actiuas τ passiuas dātes corporib⁹ locatis in ipsis: τ idō fm̄ rōnē accepta prima zrietas est qdē generis primi q̄ est suba. Si aūt fm̄ esse accipiat̄: tunc est prima zrietas loci superioris τ iferioris fm̄ differētias suas sicut diximus in libro de nā loci τ locati: hoc eniz modo locus gn̄ationis est principiū generatiōis quēadmodū τ pater sicut dicit Porphyrius.

Caplo de gn̄e

¶ Cū aūt dicitur zrariox maxima est distātia in eodē susceptibili: accipiunt̄ ambo zria vt actus puri educti de potētia susceptibili q̄ mediū est inter ea τ eq̄liter se hn̄s ad vtrūq; in quo sūt simul in potētia: sz nō in actu τ vtrunq; in potētia est ad reliquū sicut statim patebit in sequētibus.

¶ Cap. 5m. De oppositione priuationis τ habitus: τ qualiter contraria sunt priuatiue opposita.

Tex. cō. 15.

Prima aūt zrietas in quolibet gn̄e est habit⁹ τ priuatio. τ hui⁹ cā est: q̄ in omni gn̄e pma principia eox que sūt in gn̄e sūt potētia τ actus: potētia aūt sub priuatiōe existens priuatio noiat̄: quorūcūq; eniz zriox alterū est vilius τ minus nobile hoc fm̄ priuationis moduz determinat̄ sicut frigidū ad calidū priuatio est: τ albū ad nigrū: de hoc aūt sepe in plurib⁹ locis determinatū est a nobis: nō tm̄ ois priuatio altex est zriox. ¶ Multipliciter eni dicit̄ priuatio sicut in qnto distinxim⁹. Sed illa priuatio est zriū que est finalis fm̄ maximā distātiā: hoc eniz supponit illā eē iter extrema: alia aūt zria que zrietatis nomē τ rōnē pticipāt per ista: τ fm̄ ista zria vocant̄ p aliquā ad ista analogiā. q̄dam eniz dicunt̄ zria: q̄ hn̄t in se ista finalia zria τ cōponunt̄ ex ipsis vt media iter albū τ nigrū: q̄dā aūt dicunt̄ zria que faciunt aut sūt poemata siue opatiua ipsox. alia aūt dicuntur zria: q̄ sunt de pfectiōe τ mutatiōe istox: τ sil̄r se hz rō aliorū que dr̄r zria: q̄uis aūt sicut p̄dictū est opponant̄ zdictoria τ priuatiue opposita τ zrietas τ ea q̄ sunt ad aliqd: nō tm̄ hec ois generis simile hn̄t modū oppōnis. palā eniz est q̄ primū genus hox oppositox qdē est zdictio: τ zdictoris sunt extrema entis: τ hoc dicit̄ primū q̄ diuidit ens τ nō ens generaliter respectu ois subiecti vni⁹. priuatio v̄o sz q̄ est genus oppōnis que est zdictio q̄dā circa subiectū determinatū: diximus. n. iaz q̄ si aliqd est q̄ nō hz id qd̄ impoßē est ipsū hēre: aut si nō hz id qd̄ aptū natū est hēre hoc priuatū ē aut totaliter aut nō hz illo mō: aut illo tēpore quo determinatū est q̄ habere dz: multipl̄r eniz iaz hoc distinximus sicut predictū est a nobis in alijs locis huius sapie: in qnto. vz. libro vbi oēs modi priuationū distincti sūt. Palā igit̄ est: q̄ priuatiue opposita q̄dā zdictio sunt in potētia determinata: aut zcepta cū susceptibili determinato sicut cecū τ videns circa sialis oculū in tpe: τ mō quo dz hēre visuz: τ q̄ sicut priuatio subm̄ sibi determinat cuius zstātia supponit: zdictio autez nō. Ideo zdictionis nō est mediū fm̄ se: sed priuationis est aliqn̄ mediū aliqd: τ hoc manifestū est iductione. ¶ Naz si zdictorie accipiā equalis τ nō equalis de oibus diuidūt verū τ falsum: oē eni qd̄ est vel est equale vel nō equale est: sed si accipiā priuatiue opposita sic dicēdo equale vel inequalis nō de oibus possum dicere: nō enim oē qd̄ est equalis vel inequale alicui est. Sed equalis τ inequale sunt solū diuidētia vex τ falsum in eo q̄ est susceptibile eq̄litatis τ ineq̄litatis τ hoc est genus determinatū qd̄ dicim⁹ q̄tū vel q̄litatē. Reducta ergo zria ad idē susceptibile accipiūt rōnē priuationis τ habitus: q̄ priuatio τ habitus hn̄t medium τ falsa sunt ambo de hoc q̄ nō est ppriū susceptibile eox.

Tex. cō. 16.

¶ Si igitur gn̄atiōes oēs τ mutatiōes que sunt ad formā in mā determinata fiunt ex zrijs: fiunt aūt ex zrijs sic q̄ fiunt ex specie aliq̄ siue spēi habitu aut priuatiōe spēi τ habit⁹ τ forme: tunc palā est ex hoc ipso q̄ zrietas est priuatio q̄daz. ¶ Si ois gn̄atio est τ mutatio talis sicut dictum est: τ p̄cipue ista que de non subiecto ad subm̄ vel de subiecto ad nō subm̄: priuatio v̄o que est zrietas forsan nō est priuatio oibus: sed qbusdā sicut diximus. Cā v̄o est q̄ multipl̄r ztingit priuari priuatū sicut sepe determinatū est: ea eniz sola zria sūt proprie ex qb⁹ sunt adinuicē mutatiōes vltimox τ maxie distātiū: τ illa sola sunt priuatiōes adinuicē: hoc aūt palā fit per inductionē. ois eniz zrietas quecūq; supponat̄ iducēdo hz alterx zriox vt priuationē sui τ potētiā. Non tm̄ hec oppō est: sil̄r τ equal̄r oium: sed poti⁹ generis determinati: ineq̄litas eniz nō est ineq̄litas oium sed eq̄litatis tm̄ est priuatio. Similiter τ dissimilitudo nō est priuatio oium: sed silitudinis tm̄: τ sic malitia nō est priuatio nisi virtutis: τ sic est in oibus alijs p priuationē dictis. ¶ Differt aūt priuatio sicut sepi⁹ dictū est: dicit̄ eniz aliqd priuatiuū si est solū priuatiuū simpliciter nulla adiecta determinatiōe: aliud aūt dicit̄ priuationē cū determinatiōe tp̄is sicut iberbis in tpe adolescentie post pubertatē: τ idō puer nō est iberbis. aliud aūt dr̄ priuatiuū in aliquo mēbro: vn̄ tp̄is cecus non dicit̄ vel claudus vel surdus. aliud ēt dicit̄ fm̄ aliquā etatē determinataz vt catulus cecus post nouē dies: τ aliqd dicit̄ priuatū i aliquo pprio sibi cōuenitēte: τ aliqd dicit̄ priuatū tpe sicut claudus qui nō hz rectas tibias in quocūq; tēpore nō habeat: τ propter hoc hox que priuatiue opponunt̄ τ zrarie est aliquando medium aliqd: vnde videmus q̄ est hō qui neq; bonus neq; malus est bonitate τ malitia ciuilibus sicut is qui inciuilis est τ rusticus. Aliquox aūt priuatiue oppositox nō est mediū circa ppriū susceptibile sicut paris τ iparis circa lineā. Amplius aūt eox que hn̄t mediū: alia hn̄t mediaz determinate suppositū τ diffinitū: alia aūt nō sz medietas eox est indeterminata τ indiffinita. Ex omnib⁹ igit̄ istis palam est q̄ semp alterū in zrarijs dicitur fm̄ priuationem.

¶ Cap. 7m. De mediate τ imediate oppositis τ q̄liter vnuz vni vel duobus vel pluribus opponitur.

Tex. cō. 17.

Ex omnib⁹ aūt his que dicta sunt: hoc est intelligendū q̄ siue vnū τ multū principia sint aliorū cōtrariox siue genera hec duo sufficiunt: q̄ ad vnū reducit̄ vnū cōtrariox τ alterx ad multū. τ hoc diuersificant̄ fz diuersitatē generum:

sicut

